# ILLVSTRISSIMO, ET SAPIENTISS. FLOREN. PRINCIPI COSMO MEDICES,

LITERATORVM OMNIVM MECOENATI,

*Mecœnati, M. Mantua, Bonauitus, Patauinus Iuriſcon. & Comes.*

S. P. D.

LEONARDVS Naſius, vir optimus, Illuſtriſs. Princeps, qui tunc literis hîc operam nauabat, fermè annus iã ſeptimus elapſus eſt, quo Piſis Academiam inſtaurare decreueras, tuo iuſſu, iuris prudentiæ profeſſores, qui illuc, docendi gratia, proficiſcerentur perquirebat, è quorum numero, ego quoque minimus, fui, ne dum requiſitus, verum etiam honeſtiſsimis conditionibus ab eo prouocatus, qui certè nullum hominis amantiſsimi diligentiſsimique officium prætermiſit: at cùm Illuſtriſs. Senatui Veneto obſtrictus eſſem, nec poſsẽ duabus (quod aiunt) ſellis ſedere, Prouinciam mihi oblatam ſubire honeſte recuſaui, non parum tamen lætatus, quòd à te, tam magno Principe, ſeu tuo nomine, idem Leonardus me accerſierit, & adeo quidem, vt humanitatem hanc Regiam, munificentiam, & liberalitatem, obliuiſci nunquàm po-

# ILLVSTRISSIMO, ET SAPIENTISS. FLOREN. PRINCIPI COSMO MEDICES, LITERATORVM OMNIVM MECOENATI,

*Mecœnati, M. Mantua, Bonauitus, Patauinus Iuriſcon. & Comes.*

S. P. D.

LEONARDVS Naſius, vir optimus, Illuſtriſs. Princeps, qui tunc literis hîc operam nauabat, fermè annus iã ſeptimus elapſus eſt, quo Piſis Academiam inſtaurare decreueras, tuo iuſſu, iuris prudentiæ profeſſores, qui illuc, docendi gratia, proficiſcerentur perquirebat, è quorum numero, ego quoque minimus, fui, ne dum requiſitus, verum etiam honeſtiſsimis conditionibus ab eo prouocatus, qui certè nullum hominis amantiſsimi diligentiſsimique officium prætermiſit: at cùm Illuſtriſs. Senatui Veneto obſtrictus eſſem, nec poſsẽ duabus (quod aiunt) ſellis ſedere, Prouinciam mihi oblatam ſubire honeſte recuſaui, non parum tamen lætatus, quòd à te, tam magno Principe, ſeu tuo nomine, idem Leonardus me accerſierit, & adeo quidem, vt humanitatem hanc Regiam, munificentiam, & liberalitatem, obliuiſci nunquàm po-

tuerim. nunc optimo iure factum eſt, ne ingratus morerer, tanti officij munere cohoneſtatus, vt cùm Dialogi aliquot, locique iuris communes, eſſent à nobis vulgandi, quos in ſuburbano, æſtate proxima, cum amicis habuimus, & conſcripſimus, tibi etiam conſecrentur. quos libros, qualeſcunque ſint, ſi ea humanitate, qua me ipſum ante hac deuinxiſti, exceperis, efficies in dies, vt reliquum vitæ meæ tempus totum quantum literis, quantum ſtudijs conſequi potero, ſim ad te Princeps excellentiſſime, tuoque maximo nomini delaturus, quod vt facias, te etiam, atque etiam rogo, oro, & obteſtor. Vale.

* *

*

AD

## AD LECTOREM.

COMMENTARIA *ſeu (ut uulgo aiunt) repetitiones in ordinarias partes, quæ matutinis horis explicantur, iam diu edidit Mantua lector optime.*

*Collectaneorum lib. ſex.*

*Conſiliorum uolumen.*

*Apophtegmata Iuris, ſeptingenta.*

*Problematum lib. quatuor.*

*Tractatus de priuilegijs militaribus.*

*De libertatis, liberationis, & pupilli fauoribus.*

*De legitima filiorum qualis & quanta ſit.*

*De maiore. 14. annorum efficaciter obligando.*

*De Iure prothemiſeos.*

*De locis topicis.*

*Centuriam item praxis Iudiciarie.*

*Scholia. in. l. precibus. C. de impube.*

*Suaſoriam legis oppie ad compeſcendos mulierum luxus.*

*Encomium ſacerdotij.*

*Et quæſtiones multiplices an in Rep. libera liceat tyrannum interficere.*

*De legatis ad Cæſarem deſtinatis.*

*De Iudice inquirente pro furto commiſſo.*

*De punitione rei alibi quàm in loco delicti.*

*De teſtatore relinquente dotem uxori.*

*De teſtatore iubente filijs ut hæreditatem æqualiter diuidant.*

*Et de blaſfemia denique.*

*Dialogum rurſus de concilio.*

*Iſagogemq; ad tollendos omnes argumentorum nodos.*

* 3 Et

*Et obſeruationum libros decem.*
*Scholia in.l.lecta.ff.ſi cer.peta.in.l.cum probatio,in.l. quotiens.§.qui dolo, & in.l.ucrius.ff.de proba. nunc modo corollarium addit Dialogorum lib. ſeptem, trium locorum communium,& tractatum ultimo loco ſacri Palacij Apoſtolici, ac curiæ, quæ omnia ſi non deſpexeris maius hinc crede tibi paratur opus. Vale.*

*Liber*

# LIBER PRIMVS.


Ad.c.cum parati,de appella. Dialogus 1.
NVNCIVS
Ad.c.ſecnndo,requiris, de appella. Dialogus 2.
VERBA.
Ad.c.ſuper his,de accuſa. Dialogus 3.
CRIMEN.
Ad.c.maiores,de baptiſ. Dialogus 4.
VOLVNTAS.
Ad capitulum canonum ſtatuta,de conſti. Dialogus 5.
LEX.
Ad.c.tranſlato,de conſti. Dialogus 6.
CONNEXA.
Ad capitulum cognoſcentes, de conſtitu. Dialogus 7.
CVLPA.
Ad capitulum cum venerabilis, de conſuet. Dialogus 8.
CONSVETVDO.
Ad capitulum cum dilectus,de conſuetu. Dialogus 9.
STATVTVM.
Ad capitulum propoſuit,de cōceſs.præben. Dialogus 10.
PAPA.
Ad capitulum quam graui, de crimi.fal. Dialogus. 11.
STILVS.

Ad capitulum ad falſariorum, de crimi. falſ. Dialogus 12.
FALSVM.
Ad.c. quod in dubijs, de conſecra.eccle.vel alta. Dialogus 13.
DIGNVM.
Ad capitulum non debet, de cōſangui.& affi. Dialogus 14.
VARIATIO.
Ad capitulum veſtra, de cohabi.cle.& mu. Dialogus 15.
NOTORIVM.
Ad.c.2.de conuer.infide. Dialogus 16.
MATRIMONIVM.
Ad.c.gaudemus, de diuor. Dialogus 17.
NIHIL AD NOS.
Ad.c.1.de delic.pue. Dialogus 18.
PVPILLVS.
Ad.c.afferte mihi gladium, de præſumptio. Dialogus 19.
PRAESVMPTIO.
Ad.c.Oſius, de elec. Dialogus 20.
VANA POPVLI VOX.

## LIBER SECVNDVS.

AD.c. ſignificaſti, de elec. Dialogus 21.
CHRISTI ACTIO.
Ad.c.innotuit, de elec. Dialogus 22.
PLENITVDO POTESTATIS.

Ad

Ad.c.venerabilem, de elec. Dialogus 23.
IMPERIVM.
Ad.c.cum inter, de excep. Dialogus 24.
EXCOMMVNICATVS.
Ad.c.cum haberet, de eo qui duxit in ma.quā pol. per adulte. Dialogus 25.
SPVRIVS.
Ad capitulum ad noſtram, de emptio.& vendi. Dialogus 26.
FOENVS.
Ad.c.ex tenore, de fo.compe. Dialogus 27.
ALTARE.
Ad.c.dilecti, de iudi. Dialogus 28.
AEQVITAS.
Ad capitulum cum non ab homine, de iudi. Dialogus 29.
INCORRIGIBILIS.
Ad.c.ego enim, de iureiur. Dialogus 30.
ROMA.
Ad.c.venientes, de iureiu. Dialogus 31.
SVPERIOR.
Ad.c.petitio, de iureiu. Dialogus 32.
LOQVENS.
Ad.c.ſi.de iure pat. Dialogus 33.
POENA.
Ad.c.ſi.de inſti. Dialogus 34.
DANS ACCIPIENS.
Ad capitulum contingit, de ſenten.excommu. Dialogus 35.
NEMO SVI IPSIVS DOMINVS.

Ad

Ad.c.potuit,de loca. Dialogus 36.
EMPHYTEOSIS.
Ad.c.Raynucius,de teſta. Dialogus 37.
QVARTA.
Ad.c.quanto,de magiſt. Dialogus 38.
DOCTOR.
Ad.c.1.de no.oper.nun. Dialogus 39.
IVS.
Ad.c.ſententiam ſanguinis, ne cle.vel mo. Dialogus 40.
ECCLESIA.

## LIBER TERTIVS.

Ad .c.fi.ne præla.vi.ſuas Dialogus 41.
PRAELATVS.
Ad.c.tuam,de ordi.cogni. Dialogus 42.
SPIRITVALIA.
Ad capitulum quia veriſimile, de præſumptio. Dialogus 43.
VERISIMILE.
Ad.c.fi.de præſcrip. Dialogus 44.
MALA FIDES.
Ad.c.ſuam,de pœn. Dialogus 45.
POENA.
Ad.c. omnis vtriuſque ſexus, de pœn.& re. Dialogus 46.
VINVM OLEVM.
Ad.c.illo vos,de pigno. Dialogus 47.
CONTRACTVS.
Ad.c.tanta,qui filij ſint legi. Dialogus 48.
MATRIMONII VIS.
Ad capitulum per venerabilem, qui filij ſint legi. Dialogus 49.
REX FRANCIAE.
Ad.c.in præſentia,de renun. Dialogus 50.
IVDEX.
Ad.c.Piſanis,de reſtitu.ſpo. Dialogus 51.
LIBELLVS.
Ad.c.lator,de re iudi. Dialogus 52.
TVRPITVDO.
Ad.c.mulieres,de ſen.excom. Dialogus 53.
MANDANS.
Ad.c.iuuenis,de ſponſa. Dialogus 54.
VIA TVTIOR ELIGENDA.
Ad.c.non ſatis,de ſimo. Dialogus 55.
DOS PRO MONASTERII INGRESSV.
Ad.c.certificari,de ſepultu. Dialogus 56.
PROVINCIA.
Ad.c.quod ad conſultationem, de re iudica. Dialogus 57.
SENTENTIA.
Ad.c.inter corporalia, de tranſlatio. præla. Dialogus 58.
SPONSVS ECCLESIAE.
Ad.c.cum tu,de teſti. Dialogus 59.
TESTIS.
Ad.c.cum eſſes, de teſta. Dialogus 61.
SOLEMNITAS.

LIBER

## LIBER QVARTVS.


Ad capitulum clericus, de vita & honeſta. cleri. Dialogus 61.

COMA.

Ad.c.forus,de verbo.ſignifi. Dialogus 62.

IVDEX.

Ad capitulum intelligentia, de verbo.ſigni. Dialogus 63.

INTENTIO.

Ad.c.2.de arbi.in.6. Dialogus 64.

VNAQVAEQVE IN SVO FORO.

Ad clemen.appellanti,de appella. Dialogus 65.

ALLEGATIO NECESSARIA.

Ad.c.2.de conſue.in.6. Dialogus 66.

TRIBVNAL.

Ad.c.1.de conſtitu.in.6. Dialogus 67.

PAPA OMNIA.

Ad.c.1.de cenſi.in.6.Dialogus. 68.

SCRIPTVRA.

Ad clementi.ne Romani. de electio. in.6. Dialogus. 69.

INFERIOR.

Ad clem.1.de elec. Dialogus. 70.

EXTENSIO.

Ad capitulum cum expediat, de elec. in.6. Dialogus 71.

CONCORDIA.

Ad.c.quam ſit,de elec.in.6. Dialogus 72.

EXPERIENTIA.

Ad clem.1.de ſo.compe. Dialogus 73.

ALIQVA.

Ad.c.2.de ſi.presbyte.in.6. Dialogus 74.

DISPENSATIO.

Ad.c.Romana.§.contrahentes,de ſo.competen. in 6. Dialogus 75.

FORVS.

Ad.c.pro humani,quod eſt primum, de homi. in 6. Dialogus 76.

ASSASSINVS.

Ad clemen.diſpendioſam,de iudi. Dialogus 77.

ORDO IVDICIARIVS.

Ad.c.ſi annum,de iudi.in.6. Dialogus 78.

PATRIA POTESTAS.

Ad cle.1.de proba. Dialogus 79.

VERBA NARRATIVA.

Ad.c.quamuis,de pac.in.6. Dialogus 80.

PACTVM. SVCCESSIONIS.


## LIBER QVINTVS.


Ad .c.ſi Papa,de priuile.in.6. Dialogus 81.

VERBA OPERANTVR.

Ad.c.ſtatutum,de præben.in.6. Dialogus 82.

FAVOR.

Ad.c. ſi motu proprio, de præben. in.6. Dialogus 83.

MOTVS PROPRIVS.

Ad.c.degradatio,de pœn.in.6. Dialogus 84.

DEGRADATIO.


Ad

Ad .c. qui ad agendum, de procurato. in.6. Dialogus 85.
PROCVRATOR.
Ad.c.1.de præſcrip.in.6. Dialogus 86.
PRAESCRIPTIO.
Ad.c.1.de reſcrip.in.6. Dialogus 87.
PROCESSVS.
Ad capitulum cum in multis, de reſcriptis in .6. Dialogus 88.
INFINITAS.
Ad regulam ſemel malus,de regu.iur . in .6. Dialogus 89.
MALVS.
Ad regulam generi per ſpeciem, de regu.iur.in.6. Dialogus 90.
SPECIES.
Ad clemen.auditor,de reſcrip. Dialogus 91.
CIRCVITVS.
Ad regulam quæ à iure,de regulis iuris in.6. Dialogus 92.
SPECIALITAS.
Ad regulam acceſſorium, de regu.iu.in.6. Dialogus.93.
ACCESSORIVM.
Ad regulam quod ſemel placuit, de regu.iu.in.6. Dialogus.94.
MVTATIO VOLVNTATIS.
Ad regulam qui facit per alium, de regu.iu.in.6. Dialogus.95.
SVBROGATVM.
Ad regulam vtile per inutile, de reg.iu.in.6.Dialogus.96.
VTILE.
Ad cle.j.de ſeq.po.& fruc. Dialogus.97.
IVRISDICTIO.
Ad cle.paſtoralis, de re iudi. Dialogus.98.
DEFENSIO.
Ad.c.quanquam, de vſu.in.6. Dialogus.99.
VSVRARIVS.
Ad.c.ſi pater, de teſta.in.6. Dialogus.100.
SVBSTITVTIO.

Laus Deo optimo
maximo.

Additus eſt.
De elocutione, ſiue de varijs loquendi modis, apud Iuriſcon. Dialogus.101.

P.Plateola.Man.

# Marci Mantui, Bonaviti, Patavini, Iurisconsulti, Caesareique comitis

*minimi colloquia, ſeu Dialogi c c. Iuris, nunc primum in literatorum gratiam editi.*

GEORGIVS TRIVLCIVS. MAN.

## Ad.c.cum parati, de ap. Dialogus 1.

NVNCIVS.

**G.T.** DVBITAVI ſæpe, humaniſsime præceptor, an nuncio credatur de citatione à ſeipſo facta, vt pote deponenti in facto proprio, cui hac ratione credēdum non eſſet.l. inſtrumenta.l.rationes.l. exemplo.C. de proba.l. iuris iurandi. C. de teſti.

**MAN.** Dubitare de ſingulis (vt aiunt) inutile non eſt, fili chariſsime.l.nemo.C. de ſumma trin.& fi.ca. immo Philoſophi cœperunt dubitantes admirari, quod teſtatur Ariſto.3.Metaphy.Syllogiſmusque eſt. „ errare omnimodo turpe, „ verum cum homo procliuis ſit, ad errandum, de ſingulis „ diſputare optimum eſt, ne quid aſſerendo erremus turpiter. & maxime quando difficilis eſt, obſcuraque res, quā diſputamus. & ſunt nobis exemplo Pyrhonij, qui de ſingulis dubitabant pariter, dummodo non ſit de fide, quoniam is Hæreticus eſt.c. nos ad fidem. 96. diſt. ſed deciſum videtur, quòd ſic, in.c.cum parati, de ap.& in. c. propoſuiſti.82.diſ.& in.l.magis puto, in.§.ne tamen.ff. de reb.cp. & in.l.j.in.§.ſanè.ff.de offi.præf.Vrb. Specu.in ti.de cita.in.§. ſequitur.Bar.in extrauagan.ad reprimen. in verbo per nuncium,& in.l.palatinus.C.de colla.fun.fiſ.lib.10.

MANT. A G.T.

G.T. Mirum eſt certe, fingamus enim eſſe nebulonem, aut Sycophantam quendam, erítne eidē tam facile credēdum?

MAN. Non, hoc caſu, quoniam intelligi planè debet de eo, qui officium ſuum ſolitus ſit legaliter exercere, vt in.d. locis legitur, & nouiſsime tradit Roma. conſi.497. diligenter.col.2.

G.T. Sed ponamus vt diſcam quæ ignoro, ſi tibi moleſtus nō ſum, quòd adhuc nuncius met ſit ad aliquem deſtinatus, nec nunc de citatione amplius agatur, credetur ne eidem, ſine literis?

MAN. Glo.aliàs in.c. ſciſcitatus, de reſcrip. ſenſit quòd non. tamen contrarium communiter tenetur, vt ibi Abb. teſtatur, & eſt verum, ſi tamen nuncius publicus ſit. Et hinc eſt quòd cum olim in antiqua.d.c.ſciſcitatus, diceretur literatorie, fuit.d.verbum abolitum, & ipſius loco appoſitū verbum canonice.& probatur in.c.prudentiam, de offi. delega. „ ibi, per certum nuncium vel excuſatorem literatorie deſti- „ natum.

G.T. Ergo curſori Papæ multo magis credetur.

MAN. Credetur vtique, vt per.d.iura concludunt D. de rota deci.355.ſi executor, in fi.in nouis.

G.T. Verum adhuc dubito, quia Iudex non debet eſſe nimiū credulus. & quia quis facile mentitur propter lucrum, eo maxime ſi de magno agatur præiudicio, vt per Bald.in.d.l. magis puto, in.§.in primis, & in.§.illud.

MAN. Nihil eſt, quia ſi in officiali publico, iurato, & qui ſolitus ſit vt ſupra ſuum officium legaliter exercere intellexerimus, omnia ceſſabunt, vt ibi, & not.in.l.quædam, in.§. nummularios.ff.de eden.inquit etiam idem Bald.in.l.fi.col. pen. C.de edic.di.Ad tol.quòd creditur eis, licèt viliſsimi ſint, quia vilia tractant.l.fi.ff.de iudi.

G.T. Sed ponamus quòd ſit contentio inter nuncium & tabellionem, cui magis credetur.

MAN. Tabellioni.l. is apud quem. C. de eden.l. in donationibus.C.de dona.diſputat ad partes Cy. quem non refero, in.l.ſi quis decurio, col.2.C.ad legem Cor.de fal.& tandem in hoc reſidet, ſi maxime ſit probatæ vitæ, & eſt argu.in.l. legitimos.ff.de legi.tu.& in.l.diui fratres.ff.de libe.cau.

G.T. Certe in vnaquaque perſona hoc idem ſemper eſt perpendendum, præſertim in his.

MAN.



MAN. Et hoc eſt quod dicit, nec aliter intelligi debet. Galliau. in.l.j.in.§.eadem, col.2.ff.de verb.ob.

G.T. Et ſi his, multo magis Iudici Legato & Cardinali.c.nobiliſsimus.97.diſ.

MAN. Verum eſt in his, quæ coram eis geſta ſunt, vt per Archidia.in.c.talia.8.q.3.in prin.& in nuncio, quòd eidem credatur in pertinentibus ad eius officium, quodq́ue pro eo præſumatur, ex quadam conſuetudine, ſicuti Sacerdoti, ſi dicat ſe citaſſe ſuum parrocchianum firmat Gui. Papæ deci.628.non debet, in prin.

G.T. Ergo non de iure, ſi de conſuetudine.§. ex non ſcripto, Inſti.de iu.na.

MAN. Reſpondeo, quòd immo etiam iuris eſt, vt in locis ſupra allega.nouiſsime Alcia.in tracta.præſump.regu.3. præſump.14.Rom.in.l.ſi publicanus, in.§.j.in fin.ff.de publica. Imo.in.l.ex conſenſu, in.§.cum qui, col.7.ff. de ap. Pute. in tract.ſindica.fol.4.verſi.fuit magna quæſtio, col.j. & ſimile eſt rurſum in ſacerdote, qui etiam ſic alteri poteſt ſtipulari in pertinentibus ad ſuum officium, non in alijs, ſecundum Angelum in.l.j.in.§.j.col.2.ff.de iuſti.& iu. & de nuncio adhuc Por.in.§.item is cui, col.vlti.Inſti.quib.mo.re con.ob. & Bald.in.l.properandum, in.§ & ſi quidem col.2.C.de iudi.& in.l.2.in prin.C.de ſpor.& Fede.de Sen.conſi.142.Domini, col.2.& Alex.in.l.à diuo Pio.in.§.ſi ſuper rebus, col. 6.ff.de re iudi.& ita tenendum eſt, licet idem dubitauerit, in.l.qui bona, in.§.qui damni, col.j.ff.de dam.infect. & iſta tibi ſufficiant.

## Ad.c. ſecundo requiris, de ap. Dialogus 2.

### VERBA.

G.T. SCIO quòd verba ſunt ſigna earum, quæ ſunt in anima paſsionum notę, quòdq́ue nemo præſumitur dixiſſe niſi quod prius mente agitauit.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſup.le. ſed tamen humaniſsime præceptor affirmare non audeo, an debeant intentioni ſeruire, vel è contra, intentio verbis, „ quia dictum ſæpiſsime video, cùm in verbis non eſt dif- „ ficultas, non eſt admittenda voluntatis quæſtio, à verbis le-

gis recedere non oportere, & quòd in re dubia melius eſt verbis edicti ſeruire.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff. de leg. 3.l.non aliter.ff.eo.l.j.§.in re igitur dubia.ff.de exercito.ac.

MAN. Sine dubio amantiſsime fili,cũ ſit mens & intentio potior verbis,conuenit etiam,vt verba intentioni ſeruiant,nõ è contra, intentio verbis.l.quod per manus.ff.de iu. codi.c. quod in dubijs,de conſecra.ec.vel alta. quàmuis in locis ſupra alleg.verborum fiat mentio tantum, ex quo alibi etiam dicitur,quòd verborum interpretatio nuſquam tantum valet,vt melior ſenſu exiſtat, in.l.3.& ibi plene Iaſ.C.de libe. præte.

G.T. Verum ſi placet, ratione proba.

MAN. Libentiſsime,quoniam ratio eſt legis anima, inque ratione conſiſtit ipſius virtus.l.quod dictum.ff.de pac.l. adigere.l.§.quamuis.ff.de iu.pat.Bal.conſi.333.præmitto,col. 2.vol.3.Dico igitur,probari ſic, vt alibi declarauimus etiã, quòd ea, quæ per ſe ſubſiſtunt, ſunt potiora his, quæ pendent ab alio,ſed mens ſubſiſtit per ſe,& ab ea dependent verba.l.in conditionibus primũ locum.ff.de condi. & de.c. intelligentia,de verbo.ſig.ergo erit potior. Item quia quæ ſunt ſimilia melioribus,potiora ſunt his quæ ſunt ſimilia deterioribus,at mens animæ ſimilis eſt,verba vero corpori.c. ſedulo.38.diſ.quod expreſsit etiam Pau.quando.2.ad Cor. c.3.dicit,Litera occidit, ſpiritus autem viuificat, anima eſt corpore dignior.l.ſancimus.C.de ſacroſanc.ecc.ergo. Et quia denique finis potior eſt his,quæ ſunt ad finem,ſed mẽs eſt propter verba, non verba propter mentem.d.c. intelligẽtia,ergo. Et ad idem ſcias,quòd eſt in ſummo capite cõſtituta,tanquam Deus in cœlo,& cum in aliqua cogitatione eſt,cõmeat ad pectus, & quaſi in ſecretum aliquod penetrale ſecedit, vt conſilia tanquam ex theſauro recõdito eliciat ac proferat. quòdque vox & nomen ſonans eſt tanquam alueus, conducens verbum mentis, quæ eſt tanquam fons, dans virtutem verbo prolato,& ipſum concipiens.

G.T. Viuæ ſunt rationes certe.

MAN. Ergo conuenit,vt verba intentioni ſeruiant,non è cõtra,intentio verbis, & ideo à verbis recedimus, quando de contraria mente diſponentis conſtat.d.l.non aliter, vtrunque dictum Abb.in.c.nam concupiſcentiam, col.j. de conſtitu.& in.c.ad audiẽtiam,col.2.de deci.vbi comparat vt ſu-

pra



pra mentem animæ,& verba corpori,Stepha.Fede. in tract. de int.iu.in.3.membro,col.10.Immo quòd impropriãda ſunt etiam,vt ſeruiant menti teſtantis,iuxta doctrinam Bar. in.l. in ambiguo.ff. de reb.dub.Galliau.in.l.centurio, col. 57.ff.de uulga.& pup.ſub.

G.T. Ni fallor,verba ſunt quoque beati Grego.in moralib.

MAN. Sunt vtique,& concordat etiã quod habetur in.c. Marchion.j.q.j.& in.l.ſcire leges.ff.de legi.pulchre Card.in clemen.j.in.§.cæterum,in prin.de iureiu.

G.T. Sed ponamus,quòd libellus præpoſterus ſit, quia dicatur,peto aduerſarium cogi & cõdemnari,viciabitúrne,quoniam verba ſunt inordinata,& conuenit,conſentaneumque eſt,vt prius condemnetur reus,poſtea cõdemnationem ſoluere compellatur?

MAN. Reſpondeo, quòd non, quia verba intentioni ſeruiũt, & famulantur,non (vt diximus) è contra.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.Bal.in.l.edita,in.2.lectu.col.17.C. de eden. Et in ſimili,quòd ſemper intentio ſcribentis eſt conſyderanda,tradit Abb.in.c.mandato,col.2.de ſimo.Anchara.conſi.150.in quæſtione,col.2. pariter, quòd intelligentia verborum ex cauſis aſſumenda eſt dicentis, idemque cõſi.254.ſuper primo,col.2. Et quòd verba etiam ad extraneum ſenſum ſunt trahenda,vbi res aliter ſalua eſſe non poteſt,conſi.219.mirum,col.2.& conſi.281.in auxilium, col. pe.& conſi.248.ad prædicta,col.2. quòd recipitur verbum ſecundum materiam de qua loquimur, & vt res in tuto ſit. Et quòd intentio ſemper præponenda eſt verbis & cortici, conſi.præallega.281.in auxilium,col.3. Rom.ad regu. cõſi.328.col.4.pulchre Anchara.in repe.c. canonum ſtatuta, col.53.de cõſt.& col.148.Rota deci.265.ſi collector, col.j. & deci.289.licet,in nouis.et hoc eſt quod dicebat etiã,Bald. in.l.etiã,col.j.C.de iu.do. quòd habito ſenſu,habemus finẽ, quòdq; habito fine,de modo,ſiue qualitate verborũ,non curamus,nonnihil Gui.Papæ conſi.135.conſilium,col.3.Butigel.in rub.de verb.obli.col.4.Deci.in rub. de proba.in.3. fuſius Calde.conſi.8.an ſi legatus,de offi.le. & conſi.10. an reſeruatio,de præbẽ.ad fi.quòd verborũ intelligẽtia, ex cauſis,ex loco,tẽpore,& perſona,cõſyderãda ſũt.& quòd oĩno regulentur à mente,Seyſel.in.l.j.col.6.ff.de offi.eius,not.in l.non dubium. C. de legi.nec aliter intelligitur quod dici-

„ tur in.l.fi.ff.qui pe.tu.ibi,Incidit quidem in verba conſtitu-
„ tionis,ſed ſentētia excuſatur. Adde rurſum, quòd ob hoc
„ Diodorus cognomento Hemos nullum verbum ambiguū eſſe uoluit, nec quenquam aliud dicere, quàm quod dicere intelligit,& ſi vnum dicam,aliud tu accipias, non ambiguū ſed obſcurum ſit. Immo quòd calumniatoris officium eſſe videtur,verba & literas ſequi,negligere autem voluntatem, pueriliſq; labor,ſiquis (author eſt Ci.) ſit de verbis potius, quàm de ſententijs ſollicitus. Dicebatque rurſus Myſon (Laer.teſte)quòd nō ex verbis res,ſed ex rebus verba inquirenda ſunt,neque propter verba res perfici,ſed rerū gra-
„ tia verba conſumari. & Liui.ſic, Ad ſummam rerum noſtra
„ rū pertinere arbitror (locus notus eſt tibi)vt cogitetis ma-
„ gis quid agendum,quàm quid loquendum ſit,quoniam faci
„ le erit explicatis conſilijs accommodare rebus verba. multa Nath.in clem.ſæpe,in prin.col.2.&.14.de verbo.ſignific. intelligendo ſemper verum hoc ipſum,dummodo mens elici poſsit.l.ſi alij.ff de vſuf.le. Bal.in.c. ſecundo requiris, de ap.& videtur clarior tex.ad idem,vbi Seyſſel.plene, col.2.in l.Gallus,in.§.quidam recte.ff.de libe.& poſthum.& iſta tibi ſint ſatis.

## Ad.c.ſuper his de accuſa. Dialogus 3.

### CRIMEN.

G.T. NON facile percipio humaniſsime præceptor,quid ſit agere de crimine ciuiliter & criminaliter,vt ſæpe dicere ſoles,quod & not.in.c.ſuper his,de accu.et in.c.tuæ,de procu.

MAN. Adde tex.in.l.qui nomine.ff.ad legem Cor.de fal.& in l.damus,& in.l.fi.C.eo.& in.l.j.C.quando ci.ac.& in.l.prætor edixit,in.§.ſi dicatur, iuncta glo.ff.de iniur. & in.cap.j. de teſti.in.6.& in.§.in ſumma,Inſti.de iniur.tradit Bar. in.l. infamem,col.2.ff.de pub.iudi.& in.l.j. in princi.ff. ad legem Iuli.repe.& dic,quòd ciuiliter agitur de re familiari,ideſt pecuniaria criminaliter ad vindictam.l.interdum, & ibi etiam Albe.ff. de pub.iudi. exēplaque apertiſsima ſunt in iuribus ſupra allega. Et nouiſsime in damno dato,puta ſeruo occiſo,lege Aquilia ciuiliter agitur, criminaliter lege Cornelia de ſic.l.inde Neratius.§.ſi dolo.ff.ad legem Aqui. Item in furto,actione furti criminaliter,& condictione furtiua ciuiliter.l.j.C.de fur.& rapina,vi bonorum raptorum ciuiliter, lege Iulia vero de vi criminaliter.l.2.§. hoc edicto, & ibi Bar.ff.de vi bo.rap. Item vnde vi ciuiliter,& lege Iulia de vi. criminaliter.l.j.C.vnde vi.l.j.C.ad legem Iul.de vi.Item de tabulis exhibendis ciuiliter,criminaliter falſi.d.l.interdum, præallega.l.j.C.quando ciui.ac.



G.T. Sed an eodem modo procedatur,ſcirem libenter.

MAN. Reſpondeo, quòd ſic,quoniā utroque caſu ſufficit pronunciare ſuper facto,ita Bart.in.l. viro,in prin.ff. ſolu.mat.

G.T. Ni fallor,hoc anno,aliqua etiam dixiſti in.l. imperium de iu.o.Iudi.

MAN. Verum eſt, ea de re non ero longior, ſed velim ſcias, non parum vtilitatis eſſe,ſi agatur ciuiliter,quia poterit iuramentum deferri in ſupplementum probationis, aliàs nō .l.ſi maritus,& ibi Barto.col.2.ff.ad legem Iuli.de adul.

G.T. Vnum tantum ſcire cupio, poſtea acquieſcam, quid in crimine expilatæ hæreditatis,num idem ſit,quid in alijs.

MAN. Reſpondeo, licèt ſint opi. & aliqui velint quòd non, quòdque actio ciuilis ex hoc crimine non detur,vt per glo. in.l.j.ff.de cri.expi. hæ.tamen datur ſi non alia ſaltim in factum,& ſic ciuiliter & criminalitar.d. caſu etiam agi poteſt, & plenius not.in.l.ſi.C.eo.& quo ad glo.in.d.l.j.dico,quòd ita etiā tenuit,ex quo opi.vltima eſt ab ipſa relata,iuxta not. in.l.qui filium,in.§.Sabinus.ff.ad Treb.

Vtilitas etiam eſt,quo ad rem noſtram, quia ſi de crimine agatur ciuiliter,procurator admittitur,alias non.l.pe.§.ad crimen.ff.de pub.iudi.& eſt præciſe caſus.d.c.tuæ,de procu.

Vnum quoque haud prætermittentes, cum quo etiam finio, quòd ſi de crimine agatur,cuicunque pœna applicetur,ſemper agi dicitur criminaliter.l.lex Cornelia, in princi. & ibi not.ff.de iniur.d.c.tuæ,Gui.Papæ conſi.130.nobilis.col.j.

## Ad.c.maiores, de baptiſ. Dialogus 4.

### VOLVNTAS.

G.T. ID QVOD vulgo dicitur,quòd voluntas præſumitur durare.l.fideicōmiſſa.§.ſi rem.ff.de leg.3.c.maiores, de bap. éſtne humaniſsime MAN. generaliter verum?

**MAN.** Eſt vtique,cum aliqua tamen declaratione,vt infra,ſed primum quòd generale ſit ex multis oſtendo, & maxime quia ſic eſt in teſtamentis,quæ tractu temporis non tolluntur,opus eſt noua prouiſione,nec voluntas præſumitur mutata.l.ſancimus.C.de teſta.vbi vulgatum etiã illud,quod nõ mutatur,cur ſtare prohibetur.Abb.in.c.ĩ præſentia,col.18. de proba.& ibi etiam Deci.idem in donatione dicit, col.32. quòd per ingreſſum monaſterij non tollitur,quòdque durare in eadem voluntate donans præſumitur. Et in iudicijs adhuc Abb.in.c.j.col.3.de lib.ob.quòd actor in ſua petitione ſic pariter durare præſumitur, ex quo eam non reuocauit. & Ancha.conſi.140. primum dubium, col.2. quòd ex conuentione confertur iuriſdictio, quòdque paciſcentes in eadem voluntate durare præſumuntur.& in teſtatore vt ſupra conſi.290.in ſucceſsione,col.2.quòd eo ipſo quòd mutare potuit teſtamentum,& non mutauit,præſumitur in eadem voluntate perſiſtere,& conſi.357.quia,col.2. quòd animus, cuius ſemel facta ſit demonſtratio, etiam quo ad vltimum iuris exitum durare præſumitur. idemque Rom. conſi.295.donatio,col.2. Et in poſſeſsione, quòd non præſumitur voluntas mutata poſsidẽdi,niſi probetur, conſi.329. præſens,col.vlti. Et idem in procuratore generali, quòd à Domino non præſumetur reuocatus, dicit Afflic. deci.38. Franciſcus,colum.4.& deci.381.quædam,colum.2.quòd iurans ſoluere, videtur ſe obligare ad non compenſandum, quòdque animi perſeuerantia præſumitur.& Rui.in.l.2. colum.11.ff.de lega.j.quòd donatio facta à filio ſine patris cõſenſu,poſtea ſui iuris facto,confirmatur, præſumptioq; eſt, quòd in eadem voluntate perſiſtat,& in ſimili de donatione dictum fuit etiam ſupra, nõnihil Are.conſil.17.conſyderatis,col.2.hinc regula illa quoque prodijt, ſemel malus &c. de regu.iu.in.6.inducit ad propoſitum Barba.conſi.64. ſcribitur, col.3.vol.j. Et dicit rurſum Sauilia.cõſi.6.plura, nu.53.vol.j. quòd etiam teſtes præſumuntur in eadem voluntate durare. Et Gramma.deci.66.in cauſa,col.2.quòd nec in continenti in eadem ſcriptura præſumitur quis voluiſſe ſe in continenti corrigere,& ſic mutare voluntatem,& bene.l. non ad ea.ff.de condi.& de.idemque Rui.conſi.93.viſo,nume.4.volu.2. Et appellatur,eſtque argumen.à perſeuerantis voluntatis præſumptione,de quo etiam in.l. ſi mihi & ti

bi,in



bi,in.§.interdum.ff.de lega.1.& in.l.ſi chorus, in fi.ff. de lega.3.Io.amic.conſi.12.factum,col.j.tam bonæ,quàm malæ ut ſupra nouiſsime Bald.in.c.quia veriſimile, col.2.de præſump.& Rom.in.l.ſi finita,in.§.Iulianus,col.3.ff. de dam.infect.& ad idem,qui ſemel dixit, ſe nolle electioni intereſſe, non eſt,ratione prædicta,vlterius citandus, eodem teſte, in c.eccleſia veſtra,in.2.col. de elect. immo quòd nec Hæreticus mortuus præſumitur voluntatem mutaſſe,vt poſt multa tenet Bellame.deci.689.proxima, col.8. ampliat & limitat Alcia.in tract.præſump.regu.2.præſump.16. vt per eũ. Adde tamen,dum dicit, quòd locum habet, etiam ſi lapſum ſit longum tempus, per tex.in.l.ſancimus, allega.etiam ſupra.C. de teſta. quòd nihilominus præſumitur durare potius de proximo,quàm de longinquo.l.furtum.§.fundi,iũcta.l.ſeq.ff.de vſuc.Bal.in.l.in confirmando.ff.de confir. ſuper illum tex.& iſta eſt declaratio.

**G.T.** Pulchra omnia ſunt profecto quæ induxiſti præcep. ſed adhuc intelligere cupimus,an poſsit nihilominus mutari.

**MAN.** Poteſt vtique, neceſſarioque euenit,quoniã anima hominis non ſemper ſtat in eiſdem motibus.l.j.C.de ſacroſan. eccle.l.ſiquis in principio teſtamenti.ff.de lega.3.l.diui.§.licet.ff.de iu.codicil.Bald.conſil.424.verba,colum.1.volu.1. Immo quòd ſapientis eſt mutare propoſitum in melius.l. nonnunquam.ff.de coll.bo.licèt ergo mutata non præſumatur,poteſt tamen(vt dixi)mutari,& facile quidem fit, quoniam vt habetur Io.11.in ſuſcitatione Lazari,nónne (prouerbium enim erat olim apud Hebræos, quo propoſiti mutatio notari uidebatur)duodecim ſunt horæ diei? nil aliud igitur reſtat,niſi vt ſi quid aliud habes, de quo dubites, dicas,ego vero tibi pſto ſim,& rñdeã,quo doctior eſſe poſsis.

**G.T.** Ago tibi gratias humaniſsime præcep. præſertim quia tu,quaſi in tabella quadam,mihi omnia ſpectãda proponis, quanquam referri tanta non poſsit tibi,quanta debetur.

## Ad.c.canonum ſtatuta, de conſti. Dialogus. 5.

### LEX.

**G.T.** AVDIVI ſæpe, à te, & ab alijs præceptoribus meis, quòd in atrocioribus licet leges tranſcendere.

MAN.

MAN. Credo equidem, eſtque re ipſa verũ, vt per Inno.in.c.
canonum ſtatuta, de conſti. & probatur in.l. per omnes.C.
„ de defenſo.ci.ibi,remoueant patrocinia quæ ſeruorem reis,
„ & auxilium ſceleroſis impertiendo, maturari ſcelera fe-
„ cerunt.

G.T. Sed an omnibus magiſtratibus hoc idem conceſſum ſit.

MAN. Non,ſed in maioribus tantum,vt declarat Saly. in au-
then.hodie.C.de iudi. & videtur caſus in.l.ad beſtias.ff. de
pœn.& in.l.2.ff.arbo.fur.cæſa.Seyſel.in.l.nemo poteſt, co-
lum.j.ff.de lega.j.multa Rom.in.l.2.in penul.colum.C. qui
teſta.ſa.po.Afflic.in.c.j.in.§. condemnatorum, colu.3. quæ
ſint rega.in vſib.Iaſ.in.l. qui iuriſdictioni, colum.j.ff.de iu.
om.iudi.& in.l.j.colum.2.C.de preci.Impe.offe. Bononié.
in prati.cri.in.§.diligenter, nume.175. & ideo licèt magna-
tes de conſuetudine non ſuſpendantur furca, vt not.in.l.3.
in.§.j.ff.de re milita. tamen fallit, ſi proditionem commit-
tant,& ita ſeruari in Regno Franciæ teſtatur Bald.in.c. cum
quidam,in fi.de iureiu.Bar.in.l.non ſolum, in.§.ſi mandato
meo,nu.14.ff.de iniur.pleniſsime Barba.conſi.64.ſcribitur,
col.3.vol.j.Bononien.in.l.vnius, in.§.cogniturum,nu.78.
ff.de quæſtio.& in prati.cri.in.§.diligenter, colu.33.allega.
etiam ſupra Gramma.deci.36.Solon.col.3.

G.T. Forte hac ratione etiam ſeruus non ſupplicat, & tamen
atrocitate delicti ad ſupplicandum admittitur.

MAN. Verum eſt,probaturque in.l.j.C. de preci. Impe. offe.
& addendum eſt, quòd hac ratione Latrones inſignes non
appellant.l.j.& ibi Bal.col.j.ff.de libe.& poſthu.

G.T. Dixiſti etiam in locis communibus, latro famoſus.

MAN. Dixi,addo nunc aliud,ad propoſitum tamen noſtrum,
quòd ſuper facto non eſt etiã Imp.conſulẽdus.l.i.C. de edé.
& nihilominus ſecus eſt propter criminis immanitatem.l.di
uus.ff.de offi.præſi.immo quòd plærunque hac de re infan-
tes & paruuli ſolent interfici,vt Iudi.20.c.& Deute.13. Et
aĩalia quoq; ſenſu carentia, dicit Iuriſcon.in.l.j.in.§.cum
arietes.ff.ſi quad.paupe.feci.di. vt flagitio contaminata indi
gnam facti refricent memoriam.c.mulier.15.q.j.

G.T. Quadrat etiam Romuli exemplum, fratrem interficien
tis,quia muros tranſcenderat ciuitatis.

MAN. Et bene.l.fin.ff.de re.di. Vnde Luca.
„ Fraterno primi madauerunt ſanguine muri. ſic Oreſtes ma
trem



trem,Horatius ſororem, & Naſica denique Graccum. no-
tiſsimaque hiſto.eſt L.Vecturium, equitem Romanũ, Ae-
miliam Veſtalem, furtiuo ſtupro polluiſſe, expoſuiſſeque
duas alias contubernalibus, indicioque per ſeruum facto,
ſupplicium de omnibus ſumptum fuiſſe, quòd tamen alias
fieri non poterat.l.cum probatio.ff.de proba.l.fi. & utrobi-
que not.ff. de quæſtio. eſt etiam hac ratione ſpeciale, ut at-
tentatum tanquam conſumatum puniatur, ut in aſſaſsinis,
& not.in.c.1. de homi.in.6. Gramma. uoto.9.nu.19. mul-
ta Caſſane.in conſuetu. Burgun.fo.47.col.2.&.3. quòd plæ
runque ſeueritas neceſſaria eſt, & laudabilis. Vnde Marius,
cum mille homines Camertes, quia egregie in bello pugna
uerant,libertate donaſſet, ob idque accuſaretur, qui præter
legem egiſſet,reſpondit, ſe propter ſtrepitum armorum le-
ges non audiuiſſe,vt in ipſius vita legitur,&,ad aliud tamen,
refert Capici.deciſio.69.in cauſa,nume.5.Immo,inquit Ro
ma,in rub.C.qui admi.colum.2.& Bal.alibi, licere quod hîc
dicitur ratione caſuum emergentium facere, ſignanter per
theoricam Innoc.in.d.c.j.in.l.& ſi ſeuerior, colum.2.C.ex
quib.cau.infa.irroga.vel propter criminis notorietatem,in
.l.ictus fuſtium,colu.2.ff. de his qui not. infa. & in.l. quid
ergo,in.§.pœna grauior,in repe.col.8.ff.eo. quòd licet etiã
tranſgredi leges & ſtatutorũ formã propter conſuetudiné.

G.T. Niſi putarem me tibi fore moleſtum, aliud à te poſtu-
larem.

MAN. Moleſtum mihi plane foret, ſi intelligerem, te ea præ-
termiſiſſe,quæ ſolo verbo tibi nota eſſe potuiſſent, nihil.n.
mihi eſt iucũdius,quàm docere legum arcana,ſi quis eſt qui
diſcere ea à me velit.

G.T. Audebo igitur, & à te hoc ſolum ſciſcitabor, ſi eo caſu,
quo Iudex leges tranſcendit, tranſcendat tam in proceden-
do,quàm in puniendo.

MAN. Prima facie ex generalitate.d.theoricæ Innoc. quiſque
diceret,quòd ſic, tamen contrarium eſt verius, & debet in-
telligi in puniendo, non in procedendo, ex quo non dum
de delicto conſtat, & ita tenent Bononien. in loco de quo
ſupra,ideſt in.d.§.diligenter,nu.175.præallega.adde tu in ſi
mili,doctri.Barto.in.l.quemadmodum.C.de agrico.& cen.
lib.10.prout declarat tamen Seyſel.in.l.j.in prin.cel.2.ff.de
no.o.nun.

G.T.

G.T. Videtur etiã dubia.d.theorica ex alio, quia non in oĩbus criminibus forte locum habet, ſed in cauſis arduis tantum, concernentibus reipub.ſtatum.

MAN. Hoc ſentit Saly.in.d.authen. ſed hodie, & Bald.in.c.3. de re iudi. & Iaſ. in.l.j. col.3.C.de precib. Impe.offe. alleg. quoque ſupra, & habet colorem, ſed quia mille authoritates deſtruerentur, declaratio eſt non amplexanda.

G.T. Ignoſcas rogo præcep. & aliud mihi declara, quoniam ſtatim tacebo, nec te amplius hodie verbis obtundam, quomodo dictum de maioribus magiſtratibus intelligendũ ſit.

MAN. Maiores magiſtratus intelligo, habentes merum & mixtum imperium, vt per Bald.in.d.c.j.col.2. quamuis poſtea contrarium ſentire videatur, in.d.c.3.ad fi.de re iudic. & male, cenſeoque opi. primam meliorem, diſputat quoque Iaſ. in præallega.l.j.de preci.Impe.offe.& poteſt addi ſimile, de quo per Bald.in.l.tutores, in prin.ff.de confir.tu. & in.c. cũ parati, de ap.idem Iaſ.in.l.pacta nouiſsima, col.3.C. de pac. & in.c.j.col.3.pariter, qui feu.da.poſſ. ad declarationem.l.j. C.de prædi.cu. lib. 10. Azo in ſumma, de tu. & cu. qui ſa. non de.Cuma.in.l. ſciendum, quem ibi refert & ſequitur Seyſel.in vlti.col.ff.de verbo.oblig.

## Ad.c. tranſlato, de conſti. Dialogus. 6.

### CONNEXA.

G.T. FRONTONIS platani, conuulſaq; marmora clamãt
" Semper, & aſsiduo ruptæ Lectore columnæ. De connexis idem eſt iudicium, rogo, ſi placet, humaniſsime pater, concordantes mihi impertias, & ſi quid, quod ſcitu annotatu ve dignum ſit, hac in re, ne te pigeat, id ipſum mihi condonare, quoniam momento diſcam, quod tu multo tempore, multoque ſudore, tibi ipſi comparaſti.

MAN. Quam libentiſsime faciam, eoque magis, quia video te ſemper ad diſcẽdum ardentiſsimum, & quia materia eſt etiã brocardica, ſenticoſa, & difficilis, quam tractãt potiſsimum Docto.in.c.tranſlato, vbi caſus clarus, de conſti. in clem.2. de iudi.in.l.nulli.C.de iudi.in.l.ſi finita, in.§. ex hoc edicto. ff.de dam.infect.& in.l.ſi ita ſcriptum, in.§.regula.ff.libe.& poſthu. & in.l.ſed interdũ, iuncta.l.præceden.ff.de aqua plu. ar. & in.l.ſi cognati.C.de nego.geſ.& in.l. quæ religioſis.ff. de rei ven.& in.l.fundi partem.ff.de contrahen.emp. & in.l. ſi ſterilis.ff.de ac.emp.Bal.in.l.petens, col.7.C. de pact. & in.l.cum actum, colu.2.lectu.j.ff.de nego.geſ. & veriſsima regula eſt.

G.T. Bonum eſſet etiam ſcire prius, quid ſit connexum, vt in ſimili dicit Bar.in.l.j.col.4.ff. ſi cer.pe. audiui hoc anno à te, in.l.iuris gentium, in.§.quinimmo, in.j.euiden.ff. de pact. quando dicebas, quòd non poſſumus ſcire veſtimenta pactorum, niſi ſciamus prius quid ſit pactum nudum.l. conficiuntur.ff.de iu.codi.c.ad diſſoluendum, de deſpon.impub.

MAN. Declaro, & ſi deſtinaſſem, quando etiam non petiſſes, hoc idem facere. & dico, quòd connexum pluribus modis dici poteſt, quando duo ſunt, quorum vnum obligat, alterũ vero liberat, vt per Bart.in.l. Aurelius, in.§. idem queſijt.ff. de libe.le.

G.T. Non intelligo, exemplifica, ſi placet.

MAN. Exemplum ponitur in.d.loco, ſic, ego peto à te centũ, vt pote mihi debita, reſpondes verum eſſe, ſed te pacto liberatum fuiſſe, hæc connexa ſunt.

G.T. Placet ſummopere, ideo ad alia pergas.

MAN. Connexum rurſus dicitur, quando plura adhuc ſunt, quorum vnum pendet ab altero, ſicuti officium & beneficium, adulterium & lenocinium, idem Bar. in.l.is qui reus. ff.de pub. iudic.& in.l.2. in.§.ſi publico.ff. ad legem Iuli. de de adul.addo tex.in.l.quãuis.ff.de preca.& Bar.adhuc in extrauagan.ad reprimen. in verbo ſummarie. & hoc eſt quod dicebat Bal.cõſi.205.in cauſa, col.2.vol.3. quòd ex alio dependens illius qualitatem aſſumit, & probatur in.l.ſi donate, in.§.ſi ſponſus.ff.de do. int. ui.& uxo. & ad propoſitum Bartholo.Caſſane.conſi.j.col.30. quòd diſpoſitio præiudicans in principali, præiudicat etiam in dependenti. Tertio connexum dicitur, quando plura ſunt adhuc, quorum vnũ venit ad aliud qualificandum.l.Fulcinius.§. quid ſit latitare. ff.quib.ex cau.in po.ea.Bar.in.d.§.idem quæſijt, not.in.l.diuus.ff.de re iudic. ſi dixero, me tibi promiſiſſe centum, ſub conditione.

G.T. Ampla materia hæc eſt.

MAN. Immo ampliſsima, & hucuſq; nihil audiuiſti. Quarto igitur

igitur connexum dicitur, quando plura ſunt ad eundem ef-
fectum tendentia.l.illud,in fi.ff.ad legem Aqui.l. cum filius,
§.j.ff.de verb.obli.l.nunquàm plura, & vtrobique not.ff.de
priua.delic.exemplumq́ue habes in.d.l.illud. Quinto & vl
timo,vt ſtudeamus breuitati,connexum dicitur proprie id,
quod eſt inſeparabile, vt in.d.§.idem quæſijt. Feli. in.c.cum
inter,col.5.de re iudi.& in.c.ſignificauerunt, in.6.de excep.
& in.c.fi.in 12. de conſti. nonnihil Docto. in.l.2.ff.de iu.o.
iudi. Modo quòd connexorum idem ſit iudicium, facit,
quia ſententia in his pro vno lata præiudicat alteri. c. per
tuas, & ibi glo. de proba. ſurreptioq; vitiat totam gratiam,
ſi fuerit in altero connexorum, inquit Abb. in.c. conſtitu-
tus,col.2.de reſcrip.& in.c. ſuper literis, col.4.co.tit.& Bal.
in.l.j.in prin.generaliter.C.de diuer.reſcrip. quòd in conne
xis & procedentibus per eandem rationé,quod de vno con
ceditur,de alio concedi videtur, ſentit etiam Abb.in.c.præ-
terea, ad fi.de offi.de. & Roman.in.l.damni, in.§. ſi is qui,
col 2.ff.de dam.infect. quòd priuilegium alicui conceſſum,
etiam ad connexa extenditur. Et idem Bald.in.l.ſi ex falſis,
col.j.C.de tranſact.quòd in connexis capitulis,vitiato prin
cipali,omnia alia vitiantur. Et Fede.de Sen.conſi.301.ma-
giſter,columna ſecunda quòd connexa, appendicia, acceſ-
ſoria vel conſequentia, & adhærentia debent ſequi natu-
ram eorum à quibus dependent.multa Bononien.ſing.251.
connexorum,vbi inter cætera dicunt egregium verbum, ſi
verum eſt,quòd licèt tranſactio extendatur etiam ad conne
xa,non tamen expenſas litis comprehendit, niſi expreſſe &
ſpecialiter dictum ſit,& fuit verbum Io.And.in addi.Specu.
in.§.ſequitur in verſi.quod Iudex. qui tamen nihil allegat
de primo & ſecun.decre. Et ad propoſitum redeuntes,ſi ca
pitula connexa ſint vt ſupra pro vno habentur.c. ſecundo
requiris,de ap.idem Bal.in.l.j.col.5.C.de conſe. & in ſimili,
quidam in.l.ſi vnus, in.§.pactus ne peteret.ff. de pac. dice-
bant,reſoluentes contrarium.l. Stichum aut Pamphilum.§.
naturalis.ff.eo.quòd ob. naturalis ſola, bene poteſt per pa-
ctum tolli ipſo iure,ſed non naturalis & ciuilis, quia cũ ſint
connexæ,non poteſt tolli vna, quin tollatur altera, tamen
dubitatio maxima eſt,videndaq́ue glo. & Bar.dicta ibidem.
Dicit etiam Abb.in.c.expoſuiſti, in prin.de corpo.ui. quòd
inhabilis advnum connexorum eſt inhabilis etiam ad reli-
qua.



qua. Et Calde.conſi.22.teſtator, col.j.de teſta. quòd con-
comitantia & connexa, operantur, vt ſub diſpoſitione ve-
niant tacita etiam non expreſſa,ſi ſine eis,quod exprimitur,
non ſortiretur effectum. & ibi in facti contingentia, de pila
ſtris & parietibus quæ tineis connectuntur. de naui & ali-
mentis nautarum, de hauſtu ad fontem & itinere ad ipſum,
& ſimilibus. Et Barto.conſi.159.viſa, col.vlti. quòd vno
euicto,totum reſoluitur. Et Ancha.conſi.207.in quæſtio-
ne,col.2.quòd pupillus hac ratione actum tutoris pro par-
te approbare,pro parte reprobare non poteſt. quòdq́ue de-
bet quis beneficio ſibi cõceſſo vti cũ ſua cauſa, cumq́ue ſuis
vitijs,et quòd generaliter de connexis idem eſt iudicium.

G.T. Sétio me rerũ copia obrui,ideo ſatur te rogo finé facias.

MAN. Sum contentus,ſed volo videas etiam,ſi cupis, quæ cõ
gerit Seyſel.in.l.2.colu.j.allega.quoque ſupra.ff. de iu.om.
Iudi.& Flo.in.l.ſi domus.ff.de ſer.vrba.prædio.& Aret.cõ-
ſi.113.in præſenti,col.vlti.& ſcias, quòd hac de re accidens
aſſumit naturam ſubiecti. Quòdq́ue mouetur Plato, ſi am
bulat. & quòd denique dies eſt, cùm eſt Sol ſuper terram.
Et etiam quòd pluribus modis quid dicitur indiuiſibile, &
potiſsimum ratione connexitatis,vt ſupra,nouiſsime tradit
Bal.in.l.2.in.2.col.C. de hæ.ac. & quòd ſtipulatio alteri fa-
cta,valet,vt per Bar.in.l.ſtipulatio iſta,in.§.ſi ſtipuler,col.3.
ff.de verbo.ob.& quòd denique lex noua trahitur ad nego-
tia præterita connexa futuris,clemen.j.de teſta.Abb.in.c.pa
ſtoralis,in.§.verum,col.j.& in.c.fi.col.pe.de conſti. Seyſel.
in.l.ſi cum dotem,col.12.ff.ſolu.mat. quorum neutrum ta-
men eſt regulare.d.l.ſtipulatio iſta.§.alteri.d.c.fin.& cũ iſtis
tranſeo,& finem facio.

## Ad.c.cognoſcentes, de conſti.
## Dialogus 7.

### CVLPA.

G.T. DVRVM mihi viſum eſt ſemper,quod legitur in.c.co
gnoſcentes, de conſtitutio. quòd quis ſine culpa puniatur
quòdq́ue teneatur quis ex alterius delicto, Anima enim,
quæ peccauerit,punietur,inquit Ezech.c.18.

MAN. Durum eſt certe, & in.d.c.cognoſcentes, dicitur clare
ſic.

ſic. Rem quæ culpa caret, in damnum vocari non conuenit. Car. in cle. ne Romani, in. §. irritum, col. 2. de elect. Rota deci. 425. ſed pone, in nouis. ſed velim ſcias, quamuis ſine culpa puniatur, quòd non tamen punitur ſine cauſa, vt adhuc ibi not. & in. c. quoniam frequenter, in. §. ſi vero, vt lit. non con. & in. c. renouantes. 22. diſt. & in. c. ſi cuius vxorem, & ſeq. 34. diſt. & in. c. multorum. 27. q. 2. & in. c. ſanè, de cle. cõiuga. & vltra hæc licet videre in. l. proſpexit. ff. qui & à quib. vbi ſeruus, torquetur ſine culpa, & tamen id à lege permiſſum eſt cum cauſa.

G.T. Quæ cauſa potuit eſſe in. d. loco?

MAN. Adulterium commiſſum, vt per Dyn. in regu. ſine culpa, de regu. iu. in. 6. & ex hoc poteſt dici, quòd non ſemper pœna ſit argu. culpæ, vt dicebat Bald. in. l. j. ibi, metu pœnarum. ff. de iuſti. & iur. & male, quoniam plærunque imponitur ſine culpa, non tamen (vt diximus) ſine cauſa. d. c. cognoſcentes. c. antiqua, de priui. Bar. in. l. aut facta, in. §. ſi. ff. de pœn. & facit quod habetur in. l. quiſquis. C. ad legem Iul. ma. & in. l. fi. C. de primipi. lib. 12. vbi filius portat iniquitatẽ patris, bonaque vxoris & filiorũ obligata ſunt pro culpa mariti. Et dicit Abb. in. c. ex parte, col. vlti. de conſue. quòd multa ſtatuta olim vigebant Florentiæ, conſimilia, & permittentia tunc, quòd in caſu fallentiæ, etiam filij poſſent capi, quorum amore, patres ſæpiſsime ab iſtis fraudibus retrahuntur. meminique etiam me legiſſe, quòd conſors pro cõſorte tenebatur, quæ res cauſa fuit maximæ ſeditionis & diſcordiæ inter populares & nobiles, aſſerentes ſtatuta hæc ciuium ipſorũ odio condita à popularibus fuiſſe anno. 1295. author eſt Io. Vil. Flo. in anna. lib. 8. c. 12. & ad propoſitum noſtrum L. Ant. hiſto. nota eſt, qui cum L. Sylla collega, lege Iulia ambitus damnatus eſt, cum tamen non deliquiſſet, ex quo iniquum videbatur vnum condemnare, & alterum abſoluere. notior illa Verginij, patris, qui Verginiæ filiæ innocentis pectus gladio transfixit, vt caſtitatem vitæ præferret, recitata in. l. 2. de ori. iu. immo quòd Niph. Sueſſ. in tracta. de regnan. peri. c. 3. ait, crudeles Principes aliquando eſſe oportere, ad hominum improborum terrorem, & nonnunquam etiam, modo cauſa adſit, punire culpa carẽtes. aliquid Bar. in. l. iura libertorum. ff. de iu. pat. Nec prætermittendum, quòd antiquitus poſthumus exhæredari poterat ſine culpa,



culpa, quia non ſentit, odio matris, & à matre odio mariti, & ſic non ſine cauſa, quæ lex poſtea, vt iniqua, reprehenſa eſt. l. ſi quis in ſuo. §. legis. C. de inoffi. teſta. Cur. in. l. 2. nu. 11. C. de bo. po. contra tabu. Notiſsimaque denique Laocoontis Sacerdotis Apollinis Thimbrei, quia piaculum commiſerat ante ſimulacrum numinis, immiſsis anguibus, cum filijs, culpa carentibus, interemptus eſt.

G.T. Secundo Aeneid. legitur.

MAN. Verum eſt, ibi. -illi agmine certo
Laocoonta petunt; & primum parua duorum
Corpora natorum, ſerpens amplexus vterque
Implicat, & miſeros morſu depaſcitur artus. & forte hoc Hebræorum prouerbium innuit, de quo Iere. 31. Patres noſtri comederunt vuam acerbam, & dentes eorum obſtupuerunt. quaſi dicat, ipſi peccauerunt, nos vero pœnam luimus. & quòd iniquum ſit aliàs, ſi cauſa non adſit, quòd quis alterius odio (vt aiunt) prægrauetur, Cicero. verba audi in ora. pro domo ſua, dicentis. Quid enim vos vxor mea miſera violarat? quam vexauiſtis; raptauiſtis; omni crudelitate laceràuiſtis. Quid mea filia? cuius fletus aſsiduus, ſordeſque lugubres vobis erant iucundæ; cæterorum omnium mentes oculoſque flectebant. Quid paruus filius? quem, quàndiu abſui, nemo niſi lachrymantem confectumque vidit. quid fecerat? quòd eum totiens per inſidias interficere voluiſtis? Quid frater meus? qui cùm aliquanto poſt meum diſceſſum ex prouincia veniſſet, neque ſibi viuendum, niſi me reſtituto, putaret, cùm eius mœror, ſqualor incredibilis, & inauditus oĩbus mortalibus miſerabilis videbatur, quotiẽs ex veſtro ferro ac manibus eſt elapſus? Curadus etiã, Curadini Regis filius (vt memoriæ proditum eſt) puer, alios eiuſdem ætatis ſecum gregales habebat, quos præceptores caſtigabant, ſi quando ipſe tamen erraſſet. cuius rei cauſam ſciſcitatus reſpondebant, quia nõ eſt ſeruus ſuper Dominum ſuum, ſat enim eſt, iſtos cædere tui cauſa. quod cum ægre ferret, labi, & non errare curabat quàm maxime, ne ſine culpa, quamuis tamen adeſſet cauſa, cæderentur. & quia longum eſſet, alia ad idem multo plura, afferre, ad propoſitum facientia, te non detineo amplius.

## Ad.c. cum venerabilis, de conſue. Dialogus 8.

### CONSVETVDO.

**G.T.** SCIO præceptor humaniſsime, quòd conſuetudo irrationabilis, non inualidat actũ, nec liberat à culpa, ſed nunquid excuſat à pœna?

**MAN.** Excuſat vtique, vt per glo.in.c.cum venerabilis, de conſue.& in.c.denique.4.diſ.tradit Abb.in.c.fi.in fin.de conſtitu. & Ancha.conſi.283.iure ſtricto, col.j.ad.q.inferens, puerorũ funda ludentium, & lapides hinc inde iactantium, vt excuſentur etiam ſi ſequantur vulnera & homicidia, & ſubijciẽs, poſtquam talia authoritate publica permittuntur, pœnam nõ mereri, poſt Bal.in.l.qua actione, in.§. ſi quis in colluctatione.ff. ad legem Aqui. multa Iaſ.in.l. de quibus, col.3.ff.de legi. vbi eundem quoque refert, dicentem in.d.c.venerabilis, quòd etiá accuſatus rector villæ, quòd crimen priuati carceris commiſerit, ex quo aliquos in cõpedibus ponebat, excuſabitur, ſi probabit quòd anteceſſores ſui ita facere conſueuerant, & quotidianum eſt, poſſetque de facto contingere.

**G.T.** Verùm non dixiſti, à qua pœna excuſetur, quoniam una temporalis eſt, alia æterna, ſiue gehennalis.

**MAN.** Glo.præallega.declarat in.d.c.denique, hoc ipſum de tẽporali pœna eſſe intelligendum. & idem dicit Abb.in.d.c.fi. Rom.ſing.19.an conſuetudo.Cremen. 149. mos puerorum. Iaſ.in præallega.l.de quibus.Seyſel.in.l.2.col.pe.ff.ſolu.ma.

**G.T.** Sicuti ergo in omni pœna locum non habet, ſic etiam rationabile eſt, vt nec habeat in omni actione vel delicto.

**MAN.** Eſt vtique, & in actione iniuriarum poteſt exemplificari, à qua non excuſat.l.iniuriarum actio, magna.§.fi.ff.de iniu. & ibi glo.ſentit Bal.in diſputatione, incipiente accuſatus de vi turbatiua, col.2.Iaſ.in.d.l.de quibus, & in blasfemia, quando ſcelesti homines dicunt, Al diſpetto di Dio.vt efficaciter probat Gramma.cõtra Bal.deci.50. Marcus. & in peſsimo illo ac neſando Sodomitarum vitio.c.flagitia, vbi glo.32.q.7.multa Barba.conſi.64.ſcribitur, col.2.vol.j.& quòd conſuetudo nulla tribuat iuſtam ignorantiæ cauſam, & quòd excuſet à pœna, in not. caſu firmat Areti. conſi.154. conſultatio, col.2. & in termi-



terminis.d. glo.Bar.in.l.quis ſit fugitiuus, in.§. apud Labeoné.ff.de ædi.edic.Bal.in.l.vnica, in.3.q.C.de his quæ pœ. no. Iaſ.in.l.j.in.4.C.de ſumma tri. & fi.ca. Abb.cõſi.15.col.j.vol.j.Sauilia.conſi.6.plura, nu.103.vol.j.Deci.cõſi.170. viſo thema te, col.3.&.4.vol.j.ambo ĩ materia vſuraria, ad quod Grat. quoque videndus eſt conſi.39.viſis, col.j.vol.2.

## Ad.c. cum dilectus, de conſue. Dialogus 9.

### STATVTVM.

**G.T.** Accepimus aliàs, quòd ſtatutum dubium, recipit interpretationem à iure communi, éſtne hoc verum præceptor, & ſi verum eſt, procedítne generaliter, vel ſtatutũ ſeculare ſit, vel eccleſiaſticum?

**MAN.** Quòd verum ſit, hoc ipſum pro firmo teneas, probatur in.c.cum dilectus, de conſue.tradit Bar.in.l. omnes populi.ff. de iuſti.& iu.poſt Inno.in.c.cauſam, de reſcrip.Ro.cõſi 497. diligenter, in prin.Bal.in.l.cum à matre, in fi.C.de rei ven. Immo dico tibi fili chariſsime, quòd ſic conſuetudines, reſcripta, & generaliter omnes diſpoſitiones, ſunt ad intellectum iuris communis redigendæ.l.fi.§.in computatione, & ibi not.C.de iu.deli.l.2.C. de noxa. Anchara. conſi.421. præmittendum, col.j.nonnihil in repe.c. canonum ſtatuta, col.119.179.melius, & fuſius.227.236.351.& 261.de conſtitu. & in rapina & furto ita etiam dicit Ro.conſi.144.inquiſitio. & in dote conſi.147.licet, in prin.& in accuſatione, cõſi.152.præſens, col.2. & in conſtitutione curiæ mercatorum, conſi.163. cõſtitutio, in prin.& conſi.197.Frãciſcus, col.j.quòd hac ratione in quãtum poſsibile eſt, ſtatuta cum iure communi ſunt ad conſonãtiam reducenda. idemque conſi.199.præſens, col.2. & conſi.251.clariſsime, in fi.& conſi.316.circa, col.j. & conſi.318. quæritur, in fi.& conſi.323.in caſu, col.j. & conſi.328. præſens, col.4. quòd hoc idem fieri debet etiam cum impropria ſignificatione verborum ipſius ſtatuti, quod tamen non firmo. multa Stepha.Fede.in tracta.de interpreta.iu.in.2.par.prin.de contrarijs legi.col.j. & pulchre Areti. conſi.12.in cauſa, col. vlti.quòd quando verba diſponentis trahi poſſunt ad aliũ ſenſum, ſemper ſunt intelligenda, vt minus lædant ius commune,

quàm poſsibile ſit. & quòd in dubio ſemper teſtator videtur ſe velle conformare cum diſpoſitione iuris communis. & idẽ dicit in priuilegio, conſi. 164. col. vlti. & ad propoſitum Bal. in. l. ſi quæramus, col. 2. ff. de teſta. poſt Cy. quòd ſi ſtatutum velit, quòd teſtamentum coram quinque teſtibus factum valeat, non habebit locum in teſtamento cæci, vt ſic per ius commune diſtinguatur. Et hoc eſt quod dicebat Calde. conſi. 9. quicquid, de conſtitu. quòd in dubio ſic debet fieri interpretatio ſtatuti, ſecundum diſpoſitionem iuris communis, maxime circa non ſpecificata.

G.T. Hoc mihi ſatis exploratum eſt, dic tãdem, ſi placet, an procedat generaliter.

MAN. Nunc nunc dicere id ipſum volebam, eoque libẽtius mode cum videam te his acquieſcere. Scias igitur, quòd non in omni ſtatuto locum habent ſupra dicta, ſed duntaxat ſi ſeculare fuerit, quoniam ſi eccleſiaſticum, tunc recurritur prius ad ius canonicum, poſtea ad ſtylum curiæ, ita Abb. in. c. ex literis, col. 3. de conſtitu. not. in. c. quàm graui, de cri. fal. & in. c. literas, de iura. cal. & quo ad ciuile, quòd debeat interpretari taliter, vt à iure communi nõ diſcordet, nouiſsime tradit Alex. in. l. dies, in. §. prætor ait, col. 3. ff. de dam. infec. Bal. conſi. 129. domina Franciſca, col. 2. vol. j.

G.T. Sed ponamus quòd ius commune impropriè loquatur, interpretabitúrne ſtatutum ſecundum ius commune?

MAN. Vtique, ſecundum Ro. à nobis citatum ſupra, conſi. 328. præſens, col. 4. eſt verum quòd Pau. de Caſ. contrarium tenuit conſi. 94. poſito, in fi. vol. j. & forte verius eſt.

## Ad. c. propoſuit, de conce. præben. Dialogus 10.

### PAPA.

G.T. MAGNA eſt Papæ poteſtas.

MAN. Immo maxima, quia vnicus mundi monarcha dicitur, & princeps ſupremus, clem. j. & ibi glo. de hære. c. ſignificaſti, de elect. Pau. de Caſ. conſi. 66. dubia. col. j. vol. j. Barba. in. c. j. nu. 10. de proba. non habet ſupra caput niſi Deum, eſt Deus ipſe in terris, æquiparatur Soli, aliquando principem priuat, propter iniuſtitiam, & omnes dignitates denique ſunt ſcabellum pedum



pedum ſuorum. c. ad apoſtolicæ, de re iudi. in. 6. Bal. cõſi. 333. ad intelligentiam, col. j. vol. j. & ideo conuenit vt præ omnibus honoretur, inquit Gui. Pap. deci. 443. quidam, col. 2. & conſi. 134. circa, col. 4. quòd omnia poteſt, excepto peccato. eſt verum, quicquid ſolenniter agit, quòd agit virtute cœleſti, inquit idem Bal. in. c. quanto, de tranſla. præla. quòdque ipſe eſt, qui Petrum repræſentat, clauiger cui (vt dixi) omnis poteſtas à Deo data eſt cœleſtis & terreni imperij, qua de re cantat eccleſia in feſto cathedræ Petri,

„ Tu paſtor omnium princeps Apoſtolorum.

G.T. Multa dixiſti etiam in dialogo de concilio.

MAN. Multa ſanè, ſed non iſta ibi inuenies, Natura enim nouas
„ ſemper deproperat edere formas, vt dicitur in. l. 2. in. §. ſed quia. C. de vete. iu. enu. & in. cap. j. in. §. ſed quia, quæ ſuc. pri. cau. be. amit. in vſib. appellatur etiam pater patrum, ſummus ſacerdos, vir Apoſtolicæ ſanctitatis, culmen epiſcoporum & dignitatum, dominus dominorum, & eccleſia animata denique, vt per Bal. in. c. j. in prin. quis di. Dux Co. vel Mar. in vſib. & in. c. j. in §. j. in prin. qui feu. da. po. co. lib. & in prohe. decreta. col. 3. & in authen. niſi rogati, col. 4 ad Treb.

G.T. Si placet etiam dic num alijs nominibus appelletur.

MAN. Dicam, ſed velim ſcias adeo multa eſſe, vt dubitem, ne ſtomachatus poſtea ſilentium impetres.

G.T. Pro tuo arbitrio dicas, & quantum ſit ſatis, quia attentiſsime te audiam, à quo ſanè ſemper multa & pulchra quidem, ac delectabilia, diſco.

MAN. Appellatur igitur Archiepiſcopus etiam Romæ, Patriarcha, Epiſcopus Chriſtianitatis, & in ſpecie Lateranen. eccleſiæ, per excellentiam Seruus ſeruorum Dei, (ea enim quæ diximus pauloante non repetemus) Maior pater & cuſtos, Pontifex vniuerſalis, Vicarius Dei optimi max. Princeps, Imperator, & ſponſus generalis eccleſiæ. 4. diſt. c. ſtatuimus. c. cleros. 21. diſ. c. licet, de accu. & in prohe. Decreta. Archi. in. c. ſanctorum. 10. q. j. Hoſti. in. §. fi. in ſumma, de vſu pa. not. in. c. 2. de cle. vena. & in. c. vnico, de ſin. idẽ Archidia. in. c. quia. 10. q. j. c. fi. 90. diſ. idem Archi. in. c. fundamenta, de elect. in. 6. c. corpora, de conſecra. diſ. j. cap. 2. de regula. c. 2. de maio. & obe. Bal. (ſingula ſingulis referendo) in. l. reſcripta, col. 2. C. de preci. Impe. offe. Plus dico tibi, quòd eſt ſupra Paulum in adminiſtratione, iuxta not. in. d. c. cleros, & d. xi ſupra quòd eſt Monar-

narcha,nunc addo,quòd præeſt orbi hodie, vt olim Roma.c. ſuturam.12.q.j.l.j.ad fi.C.de vete.iu.enu.Io.And.in.c. quanto,de tranſla.præla.Bal.in.d.l.reſcripta,tranſlatus de Antiocena Romam, pro cuius vita & ſtatu ſemper orat eccleſia.c. rogamus.24.q.j.c.mutationes.7.q.j.c.ſi Papa.40.diſ.c.in canonibus,in fi.16.q.j.nec eſt omittendum, quòd non poſſent omnes eccleſiæ mundi,nec omnes clerici ſimul,ipſum priuare papatu,eique dignitatem auferre,intellige ſine cauſa, vt per Archi.in.c.lex eſt.2.diſ.Bal.in.l. cum multa, in princi.C.de boniſque libe.

**G.T.** Sed vnde dictus eſt Papa?

**MAN.** A pape, eſtque interiectio admirantis, vt not. in prohe. cle.vnde Dan.Flo.etiam can.7.Infer.

„ Pape ſatan,pape ſatan aleppe
„ Cominciò Pluto,con la voce chioccia,&c. A Bitiniſque vſurpatum legimus,eos adoraturos, montium cacumina conſcendere,& ſine templis,Iouem papam ſalutare ſolere.Scithas vero(vt in geniali.inquit Alex.)papeum. Poteſtas igitur Papæ nedùm magna ex his eſt, verum etiam maxima.

**G.T.** Scio ad idem,quòd eſt aſſumptus in plenitudinem poteſtatis,in partem ſollicitudinis autem alij.c.mandata, de præſum. c.ad honorem,de autho.& vſu pa.Ancha. pulchre conſi.188. viſis,col.3.& conſi.204.viſis,col.3.Gemi.conſi.14.in hac cauſa,in prin.ſed non in quibus maxime eam exerceat.

**MAN.** In his,quæ ſunt iuris poſitiui, quoniam ſupra ipſum eſſe dicitur,exercet.c.propoſuit,de conceſſio.preben.Abb.in.c.j. col.j.de cau.po.& prop.& in.c j.col.2.de ſimo.& in.c.quæ in eccleſiarum,col.fi.de conſti. Ancha.conſi.335.viſo, col.2.& in.c.canonum ſtatuta, col.17.de conſti.Gemi.in.c. ſuper eo, col.j.de hære.in.6.Rota deci.324.ſuppoſita,ad fi.in nouis.Deci.conſi.34.viſa nu.11.vol.3.Alex.conſi.2.viſis,col.pe.vol.j. immo inquit ibidem,col.5.quòd ipſum funditus tollere poteſt,ſi velit.Staphi.in tracta.de gratijs,in ſecunda forma, col.j. pulchre Gui.Papa conſi.134.circa, col.5. & in beneficialibus longe magis.c.2.de præben.in.6.cle.j.vt lit.pen.Iaſ.in.l. quotiens,col.3.C.de rei ven.Ancha.conſi.58.circunſcriptis, col. 2.Deci.in.c.j.lec.2.col.11.de iudi.Abb.in.c cum à nobis,col. 2.de teſti.idem Deci.in.c.j.col.3.de excep.Alex.conſi.2.præallega.nu.7.idem Deci.in.d.conſi.34.nu.15.& dicit Feli.in.c. quæ in eccleſiarum, col.15.de conſti. quòd poteſt quem priuare





uare hoc caſu,pro libito voluntatis ſuæ.& idem Ancha. conſi.295.pro clariori in prin. quòd vbi motus Principis eſt, ibi eſt mera liberalitas,quòdque latiſsime interpretanda eſt in rebus ſuper quibus liberam & plenam habet poteſtatem, maxime in beneficijs eccleſiaſticis.& cõſi.310. tres Domini, col.2. & præſertim vbi de voluntate apparet,vt ibi,col.vlti. & in donatione,quòd eam ad libitum in hiſce reuocat,R.o.conſi.298. circa, col.2.&.334.circa, col.pe. quòd nullus maior ordinarius eſt,quàm Papa,in collatione beneficiorum.& Abb.in diſputatione Epiſcopus, col.j.quòd poteſt inueſtire de beneficijs vacantibus,etiam ſi hoc in concilio prohibitum ſit. Idem Ancha.in.c.canonum ſtatuta, in repe.col.16. de conſti. quòd etiam pro obtinenda prælatura, licite & tuta conſcientia pecuniam retinebit. Idem Fel.in materia penſionum,in.c.ad audiẽtiam.2.col.5.de reſcrip. quòd ſi de redditibꝰ vnius eccleſiæ diſponat ad commodum alterius eccleſiaſticæ perſonæ, talis erit tutus authoritate illius,qui in iſtis habet liberam poteſtatem. Et ad materiam ſciendum eſt, quancunque poteſtatem det Papa alicui,aut quæcunque verba dicat in ſuis priuilegijs, vel conſtitutionibus, quòd maiorem tamen poteſtatem retinet penes ſe,argu.in.c.dudum,& in.c. quamuis.2.de præben. in.6.Staphi.de gratijs,in prin.nu.4. Si clericus ſecularis tamẽ impetraret præbendam, non ſolitam aſsignari clericis ſecularibus,impetratio nõ valeret,etiã ſi adeſſet clauſula motus proprij,Bal.in.l.fideicommiſſa,in.§.ſi ſeruo.ff.de lega.3.& pro cõplemento nota, licèt hæc in beneficialibus procedant, quòd tamen habet eandem poteſtatem in terris eccleſiæ, etiam quo ad temporalia,quòdque tunc eſt Princeps, & quòd in eo dicitur conſiſtere Romanũ imperiũ.c. per venerabilem.§. rationibus,qui fi. ſint legi.c.ſi.duobus, in fi.de ap.Bar. in extrauagã.ad reprimen. in verbo totius orbis. Areti.conſi.58.diligenter, col.6.& iſta pro meo arbitrio, vt dixiſti, erunt ſatis, ad.d.dialogum de concilio addenda à te qui poteſtatem Papæ ſcire deſiderabas.

## Ad.c. quam graui, de cri. fal. Dialogus 11.

### STYLVS.

**G.T.** STYLI etiam (vt proxime dicebam in Papa) magna vis eſt.

**MAN.** Magna certe, quoniam ſeruari debet ſemper. c. quàm graui, de cri. fal. l. 3. §. fi. ff. de teſti. Alex. conſi. 41. habita, col. vlti. volumine ſecundo, Abb. in. c. ex parte, columna ſecunda, de priui. Bellen. de charitati. ſub. q. 110. qualiter, col. 2. Bar. in authen. qui ſemel, in fi. C. quomodo & quando iud. etiam ſi ius commune ſit in contrarium. l. ſi quando, in fi. C. de iniur. §. fi. Inſti. de ſatisda. Gui. Papæ conſi. 123. magnificus, col. 4. & cõſi. 7. vbi reus, in fi. qui dicit etiam conſi. 73. adhærendo, col. j. quòd eſt optimus legum interpres, & deci. 198. ſed an Dominus, col. 2. quòd pro lege habetur. & ibidem quòd ſententia lata contra ſtylum hac de re eſt nulla, Caſſane. conſi. 68. viſis, nu. 57. idem Gui. Papæ deci. 264. an legando, in fi. & Alex. cõſi. ſupra allega. 41. quòd adeo potens eſt, vt poſsit derogare etiam ſolennitati citationis. Plus dicit Old. conſi. 328. ad idẽ, col. 2. quòd litera reputatur falſa, ſi in ea ſtylus, & conſuetus ſcribendi modus inuentus non eſt: Abb. in. c. ex parte. 2. de offi. de multa Staphi. de gra. & expectati. forma. 4. nu. 16. 17. idẽ Abb. in. c. literas, in fi. de iura. cal. quòd impedit virtutem legis generalis, & ſi ſeruandus eſt, vt ſupra maxime ſeruari debet ſtylus curiæ Romanæ, vt vult Barba. & eſt rationabile, in. c. j. col. 3. de proba. & hoc eſt quod dicebam aliàs in. l. j. & ibi Alex. in fi. ff. quod quiſque iu. quòd licèt in atrocioribus puniatur affectus, licèt effectus non ſequatur. l. ſi quis non dicam rapere. C. de ep. & cle. l. is qui cum telo. C. ad legem Cor. de ſica. de ſtylo tamen non ſeruatur. nec etiam quòd fiat remiſsio ad locum delicti, vt iuris eſt, authen. qua in prouincia. C. vbi de cri. agi opor. Bar. in. l. ſepulchri. ff. de ſepul. uio. De ſtylo ſolet etiam dici in curia, & in reſcriptis, ſuper defectu ætatis, De vberioris dono gratiæ, tecum ſuper dicto defectu diſpenſamus. aliàs gratia non valeret. c. licet, de cri. ſal. not. in. l. fi. C ſi contra ius vel vti. pub. Calde. conſi. 8. an exiſtens, col. j. in fi. Gui. Papæ conſi. 134. circa, in fi. quòd bulla contra ſtylum curiæ, eſt nulla pariter. & in gratia adhuc Staphi. de quib. mo. lit. ad be. expi. fo. 83. nu. 7. quòd licet per ſolam ſignaturam dicatur perfecta in ſe, de ſtylo curiæ tamen requirit literas, & poſt præſentationem perfecta dicetur quoad poteſtatem executoris, deducentis eam ad actum.



**G.T.** Dixiſti præcep. quòd attendi debet, etiam ſi ius commune ſit in contrarium, de quo dubito, vt per Afflic. in. c. j. nu. 107. de mi. va. qui contu. eſt, in vſib. Areti. conſi. 102. In cauſa, col. vlti. ſed tranſeat, nunquid aliàs à iure communi interpretationem recipiat, vt ſtatutum?

**MAN.** Sine dubio recipit. l. j. in prin. & ibi Ange. ff. de no. o. nũ. Gui. Papæ conſi. 119. ex progreſſu, col. pe.

**G.T.** Quid differt à conſuetudine.

**MAN.** Differt, quia ſtylus inducitur per actus iudiciarios, eorum quæ in iudicio verſantur. l. Labeo, in prin. ff. de ſtatuli. l. j. §. in honorarijs. ff. de va. & extraor. co. l. circa, in fi. de proba. Conſuetudo vero, per actus iudiciarios & exempla, & vt per Bar. fuſius, in. l. 2. nu. 9. C. quæ ſit lon. conſue. eſt verum quòd Ange. quo ad formam libelli, differentiam facere non videtur, in. l. j. in prin. ff. de offi. aſſe. multa Caſſane. in conſue. Burgun. in prin. col. j. & . 2.

**G.T.** Verùm, ſi placet, declara, quid ſit ſtylus, licet coniecturis facile ex his ſim iſtud aſſecutus.

**MAN.** Stylus, breuitati ſtudendo, nil aliud eſt, niſi practica curię, ſecundum Bal. in. d. l. ratio. & ius non ſcriptum ab vnius Iudicis voluntate ſepe ſtylatum, vt per Areti. in. §. ex non ſcripto, Inſti. de iu. natu. Caſſane. in loco de quo ſupra, & hac de re, quia à peritioribus inuentus eſt, vt dicebam ſupra, debet ſeruari. & fuit verbum Bald. conſi. 358. præſupponendum, ad fi. vol. j. & quòd differat à conſuetudine, eſt nouiſsime etiã Bal. videndus, in. c. j. col. 2. in prin. de mili. va. qui contu. eſt. allega. quoque ſupra. Dictuſque inſuper ſtylus, quaſi ſtans, ad ſimilitudinem ferrei, idem Bal. & alij, in. l. de quibus. ff. de legi. Gnomon etiam ſtylus eſt in horologio Solari. & apud Rhetores dicendi artifex, vt inquit Ci. in lib. Orator. & ad propoſitum mos agentium alibi appellatur in. d. l. Labeo, in prin. ff. de ſtatulibe. Bar. in. d. l. 2. col. 5. & modo albus eſt, modo niger, quod tamen in ſtylo curiæ intelligas, quòdque potius in facto quàm in iure conſiſtit, vt inquit Hoſti. in prin. ſummæ. Staphi.

Staphi.de gra. & expectati.in prin.nu.30.31.32. nec ſibi verba illa aliud volunt,in lege aliquando poſita hoc iure vtimur, vſitatum eſt,& ſimilia.§.ſed hoc iure,Inſti.de Atti.tu.l. ex facto etiam.ff.de hæ.inſti.l.ius dandi.ff.de tu. & cu.dat. ab his.l. hoc iure.ff. de regu.iu.l.illud, & ibi Bal.ff. de excu.tu.& licèt de gratia & bulla métionem fecerim ſupra, ſcias tamen, quòd maxime in reſcriptis attéditur, ex quo in eo ſunt multa ſecreta,quæ per expertos conſyderanda ſunt,vt inquit Io. de graſ. in.tra.de reſcrip.in prin.col.2.nu.10.& Bar.in.d.l. de quibus, in.10.col.ff.de legi.quem refert & ſequitur Roch.Cur.in tracta. de conſue.nu.380. quòd ſtylus Principis idem operatur quod conſuetudo vniuerſitatis & populi. Eſt verum quòd non attenditur,vbi agitur de anima,& not.in locis præallega. & vltimo loco tradit Feli.cóſi.6.vtrum,nu.2.& ſi multo plura etiam videre cupias de ſtylo,Saui.vide, cóſi.j.nu.21.vol.2.

## Ad.c.ad falſariorum, de cri. fal. Dialogus 12.

### FALSVM.

G.T. FALSI crimen, magnum eſt.

MAN. Immo quòd deducit hominem ad nihilum, inquit Albe. in.l.tranſigere, col.pe.C.de tráſac. vbi etiam Bar.refert.nu.4. &.5.Hugoli. Fontana Doctorem Lombar. tunc dicere ſolitum,quòd licèt condemnatio falſi, hominem non interimat, vel pœnam ſanguinis non ingerat, totaliter tamen ipſum vituperat,adeo vt nullum crimen ſit iſto deteſtabilius,& ibi nos multa,in.2.lectu.his diebus impreſſa.

G.T. Sed ſi graue crimen ita eſt,nónne de iure communi imponitur pœna mortis?

MAN. Non,niſi in ſeruo,& partu ſuppoſito.l.lex cornelia.ff.de pub.iudi.l.j.C.ad legem Cor.de fal.l.j.§.fi.ff.eo.

G.T. Quæ igitur pœna ſtatuta eſt regulariter?

MAN. Deportationis, & publicationis bonorum, vt in.d.iuribus declarat Afflic.deci.21.dubitabatur, columna quarta. Eſt verum, quòd bona fides agentis, omne vitium falſitatis excludit,ex quo dolus requiritur, inq; falſum errore quis incidiſſe potius præſumendus eſt,quàm malitia.l.nec exemplú. C.ad legé Cor.de fal.l.quod adhibitus.C.de his qui ſibi aſcri. Bal.



Bal.conſi.244.dubitatur, ad fi.vol.j. & conſi.293.præmiſsis, col.2.co.lib.& conſi.33.licet,vol.3.

G.T. Verum ponamus,quòd falſitas nemini noceat,eritne præcep.crimen hoc caſu punibile?

MAN. Non.c. quanto, de iureiu.l.damus.C. ad legem Cor.de fal.Fel.in.c.j.col.j.in fi.& prin.ſeq.de præſump.

G.T. Quid eſt falſum?

MAN. Veritatis mutatio,vt in authé.de inſtru.cau.& fi.in prin. & ſi uis ſcire,quot modis capiatur,vide Bar.in.d.l.nec exemplum.& quia crimen graue eſt,vt diximus, probatio debet de neceſsitate cócludere.l.iuris gentium.§.quod fere, & ibi Bal. col.j.ff.de pac.Alex.conſi.190.viſis,nu.2.vol.7.& ad idé ſciédum eſt, quòd non dicitur omne verbum in ſe falſum, vt in authen.de fi.inſtru.in prin. ideo licèt quis obijciat tibi, quòd falſum dicas, non propterea iniuriam infert, nec eſt verum quòd ex certa ſcientia,ac doloſe loquatur,ſecundum Alex.in l.de tutela,in.2.col.C.de in integ.reſti.

G.T. Propter criminis grauitatem igitur multa debent eſſe in eo ſpecialia.

MAN. Multa quidem eſſe debent, & ſunt, & præ cæteris quòd falſi ſuſpicio pro falſo habeatur.l. iubemus.C. de proba.glo. in.l.2.ff.de fi.inſtru.Archi.in.c. in memoriam.19.diſ.Ancha. conſi.173.circa,col.3.Capici.deci.30.in cauſa,nu.4.quod dictum tamen eſt verum,quo ad retentionem, non quo ad condemnationem, vt ſentit Abb.in.c.ſuper eo, de cri.fal. & Bal. conſi.444.ad euidentiam,col.j.vol.j.plene Deci.conſi.175.in cauſa, col.5. eſt etiam ſpeciale in eo, quòd in generali abolitione criminum non comprehenditur.l.Lucius.ff.ad Turpi. & ſi carcerati ob lætitiá relaxantur,non tamen relaxatur carceratus ex iſta cauſa, vt not.in.l.de pupillo, in.§.ſi pluribus. ff.de no.o.nun.Deci.in.c.licet,col.4.de proba. Item quòd falſarius ſine accuſatore condemnetur, quòd in eo crimine pronuncietur,ſi inciderit. & quòd conuictus denique, ſtatim curiæ ſeculari tradatur. quæ omnia,& fuſius,ponit Gof. in ſumma,de cri.fal.col.vlti.Doctor etiam torqueri non poteſt,maxime actu legens.l.deſertorem.§.j.ff. de re mili.l. milites. C. de quæſtio. Bal.in.j.conſti.Co.§.j.& in.l.fi.C.de Iudæ. Abb. in.c.quanto, de magiſt. & tamen ſecus eſt in crimine falſi.l. ſi quis decurio.C.ad legé Cor.de fal.Brun.de indi. & tor.char. 7.Ro.ſingu.488.milites.Gramma.voto.25. in cauſa.nu.5. &

plus

plus quòd odio falſi filius habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio, etiam ſine patris conſenſu, quod tamen non eſt regulare, ſicuti nec in ſupradictis caſibus.l.fi.§.neceſsitate.C. de bonisque libe.& probatur in.l.poſt legatum, in.§.ſi filiusfamilias.ff.de his quib.vt indi.

G.T. An crimen publicum ſit?

MAN. Eſt vtique.l.lege Cornelia.§.pœna.ff. ad legem Cor. de fal.Calde.conſi.j.in prin.de accuſa.

G.T. Quot modis cognoſcitur de iſto crimine?

MAN. Quinque, criminaliter accuſando. per actionem in factum ad intereſſe, per exceptionem, per replicationem, & per inquiſitionem denique, vt per Bar.in.l.ſi ex falſis, col.j.C.de tranſac.

G.T. Si teſtis falſum dixit, qua pœna punitur?

MAN. Ciuiliter in quantum læſit, criminaliter deportatione & publicatione bonorum, ſi eſt liber. ſi ſeruus, vltimo ſupplicio, & ſi clericus, deponitur & detruditur in monaſterium, ad agendam pœnitentiam. ſi receperit pecuniam, pœna falſi tenetur, omnia Abb.in.c.j.in pc.& fi.col.de cri.fal.

G.T. Quia materia pulchra eſt, delectabilis, & copioſa, vellem etiam, ſi placet, de pluribus edoceri.

MAN. Dic omnia, & interroga, quoniam nihil mihi gratius eſſe poteſt.

G.T. Vellem ſcire igitur, quot modis falſum dicitur.

MAN. Scies, & quidem facile, ſi Bar.legeris, in.l.quid ſit falſum ff.ad legem Cor.de fal.tribus ſcilicet, largiſsime, large, & ſtricte, exemplificando vt ibi per eum.& quòd modis rurſum cõmittatur, tradunt Bononien. in rub.de fal. id præ oculis ſemper habentes, nunquam eſſe falſum id, quod iuratur primordio veritatis.l.cum filius.§.hæres, & ibi Bar.ff. de lega.2.

G.T. Nunquid falſum iuuetur à lege?

MAN. Nunquàm, quia (vt dixi ſupra) eſt mutatio veritatis, &
„ ſic (addas nunc) contra CHRISTVM, qui dixit Io.9. Ego
„ ſum veritas. tradit Ioan.And.in.c. præſentium, col.4.de teſti.in.6.

G.T. Si inſtrumẽtum aduerſarij mei falſum arbitrer, poterône ei illud ſibi arripere, & lacerare?

MAN. Glo.dicit, quòd ſit, in.l.ſicut.C.de paga.

G.T. Expendens falſam monetam, ſtamneam, vel plumbeam, qua pœna tenetur?

MAN.



MAN. Lege Cor.de falſis, aliàs punitur extra ordinem, ſecundũ Bar.in.l.lege Cornelia.ff.ad legem Cor.de fal.

G.T. Si notarius, procurator, vel aduocatus vnius partis oſtendat inſtrumentum alteri, tenebitur ne falſi?

MAN. Bar.in.l.j.in.§.is qui depoſita.ff. ad legem Cor.de fal. dicit, quòd ſic, & bene.

G.T. Si teſtamentum falſum ſit, quibus cõiecturis elici poterit?

MAN. Multis quidem, quas enumerat Pau.de Caſ.conſi.231.in quæſtione, vol.2.per totum, ſi cupis ea ſcire, ibi videas, quia hic aliter non ſcribam, breuitatis inſtitutæ gratia.

G.T. Eſtne verum, quòd condemnatus de falſo, habeatur pro mortuo?

MAN. Eſt vtique, & fuit verbum Cy.in.l.tranſigere, allega.etiã ſupra.C.de tranſac.& poſt eum Bal.in.l.Caſsius, col.2.ff.de Sena.vbi etiam dicit, quòd qui non opponit de falſo cõtra inſtrumentum, fatuus eſt, ex quo lex ſemper præſumit contra opponentem. & quòd mortuus mundo dicatur, tradit etiam Barba.conſi.47.ſcribitur, col.9.vol.j.

G.T. SCIO in curia Romana, ſi condemnatus ad mortẽ obuiat Cardinali, quòd per impoſitionem pilei liberatur.l.addictos, vbi Bal.Pau.de Caſ.& Saly.C.de ap. an idem ſit dicẽdum in condemnato de falſo?

MAN. Non, propter criminis deteſtationem.l.Lucius, allega. etiam ſupra.ff.ad Turpil.Barba.in tracta. de præſtan Cardi.in 9.q.primæ partis.Bononien.in rub.de fal.col.4.

G.T. Sed quid in falſante literas Papæ?

MAN. Curiæ ſeculari traditur.c.ad falſariorum, de cri.fal. Abb. in.c.at ſi clerici, col.14.de iudi.glo.in.cap.ſi quis ſacerdotum. 11.q.j.Gui.Papæ multa deci.455. committitur. Eſt verum, quamuis Delegatus Papæ, vices ipſius gerat.c.ſanè, de offi.de. quòd tamen non ita punitur falſificans literas delegati, ſicuti Papæ, vt per Abb.in.c.olim, col.2.de reſcrip. Similiter impetrãs, vel vtens reſcripto ſurreptitio, punitur pœna.c.ſuper literis, de reſcrip.ſed tamen non incidit in pœnam.d.c.ad falſariorum, vt per Feli.in rub.de reſcrip.ad fi. Et quòd traditio fiat ſeculari curiæ aliàs, licèt in malorum profundum non deuenerit, quod notandum eſt pro limitatione.c.cum non ab homine, de iudi.nouiſsime eſt glo.in.c.ad audientiam, de cri.fal. & in.c.nec licuit.17.diſ.Gramma.deci.27.Ferrantellus, col.4. Capici.deci.30.in cauſa, col.2.& quia late ad ad materiam dixi in

xi in.d.l.tranſigere,tranſeo,& ad ibi dicta me remitto,de falſitate,vltra hæc,prope modum infinita.

## Ad.c.quod in dubijs, de conſecra ec.vel al. Dialogus 13.

DIGNVM.

G.T. MAGIS dignum, trahit ad ſe minus,& conſentaneum eſt.c.ſi is cui,de præben.in.6.c.vnico, de conſecra.ec. vel alta. co.lib.c.quod in dubijs,co.ti. vbi dicit etiã Abb.ad idẽ, quòd ſic compoſitum ex diuerſis aſſumit naturam ſimplicis dignioris.& Bal.alibi,quòd hac ratione pars debet accedere ad Iudicem,non è contra, Iudex ad partem, in.l.ſcire oportet, in.§. multa,in prin.& per illum tex.ff.de excu.tu.

MAN. Verum eſt iſtud, præter quàm in caſu.l.ad egregias.ff.de iure iu. vbi egregiæ perſonæ ad iurandum coram Iudice venire non compelluntur. quamuis replicari etiam poſsit, quòd non propterea ad eas Iudex accedit, ſed iuſiurãdum mittit domum,vt ſignanter ibi dicitur.

G.T. Sed an propoſitio generalis ſit, quòd magis dignum &c?

MAN. Videretur dicendum,quòd ſic,ex his, & probatur etiam in.l.quæ religioſis.ff.de rei ven.& in.l.ſi communem.ff.quem admo.ſerui.amit.& in.l.fi.C.de ordi.co.& in.l.per minorem. ff.de iudi. Ange.in.l. ſi quis aliam.ff. de ſolu. Archidia.in.c. ſi quis Epiſcopus, in fi.2.q.6.Gui. Papa conſi.72. principalia, col.j.Maran. diſpu.2.ambigua, nu.32. Io. And. in.c. cum ex officij,col.2.de præſcrip.Bal.conſi.400.ſuper primo,col.vlti. vol.4.& quia hinc videmus quoque, quòd ſic vtile ad ſe trahit inutile, & finis principium.l.cum actum, & ibi idem Bal. lec.j.col.2.ff.de nego.geſ. Et ſi in aliquo actu iungantur duo verba,quorum quodlibet per ſe actum ſignificet diuerſæ naturæ,verbum importans actum magis plenum, aliud minoris efficaciæ ad ſe trahit.l.non ſolum.§.fi.ff.de vſuca.inducit Nath.in cle.ſæpe,in.§.non ſic tamen,col.32.de verbo.ſi. & quòd ſic magis potens trahit ad ſe minus.l.imperium.ff.de iu.o. Iudi.l.cum ſponſus.§.generaliter.ff.de do.inter vi. & vxo.l.hoc legatum.ff.de lega.3.l.quæritur.ff.de ſta.ho.l. Titiæ textores. ff.de lega.2.Calde.conſi.22.an ſi Papa, col.2.de præben. Bal. in.c.quanto,col.j.de iudi.vbi etiam dicit, quòd in iure patronatus



natus inſpicitur quo ad forum potius qualitas ſpiritualitatis, quàm ſubſtantia temporalitatis. Et quando ex duobus extremis fit vnio,remanẽtibus qualitatibus extremorum, quòd magis principale & magis notabile aliud ad ſe trahit. Ad idem ſi mulier cum clerico delinquat, ſubijcitur foro eccleſiæ, & à Iudice eccleſiaſtico punitur, quia quaſi ſacrilegium committit,ita Abb.in.c.ſi quiſquam, col.2. de coha.cle. & mu. Et ſi quis habeat ex diſpenſatione plura beneficia,vnumque ſit dignius altero,debet ſeruire digniori. Vel ſi à duobus Iudicibus citetur,nec poſsit vtrique parere,maiorẽ eligere debet.c. extirpandæ.§.quia vero, & ibi Abb.col.2.de præben. Video rurſum, quòd in grege maior numerus trahit ad ſe minorem pariter,vt quis agat rei vẽdicatione, licèt ĩ reſtitutione capita aliena non veniant.l.2.ff.de rei ven. Et licitũ, illicitum, vt per multa oſtendit Alexandri.collega,in.l.non ſolum, in.§.morte,nu.185.de no.o.nun.Bar.in.l.ſi quis autem,in prin.ante cũ ff.co. Et facit quod de baptiſmo ait diuus Auguſti.ſic,Si tol-
las verbum,quid aliud eſt aqua,niſi aqua, ſi verbum addas ele-
mento, ſtatim fit ſacramentum. & bene.c.j.de baptiſ. Quamuis item, vt philoſophi dicunt, actus purus rei non vniatur, poteſt tamẽ vniri,vt rem ad ſe trahat,tamque principale & dignius,quod trahit ad ſe omne quod eſt minus dignum.d.cap. quod in dubijs,ideſt non vnitur eo modo quo materia & forma vnitur in compoſito,ſed tanquam naturæ ſuppoſito. Nobilior pars etiam & principalior, trahit ad ſe minus principalem.l.in rem.§.in omnibus.ff.de rei ven.eſtque natura vnitorum,inquit alibi Bal. vt maius dignum ad ſe trahat minus, ſicuti dictum eſt,& adeo quidem nouiſsime, vt ſibi ſuam naturam conferat omnia priuilegia & dignitates,in.l.2.C.communia de le.refert & ſequitur Ioan.amic.conſi.j.nu.50.nonnihil Bal.conſi.237.quidam,in prin.vol.3.& Io.And.in.c.cum perſonæ, col.2.de priui.in.6.Iaſ.in.l.j.in prin.col.5.ff.de verbo. ob.Bellen.in tracta.de charita.ſub.q.93.dicitur,col.j. Et hoc eſt rurſum quod not.in.l.imperium.ff.de iu.o.Iudi.quòd officium mercenarium bene poteſt aſſumere naturam nobilis,ſed non è contra,ſicuti nec conuenit, vt inquit glo.in.l.petẽs.C. de pac.quòd principale veſtiatur ab acceſſorio,& bene.l.quod per manus.ff.de iu.codicil.nos in.l.iuris gentium, in.§.quinimmo,lectu.3.ff.de pac.& dictu mirabile eſt ad idem,quòd hac ratione non datur vnio ad indigniorem, ad digniorem ſic.c. ſuper

ſuper eo, de præben.in.6.Staphi.de gra.& expec.in prin. ver. inter formas, nu.5.Pet.de Peru.in tracta.de vnio. ante eum, col.j.& quòd ſic incertum non trahit ad ſe certum, ſed è contra.l.in bonæ fidei,& ibi Cy.C.de reb.cre.Bal.conſi.390. eam profunde.col.2.vol.2.Quid quòd Grammatici dicunt etiam ad propoſitum,quòd figura conceptio, ſeu ſyllepſis,nil aliud eſt,niſi inductio indignioris ad dignius, ex quo maſculus,pluralis numerus,& perſona prima, ſunt digniores fœmina, numero ſingulari,& perſona ſecunda,non ſecus ac dextera ſiniſtra nobilior. & Abb.in.c.ex literis,col.2.de conſti.quòd collegium cognoſcitur an ſit eccleſiaſticũ, vel ſeculare, ſi ibi ſint plures clerici,vel plures laici,& poſtea quòd data paritate terminorum dicendum eſt hac ratione eccleſiaſticum.Bar. ante eum,in.l.ſodales,nu.15.de colle.illici.& Anchara. conſi.215. ſcripſit,col.2.quòd receptio facta authoritate Apoſtolica, eſt dignior,quàm illa, quæ fit authoritate recipientium, & quòd illa iſtam ad ſe trahit. & Soci.in.l.cum ſenatus, in fi.ff.de reb. du.quòd ſi delictum à pluribus commiſſum ſit, inter quos ſit clericus, cognoſcet Iudex eccleſiaſticus. & Stepha. Fede. in tracta.de int.iu.in prin.col.14.quòd bona animæ, vt pote digniora,ſunt omnibus bonis corporis præponenda. Vnde fit vt hac ratione etiam,ſicuti plene diximus in.l.Imperium.lectu.j.2.&.3.de iu.o.Iudi.not.in rub.de verb.ob.quòd ſemper fit à digniori denominatio. Et Bononien.in repe.c.vnici,col. 8.de re.permu.in.6. ſi detur ſpecies ab vno ex cõtrahentibus, ab alio ſpecies cum ſupplemento pecuniæ, quòd erit emptio per hanc regulam. Et Io.And.in.c.certum, col.j. in Mercu. de regu.iu.co.lib.Si monachalem habitum quis deferat, coopertum tamen clericali, quòd monachalis non tolletur. Et Pet.Vbal.in tracta.collecta.col.vlti.quòd in collectis,cauſa & perſona magis digna,ſemper eſt inſpicienda, & Pala. Ruuios in repe.c.per veſtras.§.55.col.pe.do.inter vi.&vxo.quòd ſpõſus ſponſam ad domum ſuam traducere debet, non è contra. Et bononien.in ſingu.nouis.j. quòd mulier naturalis nupta marito legitimo & naturali, efficitur legitima & naturalis.

G.T. Satis dixiſti præcep.demonſtra,ſi placet,an ſit generalis?

MAN. Ex his(vt intellexiſti)ſatis demonſtratum eſt,& (iterato dixerim)tenendum eſſet quòd ſic,nuncque, quantum ad iſta, finire volebam,niſi me interpellaſſes, ſed tamen Abb.in.d.c. quod in dubijs, & in.c.j.in fi.eo.ti. declarat, procedere quod ibi

ibi



ibi habetur in liquoribus,& his, quæ commixtione confunduntur. Immo videtur caſus in.§.ſi tamen,Inſti.de re.di.vbi veſtimentum trahit ad ſe purpuram, quæ tamen eſt dignior. Et in terminis Abb.ita dicit in.c.ſuper quæſtionum,in.§.ſi vero,col.pe.de offi.de.& clarior tex.quàm in.d.§.ſi tamen,in.l. 3.in.§.pe.ff.ad exhi.vbi charta, quæ mea eſt, trahit ad ſe ſcripturam,longe digniorem,vſque adeo,vt ſi charta mea ſit,pariter ſit meum id,quod in ea ſcriptum reperitur, igitur generalis non videtur.

G.T. Crederem ego, his non ob. quòd immo eſſet generalis, quoniam idem dicimus de regu.quòd huiuſmodi ſit, licèt fallat & limitetur aliquibus caſibus.l. in teſtamento.C. de mili. teſta.l.nam ad ea.ff.de legi.l.ſuus quoq;.§.puto.ff.de hæ.inſti.

MAN. Bene dicis,& gratulor tibi,quòd hoc ipſum acute ſic diiudices,& plus quòd generalis eſt,quòdque facile prædictis reſponderi poteſt.

G.T. Onus tuum eſt iſtud præceptor humaniſsime,cum quo ſinias opto,vt multo plura ad diſcendum præcepta hæc tua mihi ſalutaria,ſupereſſe poſsint.

MAN. Facile dixi, quia ſolu.patet ad ſenſum, nam primũ Abb. dictum,ex his tutum non eſt, aliàs nec deciſiones quamplurimæ veræ eſſent, ab omnibus tamen ſine controuerſia approbatæ. non ob.tex.in.d.§.ſi tamen, & in.d.§.pe.quia (vt inquit Corſe.in ſingu.legatum) quando maius dignum accedit minori acceſſorie,minus dignum cenſetur, & probatur in.l.& ſi nõ ſint in.§.perueniamus.ff.de au.& ar.le.Vel quòd minus dignum trahat ad ſe maius ſecundum quod minus præiudicatur iuri cõmuni,& hoc modo loquutus eſt Abb.in.d.§.ſi vero. & ita tenendum eſt,& iam iam ſatietati occurrendum.

## Ad.c.non debet,de conſangui.& affi. Dialogus 14.

VARIATIO.

G.T. IN.c.non debet,de conſangui.& affi.quare eſt, quòd dicit Papa,reprehenſibile iudicari non debere, ſi ſecundum varietatem temporum,ſtatuta quoque variantur humana, cũ maxime habeat plenitudinem poteſtatis, & lex ſit quicquid ſibi placuerit.l.j.ff.de conſti.prin.§. ſed & quod Principi placuit, Inſti.de iu.natu. immo quòd ſufficit pro ratione voluntas.l.

quia poterat.ff.ad Treb.nec pōt ſibi dici, cur ita facis,aliàs ſa-
crilegiũ eſt.l.2.C.de cri.ſac. & reſtringitur ipſius poteſtas, &
male,ſecundum Bald.conſi.327.pridie, col.pe.vol.j.& conſi.
477.quæritur & conſi.358.ſuper eo,col.2.vol.3?

**MAN.** Quia nouitates ſunt odioſæ, varietas & inconſtantia re-
prehenſibilis,nec lex facile mutanda,niſi ex cauſa, ideo quo-
dammodo,etiam quòd plenitudinem habeat poteſtatis,ſe ex-
cuſat,vſus exordio.d.verborum,ſicuti & in.c.nihil,de autho.
& vſu pa.l.in rebus.ff.de conſti.prin.l.fi.in prin.C.de indic.vi
dui.tol.l.j.C.de cadu.tol.l. quidam decidens.in prin.ff.de ad-
mi.tu.§.tribus,in authē.quib.mo.natu.effi.ſui. glo. in authē.
de fideiuſſo.in prin.& in.l.fi.ff.fi.re. nec ab re dixit CHRI-
„ STVS Matth.5. Veni non ſoluere legem, ſed adimplere,
eoque argumento liquet, non facile nouandam eſſe, quia (vt
ſpartani dicebant,nefas hoc ipſum eſſe ducentes)Legibus cō-
uenit authoritas in homines,non hominibus in leges. fitque
ſolum, vt caſibus omiſsis prouideatur, ne indeciſi maneant,
non vt vetus iam conſtituta tollatur.l.fi.C.de conſu.lib.10.

**G.T.** Dixiſti etiam,ni fallor, præcep.in lib.enchiri.j.c.5.de no-
uà lege non facile condenda.

**MAN.** Dixi,ſed aliter quàm hic,vt videant homines quomodo
auxilia pleno (quod aiunt) copiæ cornu, & ſuppetiæ domi
ſunt mihi ſemper.dixi etiam.c.4.ibidem de legibus, multa. &
quòd ex cauſa liceat,probatur,quia ſimili modo in.l.j.ff. de le
ga.præſtan.ait Iuriſcon. titulum illum noui aliquid afferre,
quia naturalis æquitas, id ipſum ſuadebat. & ad idem etiam
Abb.in.c.cum M.Ferrarien.col.2.de conſti.quòd contra anti
quam eccleſiæ conſuetudinem generaliter,ex rationabili cau-
ſa,ſtatutum fieri poteſt,ſignanter per tex.in.d.c.nō debet,dia-
logi argu. Immo quòd CHRISTVS, & ſi dixerit vt ſu-
pra veni non ſoluere legem &c. multa præcepta Dei patris,et
veteris teſtamēti mutauit in nouo,dicimusque in Papa, quòd
eius poteſtas non ex homine, ſed ex Deo eſt, quòdque vices
Dei gerit in terris,cum plenaria poteſtate paſcendi oues ſuas,
ligandi & ſoluendi,& quòd denique ſupra ius eſt, diſpenſat &
ſubuertit omnia,dum tamen ſubſit cauſa, quoniam alias non
diſpenſatio ſed diſsipatio diceretur, nec poteſtate ſibi conceſ-
ſa vteretur, ſed abuteretur, & fuſius vt per Ancha.conſi.373.
reuocatur,col.2.& inducendo.d.c.non debet,&.c.quia circa,
eo.ti.dicebat quoque Ro.307.in caſu, col.j.&.2. quòd iuſta
eſt



eſt cauſa,quòd Papa diſpenſet matrimonium in gradu prohi-
bito de facto contractum tolerari,ne ex ſeparatione graue o-
riatur ſcandalum. vel ſi longo tempore in eo perſeueratum
ſit,indeque proles etiam ſuſcepta.& conſi.345.circa primum,
col.3.confirmat, quòd nullo caſu quid ſimile ab eo actum ſit,
niſi ſuadente iuſta & rationabili cauſa.Et quòd hac ratione ex
cuſatione vtatur Papa,in.d.c.nihil,& in.d.c.non debet,decla-
rat etiam Deci.in.c.quæ in eccleſiarũ, col pe.de conſti.& quia
inconſtantiæ maxime in clericis reprobatur, quorum verbũ
aut factum falſum ſacrilegium eſt,& ſi in clericis,multo magis
in Papa,& plene idem Ancha.conſi.188.viſis, col.3.& ita de-
bet intelligi,quod ipſe dicit adhuc in repe.c.canonum ſtatuta,
col.19.&.22.de conſti. & magis in terminis ad corticem ver-
borum.d.c.non debet,à ſimili dicit Bal. quòd ſecundum varie
tatem temporis,variatur interpretatio diſpoſitionis,in.l.ſi pa
ter,col.2.ff.de hę.inſti.& in.l.cēturio.col.j.ff.de vulga.& pup.
ſub. quòd ratione diuerſitatis temporum variatur effectus.
Vnde olim etiam actionum formulæ erant neceſſariæ, hodie
ſublatæ ſunt.l.j.C.de formu.& verborum ſolennitas in agno
ſcenda bo.po.pariter.l.vt verborum.C. qui admi. & idem in
verbis donationum dicit tex.in.l.fi.C. de dona. & quòd lex
adaptetur tempori, Barba.in rub.qui admi.col.22. ego mul-
ta in.l.j.col.4.eo.ti. congeſsi, hic aliter non ſcribenda. Actio
nego.geſtorum quoque variatur ſecundum varietatem tem-
porum,tradit Bar.in.l. Pomponius.2.col.j.ff.de nego.geſ. Et
certe,vt diximus,niſi rationabilis & iuſta adſit cauſa, veteres
mutare leges,nil aliud eſt (vt inquit Philoſophus poli.10.)ni
ſi hydræ Lerneæ capita præcidere,vel tignum ex ædificio exi
mere,vt omnia ruant. Solæ apes magnis,ideſt æternis,& nũ-
quam mutabilibus,vtuntur legibus,nec eas,vt nos, ſæpe com
mutant.iuxta illud,
„ Magnisq; agitant ſub legibus æuum.& teſtatur Staphi.in tra-
cta.de gra.& expec.in prin.nu.32. quòd deciſio.d.c.nō debet,
maxime locum habet in curia, quoniã ſtylus modo niger eſt,
modo albus.

**G.T.** Diximus etiam ſupra de ſtylo locuti.

**MAN.** Verum eſt,ſed pulchra repeti poſſunt,deciesque repetita
placebunt. & quam maxima laude ad propoſitum digni ſunt
Maſsilienſes, Narbonenſem prouinciam habitantes, ex quo
non facile mutant leges, & vetera maiorum ſuorum inſtitu-

ti,immo proditum eſt,eos gladium,quo,à condita vrbe,ſon-
tes iugulabant,tandiu ſeruaſſe,vt rubigine exeſus , miniſterio
amplius idoneus non ſit,adeo periculoſum eſſe duxerunt ab
antiqua conſuetudine diſcedere. & certe non ſine publica per
turbatione mutantur leges,ſicuti nec ſine valetudinis iactura,
nemo ſanè victus mutat rationem . Nec ad ciuitatum ocium
atque concordiam ſtabiliendam , quid quàm ita conducit, vt
veterum legum ac conſtitutionum conſeruatio , quod tum
exempla mouent, tum aureus veteris poetæ verſiculus.

» Moribus antiquus res ſtat Romana, viriſque . Hac de re Lo-
crenſes ( vt Demoſthenes refert) nouam legem ſuaſuri,id fa-
ciebant collo in laqueum inſerto,vt ſi diſplicuiſſet, ſtatim ſtrã
gularentur. Et licèt dixerit Imp.in.§.vt autem , in authen. de
non alie.nihil eſſe tam ſtabile inter homines , & tam immobi-
le,vt nullam patiatur mutationem , ex quo omnis noſter ſta-
tus ſub perpetuo motu conſiſtit . dictum eius tamen intelligi
debet modo quo ſupra vt mutatio non fiat,niſi ex cauſa, idq;
euidens vtilitas & neceſsitas ſuadeat,vt per But.in.d.c.non de
bet.Veronen.conſi.34.caſus, nu.8.cauſa.ciuilium.

G.T. Mouiſti præcep.omnem lapidem(vt eſt in prouerbio)mi
hique hæc omnia adeo placuerunt , vt nil aliud ſcire cupiam,
niſi hoc vnum,de iure poſitiuo neſcio quid dixiſti, nec igno-
ro Papam eſſe ſupra ipſum,quod etiam alio loco,& proxime
quidem,ni fallor,diſſeruimus,et probatur in.c.propoſuiſti,de
conceſſ.præben.& in cle.j. in fi.vt li.pen. & nouiſsime tradit
Abb.in.c.ex publico, col.3.de conuer.coniuga.& conſi.84.il
lud,col.2.vol.j.Ancha.conſi.124.circa,ad fi.Ripa in.c.decer-
nimus,col.12.de iudi.Pariſi.in.c.in præſentia,col.4.de proba.
verum quæro,an contra euangelium diſpenſet ?

MAN. Quidam ſentiũt, quòd non, quia nec Angelus hoc idem
facere auderet.c.ſunt quidam.25.q.j.c.ſi is qui præeſt.11.q.3.
& ad Galat.j.Quidam vero contrariũ,quia dicitur Matth.18.
quòd in ore duorum vel trium ſtat omne verbum , & tamen
hoc ipſum mutat Papa, addendo vel minuendo.c.præſul.2.q.
5.c.paruulos,de cõſecra.diſ.4.c.in omni, de teſti.not.in.c.plu
ralis,de regu.iu.in.6.& dici poteſt pro reſolutione, vt dicit
Io.And.in regu.actus,col.3.de reg.iu.in Mercu.ipſe Papa, de
cuius potentia quæritur , quæſtionem ſoluat . Sed verum eſt
quod poſsit ex cauſa contra euangeliũ diſpenſare,ſed non ip-
ſum deſtruere,& ſi bene recolis,virtualiter etiã dixerã prius.

Ad.c.



## Ad.c.veſtra,de cohabi.cle.& mu. Dialogus 15.

### NOTORIVM.

G.T. DE notorio humaniſsime pater,ſcio te in pluribus locis
tractaſſe,& nouiſsime lib.3.locorum cõmunium, ad.l.ſi adul-
terium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff.ad legem Iuli.de adul.
ſed tamen quia non poteſt adeo plene dici aliqua de re , quin
ſuperſit aliquid dicendum,vellem nunc à te ſcire, quid ſit.

MAN. Si legiſti quæ dixi in loco præallega. incidenter , vidiſſe
hoc ipſum debuiſti,quoniam nil aliud eſſe ibi demonſtraui,ni
ſi id quod conſpicuum eſt, nec vlla tergiuerſatione celari po-
teſt.c.veſtra,de coha.cle.& mu.c.cum olim, de verbo.ſi.& in-
cidenter dixi, quia ibi de notorio tractatum eſt, licèt probari
non debeat,quòd debet tamen allegari .

G.T. Non recordor .

MAN. Credo equidem, quoniam memoria labilis eſt.l.peregre.
ff.de acqui.po.Bar.in.l.ex conſenſu,in fi.ff.de ap.

G.T. Tranſeat igitur,&,ſi placet, dicas nunc quotuplex ſit.

MAN. Duplex , facti , & iuris , facti vt ſupra euidentia enim rei
hoc ipſum inducit. Iuris,per ſententiam, ſi aliquis fuerit con-
demnatus , vel confeſſus in iudicio , prout not.in dicto capi-
tulo veſtra. Calde. conſilio decimoquinto qualiter,de vſu. in
» prin.Ancha.conſi.322.viſa,in prin.& ad primum facit , quod
» 2.Methaphy.inquit Philoſophus. In foribus quis delinquet?
» quaſi dicat nullus,quoniam prima principia certa & vera, pa-
» tent ac nota ſunt omnibus. & idem Gene.4.ibi , Peccatum in
» foribus aderit.id eſt notum erit omnibus , & cuicunque pate-
bit.& ad confeſsionis propoſitum pulchre dicit Bal.in.c.nul-
lus,de præſump. quòd eſt oris, euidentiæ rei , & contumaciæ.
Et Abb.in c.pe.col.pe.de iudi. quòd etiam perempta inſtan-
tia,ſi pars confiteatur,Iudex ſententiam ferre poterit,quia fa-
ctum eſt notorium , & quia in notorio nõ requiritur iudiciũ.

G.T. Sed nónne eſt etiam notorium præſumptum ?

MAN. Eſt vtique .

G.T Exemplum.

MAN. In paternitate, filiatione, conſanguinitate, & ſi quæ his
ſunt ſimilia,poteſt exẽplificari.l.quia ſemper.ff.de in ius uo.c.

querẽte,de fi.presby.c.j.de diuor.& not.adhuc, in præallega. c.veſtra.

**G.T.** Notorium differtne à manifeſto?

**MAN.** Differt, quia vnũ non probatur,aliud ſic. Et quia ea quæ nunquam habuerunt actum permanentem, non tranſeunt in notorium, puta vox præconia, quæ habuerunt autem ſic, vt edictum in albo,& fuſius not.in.d.c.veſtra,melius quàm alius Io.fab.in prohe.Inſti.col.3.4.5. Bar.in.l.ciues.C.de ap.& in authen.qui ſemel,nu.16.C.quomo.& quando Iud.Abb.in.c. euidentia,de accu.Bal.conſi.473.qualiter,col.j.vol.3.& conſi.447.ad euidentiam, in prin.vol.5.dicens,quòd manifeſtum dupliciter conſyderatur,vno modo adeo tale,quod eſt per facti euidentiam, vt probatione non indigeat, alio autem ſic, quòdque probari poterit clare certitudinaliter & per multos, ſubijciens manifeſtum eſſe nomen generis, & in ſe habere duas ſpecies, notorium & manifeſtum, quod in ſuo nomine ſtat, & vt in adoptione ait Iuriſcon.in.l.j.&.2.ff.de adop.de notorio probante & probando etiam fuſius idem Bal.in.l.ſi vero,in.§.qui pro rei, in prin.ff.qui ſatiſda.co.

**G.T.** Audiui etiam à te aliàs præcep. quòd notorium & manifeſtum ſuper facto negatiuo eſſe non poteſt, eſt ne verum?

**MAN.** Veriſsimum,fama autem ſic,& tradit ac declarat Alex.in l.cum quidam,in.§.quod dicitur, col.j.&.2.ff.de acqui.hæ.

**G.T.** Sed nunquid notorium viſum requirat?

**MAN.** Pulcherrima certe eſt dubitatio hæc, pulchra etiam reſponſione condecoranda. Vnde ſcias, quòd in ſui origine viſum requirit,non in proceſſu, ex quo memoriæ commendatur apud non videntes, ita vt mortui fidem faciant viuẽtibus, exempli gratia CHRISTVM incarnatum,Paulum prędicantem,& Romam triumphantem, poſsitque iurare quis notorium eſſe verum,non tamen ſe vidiſſe,nec eſt neceſſe hoc caſu,& his exemplis,quòd reddatur ratio, ſeu redditio cauſæ viſus, quoniam ſufficit quòd de veritate notorij non dubitetur per aliquem ſani capitis,& quòd in populo hoc teneatur,tanquam verba ſententiæ, & probatur in.l.Policiana.ff.de iu.codicil.& in.l.cum quidam, in.§.quod dicitur.ff.de acqui.hæ.& ſunt verba Inno.aurea,in.c.fi.ibidẽ etiam per Bal.relata, in fi. de iura.cal.& ad materiá redeuntes,ſcire quoque debes, quòd notorium & ſententia æquiparãtur, licèt vnum facti ſit, aliud iuris,vt ſupra.l.emptorẽ,in prin.ff.de ac.emp.Bal.in.l.j.col.2. ff.de



ff.de cu.fu.& in.l.is cui bonis.ff.de teſta.quod tamen eſt verũ, quantum ad aliquid declarandum, non quantum ad aliquid de nouo inducendum,vel prohibendum. & quantum ad liquidationem facti,non quantum ad effectum iuris, in quibus requiritur authoritas iudicantis. & hinc videmus, quòd probationes factæ in iudicio, inducunt notorium, & tamen ex eis non oritur actio in factum,ex ſententia autem ſic, vt not.in.l. ſed & ſi poſſeſſori,in.§.fi.ff.de iureiu.& fuſius Bal.met in locis ſupra allega.& conſi.259.quæritur, vol.2. Qui dicit etiam in l.niſi, lectu.j.ff.de pac. quòd vbi reus principalis notorie eſt non ſoluendo, vel hoc idem probatur in iudicio, non eſt neceſſarium iudicium in eum,vel excuſsio,quia notorium idem eſt quod iudicium,& idem quod ſententia operatur.l.ſi vero. §.j.ff.qui ſatiſda.co.l.fi.& ibi not.ff.ſi cer.pe.l.decem.ff. de verbo.obliga.

**G.T.** Forte etiam de notorio vulgatum illud intelligitur, iam factum trito ſermone prouerbium, Quod patet expreſſe,probare non eſt neceſſe.locum non recordor.

**MAN.** Eſt in.l.ſi irruptione,in.§.ad officium.ff.fi.regun. & in.l. comparationes.C.de fi.inſtru.& fuit uerbum Bal. & uerum, nec aliter intelligendum.conſi.250.in quæſtione,col.5.vol.j. & conſi.370.verba reſcripti,col.2.vol.3.quale etiam illud, In omnem terram exiuit ſonus eorum.vt ibidem, eſt verum, & cum hoc finiemus ſermones noſtros,quantum ad iſtud, vltra dicta per But.in tract.de notorio,potiſsimum in.2.articu.col. j.&.2.quòd multa notoria dicuntur,quæ tamen nõ ſunt, ideo cautela eſt,vt iudex pronunciet factum de quo agitur eſſe notorium.c.conſuluit.j.de ap. Abb.in.c.ad noſtram, de iureiu. Cardi.in cle.paſtoralis.in prin in.17.not.de re iud. Gramma. deci.65.excellens.nume.12.

## Ad.c.2.de conuer.infide.
## Dialogus 16.

### MATRIMONIVM.

**G.T.** Hoc anno,niſi me fallat obliuio,in.l.imperium,de iu.om. iudi.dixiſti præcep.optime,quòd denominatio ſemper a digniori fieri debet.

**MAN.** Verũ eſt,& ibi probatur, quia de mixto loquitur, quod

attribuitur ſpeciei digniori, magiſque dignũ trahit ad ſe minus.c.quod in dubijs,de conſecra.cc.vel alta.l.j.ff.de ſta.ho.§.fi.inſti.de iu.natu.multa Feli.in.c.j.col.3.de preſcri. viderique poteſt Exo.c.27. vbi altare holocauſti dictum eſt etiam, quia dignius,ex quo hoſtia tota Deo incendebant.extatque Diogenis epiſtola Maronicenſibus,qua eos laudat,quoniam ciuitatis nomen mutarant,& pro Maronia Hipparchiam vocauerant,à fœmina eius nominis,philoſophiæ ſtudioſiſsima,& nõ à Marone conditore,cum eſſet vir temulentus, male meritus, & tanto honore non cohoneſtandus.

G.T. Sed quare non etiam matrimonium à patre, ſicuti à matre,vt pote digniori,appellatur?

MAN. Reſpondeo,hoc caſu fieri,quia ratio ſubeſt, ex quo mater ante partum eſt oneroſa, in partu doloroſa, & poſt partũ laborioſa,vt not.in.c.2.aliàs ex literis,de conuer.infide.releuata in hoc, quæ in tot naturæ incommodis fuit grauata.l.cum qui.ff.de iureiu.c.j.de par.præpo.in rub. de ſponſa.col.7.multa Butigel.in rub.de verb.ob.col.5.Vel,vt idem Præpo. dicit, in loco præallega.quia mater ſemper eſt certa.l. quia ſemper. ff.de in ius vo.& ſic vt à certiori ſubiecto fieret denominatio.

G.T. Prima magis placet.

MAN. Et mihi quoque,quoniam quod dicitur in.d.l.quia ſemper potiſsimum in meretrice procedit, & filijs vulgo quæſitis.& ad matris propoſitum,dictu mirabile eſt,quod Eccleſiaſtici.3.legitur,malæ famæ eſſe qui derelinquit patrem,maledictum autem à Deo qui exaſperat matrem, & quia dixi etiam in lib.enchi.3.c.73.miuũ.& lib.5.c.111.tradunt,licèt ad aliud, tranſeo.

## Ad.c. gaudemus, de diuor. Dialogus 17.

### NIHIL AD NOS.

G.T. QVID ſibi vult præceptor illa Canoniſtarum propoſitio,De his qui foris ſunt nihil ad nos?

MAN. Immo Theologorum, & originaliter Pau.1. ad Corin. c.4.quamuis relata in.c.gaudemus, de diuor. & breuiter, nil aliud,vt tuæ interrogationi ſatisfaciam,niſi iſtud,quod infideles,in ſpiritualibus,canonibus nõ ligantur. & in ſpiritualibus dixi, quia in temporalibus ſubijciuntur Principi.l.Iudæi.C. de Iu-



dæ. Abb.plene in.c.j.col.3.de conſtitu.nam & ad propoſitum dicit canon, Superuacuæ rei operam dare videtur, qui cohercere Iudæos nititur à peccato, iam damnatos propter perfidiam.refert & probat Ancha.ex multis,conſi.243.Chriſtianiſsime,col.j.& nos poſt eum,conſi.126.pulchra & notabilis,vol.2.

G.T. Ergo hac ratione excommunicatus nõ deberet poſſe amplius excommunicari,quod tamen eſt falſum.c.excellentiſsimus.c.omnis,11.q.3.c.ad hæc, de poſthu.prela.glo.not.in.c. engeltrudam.3.q.4.

MAN. Sol.poteſt, non vt eiciatur extra eccleſiam, ſed vt extra eam detineatur, conſyderando quoque, ſententiam excommunicationis medicinalem eſſe.c.j.de ſen.excom.in.6. quòdque vbi plures ægritudines ſunt,ibi conuenit etiam plura antidota præparari,vt inquit Bal.in terminis,in.l.nihil, in fi. C. de vindic.lib.

G.T. Sed adhuc dubito, quoniam pœna cenſuræ non cadit in Iudæis,& tamen habet locum in eis diſpoſitio clem.j.§. cæterum, de vſu. vt non exhibentes libros, cenſura eccleſiaſtica compellantur.

MAN. Reſpondeo, indirecte compelli,non directe & principaliter.c.quanto.c.poſt miſerabilem,de vſu.tradit glo.in.d.§.ceterum,ego ad ſaturitatem,in.l.j.C.de eden. eſt etiam notandũ quod dicit Abb.in.d.c.gaudemus,quòd pro crimine eccleſiaſtico,vel mixto,bene habet eccleſia poteſtatem ſtatuendi pœnam ſi vult contra infidelem, ſed quòd in dubio non videtur velle hoc idem facere. & plus Areti. quòd quando diſpoſitio canonis generalis fundaretur ſuper aliqua æquitate, vel rõne,quæ ratio non reſpiceret principaliter correctionem peccatoris, diſpoſitio talis complecteretur infidelem vt fidelem, ex quo fit vt deciſio.c.quia fruſtra,de vſu. comprehendat etiam Hebræum repetentem vſuras,& puniat, conſi.158.copioſe, col. 3.

Ad.c.

## Ad.cap.j. de delic. pue. Dialogus 18.

PVPILLVS.

G.T. OLIM rudi illo in ſeculo, homines annis centum ſub matris imperio ſtabant, vt pote adhuc infantes, quod Heſio. ait, hodie malitia ſupplet ætatem.c.j. de delic.pue.c. de illis.2. de deſpon.impube.l.3.C.ſi mi. ſe ma.dixe.

MAN. Patroclus puer etiam, cum aleæ luſu puerum pariter occidiſſet, exilio punitus eſt. & graui pęna mulctatus alius, quia corniculæ oculos confixerat crudeli ludo, quòd ea viderentur maioris crudelitatis progymnaſmata, ideſt præexercitamenta.

G.T. Ergo ſic fateris præceptor, pupillum hoc caſu poſſe puniri.

MAN. Fateor quidem, & apud me eſt indubitatum, quia probatur in locis præallega.& potiſsimum in.d.c.j.ſi ſit doli capax, vt dixiſti, & malitia ætatem ſuppleat. immo quòd ex Diabolo etiam obligatur, vt in.d.c.j.tradit Deci.in.l.j. nume.28.C. qui admi.

G.T. Vellem ſcire quando doli capax dicatur, & quando malitia ætatem ſuppleat.

MAN. Io.An.in.d.c.j.ait, & poſt eum Deci.in.l.pupillum, col.j. ff.de reg.iu.quòd cum hoc non ſit à lege declaratum, arbitrio Iudicis committitur.l.j.ff.de iu.deli.c.de cauſis, de offi.de.& ſi decidi poteſt, ſatis clare colligitur, quòd doli capax ſit ille qui eſt proximus pubertati.l. apud Celſum.§. ſi quis non tutor, ff.de excep.do. & quòd in delictis obligetur, vt mitius tamen cum eo, quàm cum alijs, agatur, probatur in.l.impuberem.ff. fur.& in.l.auxilium, in.§.in delictis.ff.de mino. plene Ludo. Carc.in.l.2.in.§.circa, nu.3.C.quo.ap.non re.& idem in contractibus.§.pupillus, Inſti.de inuti.ſtipu.& in iuramento, authen.ſacramento puberum.C. ſi aduer.ven. & ibi Bar. & alij. Alex.in.l.qui iuraſſe.ff.de iureiu. & ita communiter tenetur, vt atteſtantur ibi Scriben.& Deci.in.d.l.pupillum, col.2.& ad delicti propoſitum, cum elapſis menſibus puer neſcio quis, arrepto gladio alteri ipſum iugulaſſet, & eiuſdé iugulati equú ſtatim aſcendiſſet, fugamque arripuiſſet, captus eſt, & ſub regi mine



mine Magnifici, ac Illuſtriſsimi Senatoris, M.Antonij Venerij, Prætoris optime meriti, Academiæque noſtræ reformatoris grauiſsimi, quem omnes obſeruamus colimus, & admiramur, non vltimo ſupplicio, ſed ætatis miſeratione, ad carceres certo tempore, & poſtea ad triremes, mulctatus eſt, & bene, pie, iuſte, ſancte, & laudabiliter, ac ſi ipſemet Iuriſcó.ex æquo, vt ſcripſit in.d.§.in delictis, iudicaſſet.

G.T. Recordor, & vidi ipſum puerum, quem ego quoque ex aſpectu (mittamus alias coniecturas) doli capacem iudicaui, & talem, vt abſque dubio dici poſsit, quòd malitia ætatem ſuppleuerit.

MAN. Quando etiam non ita fuiſſet, quod tamen eſt veriſsimum, pro Iudice nihilominus ſemper eſt præſumendum.l. Herenius.§.caia.ff.de euic.l.2.C.de offi.ciui.Iudi.in.c.in præſentia, de renun.& ideo, vt iſtud, alia multa etiam ipſius arbitrio & religioni, hac ratione committuntur, & quia métes hominum in pergameno depingi non poſſunt, vt inquit Bal.conſi.310.aut mulier, col.2.vol.j.

G.T. Igitur ſunt alia, quæ ipſius arbitrio relinquuntur?

MAN. Alia quidem.

G.T. Quæ?

MAN. Multa, & ſi dixero propemodum infinita, non errabo, nec te decipiam, vel fraudabo.

G.T. Si placet humaniſsime præcep.vnum aliud, vel duo, dicas exopto.

MAN. Arbitrio Iudicis committitur, an quis ex vulnere dicatur mortuus, ex qualitate percuſsionum, & ex iudicio medicorum, cui ſtare debet.c.ſignificaſti, de homi.l.j.§.j.ff.de ven. inſpi.l. comparationes.C. de fide inſtru.l.ſemel. C. de re mi. lib.10.Flo.in.l.ait lex, col.2.ff.ad legem Aqui. committitur item, quæ ſint miſerabiles perſonæ, vt per Ange.in.l.j.C.quádo Imp.int.pup. & quia in criminalibus.

G.T. Hæc duo ſufficiunt.

MAN. Vt perficiam feras etiam iſtud, poſtquam cœpi.

G.T. Quam libentiſsime, dixi enim, ne moleſtia nimia afficereris.

MAN. In criminalibus igitur, cum nullum tempus detur iudicatis, id Iudicis arbitrio pariter commiſſum eſt.d.l.j.in fi. de iu.deli.Bal.in.l.ſuus quoque, in.§.pe.ff. de hæ.inſti. & vltimo loco, vt abſoluam omnia, quando exceſſus eſt modicus, néc ne, vt

ne, vt detur, vel non detur actio de dolo, & pulchre declarat Alex.in.l.ſi ſuperſtite,in.j.col.C.de dolo.& breuiter quę non poſſunt certa regula tradi.l.continuus.§.cum ita.ff.de verbo. ob.l.j.ff.de effrac.l.aut facta,in fi.ff.de pœn.Inno.in.c.j.de cōſtitu.Gramma.deci.34.in præſenti,nu.45.Cur.conſi.56.præſupponitur, nu.9.ad ſaturitatem Caſſane. in conſue.Burgun. fol.45.col.4.& fo.51.col.3.

## Ad.c.afferte mihi gladium,de præſump. Dialogus 19.

### PRAESVMPTIO.

G.T. EST ne verum,quod in ſcholis aliquando audiui,& à te, & ab alijs præceptoribus meis,quòd ex præſumptione tam legis,quàm hominis,ad diffinitiuam perueniatur?

MAN. Veriſsimum tam in ciuili quàm in criminali.c. afferte mihi gladium, de præſump.not.in.l.excuſationem, in prin.ff.de excu.tu.plene in.c.quia veriſimile, de præſum.& in.l.ſiue poſſidetis, vbi Cy.Bal.Saly.& alij.C.de proba.& ī.l.fi.C.eo.Bar. in.l.2.ff.de fur.Alex.conſi.53.in caſu,col.2.vol.j.

G.T. Sed nónne habemus, quòd probationes debent eſſe Luce meridiana clariores.d.l.fi.C. de proba. quòd́ que præſumptiuæ non ſufficiunt, vt ibidem, & in.l.abſentem, ibi, Sanctius
„ etenim eſt,nocentem abſoluere,quàm innocentem condēna-
„ re.ff.de pœn?

MAN. Habemus inquam.l.addictos.C.de ap.Io.An.in.c.j.de teſti.in.6.verū ſcias ſupra dicta fallere in præſumptionibus violētis.l.ſi hi qui adulterij.C.ad legem Iu.de adul.Bar.in.l.quod nerua, col.6.ff.depo.& dictum tex.exclamāt ſingu. Docto.in ſpecie Iaſ.in repe.l.admonendi,col.94.ff.de iureiu. & ita intelligitur quod habetur in.d.c.afferte mihi gladium, & D.de rota etiam declarant,deci.332.licet Romana curia, colu.vlti.in nouis.

G.T. Vellem ſcire, quotuplex ſit præſumptio.

MAN. Pulchre & copioſe docet Abb.in.c.quanto,col.2. de pręſump.ſed pro nunc ſcias velim,triplicem eſſe,temerariam,probabilem,& violentam.temeraria caret ratione, & iſta non eſt proprie præſumptio,quia conſequens eſt, cum effectu careat, vt nomen quoque non habeat,nec promereatur. probabilis, quæ



quæ aliqua ratione munitur, & iſta eſt proprie præſumptio, de qua in.l.ſiue poſſidetis,& ibi Bal.col.2.C. de proba.allega. etiam ſupra. Violenta ex qua diffinitiua fertur,d.c.afferte mihi affertur.

G.T. Differtne præſumptio violenta à vehementi?

MAN. Vtique,ex quo violenta aliquis(vt dixi) condemnatur, & nouiſsime legitur in.c.ex literis,& in.c.tertio loco, de præſump.ex vehementi autem non .c.literis, eo.titu.tradit Bal.& memoriæ commendandum dicit,in præallega.l. ſiue poſsidetis,in fi.& ad propoſitum ſingulare verbum etiam Flo.in.l.itē mela,in.§.ſed & ſi plures,in.2.col ff.ad legem Aqui.quòd dubia probatio quandoque potens eſt, & poteſt condemnationem inducere,ſi lex præſumat,ſeu diſponat ſuper ipſo dubio, exemplumque ponitur in præallega.c. afferte mihi gladium. & abſolutionem longe magis.l.Arianus.ff. de ac. & ob. hinc memoriæ proditum eſt,puellam, quæ ſe ab adulſcente quodam violatam aſſerebat, ſic à Iudice fuiſſe deluſam. pecuniam enim illi dederat,adulſcenti vero impune conceſsit,vt ſi potuiſſet, illam ſibi eriperet, quod attentans, nunquam obtinere potuit,adeo reſeratam pugno ipſam tenebat,ita ſit ergo inquit Iudex,vt nec tu violata fuiſſes, ſi noluiſſes, & confeſtim abire ambos iuſsit. & ſimile refert etiam Io.And.in.c continebatur,de deſpon.impube.immo vtrunque,& poſt eum Vlpia.de Zan.in.§.iuris præcepta, col.5.Inſti.de iuſti. & iu. quæ ad tui libitum videbis poſtea. Addo aliud ego,Lanio quidam mercatori pecuniam abſtulit,ad iudiciū vocatus, negauit, iuſſus eſt,pecuniam omnem,quam domi in arca habebat, in publicum proferre,paruit,Dominus eam recognouit,quam Iudex pelui aqua calida plena, & exundans mergi decreuit, & quam etiam ſuam non eſſe dixerat Dominus, factum eſt,quæ Domini erat,vt merſa eſt,manſit, nil innouatum eſt, quæ Lanionis vero,craſsitiem quandam ſupernatantem effudit, omnes ad riſum mouentem, coniectura facile aſſecutos, eam lanionis fuiſſe,aliam vero Domini,cui fuerat erepta,& ea ratione Domino reſtituta eſt,Lanio vero acriter multatus. & certe(ad quod etiam.c.prædictum,afferte mihi gladium, ſolet allegari) accidentia magnam partem conferunt ad cognoſcendum quòd quid eſt,idemque in.c.tertio loco, ſimiliter allega. ſupra de præſump.& in.§.pauonum, Inſti.de re.di.& in clem. exiui,in.§.cum enim, de verbo.ſi.multa Gui.Pap.conſi.74.ſequuntur,

quuntur, col.6. eſt verum ad propoſitum, quòd condemnato ſic ex præſumptionibus præſumptiuis, mitior pœna imponitur, vt not.& ibi dixi, in.l.j.ff.ſi cer.pe.Inno. in.d.c. afferte mihi gladium,& in.d.c.quia veriſimile,glo.in.c.inter ſollicitudines, co.ti.Cy.in.l.ſi quis non dicam rapere.C.de ep. & cle. & in.l.is qui cum telo.C. ad legem Cor.de ſica. Bellame.deci.689.proxima, col.3.Gramma.deci.38.nu.17.& deci.42. Angelus,nu.6.&.14. & cum hoc temperamento moderato regulæ & concluſionis rigore, tibi & in hoc & in alijs, chariſsime Georgi,tibi inquam ſatisfactum iri putabo.

## Ad.c. Oſius, de elec.
## Dialogus 20.

### VANA POPVLI VOX.

**G.T.** QVID vult ſibi adhuc verbum illud, ſiue prouerbium potius præcep. quod omnibus innoteſcit, quòd vanæ voces populi non ſunt audiendæ,docenduſque, non exaudiendus, vt in.c.Oſius epiſcopus,de elec.& in.l.Decurionũ.C. de pen.

**MAN.** Multa quidem,tum vel maxime,vt expulſio facta ad populi rumoré,non valeat,ſit à iure reprobata,nec quis hoc modo eligatur,vel amoueatur.l.ſi conſtat.ff.de ap.l.ſi priuatus.ff. qui & à quib.d.c.Oſius.c.docẽdus.62.diſ.c.noſſe, in fi.63.diſ. præallega.l.decurionum.Ancha.cóſi.285.tria, col.2.& ad idé dicebat Bal.conſi.295.ſama viciniæ,col.2.vol.j.quòd nec matrimonium irritat,niſi rationabiles & fideidignę probationes acceſſerint.Clarius conſi.450.quæritur,col.2.vol.3.Ideo populum magnum eſſe erroris magiſtrum ſapiétes quoque opinati ſunt,ſolitiq; ſic ipſum appellare.nónihil Bar.in.l.de minore,in.§.plurimũ quoq;.ff.de qõ. Phocion vnus erat, cui nihil horũ placebat,quæ dixiſſet,vel feciſſet vulgus,idq; oraculo dictũ erat Athenienſibus,futurũ vnum tunc,qui cunctorũ ſentétijs aduerſaretur. & cũ orõnem habuiſſet, videretq; ab oĩbus quę dixerat,probari,ad amicos cõuerſus,dixíne inquit imprudés,nũ aliquid mali,adeo ſibi perſuaſum erat,nihil placere vulgo,quod à recto proficiſcatur iudicio. Socrates etiã apud Critoné,multorũ iudiciũ aſpernabatur.dicebatq; Hippomachus, luctæ magiſter(author eſt Helia.de varia hiſto.)opus nõ multis placere debere, ſed his qui artis peritiã habẽt. & Antigenides



des Thebanus Iſmeniæ diſcipulo, cum ſcite canens minus populo probaretur,mihi cane & Muſis, admonens prorſus eſſe contemnendum imperitæ multitudinis iudicium.

**G.T.** Forte hoc ipſum ſenſit Lyricus Poeta ille nobilis, & præclarus,quando dixit.

„ Voi dunque ſe cercate hauer la mente,
„ Anzi l'eſtremo dì, queta giamai,
„ Seguite i pochi, & non la volgar gente.

**MAN.** Sine dubio, omnes veneres complexus,& etiam quando dicit alibi, addas tu.

„ – mentre al vulgo dietro vai,
„ Et all'openion ſua cieca & dura,
„ Eſſer felice non puo tu giamai. Et alibi.
„ O di diamante, ò d'un bel marmo bianco,
„ Per la paura forſe, ò d'vn diaſpro,
„ Pregiato poi dal vulgo auaro & ſciocho. Et alibi.
„ Ne di vulgo mi cal, ne di Fortuna. Et multo melius ibi.
„ Il vulgo à me nemico & odioſo.

Et ille alias,à quo hæc omnia iſte hauſit,carmi.lib.3.

„ Odi prophanum vulgus & arceo. Et Virgi.
„ – Sæuitque animis ignobile vulgus. Et rurſum.
„ Scinditur incertum ſtudia in contraria vulgus.

**G.T.** Profecto populari multitudine (vt dicebat quoque Othanes Perſa) nihil eſt inſolentius.

**MAN.** Demoſthenes, malam beſtiam vocat.

**G.T.** Et Plato, belluam multorum capitum.

**MAN.** Optimũ igitur eſt vulgi opi.ſpernere, & ab eo diſſentire.

**G.T.** Sed dic quæſo præcep. nónne quod per ora oĩum vulgar̃, iuſte creditur? Nonne dici ſolet,vox populi vox Dei eſt? immo quòd per opi. vulgi probat̃ quis dicat̃ locuples vel inops, & qñ maritus dicatur cœpiſſe male vti ſubſtantia ſua.l.j.§.j.ff. de flu.l.cũ quidam.§.quod dr̃.ff.de acqui.hæ.not.in.l.pe.C.de peritu.& in authen.præterea.C.vñ vir & vxor, & in.l.vbi adhuc.C.de iu.do.Bal.conſi.289.quia conſuetudo, col.2.vol.4. & poe.ipſe,vulgi opi.ſequutus,ſic etiam canit Georgi.j.

„ Sæpe etiam ſtellas vento impendente videbis,
„ Præcipites cœlo labi, noctiſque per vmbras,
„ Flammarum longos à tergo albeſcere tractus, cum tamen verè non cadant,& ſtellæ à ſtando dictæ amplius ſint.

**MAN.** Bar.optime hoc ipſum reſoluit in.d.§.plurimum quoq;, nu.30.

nu.30.vſquead.31.ff.de qõ.& dixi inter loquendũ, ſed nõ ad-
uertiſti, oportere.ſ.ꝙ originẽ trahat ex preſumptionibus legi
timis præcedẽtibus, & vt ſupra, ꝙ rõnabiles & fideidignæ pro
bationes accedant, aliàs omnino vana vox erit, & non exau-
diẽda, nec ſequẽda. & quia pulchra hæc ſunt, meque ſummo-
pere delectant, ad vulgus reuertor. & addo nouiſsime, ꝙ Eu-
ripides dicebat, ſe vt populũ doceret, nõ vt à populo diſceret,
fabulas cõponere ſolere. & certe (iterato dixerim) vir ſapiens
nõ debet expectare quid velit populus, ſeu vulgus, quid turbę
probet, ſed ſe ipſum ſuarũ actionũ Iudicẽ trutinatorẽq; prębe
re, ſicut tubicines, qui (vt ait Ci.) moderari nolunt cantus &
modulationes ſuas ex multitudinis arbitrio, ſed ſuo. & ad idẽ
facit, quãuis Cæſaris interfectores à multitudine laudati fue-
rint, velut patriæ liberatores, ꝙ tñ Brutus Caſsius, & alii eius
incõſtantiã veriti, capitoliũ occuparũt. populus itẽ oĩs temera
rius eſt, demẽs, deſidioſus, prõptiſsimus ĩ quodcũq; cõtigerit,
mutare ſnĩam, perfidus, incertus, velox proditor, fraudulen-
tus, voce tm̃ vtilis, & ad irã & laudem (vt Phala. Tyran. dice-
bat) facilis, ex quo fit, vt qui eius opi. expectat, miſera præma-
tur ſeruitute, quoniam omnibus placere, impoſsibile eſt.

**G.T.** Poſteaquàm diuagatus es præceptor, ad vulgus reuerſus,
& eò, vnde diſceſſeramus, liceat mihi hoc verbum etiã dicere.

**MAN.** Dic centum, ne dum vnum, quoniam te auſculto liben-
ter, & præſto ſum, vt tibi omnia planiſsima faciam.

**G.T.** Hoc ſolũ dico, & qũo ſoluẽdũ ſit, qđ hẽt, & ſupra dictis re
pugnat valde, ꝙ oĩs intellẽs cẽſeẽ extraneus, qui nõ ſonat ĩ auri
bus vulgi. c. ex lr̃is, de ſpõſa. Alex. cõſi. 102. viſo, col. 2. vol. 6.

**MAN.** Verũ eſt, deq; cõi vſu loquẽdi intelligiẽ, ſecundũ quẽ ver
ba ſẽper accipiẽda ſunt, ĩmo ꝙ propriæ ſigñationi præfertur.
l. librorũ. §. quid tñ Caſsius. ff. de lega. 3. & planè ab his diuer-
ſum eſſe videẽ, quod quæris, deq; eo à nobis ẽt ſatis dictũ in lo
cis cõibus, lib. 2. nõ omittẽs quo ad iſtud quoq; tñ, ꝙ ſi ſit peri
torũ & imperitorũ, tũc attẽdeẽ, & (vt dicebã) etiã propriæ ſi-
gñationi præferet, aliàs ſi imperitorũ tm̃, nõ, & hoc modo ad
propoſitũ erit, tuæque interrogationi aliqua ex parte ſatisfa-
ctũ, nec ab re, qm̃ abſurdũ foret nimis, propter cõem vſum lo-
quendi, cauſatũ ab inſenſata vulgi opi. à propria ſignificatio-
ne vocabuli recedere, vt in d. loco diximus, tradit Bal. in c. 1.
col. 3. de ſuc. feu. in vſib. euerar. Louanien. de locis topi. 7. in
fi. & bene.





# Marci Mantui, Bona-
# VITI, PATAVINI,
## IVRISCONSVLTI,
## CAESAREIQVE COMITIS
## minimi Dialogorum.

### LIBER SECVNDVS.

### HIERONYMVS NIGER, MAN.

### Ad c. ſignificaſti, de elec.
### Dialogus 21.

### CHRISTI ACTIO.

**H. N.** VVLGATA propoſitio eſt, poſita
in capitulo ſignificaſti, de elec. quòd
omnis CHRISTI actio, noſtra eſt
inſtructio.

**MAN.** Eſt propoſitio, quam per ſimilitudi-
nem Abb. etiam ad curiam Romanã
extendit, vt ipſius actio pariter noſtra
quoque inſtructio ſit, in. c. j. col. 2. de ſimo. & in terminis po-
ſtea in. c. j. col. 2. de offi. ordi. quòd nemo ſine accuſatione &
teſtibus condemnandus eſt, quoniam ſic etiam CHRISTVS
adulteram abſoluit, Io. 8. cum non eſſet accuſata.

**H.N.** Recordor etiam me legiſſe, pati nos debere ab aliquo lau-
dari, cum Deus laudandus ſit, & omnis Dei actio noſtra ſit in
ſtructio.

**MAN.** Verum eſt, & legiſti, ni fallor, in cle. j. vbi hoc ſignanter
dicit Car. in prin. de reliq. & ve. ſanc. eſtque laus dulciſsima, ſi
ab homine libero proficiſcatur, vt dicebat Simonides apud
Xenophontem. & Theophraſtus, quòd innata cupiditas eſt
honeſtatis, laudibus confirmari, ſi maxime (ut dixi) à laudato
viro proficiſcantur. Alexander Macedonicus etiam in Phri-

gia uectus, Achillis ſepulchrum corollis ornauit, cumq; felicem vocauit, quia viuus tam fidum amicum, mortuus autem, tam magnum laudum ſuarum habuit præconem. quod bene etiam Ci in Ora. pro Archia expreſſit. elegantiuſque poeta Lyricus, quando & ipſe quoque dixit.

" Giunto Aleſſandro alla famoſa tomba
" Del fiero Achille, ſoſpirando diſſe,
" O fortunato, che ſi chiara tromba
" Trouaſti, & chi di te ſi alto ſcriſſe.

H.N. Amicus erat Patroclus, præco vero, Homerus.

MAN. Verum eſt, ſed de his aliàs, ne à ſemita deflectamus, nunc dico ſic, & ad propoſitum, ſi CHRISTI actio noſtra eſt inſtructio, licebit nobis Dæmones interrogare, quoniã ſic ipſe
" etiam fecit, quando Mar.c.5.vt Dæmoniacum liberaret dixit,
" Exi ſpiritus immunde ab homine iſto, quod tibi nomen eſt?
& tamen non licet.l.nemo.C.de maleſi.& mathe.c.accuſatus.§.ſane, de hære.in.6.late Old.conſi.210.regularis.

H.N. Poſſet etiam reſponderi, ꝙ licèt hoc ipſum regulariter verum ſit, non tamen eſt ſemper verum, quoniam video, quòd diſcipuli corpus & ſanguinem Domini non ieiuni acceperũt, quod nihilominus nobis facere non licet, vt in.c.liquido, de conſecra.diſ.2.& ibi glo.ſignanter hoc notat.

MAN. Solet etiam dici, ineptum eſſe, regulam non fallere quoniam ab ipſa non receditur.l. ab ea parte.ff. de proba. gloſ.in authen.ut ſi prohi.mat.debi.in princ. Barto.in.l.quamuis.C. de pign. Quòd regularis diſpoſitio debet attendi.l. in teſtamento.C.de mini.teſta.l.nam ad ea.ff.de legi. Et q̃d denique non errat, qui fundamentum facit in regula, inquit Bald.conſil.468.factum, col.1.volu.5. Sed alio modo reſpondendum eſſe arbitror, quòd.d.caſu CHRISTVS imperatiue Dæmonem interrogauit, cum coherendo, vt nomen ſuum alijs manifeſtaret, non quòd ipſe ignoraret, qui ſcit omnia, cuius oculis, vt Ap.ad Heb.4.ait, Omnia ſunt nuda & aperta.ca.nouit. de iudi. ita vt nec ad conſequentiam trahendum ſit, quòd & nos quoque idem facere poſſimus. Immo ꝙ nec etiam dictũ in præallega.c.liquido, officit, quoniam ita factum eſt à Domino, vt vehementer (ſicuti ibi legitur) commendaret myſterij altitudinem, vltimumque hoc cordibus & memoriæ diſcipulorum infigere voluit, à quibus erat ad paſſionem digreſſurus, non vt nos pranſi, aut cœnati quoque idem faceremus.

H.N.



H.N. Nunquid etiam hac ratione, quia ter dixit Agnus ille cœleſtis, Paſce oues meas. Io.c.vlti. tranſumptiue in.d.c.ſignificaſti, intelligere oporteat, nõ ſolum de ſaturatione ſpirituali rei & exempli, verum etiam de temporali?

MAN. Credo equidem, quia non ſolum ipſe verbo docuit, ſed etiam virtute ſanauit, & corporalibus alimentis refecit.c.quis ex vobis.2.q.7.c.j.39.diſ.

H.N. Ergo Papa ne dum curam animarum, ex his, habebit, verum etiam temporalium, & omnium inferiorũ, quæ ad vſum hominum ſunt comparata.

MAN. Quis dubitat? & probatur in.l.pecudũ.ff.de vſu. & quia
" Pſal.8.dicitur, Omnia ſubiecisti ſub pedibus eius, oues & bo-
" ues vniuerſas inſuper & pecora campi.& fuſius Roſel. de po-
" teſta.Pa.in prin.col.5.

H.N. CHRISTI actio etiam noſtra eſt inſtructio (incitaſti enim me his exemplis Man. ſpiritualibus, vt præ nimio gaudio à lachrymis cõtinere non poſſim) cum miſericordia mo-
" tus, Luc.7.dixit viduæ, Mulier noli flere. vt nos quoque vi-
" duis, vt pote miſerabilibus perſonis, faueremus.

MAN. Veriſsimum eſt, & iuridicum.l.j.C.quãdo Imp.int.pup. & vidu.c.ex tenore, de fo.compe. Immo quòd Hiere.5.adhuc
" dicitur, Viduam iudica, pupillum dirige.

H.N. Melius Exo.24. Viduæ & pupillo non nocebitis, ſi læſeri
" tis eos vociferabunt ad me, & ego audiam clamorem eorum,
" & indignabitur furor meus, percutiamque vos gladio, & erũt
" vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli.

MAN. Tremenda, ac expaueſcenda verba ſunt profecto, quæ tamen non curantur. immo lucro apponunt potius aliqui, ſi pignoris loco, viduæ veſtimentum, auferant, cõtra quos Deu
" to.verba ſunt.c.24.ibi, Non peruertes iudicium aduenæ, &
" pupilli, nec auferes pignoris loco, viduæ veſtimentum.

H.N CHRISTI actio eſt nobis etiam, & non parua quidem
" inſtructio, cùm in paſsione dixit, Non mea Domine, ſed tua,
" fiat voluntas. vt nos quoque maioribus obediremus, & primum Deo optimo maximo.

MAN. Probatur iudicio meo in.l.veluti.ff.de iuſti.& iu. ordoq; eſt nullo modo prætermittendus.

H.N. Vellem ſcire à te Man. ſi ſit myſterium in hoc, quòd ad Herodem ductus, ipſi interroganti nihil reſponderit. Io.18.

MAN. Eſt vtique, vt idem nos faciamus, nec cum excommuni-

catis commercium habeamus, quoniam occiſo Ioan. Baptiſta Herodes erat huiuſmodi.c.cum non ab homine, de ſen.excó. c.paſtoralis.§.j.de ap. Quando etiam in Aegyptum fugit, documento nobis fuit, vt in neceſsitatibus quoque idem faceremus, quæ nulli legi ſubiecta eſt.l.prima.ff. de offi. conſu. l.quarta.§.fina.l.aliquando.ff.de offi.procon. capitulo remiſſionem.j.q.j.& quæ licitum facit aliàs, quod non eſt.capitulo quod non eſt,de regu.iu.in.6.& quamuis dici ſoleat, quòd fugit impius,nemine etiam perſequente, vt dicit Salomon, fuga tamen non facit indicium, vt per Bal.conſi.429. an mandatarius,in prin.vol.3. & rationem aſsignat, conſi.515. quidam, col.2.vol.5. & maxime ſi poteſt aliqua rationabili cauſa velari.l.non omnis.§. à Barbaris.ff. de re mili.l. quis ſit fugitiuus §.apud Labeonem.ff.de ædi.edic.tradit Bal in.l.in bonæ fidei. C.de reb.cre.Ro.in.l.admonendi.ff.de iureiu. & vltimo loco Brun.in trac.de indi.& tortu.par.j.col.8.&.9.& quia hęc ſunt pluſquam vera & indubitata, ad eaque tendunt omnia alia, quæ adduci inter nos potuiſſent, ſileo, & ad alia, ſi tibi placebit, tranſibo.

**H.N.** Fiat vt dictum eſt,nec à te diſſentio.

## Ad.c. innotuit, de elec. Dialogus 22.

### PLENITVDO POTESTATIS.

**H.N.** PAPA nunquam debet vti plenitudine poteſtatis, niſi ex cauſa, vt in.c.innotuit, & ibi Inno.de elec.Ange.in.l.bene à Zenone.C.de quad.præſcrip.Bal.in.l.2.C.de ſen.ex pe.reci. Qui dicit etiam in.l.2.C.de commu.re.alie. quòd hoc idẽ raro facere debet, & cauere magis quàm alius.& not.in.l. pe.ff. de hæ.inſti.& in.c.cum veniſſent, præcipue per Io.An.de iudi.& eo caſu quo habet,habere dicitur in beneficialibus, cle.j. vt li.pen.not.in.d.c.innotuit,& in.c.per venerabilem,qui filij ſint legi.Alex.plene conſi.2.viſis,col.4.vol.j.

**MAN.** Hoc etiam, vti pulchrum dictum exclamat Abb.in.c. ad hæc, col.2.de reſcrip.pro declaratione ſubijciens, in.3. quòd hanc poteſtatem,quam vocamus plenitudinẽ,alibi vocant abſolutam,quaſi diſpoſitioni legum communium non ſubiectã, in.c.ex publico,de conuer.coniuga.

H.N.



**H.N.** Dicit etiam per dictum Inno.in.d.c.innotuit, & poſt Bal. in.l.ſi teſtamentum.C.de teſta.& in.l. bonorum.C. qui admi. Ro.in.l.j.in.§.nunciatio,col.3.ff.de no.o.nun.quòd licèt Papa poſsit de plenitudine poteſtatis derogare iuri ſcripto, non tamen poteſt de ordinaria, & quòd in dubio plenitudine poteſtatis vti non videtur,But.in.c.dudum.2. de deci.Areti.conſi.15.reuerendiſsime,col.4.

**MAN.** Eſt concluſio indubitata,declaranda tamen in caſu, quando aliter actus non valeret, quoniam tunc præſumeretur, ad hoc vt ſuſtineatur,& valeat,ita Pau.de Caſ.in.l.ex imperfecto in fi.C.de teſta. Alex.in.l. quanquam.C. de mili.teſta.l. miles qui deſtinauerat.ff.eo.Deci.in.c.quoniam Abb.col.6. de offi. dele.& clarius conſi.11.quoniam,col.vlti.lib.j.& conſi.77.viſo puncto,col.4.eo.lib.Bononien.ſingu.84.princeps, idemq́; Loaz.in repe.l.filiusfa.§.diui, nu.461.ff.de lega.j.

**H.N.** Sed pone quòd in priuilegio inueniatur clauſula, ſupplentes de plenitudine poteſtatis,vt ſæpe ſit,quam virtutem habebit,ſeu quomodo intelligetur?

**MAN.** Credo intelligi debere in his quæ ſunt iuris poſitiui,non vt facta videatur diſpenſatio,vbi erat neceſſaria, nec abſolutio ab excommunicatione inducta.c.illa,de elec.c.j. de tranſac.c. veniens,de fi.presby.clem.ſi ſummus,de ſen.excom.Cardi.in cle.j.in.§.cæterum,per illum tex.de re iudi.

**H.N.** In dubio à ſimili videmus etiam,quòd ſic miles vti præſumitur potius iure communi,quàm ſpeciali.

**MAN.** Verum eſt, & probatur in iuribus ſupra allega.ideſt in.l. in teſtamento, & in.l.quanquam.C. de mili.teſta. nouiſsime Galliau.in.l.centurio,col.24.ff.de mili. teſta.

**H.N.** Pone rurſum, quòd in literis reperiatur clauſula,ex certa ſcientia,præſumetúrne vti plenitudine poteſtatis?

**MAN.** Dicerem quòd ſic, glo.eſt not.in.d.c.ad hæc, de reſcrip. Abb.in.c.ea quæ, de re iudi.Feli.plene in.c.cum inter, de excep.Galliau.aliquid in.d.l.centurio,col.2.& in pratica verum eſſe oſtendit,Staphi.in tracta.de vi & effec.clau.ver.ſubſequenter,col.2.nu.8.& ſingu.dictum eſt Ro.in ſuis.757.dixi.

**H.N.** Oportet igitur quòd dicat expreſſe.

**MAN.** Immo neceſſarium eſt,ſi vti velit,quia (vt oſtenſum fuit vndique) in dubio ea vti velle non præſumetur. & ſi vti voluerit,nulli legi erit ſubiecta, ſecundum Ange.in.l.item ſi verberatum,in.§.j.ff. de rei ven.late Moder.in.c. quæ in eccleſiarum,

D 3

rum, de conſti. Capici. deci. 156. in cauſa, col. vlti. eſt bene verum quòd in reſcripto appoſita, intelligitur adhuc de plenitudine poteſtatis bonæ & laudabilis, non vituperabilis & Tyrannicę. quòdque Papa & Imp. licentiam dare poteſt hac clauſulæ appoſitione, vt quis propria authoritate, & perpetuario iure poſsideat, expulſo quolibet iniuſto detentore, non autem iuſto & legitimo, quia talis licentia contineret flagitium & delictum, ita Bal. conſi. 345. ad euidentiam, col. j. vol. j. & ad idem dicunt quoque Bononien. in d. c. quæ in eccleſiarum, nu. 161. de conſti. quòd quando conſtat ipſum velle vti plenitudine poteſtatis, tunc non habet locum. l. bene à Zenone, & l. omnes. C. de quad. præſcrip.

H.N. Mirum mihi viſum eſt quod dicit Bal. in ti. de pa. conſtan. col. 23. in verbo non ob. quòd po. Ro. nunquam hac clauſula vſus eſt, Imp. autem quandoque ſic, & ſine cauſa, quo caſu hac de re eidem non eſt ſtandum?

MAN. Admiratio ceſſet, cum requiratur (vt probatū eſt ſupra) cauſa, ne diſsipatio dicatur, vt inquit Archi. in c. conſequens 11. diſ. Io. And. in c. de multa, col. 5. de præben. Iaſ. conſi. 8. circa, col. 7. poſito in volu. conſi. feuda.

H.N. De Principe dictum fuit, vellem ſcire, quid in Delegato.

MAN. Expeditum eſt, non habere hanc plenitudinem poteſtatis, tam et ſi vices ſuſtineat delegātis. c. ſanè, de offi. De. l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. eius. tradit Pau. de Caſ. in l. j. col. 3. C. qui pro ſua iu.

H.N. Si Princeps ordinem iudiciarium ſolitum non ſeruat, dicetúrne vti plenitudine poteſtatis?

MAN. Vtique, glo. eſt, & ibi Abb. not. in c. ad petitionem, in fi. de accuſa.

H.N. Quando igitur ſic procedit Princeps, nec etiam citatio neceſſaria videretur, & mirum, quia defenſio eſt iuris naturalis, clem. paſtoralis, de re iudi.

MAN. Eſt enim (vt dixiſti) & firma concluſio Hoſti. Io. And. But. Imo. & aliorum, in c. in noſtra, de procu. Alex. conſi. 11. alias, col. 2. vol. 7. Gramma. deci. 65. excellens, nu. 49. & propterea mirari deſinas. & quia magis mirandum eſt, quòd contractui non contraueniat, etiam ſi vtatur plenitudine poteſtatis, vt inquit Bal. in c. j. in. §. ad hæc, col. 5. de pa. iu. fir. in vſib. feu. & Pau. de Caſ. in l. digna vox. C. de legi. & tamen alium quempiam iure ſuo priuare poſsit. d. l. item ſi verberatum. ff. de



de rei ven. not. in præallega. c. quæ in eccleſiarum, de conſti. & ſi dixerim tibi vltimo, vt finiamus, quòd quando hoc modo facit aliquid dominium non interuertit, ſed ſolam poſſeſſionem transfert, non errabo, quoniam probatur in l. ſi procurator meus. ff. de acqui. re. do. declarat ad longum Flo. in l. ſeruitutes. 3. col. 11. ff. de ſerui.

## Ad c. uenerabilem, de elect. Dialogus 23.

### IMPERIVM.

H.N. QVOD Imperium à Græcis olim in Germanos fuerit tranſlatum, ſatis aperte probatur in c. venerabilem, de elec.

MAN. Fuſius dici poteſt, quòd hodie Impe. recognoſcat Imperium ab eccleſia, quòd ab ea confirmetur & coronetur, & quòd denique de gente in gentem per eccleſiam transferatur, vt olim à Græcis (ſicuti dixiſti) in Germanos, ita Abb. in c. eccleſia S. Mariæ, col. 4. de conſti. Old. conſi. 69. conſueuit dubitari, col. 1.

H.N. Nónne Papæ etiam iurat fidelitatem?

MAN. Iurat quidem, vt in d. c. venerabilem, & in cle. 1. de iureiu. & in c. tibi domino. 69. diſ. Bal. in l. fi. C. de legi. ex quo fit, vt gladij executionem ab eo habeat. ante coronationem non. l. bene à Zenone, in fi. C. de quad. præſcrip.

H.N. Etiam electores Imperij poteſtatem ipſam ab eccleſia habuerunt.

MAN. Sine dubio, vt probatur in d. c. venerabilem, notat Roſel. de poteſta. Papæ, in prin. col. 6. adeo vt nec ab ea. d. poteſtate poſsint priuari, & probat Ro. conſi. 467. vt clara, col. 2. & ad eccleſiæ propoſitum omittendum non eſt quòd Imp. Conſtantinopolitanus, fuit priuatus propter infidelitatem, & tunc facta in Germanos tranſlatio vt ſupra, qui non tam ſuccedere in locum primi dicuntur, quàm eccleſiæ transferentis, & verum eſt, & firmat idem Old. conſi. 180. quæſtio eſt, col. 4. & fuit (vt ſcias) Grego. 5. qui legē condidit, vt Germanorum eſſet electio, ſuorum odio, de quibus quia à nobis ſatis dictum eſt aliàs in dialogo de concilio, nunc non eſt aliter diſputādū.

H.N. De Imperio etiam num alibi multa dixiſti.

MAN. Verum eſt, hacque ratione pauciora dicemus nunc, imò, quòd

quòd hoc ſolum huic collocutioni eſt addendum, Imperium à Deo eſſe.vt ſacerdotium, Imperator diuus, diuinaq́ue omnia quę facit,qm̃ ea facit vt Deus.l.fi.&ibi not.ff.de cõſti.prin. l.1.in fi. & ibi Bal. C. de ſumma tri. & fi. catho. qui idem dicit etiam in.c.1.in prin.de pa.tenen. not. in.d.c. venerabilem, & in.§.1. in authen. de hære. & ſal. & quomodo opor. ep. in prin.co.lib. Afflic. in.d.c.1.in prin. & in c.1. in fi. de prohibi. feu.alie.per Lotha.co. lib. & in.c.1.in prin.n.1. not. de pa.iura.fir.co.lib.Aliter dicit Seue.in.l cunctos populos,nu.2. C. de ſumma tri.& fi.ca. quòd habuit potius originem à violentia,motu Dei poſtea iuſtificata,fuerunt aliqui etiam volentes, quòd immo non ſit à Deo,ſed regnum potius,quòdque Imp. nomẽ nouum ſit,vetus vero Regis,præcipue Caſſanc. in con ſue.Burgun.fo.5.col.1.&.2. & nos alibi in quampluribus locis idem.tamen nunc à prima opi.non diſcedimus,vtpote veriore,cum ſint iura clara in locis præallega.

H.N. Et hoc ipſum mihi etiam ſemper placuit,& teneo, nec à te in aliquo diſſentio.

MAN. Permiſsiue,formaliter, & effectiue, ex quo fit, vt non ab re dicatur,Carolus diuina prouidentia Imp. quintus. F. Donato,Dei gratia Dux Venetiarum.& in monetis,tibi ſoli honor & gloria.& fuſius in.l.Imperium.ego ff.de iu.o.Iudi.

H.N. Reſtat ſcrupulus mi chariſsime Man.num regnum Imperio ſit validius.

MAN. Dicerem ego, quòd ſic,ex quo Imp.perſonale eſt, & per electionem fit Imperator in Regno autem datur ſucceſsio.

H.N. Rectiſsime iudicaſti,igitur te non moror amplius, & quã tum ad iſta pro nunc taceo.

MAN. Et probatur, quamuis ad oculum pateat,in.l. ſi tibi,in.§. pactum,& in.l.iuris gentium,in.§.pactorum.ff. de pac.& in.l. ſi pactum.ff.de proba.& in.l.3.ff.de cenſi.& in.l.1.in.§. perſonis.ff.de iu.immu.& in.c.licet,de voto.Iſer.in conſti. Neapo. in prolo.fo.7.col.3.

## Ad.c.cum inter,de excep. Dialogus 24.

EXCOMMVNICATVS.

H.N. LICET excommunicatio ſit pœna, qua nulla maior in

eccleſia



eccleſia Dei reperitur.& excommunicatus ipſe odioſus priuatus communione fidelium & ſacramentorum.l. hi qui ſanctã fidem.C.de apoſta.c.corripiantur.24.q.3. quem etiam intellexit Io.quando.16.Apocalyp. dixit. Et factum eſt vulnus ſæ-
„ uum,ac peſsimum, in homines habentes characterem beſtiæ,
„ non eſt tamen ei denegata defenſio.c.cum inter, de excep.Ancha.conſi.382.retento,col.pe.fuſius locutus, quòd quàmuis reus ſit(vt diximus) legibus odioſus, & nullius ſtatus, ſicuti etiam Iudæus, ſeruus, & ſimiles, tamen omnis defenſio eis competit, & exceptio contra perſonas agentium impugnantium eos.

MAN. Si nec Diabolo, quando eſſet in iudicio, denegaretur, prout dicunt per d.c.cum inter.D.de ro.deci.201.licet, in nouis,non eſt ratio,cur debeat denegari excommunicato. & idẽ dicunt. deci. 364.cum iura. col.2. & idem in bannito Nel. in tracta.banni. in.1.par. 2. tempo.q.68. ſtante dicto ſtatuto, ad fi.& bene,cum de bannito ad excommunicatum arguatur ſecundum Bal.in.l.pe.C.qui accu.non po.Seyſſel.in.l. vt vim,in repe.col.4.de iuſti.& iu.Immo inquit Ange.in.l. nulla, col.1. ff.de legi.quòd ſi rei interſit agere etiam compelletur, poſt Inno.in.c.exceptionem,in glo.ulti.de excep.

H.N. Verùm ſi placet, declara, de qua exceptione intelligatur, quoniam quædam neceſſaria eſt,quædam voluntaria.

MAN. De neceſſaria intelligendum eſt abſque dubio, quoniam ſi voluntaria eſſet, agere vtique quodammodo videretur, & quia lex ſuccurrit magis facienti actum ex neceſsitate, quàm ex voluntate.l.ſi fideiuſſor.§.ſi neceſſaria, & ibi hoc idem dicit Bar.ff.qui ſatiſda.co. & ſentit etiam in.l. libertus,in fi.ff. de in ius vo.quòd ab agendo,& ab excipiendo repellitur, ſi exceptio vim actionis habeat.

H.N. Tamen id in compenſatione intellexit, quæ ea ratione obijci non poteſt.

MAN. Verum eſt,& idem dixit in.l. amplius non petitum, in fi. ff.rem ratatam ha. Bal. in.l. cum Papinianus in fi.C. de ſen. & int.o.iud.vbi dicit,quòd nec etiam reconuenit. & eſt planè argu. quo ad exceptionem ſibi permiſſam, quòd naſcatur facilius,& competat,quàm actio.l.iuriſgentium.§. quinimmo.& ibi not.ff.de pac.

H.N.Poſſetne addi ſimile?

MAN. Poſſet facile.

H.N.

H.N. Quale?

MAN. Iſtud,quia ſuper eadem re, iudicia duo via actionis pendere non poſſunt,via autem exceptionis ſic.l.vbi cœptum.ff. de iudi.Bar.in.l.in compenſationem.ff. de compen. vel quia ex perſona filij pater conueniri non poteſt,niſi de peculio, ſi contra eum agatur,non ſi excipiatur.l.ſi cum filio,& ibi idem Bar.ff.de pecu.Melius quia ſententia dici nulla nō poteſt agendo excipiendo ſic,vt per Bal.conſi.322.vtrum vol.j.

H.N. Remota ſunt valde.

MAN. Verum eſt,ſed tamen toleratur plærunque .c. quærenti, de offi.de.But.in.c.non debet,in prin.de conſang.& affi.Abb. in prohe.Grego.col.7.glo.in prohe.ff.orum,in.§.fi.

H.N. Tranſeat,quo ad rem noſtram dubito,ſi quis nō ſit adhuc denunciatus,quid iuris.

MAN. Crederem,nō habere locū quod dicitur in.d.c.cū inter.

H.N. Et ita in concilio Conſtantien.aliàs fuit determinatum.

MAN. Licèt etiam regulariter procedat quod in.d.c.cum inter, dicitur,attamen plærunque denegatur exceptio,& non actio. c.debitores,de iureiu.nihilominus tutum non eſt,& Bald.declarat conſi.261.primo,col.j.vol.j.

H.N. Volo tibi dicere vnum,quòd licèt in Regno Franciæ, vbi cum Cardinali noſtro F. Cornelio,olim cùm eſſet in humanis,moram traximus aliquo tempore, nec excommunicatus agat,nec agendo audiatur,auditur tamen in curijs laicorum.

MAN. Nil noui affers mi H.reuerende,quoniā legi,refert enim G.Benedic.in repe.c.Raynucius,in ver.mortuo itaque teſtatore,nu.282.de teſta.& poſt eum Caſſanc.in cōſue.Burgun.§. 6.fo.67.col.j.nu.29.in fi.& mirum eſt propter participationem.Immo quòd antequàm Galli eſſent Chriſtiani, vt in cōmenta.Cæſa.aliquando obſeruauimus,& in .d. locis legitur, excommunicatos non admittebant,neque recipiebant in conſortio hominum.

H.N. Helluo librorum es,nihil enim dicere poſſum, quod non legeris,non uideris, hauſeris,& expreſſeris.

MAN. Sicuti natura te ad bene & compoſite loquendum ad decus & gloriam creauit, ita me calcaribus admotis ad legendū extimulat ſemper vt diſcā iuxta illud, & ſi alterū pedē in foueam haberem &c.de quo in.l.apud Iulianū.ff. de fideicō.lib. Immo aliud dicam,maiori admiratione dignum tibi,quòd nō poſſet praticari in Rege Franciæ,quod adhuc in.d.c. cū inter, dicitur,



dicitur,ex quo nec poteſt excōmunicari ex priuilegio, nec à canone,nec ab homine,& ita dicit Heli. in caſus figuratione, in.c.vbi periculum,de elec.in.6.idem Caſſanc. in loco ſupra allega.fo.5.col.2.

H.N. Excommunicatus, cui vix defenſio permiſſa eſt, poterítne aliàs extra iudicium ſaltem contrahere?

MAN. Poterit vtique,& præſcribere etiam,cùm habeat conſenſum,nec excommunicatio interrumpat naſcentem conſuetudinem,inquit & probat Bal.in.l.de quibus,col.9.ff.de legi.

H.N. An teſtamentum facere ſibi permiſſum ſit?

MAN. Forte in caſu tantum,quando penderet appellatio,vt idē Bal.dicit in.l.fi.col.2.C.ſi à nō competen. iud.fuc.ap. & vt finiamus,ferè eodem modo quo cœpimus, dico quòd querela eiuſdem quoque audietur,contra excōmunicationem propoſita.c.j.de reſcrip.in.6.Idem Bal.adhuc in.l.2.in fi.C. ſi pē.ap. mors inter.aliàs non, licèt, vt dictum eſt, reconueniens pariter repellatur.

H.N. Dixiſti tamen vnum, de quo dubito, quòd teſtamentum facit pendente ap.videtur mihi, quòd immo nō prohibeatur, quia ſpāle eſt in excommunicato pro hæreſi, authen. credentes.C.de hære.ergo non regulariter verum, vulga .l. ius ſingulare.ff.de legi.

MAN. Dubitatiue locutus ſum,vt anſam tibi loquēdi præberē, quemadmodum feciſti,ſcias igitur eam fuiſſe opi. Hoſti. quæ reprobatur,& in ſpecie poſtea ibi idem Bal.dicit,& firmius in .l.j.in.§.hi quibus.ff.de lega.3.poſt Io.And.qui ita ēt tenet hodie in.c.decernimus,de ſen.excom.in.6.in nouel. & per not. quoque in.c.pia,de excep.in.6.& in.c.quanquam,de vſu. & in c.veritatis,de do.& contu.& in.c.cum voluntate, de ſen. excommu.& ita eſt etiam à nobis pro nunc tenendum.

## Ad.c.cum haberet,de eo qui dux. in matri.quam pol. per adul. Dialogus 25.

### SPVRIVS.

H.N. POTESTNE ſpurius de bonis patris aliquid cōſequi?

MAN. Nihil,niſi alimenta,& hoc idem etiam quando non habet vnde ſe alat,loquor de iure canonico,vt not.in.c.cum haberet,

beret,de eo qui duxit in matri.quã pol. per adul.de quo titu. leges nihil ſciunt,vt inquit Fede.de Sen.conſi.36.maritus,col. j.& ad propoſitum quòd nihil petere poſsit niſi aliméta, not. pariter per Docto.& in ſpecie Bal.in authen.ex complexu .C. de inceſ.nup.& in.l.j.C.de natu.libe.& in.l.ius ciuile, col.2.ff. de iuſti.& iu.& conſi.116.ſpurius, vol.2.& conſi.448.quæritur,in fi.vol.j.Gui.Pap.conſi.115. Dominus Io. col.j. Alex. conſi.74.viſo,col.2.vol.2.& eſt æquitas,quæ præualet, & de iure ciuili etiam attenditur,vt per Abb.in.d.c.cum haberet,in vlti.not.Bar.in præallega.authen.ex cõplexu. & fuſius Deci. in.c.in præſentia,col.17. de proba. & in.c.eccleſia .S. Mariæ, col.14.de conſti.& conſi.311.in caſu,col.2.vol.2.& in.l.j.nu. 11.C.de bo.po.contra tabu.

H.N. Credo quòd debeantur . d . iure intuitu pietatis pro modo facultatum.

MAN. Nec aliter eſt de iure dicendum,vt etiam per.d.c.cum haberet,dicit Ancha.conſi.401.Stipoſius, in fi.

H.N. Immo quòd non valet quoque relictum pro anima vltra alimenta eidem factum,ſecundum Bal.in.l.j.lect.j.col.3 .C. de ſacroſan.ec.& conſi.91.videtur,in prin.vol.j.

MAN. Niſi relinquat,ſi monaſterium ingrediatur, quia tunc ſecus,& fuit opi.Guliel.de Cu.quam nec Bal.met in.d.loco negat.Qui etiam dicit ibidem in.2.col.10.quòd licèt pro alimétis relinquatur,non tamen relictum erit ad pias cauſas,& in.l. id quod pauperibus,col.7.C.de ep.& cle.quòd nec epiſcopus executor teſtamentarius,poterit eidem concedere bona omnia teſtatoris,vel maiorem partem,ſed alimenta tantum, non obſtante etiam patris prohibitione,vt ibidem idem Bal.dicit, col.vlti.poſt Dy.conſi.13.quæſtio talis.aliquid in.l.j.col.j.C. de iu.au.an.

H.N. Nunquid filiam pater dotare teneatur?

MAN. Videretur dicendum prima facie,quòd ſic, quoniam ſuccedit loco legitimæ & alimentorum.l.legatum, & ibi not .C. de condi.inſer.Bar.in.l.genero.ff.de his quib.vt indi. Tamen contrarium eſt verius,quia habetur reſpectus ad naturam alimentorum,ſine quibus viuere non poteſt,non ſic in dote, argu.in.l.quiſquis.C.ad legem Iu. ma. & in authen.licet .C. de na.libe.& in.l.vxoré,in.§.pr.ff.de lega.3.Iaſ.in auten.reſque, col.4.C.communia de lega.Fede.in tracta.de int.iu.in.3.membro prin.col.22.diſputat tñ Caſſane. in conſue. Burgun. fo. 34.



34.col.4.aliquid Bal.conſi.267.ad euidentiam,col.2.vol.j.

H.N. Dixiſti quod æquitas hæc canonica attenditur etiã de iure ciuili,quæro an.d.alimenta peti poſsint quoque coram iudice ſeculari,contra diſpoſitionem.d.authen.ex complexu.

MAN. Teneo quòd non,quia diſpoſitio.d.c.cum haberet,excitat ſolum officium iudicis eccleſiaſtici,ibi,Sollicitudinis tamẽ „ tuæ &c.& ſentit Imo.in.l.lucius,in.§.j.ad fi.ff.de lega.j. Alex. „ conſi.74.circa,col.2.vol.3.Areti.conſi.48. reuocatur, col.3. Immo quòd ſolum hoc locum habet in terris eccleſiæ, vt per eundem Alex.in.l..jcol.5. ff.ſolu.ma. & ſi in alijs petantur alimenta,eccleſiæ non ſubiectis,ad inſtantiã laici, poterit contra laicum Iudex eccleſiaſticus procedere,per viam denunciationis euangelicæ,de qua in.c.nouit,de iudi.Bar. in extrauagan. ad reprimen.in ver.per denũciationem.Galliau. & alij late in rub.de verbo.ob.col.6.Capici.deci.164.in cauſa,in prin.Scyſſel.aliquid in.l.j.col.3.ff.ſolu.mat.Hiſpa.in tracta.de vlti. fine iu.ca.& ci.nu.116.Lauden.in tracta.de legip.nu.72.Rui. cõſi. 124.videtnr,col.3.vol.j.

H.N. Eſtne aliqua cautela relinquendi ſpurijs?

MAN. Eſt vtique,vt ꝑ Bar.in.l.fi.ff.de his quib.vt indi. ſed quia tuta non eſt,& quia ſemper fraus præſumitur, non eſt pariter tenenda,nec referenda,vide tamen in ſuis Veronen .38. nunc videamus,col.3.Albe.in.l.j.in.§.nunc videamus.ff.de coniun gen.cum eman.libe.Pau.de caſ.conſi.5.quicquid, col.2.vol.j. Capici.deci.181.in cauſa, nu.4. plene Deci. conſi. ſupra allega.311.col.2.

H.N. Quo modo probabitur, quòd quis ſit ſpurius, videtur enim mihi,quòd hoc idẽm ſit improbabile?

MAN. Probari non poteſt per intrinſecas cauſas, per extrinſecas autem ſic.c.Michael,de fi.presby.d.c.cum haberet, declarat Bal.in.l.humanitatis,col.10.C.de impube.

H.N. Euenit nunc mihi,fungenti vices Illuſtriſsimi & Reuerendiſsimi Cardi.Piſani,vt ſcis,communis .D. & patroni, caſus pulcherrimus ſuper inualiditate cuiuſdam legitimationis, factæ de quodam ſpurio,pronunciaui,eidemque alimenta ſore præſtanda dixi,taxata etiam in certa quantitate annua, quãuis petitum non fuiſſet,fuítne bene factum?

MAN. Licèt Iudex non impartiatur officium ſuum regulariter, niſi requiſitus.l.4.§.hoc autem iudicium.ff.de dam. infec. hoc caſu tamen nec ipſe Salamon ſapientius iudicaſſet,pronunciaretque

retque potuiſſet, quoniam quod à iure diſpoſitum eſt, notorium cenſetur.l.ornamentorũ.ff.de au.& argen.le.verum Iudex in his quæ ſunt notoria ſupplet, glo. eſt not. in.l.j.C. qui & aduer.quos, ergo nec tu vir maxime reuerende, aliter facere potuiſſes.

**H.N.** Gaudeo vehementer, quod à me factum eſt tantũ à te probari, vt parum curem quid alij dicant garriantque iuris & leguin ignari penitus.

**MAN.** Et ita ſignanter in facto teſtatur pariter ſe pronunciaſſe Crot.in.c.Raynucius, col.16.de teſta.

**H.N.** Tanto magis, cum non viderim Cro. ſed à te hoc ipſum didicerim, cùm eſſem tuus auditor à primis annis. Memini ét me legiſſe, quòd licèt ſpurij non admittantur in feudo, ali tamen debent (vt dictũ eſt) de æquitate canonica, quòdque ſucceſſor bonorum paternorum quòdlibet ad.d.alimẽta tenetur clementia diuinæ & canonicæ legis.

**MAN.** Eſt dictum Bal.conſi.258.erant, in prin.& conſi.262.recolo, col.j.vol.j.Qui dicit vltimo, conſi.267. ad euidentiam, col.3.alle.vt ſupra quòd ſicuti non licet patri ſpurium occidere, ita non licet ei alimenta negare.

**H.N.** Verum dubito præter hæc, quare ſic ius canonicum à ciuili diſſentiat?

**MAN.** Quia in æquitate fundatum eſt.c.dilecti, de iudi.& quia non ipſe, ſed pater eius peccauit, vt inquit Bal.conſi.162.quidam, col.2.vol.5.& quòd iure canonum hoc verum ſit, dicit etiam conſi.306.proponitur, in fi.co.lib.

**H.N.** Ego quoque licèt neſcio quid dixerit idẽ Bal. in.d. authẽ. ex complexu, arbitror ad materiam tamen, quod legitur in.d. c.cũ haberet, vẽdicare ſibi locũ in dãnato ex quocũque coitu.

**MAN.** Veriſsimum eſt, ex generalitate.d.c. & quia ita etiam ibi communiter tenetur, & in ſpecie Zaneti.in tracta. de diffe. inter ius ca.& ci.nu.105.nec mirandum eſt maxime ſi ſola æquitate canonica ſpurijs ſubuenitur, quoniam ſanxerat olim etiã Solon, vnus ex ſeptem Græciæ Sapientibus, ne ex meretricibus orti à parentibus alerentur pariter.

## Ad.c.ad noſtram, de emp.& ven.

## Dialogus 26.

### FOENVS.

**H.N.** CONTRACTVS debet cenſeri illicitus & vſurarius, quando

quando pacta non poſſunt adaptari cõgrue niſi pignoratitio & facto in fraudem, ſecũdum Bal.conſi.118. Benedictus, col. prima vol.j.



**MAN.** Videtur mihi quòd ſit caſus in.c.ad noſtram, de emp.& ven.& in.c.illo vos, de pigno.& clarius dicit idem Bal. conſi. 311.quidam, col.2.vol.2.quòd ad probandum quem vſurarium, non ſufficit ſemiplena probatio, ſed exacta & altior, ac luce meridiana clarior, illis exceptis, quæ coadiuuantur præſumptionibus canonum, vt in iuribus pręallega.fuſius in.l.ciues, in prin.C.de ap.& ſignanter quòd.d.duæ decretales indicent contractum fœneratitium, illa ad noſtram ſcilicet, quia quandocunque à ſeptennio vſque ad nouennium debitor dare creditori tenebatur vncias ſexaginta, & iſta, illo vos, quia vſurarius emeret rem eo pacto, vt ipſam reſtitueret poſt tempus venditori, aliquid recipiẽdo vltra, fructibus tamen computatis, nouiſsime tradit idem Bal.casque inducit, conſi. 322. inſtr̃o, col.2.vol.3.& ibidẽ col.fi.vtriuſque rõnem aſsignat.

**H.N.** Nonne dici etiam ſolet, quòd venditio facta minus iuſto precio per diffamatum, cum gratia retrahendi, fraudulosa præſumitur.

**MAN.** Immo hoc expreſſe determinatum à Docto.& præcipue per.d.decretalem ad noſtram, ita Bellame.deci.7.Gui.Pap.cõſ. 180.circa, col.2.&.3.Veronen.in tracta. de ſimu. contractus, in prin.col.2.pulchre Ancha.conſi.257.ſi prædicta, col.2.Dicentibus amplius, quòd tot fraudes committere moliuntur vſurarij, vt in obuiando eis penè iura deficiant.in.d.c. ad noſtram.refert & teſtatur etiam idem Ancha.conſi.305.dubium in prin.& ad propoſitum Fede.in tracta.de int.iu.in.3.memb. principa.col.5.quòd ſi quis ſolueret precium non proportionabile rei venditæ, vel penſio rei locatæ, non eſſet fructibus proportionabilis, exempli gratia ſi ex vinea locata ſolueretur oleum, præſumetur pariter contractus ſimulatus. Pulchrius, & magis in terminis Bal.conſi.135.quædam mulier, col.j.vol. j.quòd ex pactis appoſitis ſecundum naturã vſurariæ prauitatis, præſumitur vſuraria prauitas interceſsiſſe, præſertim ſi cõſonat qualitas perſonæ, cum actibus.l.non omnes.§.barbaris. ff.de re mili.quòdque in contractu mutui facilius præſumitur vſura, quàm in alijs, ex quo non creditur quòd mutuans velit iactare interuſurium medij temporis. in alijs, autem ſic, niſi probetur, quòd fœnus exercere conſueuerit, & vt ipſe fuſius.

H.N.

H.N. Quia hæc indubitata ſunt, nolo aliter hac de re loquamur nunc, iſtud ſolum ſcire opto, an præſumptio ſimulationis, & fraudis, quæ inſurgit ex pacto de retrouendendo, & ex minoritate pretij, habeat locum in ruſticis.

MAN. Bal. in l. cũ allegas, in 4. oppo. C. de vſu. & Iaſ. poſt cũ, in l. ſi quis id quod, col. 7. ff. de iu. o. Iudi. tenuerunt quòd non. & eſt verum niſi ex aliquibus coniecturis contrarium eliciatur, quòd cautè voluerint procedere, pactumque poni non in eodem inſtrumento, ſed alio ſeparato, & tale quid aliud, quia tunc male præſumeretur, vt per Alex. & moder. in d. l. ſi quis id quod, poſt eundem Bal. in l. 1. C. de interdic. ma.

## Ad c. ex tenore, de ſo. compe. Dialogus. 27.

### ALTARE.

H.N. QVID ſibi vult illud tritum, quod lippis etiam (vt aiũt) patet, ſerioque nobis ſeruiat potius, quàm ioco, non debere tegi vnum altare, vt detegatur aliud?

MAN. Ipſamet lex, ad hoc allegari ſolita, aperit, licèt neſcius nõ ſim, quòd tu quoque iocaris, ad id alludens, quod bene ſcis quam ſæpe nobis argu. præbuerit ridendi.

H.N. Vtcunque ſit, dicas, ſi placet, verba enim vnum innuunt, cum tamen alius ſit ſenſus.

MAN. Etiam rudes intelligunt eorum corticem, ſed non quod in l. aſsiduis dicitur. C. qui po. in pi. ha. & in c. ex tenore, de ſo. compe. & in c. nuper, de do. int. vi. & vxo. & in c. nõ eſt putanda. 1. q. 1. niſi à te vel à nobis, aut à cæteris iuris prudentibus declaretur. tantum igitur id eſt dicere, quantum eſt, quòd nullus ita miſerabilibus perſonis fauere debet. vt alijs iniuſtitiam faciat, quoniam ſic eſſet vnum altare tegere, detegere vero aliud, à ratione ſatis alienum. Bar. in §. fi. in authé. quomo. op. ep. Pau. de Caſ. conſi. 100. in cauſa, col. 2. volu. 1. Bal. 449. quæritur in prin. vol. 5. Deciditur etiam aliud, quòd priuilegium monaſterij, de quo in §. ſed & hoc præſenti, in authen. de ſanc. ep. ita & taliter intelligi debet, vt eidem non repugnet voluntas teſtantis, quod ad propoſitum declarat Deci. in c. in præſentia, col. 34. de proba. & conſi. 17. viſo, col. 2. vol. 3. & in c. canonum ſtatuta, lec. 1. col. 11. de conſtitu. quòd licèt matrimonium





trimonium fauorabile ſit, eo tamen prætextu à communi opinione recedere non debemus. inducit in vidua exemplificando & pupillis. vt in d. c. ex tenore, Abb. in c. eccleſia S. Mariæ, col. 6. eo. titu. Et Ancha. conſi. 282. pro deciſione, col. 2. quòd nulli conſulendum eſt cum alterius iactura, quòdque non minus fauẽdum eſt pauperibus, quàm miniſtris eccleſiæ. & quòd ſi iniuſtitia eſt, mihi auferre & dare eccleſiæ, multo maior erit auferre pauperibus, Flo. in l. qui domum. ff. ad legem Aqui. Sauilia. conſi. 21. homines, col. 3. volu. 1.

H.N. Forte hoc eſt etiam quod ſenſit Ci. in lib. offi. quando dixit, detrahere aliquid alteri, & hominem cum hominis incommodo ſuum commodum augere, eſt magis contra naturam, quàm mors.

MAN. Non aliud, quod refert quoque idem Ancha. conſi. 298. in territorio, col. 2. & quadrat quod etiam Pau. ait ad Ro. 1.
„ ibi, Græcis ac Barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor
„ ſum. & ita in ſimili Sicu. conſi. 15. circa, col. 6. volu. 1. & conſi. 36. ſapienter, in prin. volu. 2. & conſi. 46. ſcripſit, col. 1. eo. lib. Ad propoſitum dicebam etiam aliàs in l. pactum quod dotali. C. de pac. quòd licet matrimonij & dotis fauor maximus ſit vt ſupra non tamen ibi debet valere pactum, ne tollatur patri libera teſtãdi facultas, & in l. & quia, not. ff. de int. ac. quòd nõ ita defuncto eſt pariter fauẽdũ, vt ſucceſſoribus præiudicetur.

H.N. Etiam ſi eſſet Diabolus. c. cum inter, de excep. not. in c. teſtimonium, de teſti. Ancha. conſi. 305. dubium, in prin.

MAN. Et hoc eſt quod dicit Bal. in c. 1. in §. amplius, col. 1. de pa. Conſtan. in vſib. quòd non eſt boni Principis pariter priuilegia vni conceſſa, alteri dare. & bene ac naturale ex his, & probatur in l. decurionibus. C. de ſilentia. lib. 12. & vulgare appellat iſtud, de quo ſupra conſi. 218. ſtatuto, col. 1. in not. q. vol. 2. & ſępe Iudices diuitibus inuidẽtes, eis auferunt, quod tamen pauperibus largiuntur, vt eis miſereantur, & male. ex quo Princeps, cuius typum gerunt in his, quæ ſunt de Iuſtitia, dicitur debitor Iuſtitię, conſiſtentis in præceptis iuris, quę ſunt, Honeſte viuere, alterum non lædere, Ius ſuum vnicuique tribuere. §. iuris præcepta, Inſti. de Iuſti. & iu. Afflic. in c. j. in §. quoniam, in fi. de prohi. alic. feu. per Lota. in vſib.

## Ad.c. dilecti de iudi. Dialogus 28.

### AEQVITAS.

H.N. MIRVM eſt quod aiunt, ius canonicum ęquitate niti.c. dilecti, de iudi. ex quo Iuriſcon. etiam ſacerdotes appellantur, boni & æqui viri artem exercentes, totumq́ue iuris corpus, tẽplum Iuſtitiæ dicit Iuſtinianus à ſe conſecratum, vnde veluti miniſtri & ſacerdotes templi, Iuriſcon. habeantur. l. j. ff. de Iuſti. & iu.

MAN. Verè prima facie ſolebam ego quoque, & non parum quidem admirari, ſed tamen dici poteſt, cum non conſyderet, vt ciuile, iuris apices, quòd æquitate hac ratione nitatur. & regulariter verum eſſe dicamus, quoniam vbi ſecundum æquitatem proceditur, non habet locum exceptio excuſsionis, ex quo eſt de apicibus iuris. l. ſi mancipium. §. i. & ibi glo. ff. de euic. & tamen in foro canonico admittitur, caſus eſt iuncta glo. in. c. 2. de fideiu. not. in. l. ſi conſtante. ff. ſolu. ma. immo quòd & rigor æquitati pręfertur quandoque, etiam iure canonum, in odium alicuius, puta ſpoliatoris, vt in. c. in literis, & ibi Abb. de reſti. ſpo. & quandoque dixi, ex quo ad propoſitum, & regulariter, cum ius canonicum in æquitate fundatum ſit, eam rigori præfert. d. c. dilecti, Bal. in. l. fi. in fi. prin. C. de iu. deli. not. in. c. 1. de conſti. & in. d. c. in literis.

H.N. Nónne eſt etiam ſtandum in foro canonico diſpoſitioni & ſubtilitati iuris ciuilis, vt puta quòd actor ſequatur forum rei, & quòd hæres non conficiens inuentarium, teneatur vltra vires hæreditarias creditoribus & legatarijs, & ſimilibus caſibus?

MAN. Eſt vtique, & habetur in. l. fi. in. §. licentia. C. de iu. deli. & in. c. i. de ſolu. & in. l. iuris ordinem. C. de iu. om. Iudi. & in. c. ſi clericus, & in. c. cum ſit generale, de fo. compe. & conuenit vt plærunque ius ciuile ſequatur, ſicuti & è contra, ius ciuile non dedignatur ſacros canones imitari. c. 1. & 2. de no. om. nunc. & vt conſtitueretur. 50. diſ. tradunt Bononien. in. c. cum dilecti, nu. 71. de emp. & vend. Sed (vt dixi) genuina ipſius iuris canonici eſt æquitas, & peculiaris, & hoc eſt quod dicebat etiã Ancha. cõſi. 231. de primo, col. vlti. quòd lex canonica eſt in æquitate fundata, libera, & abſque laqueis iuris ciuilis, circa ſtipulationum vincula, circa iudicia, circa numerum teſtium & quãplura alia & conſi. 295. pro clariori, in fi. quòd Iudex debet Iuſtitiam veritatem & æquitatem in decidendo potius ſequi, quàm de iuris apicibus diſputare, maxime in beneficialibus & eccleſiaſticis cauſis.



H.N. Adhibetur etiam diſtinctio, an poſsit ante diffinitiuam appellari, ſi grauamen poſsit reparari per ap. ab ea, néc ne, & tamen iure canonum indiſtincte omnis grauatus & iniuriam paſſus, admittitur.

MAN. Dubitauit tamen Pe. ne potius ſit hoc idem, quia ius canonicum inhiat lucro, nec ex alio admittit appellationẽ iſto caſu, niſi vt pecuniam extorqueat.

H.N. Et male, eſtq́ue opi. eiuſdem reprobata, nec in conſyderatione aliud, quàm (vt dictum eſt) æquitas, ita Bal. in. l. 2. col. 2. C. de ep. audi.

MAN. De materia late aliàs, in. c. ſuper eo. 2. de ap.

H.N. Dubitatum fuit his diebus, an penſionarius teneretur ſoluere pro rata charitatiuum ſubſidium epiſcopo, an vero integrum Rector beneficij.

MAN. Dicerem, penſionarium pro rata teneri de æquitate, quæ in his (vt paulo ante dictum fuit) maxime valet.

H.N. Et ita determinauimus.

MAN. Eſt ad idem deciſio in terminis Bellenzi. q. 37. ſi clericus, col. 2.

H.N. Pulcherrimum verbum dicebat ad materiam quoq; Burg. in. d. c. cum dilecti, col. 15. quòd quotiens lex ciuilis fouet rigorem, licèt expreſſe non reprobetur per canonem, quòd tamen talis rigor non ſeruatur in foro canonico.

MAN. Et bene, quia de hoc eſt tex. in. c. filius, quem ibi inſignanter ad iſtud notat Abb. de teſta. Ancha. cõſi. 231. de primo dubio, in prin. Bal. in. l. j. col. 13. in repe. C. de ſacroſanc. ec. Feli. in c. eccleſia S. Mariæ in prima declaratione, de conſtitu.

H.N. Sed vt finiamus, in quo conſiſtit æquitas hæc canonica, in caſu. d. c. dilecti?

MAN. In hoc, quia neceſſe non eſt, vt exprimatur actio, vt aperte dicit.

H.N. Articulus eſt maxime diſputabilis, & dixiſti late aliàs, in. l. edita. C. de eden.

MAN. Verum eſt, ſed ita communiter tenetur, niſi ſit conſuetudo

do in contrarium, vt Auinioni, quod teſtatur Bal.in.l.maioribus,in fi.C. communia vt.iudi. & quòd aliàs ita communiter teneatur etiam Gui.Pap.conſi.6.recolendæ memoriæ, nume.6.& conſi.24.circa,nu.3.Ancha.in repe.c. canonum ſtatuta,col.24.de conſti.Bal.in.d.l.edita, lectu.Peru.col.3. & omnes ibidẽ,Bar.in.l.j.col.3.ff.eo.But.in.c.2.3.pariter, de lib.ob. idem Bar.in trac.dif.iuris ca.& ciui.col.3. non omitto etiam & finio,quia nec dum hic, ſed alibi quoque de æquitate canonica dictum eſt ſatis, quòd licèt pater non obligetur efficaciter filio.l.frater à fratre.ff.de condic.inde.attamen ſi iurauerit, iuramentum de æquitate canonica efficit, vt agi poſsit,ita Io.de Ana.in.c.iuramento,col.2.de homi. quòdque deciſio.§.ſtari. l.diem proferre.ff.de arbi.eſt contra naturalem æquitatem,& contra omnem rationem,vultque ius canonicum vt à Laudo non appellari poſsit, ſed Iudicis officium implorari loco deficientis appellationis,ſecundum Bal.in.c.cauſamque,in.2.col. de elec. & quòd denique inſtantia triennali ſpatio perit de iure ciuili,non de æquitate canonica,nuncque manum de tabula tollo.

## Ad.c. cum non ab homine, de iudi. Dialogus 29.

### INCORRIGIBILIS.

H.N. QVANDO clericus in delictis deuenit in profundum malorum,degrauandus eſt,& curiæ ſeculari tradendus, vt pœna legitima puniatur.c.cum non ab homine,de iudi.c.ad abolendam,de hære.Ancha.conſi.158.ex narratis, col.2.&.3.declarat,quando in profundum malorum deueniſſe dicatur.

MAN. Adde Gof.in rub.de coha.cle.& mu. quem refert & ſequitur Abb.in.c.at ſi clerici,in prin.col.13.de iudi.dicentes quòd ætas noſtri temporis,qua non ſolum merita, ſed etiam corpora defecerunt, cenſuram antiquorum canonum manere non patitur, & glo.ante eos, in.c.fraternitatis.34.diſ.quòd omne delictum & mortale crimen, de rigore deſpoſitionem expoſcit.c.ſi epiſcopus.50.diſ.non de æquitate & miſericordia iuris,niſi habeat qualitatem aggrauantem,& præcipue, ac exempli gratia,ſi ſit cum incorrigibilate.

H.N. Miſcendo ſe enormitatibus,vt dicitur in.d.c. cum non ab homine,clericus etiam in minoribus conſtitutus,amittit priuilegium clericale.& idem in.c.perpendimus, & in.c. contingit,& in.c.peruenit,not.de ſen.excom.Veronen.conſi.11.caſus talis eſt,col.6.cauſarum criminalium.



MAN. Pulchra dubitatio eſt, an Iudex ſecularis debeat ſequi proceſſum Iudicis eccleſiaſtici.

H.N. Dixiſti aliquando tu in.c. at ſi clerici, allega. etiam ſupra de iudi.

MAN. Verum eſt,& ſignanter Areti.ibi,in prin.col.4.tangit, & concludit,quòd tenetur,tanquam inferior.

H.N. Mirabile videtur quoque quòd eccleſia iudicium ſanguinis non habeat.c.ſententiam ſanguinis, ne cle.vel mo.& tamẽ habeat hoc caſu.

MAN. Habet indirecte, directo autem non, argu.in.l.j.ff.de autho.tu.& in cle.j.in.§.cæterum,de vſu.& ad incorrigibilitatis propoſitum,bene dicebat Phala.Tyrannus,quòd non peccare,Dei eſt,peccare autem,& poſthac fieri cautiorem,hominis, quòdque non poteſt non exiſtimari alius quàm omnino malus,qui neque cùm peccat,neque cùm aduerſam incidit in fortunam,ſibi cauet,is igitur incorrigibilis eſt, & ſi clericus,ſeculari curiæ omnino tradendus.

H.N. Sed pone quòd ſeculari curiæ traditus non ſit, poterítne per ipſum Iudicem ſecularem diſtringi?

MAN. Nõ, niſi præcedat depoſitio,vel capiatur,vt prælato proprio reſtituatur.c.vt famæ,& ibi Abb.in fi.de ſen.excom.Caſſane.conſi.38.queritur,col.2.& plus quòd oportet quòd præcedat declaratio Iudicis eccleſiaſtici, quòd eſt incorrigibilis, vt per Cardi.in.d.c. cum non ab homine,Capici.deci.112.in cauſa,nu.6.

H.N. Pone rurſum quòd falſificaſſet literas Pontificis, requireretur ne incorrigibilitas hæc ad effectum ſupra dictum?

MAN. Non,immo ſpeciale eſt hoc caſu,vt not.in.d.c.ad abolendam,& in.c.ad falſariorum,& ibi Abb.col.2.de cri.fal.nonnihil in.c.nouimus,col.2.pariter,de verbo.ſi.

H.N. De qua degradatione loquitur tex. in materia præcipuus præallega.c.cum non ab homine?

MAN. De actuali.

H.N. Ergo multiplex eſt degradatio.

MAN. Duplex tantum, actualis & verbalis, de actuali (vt dixi) habetur in præallega.c.cum non ab homine. de verbali, in.c.

ad audientiam, de cri.fal. vt ibi per Abb.in prin. & vtriuſque forma ponitur in.c.degradatio, de pœn.in.6.

**H.N.** Si eſſet homicidium graue, puta parricidium, vel tale quid aliud, quid iuris? vel ſi contra naturam maſculum aut fœminam cognouiſſet, aut, vt his diebus ſceleſtus quidam fecit, cuius proceſſum nūc formamus, & præ manibus habemus, puellam nefando hoc ſcelere contaminaſſet.

**MAN.** Sine dubio non eſſet alia incorrigibilitas expectanda, vt per Abb.in.d.c.nouimus, & in.d.c.cum non ab homine. Feli. in.c.j.col.15.de conſti. Caſſane.in conſue. Burgun.fo.47.col.2.&.3.& quia vltimum, dictu, audituque, eſt horrendum, non amplius loquor, ſed ſileo, & obmuteſco potius, & me adloquendum alio tempore ſeruo.

## Ad.c.ego enim, de iureiu. Dialogus 30.

ROMA.

**H.N.** Et ſi Inno.dicat in.c.ego enim, de iureiu. quod & nos habemus in ore frequenter, vbi Papa, ibi Roma. non eſt tamen ſimpliciter verum, quoniam Roma, ideſt eccleſia Romana, tripliciter capi poteſt, primo, pro eccleſia. S. Ioannis in Laterano, & tunc ea eſt ſummi Pontificis, & maior vniuerſi orbis.c. nemo, & ibi per Archidia.16.q.4. Secundo, pro patrimonio ſuo, & iſto caſu quicquid eſt de iuriſdictione eccleſiæ Romanæ, principaliter & per ſe, vt patrimonium beati Petri præſcribi non poteſt ſpatio minori annorum centum. Tertio & vltimo, pro eccleſia animata, quæ eſt ipſe Papa, & iſto modo dicimus, quòd ibi eſt Roma, ſeu eccleſia Romana, vbi eſt Papa, tradit pulchre, & declarat Bal.in authen.quas actiones, col.pe.C. de ſacroſanc.ec.& hoc vltimum tantum, nulla adhibita diſtinctione, pro ſingula.ponit Roma.in ſuis.145.addc.& in ſimili, vbi eſt Rex, ibi eſt territorium, inquit Cy.in.l.tertia. de offi. preſi.Iaco.But.in.l.cunctos populos.C.de ſumma.tri.& fi.ca. Afflic.in.c.j.col.3.in prin.quib.mo.feu.amit.in vſib.

**MAN.** Remiſsiue & ad ſaturitatem, multa Reſtau. Caſtal.in tracta.de Imperato.q.35.col.2.& magis in terminis dicitur alibi, quòd ibi ſunt limina Sanctorum Petri & Pauli, & curia, vbi eſt Papa.c.iuxta.c.legimus.93.diſ.vſqueadeo vt prælatus, qui ex iuramento tenetur ſingulis annis viſitare limina prædicta Sanctorum Petri & Pauli, viſitando Legatum non ſit ſecurus, ex quo ibi eſſe intelliguntur, vbi eſt Papa, nec legatus contra iuramentum poterit terminum prorogare, vt per Specu.in.§. nunc oſtendendum, in fi.de lega.



**H.N.** Tamen legi, quòd aliquando Rodulphus epiſcopus Albanen.cum finita Legatione Apuliæ Romam rediret, Clementem Pontificem Viterbij inuenit, & nihilominus eo præſente ibi populo benedicebat, ibidem in.§.fi.nu.5.argu.plane aperτiſsimum, quòd verum non ſit, Romam ibi eſſe, ſeu curiam vt ſupra vbi eſt Papa, quia finita fuiſſet legatio, nec populo benedixiſſet.

**MAN.** Forte id eſt de conſuetudine factum, quæ facit licitum quod non eſt, vt in.§.quia vero, iuncta glo. in authen.de defen.ciui. & maxime diu obſeruata.l.Imperatores.ff. de pollicita.eidemque vt matri reuerentia debetur.§. ex non ſcripto, Inſti.de iu.natu. & fuit verbum Bal.conſi.318. quidam nobilis, col.2.vol.2. Vel dicamus & melius, quòd iuſſu Pontificis id fecerit, vt idem Spe.ſentit in.d.loco, Aut, vltra eum, quia eo præſente, perinde eſt, ac ſi ipſe Papa benidixiſſet.l.j.§.omnia. C.de vete.iu enucle.& quia dixi alibi etiam de materia, finiendum eſt.

## Ad.c.venientes, de iureiuran. Dialogus 31.

SVPERIOR.

**H.N.** IN iuramento ſemper intelligitur excepta authoritas ſuperioris.c.venientes, de iureiu.c.conſtitutus, de reſcrip.Bar.in l.fi.ff.ad municipa.

**MAN.** Sed non eſt verum generaliter, & procedit regula, quū expreſſe ipſe aliquid iubet, non ſi generaliter, ex quo non eſt veriſimile, quòd velit iurantem aliquid facere contra iuramētum, vt per Old.conſi.93.magr̄, col.3.quem refert & ſequitur Sauilia.conſi.6.plura videnda ſunt, nu.95.vol.j.

**H.N.** De quo ſuperiore intelligitur, Papa, vel Imperatore?

**MAN.** Papa, Imperatore, & alio quolibet, ſecundum Abb.in.d. c.venientes, col.2.& Docto.in præalleg.c.conſtitutus, & Pau. de Caſ in.l.in operis.ff.loca.& non ſolum hoc idem eſt in iuramento,

ramento,verum etiam in omni pacto & conuentione.c. quæ contra,& ibi Gemi.notat.8.diſ.Iaſ.in.l.ſi quis maior, colũ.5. C.de tranſac.

H.N. Dicit etiam Bal.in.l.teſtaméti factio,col.2.ff.de teſta. ſi inter aliquas ciuitates fiat pactum,& ſuperueniat ordinatio ſuperioris in contrarium,quòd reſcindetur.

MAN. Et bene,quia in impetratione à principio(vt ſubijcit,ibi in fi.)authoritas ſuperioris excepta intelligitur,& à ſimili qđ dicitur etiam in.l.j.ff.de offi.eius.non habet locum hac ratione in Principe.

H.N. Quid in ſtatutis?

MAN. Idem,vnde videmus,quòd ad ipſum ipſorum confirmatio quoque reſpectat.l.j.& ibi per Doct.ff. quod quiſque iur. & pulcherrimum verbum ad propoſitũ dicit Ro.conſi. 299. in propoſita conſultatione,col.2.quòd iniqua, & conſequenter inualida,eſt illa conſtitutio,per quam inferior iuriſdictionem ſuperioris infringit,idemque Bar.in.l. pe.ff. de aqua plu. ar.bo.tex.in cle.ne Romani,de elec.Ancha.in.c. canonum ſtatuta,in repe.col.117.de conſtitu.Bal.in authen.ſed nouo iure,col.3.C.de ſer.fugi.& Ro.adhuc, conſi.429. Conſydero, col.2.pariter,quòd non eſt periurus,qui authoritate principali iuramentum caſu aliquo deſerit.

H.N. Dicebam aliàs ego,quòd eſt præſumptio legis, qua excepta aliqua intelliguntur, licèt non exprimantur, & potiſſimum iſtud.

MAN. Et rurſum bene,addique poſſunt etiam, quæ habentur in l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.& in.l.precibus.C.de impub. & in.l.illud.C.de ſacroſanc.ec.& in.l.ſi vnquam .C. de reuo. do.Fede.in tracta.de interpre.iu.col.27.&.28.

H.N. Pone quòd quis in canonicum recipiatur, vt ego aliàs benignitate huius venerandi capituli,& capituli Veronæ,& tempore receptionis,iuret ſeruare ſtatuta, & laudabiles eccleſiæ conſuetudines,poſtea impetret à Papa aliquas portiones, vel præbendam,contra conſuetudinem.d.eccleſiæ,erítne piurus?

MAN. Credo quòd non,ſi in gratia ponantur clauſulæ derogatoriæ,hodie poni conſuetæ,non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus eccleſiæ contrarijs,etiam iuramento roboratis. c.cum aliquibus,& ibi not.de reſcrip.c.ei cui, de præben.in.6. vel gratia facta ſit ſine dictis clauſulis, motu tamen proprio, ita Rota,deci.294.licet in nouis.

H.N.



H.N. Sub generali impoſitione ſubſidij fauore fidei Chriſtianæ, facta,authoritate Papæ,comprehendentúrne Cardinales?

MAN. Vtique.

H.N. Papa?

MAN. Non,ratione prædicta, fundata in.d.c.venientes,& quia in generali ſermone, regulariter non includitur perſona loquentis.l.inquiſitio.C.de ſolu.l.ſi merces.§.fi.ff.de act.emp.c. petitio,de iureiu.Bellen.in terminis.q.65.ſtãte opinione, col. 8.&.9.in tracta.de charitati.ſub.

H.N. Forte hac de re etiam appellatio tolli non poterit, nec directe,nec indirecte.

MAN. Verũ eſt,& tradit Bal.in.l.ita demum,col.2.C. de procu. minui autem,vel elongari terminus ad appellandum ſic, vt p Abb.in.c.cum ſit Romana,col.4.de ap.

H.N. An non obſtante voto de non iurando, præsbiter infamatus,cogatur per iuramentum ſe purgare,& ſuper cõtractu veritatem dicere?

MAN. Si propoſitio vera eſt,quòd in omni iuramento ſuperioris authoritas excepta ſit,quo ad iſtud quoque dicerem, quòd cogatur ſine dubio,& decidit Io.And.in.c.quia plærique,col. 2.de offi. ordin.Immo quòd etiam fauor tertij, ne dum ſuperioris authoritas à iuramento excipi videtur, vt inquit Bal.in l.nec patronus,col.2.C.de ope.lib.ex quibus deciditur quoque alia,& non inutilis quæſtio quidem, quòd ſtatutũ magiſtratuum valet in eo,quod eorum arbitrio commiſſum eſt,nõ in habentibus certam formam à iure.l.j.& ibi idem Bal.lectu. j.col.2.ff.quod quiſque iu.fuſius & clarius in.l.quid ergo, in §.pœna grauior,in repe.col.3.ff.de his qui not.inſa.

H.N. Vellem ſcire vltimo, & poſtea tacebo, quid ſi iuramenti mentio facta fuiſſet,puta in conceſsione aliqua Principis, vel præſtitum ſit,non fauore ſuperioris, ſed publico.vel in contractu Principis adhuc,reperiatur interpoſitum,volentis eidẽ poſtea derogare?

MAN. Crederem his omnibus caſibus,regulam fallere, vltra ſupra dicta, & no.in.d.c.cõſtitutus,ni fallor,vbi But.Abb.Imo. & Feli.nonnihil glo.in.c.quanto,de iureiu.Neuiza. plene, in vol.conſi.feuda.12.patres,col.9.

Ad.c.

## Ad .c. petitio, de iureiu. Dialogus 32.

### LOQVENS.

H.N. ETIAM quòd à nobis aliàs mentio facta ſit, licèt inci-dentcr.c.petitio,de iureiu.volo nihilominus dicamus aliqua adhuc ipſius intellectum cócernentia,quæ & delectét & pro-ſint,egoque incipiam,quod ſemper tamé facio,vt te de rebus ſerijs ad loquendum excitem.

MAN. Et ego quoque in harena deſcendam, & ratione ita có tendam tecum Reuerédc pater,vt nec à me, nec à te aliud de-ſiderandum ſit.

H.N. Adeo verum igitur eſt quod dicitur in.d.c.petitio, vt ne-mo alienum lucrum ſuo proprio præponere debeat,& hoc ca ſu lex generaliter loquens reſtringatur.l.præſes.C.de ſerui.& aqua.l.venditor.§.ſi conſtat.ff.communia prædio.l.amiciſsi-mos.§.lucius.ff.de excu.tu.l.j.§.præterea.ff.de tu.& ra.diſtra. l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.

MAN. Nec actionem contra ſe exercere, patique vulnera pro-prijs telis,vel alteri eam cedere,vt inquit Bald.in.l.2 .C. an ex ſuo fac.Stepha.Fede.de int.iu.col.33.

H.N. Determinauit etiam ex hoc pulcherrimam.q.Anch.conſi. 129.ſuper primo dubio,ad fi.quòd epiſcopus, qui de redditi-bus eccleſiæ pauperes ſuſtentat.c. gloria.12.q.2. non poteſt quod eis relinquitur pro alimentis minuere.

MAN. Et bene,eaque ratione,quia quem defendere debet,impu gnare non poteſt.d.c.petitio.c.j.de infan.expo.& ad propoſi-tum dicit Bal.etiam in.l.inquiſitio,per illum tex.& per tex.in d.c.petitio,ſi promiſi domino dare turrim propter eius bellũ, ſi bellum ſit mihi cum eo,quòd ſibi non dabo,quoniam ordi-nata charitas incipit à ſe ipſo.d.l.præſes.C.de ſerui.& aqua.

H.N. Sed ad idem quæritur,certum eſt,quòd beneficia perſona-lia cum perſonis pereunt.c.priuilegium, de regu.iu.in.6.l.cũ patronus,de lega.2.Ancha.conſi.186.pro parte, ad fi.an bene ficia,vel immunitates conceſſæ locis,tranſeant ad poſteros?

MAN. Minime.c.dilectus,de cap.mo.c.2.de reli.do.in.6.& quia non eſt præſumendum,quòd Papa ſuam neglexerit Iuſtitiam qui alios in iuſtitia tuetur.

H.N.



H.N. Ergo durabit exemptio?

MAN. Sine dubio,& probatur nouiſsime,in.c.quoniam, de im-mu.ec.co.lib.

H.N. Nunquid Papa comprehendatur ſub cenſuris, in conſtitu tione appoſitis,ſi non ſoluerit ſubſidiũ, quod pro ſalute Chri ſtianæ religionis ab ipſo impoſitum eſt?

MAN. Non,ratione prædicta,& tradit Bellen.in tracta. de cha-rita.ſub.q.65.ſtante,col.3.&.11.multa Io.And.in regu.cui li-cet,in Mercu.de regu.iu.in.6.

H.N. Ergo nec Cardinales,quia pars eſſe dicuntur & membra Papæ.l.quiſquis.C.ad legem Iu.ma.

MAN. Et ita tenuit Ro.conſi.498.in caſu, & male, cumque re-prehendit,& rationes ſuas confutat,idé Bellenzi.in loco præ-allega.& eſt verius.

H.N. Prælatus acquirere neglexit eccleſiæ,imo ſibi potius quę-rere voluit,an ipſi eccleſiæ teneatur ad intereſſe?

MAN. Prima facie,ex not.in.l.quidquid.C.arbi.tu. videbatur di cendum,quòd ſic,tamen mihi poſtea rectius cogitanti, con-trarium viſum eſt firmius,ſi prælato tamé dolus imputari nó poſsit,vt ſic,permiſsione iuris,ſe ipſum omnibus præferre vo luiſſe videatur,& in ſpecie ita decidit Abb.in.c.præsbyter, in fi.de pecu.cle.

H.N. Dixiſti Man.etiam,in lib.enchiri.12.c.277.in generali &c.

MAN. Aliqua,non aliter hîc repetenda,nec à nobis hac ratione in his aliter immorandum eſt.

H.N. Fac vt lubet,quoniam omnia,quæ tibi placitura ſunt, non poſſunt non à me etiam,niſi maxime probari.

## Ad .c. fi. de iurepa. Dialogus. 33.

### POENA.

H.N. ESTNE verum Man.quòd pœna priuationis,locũ non habeat,niſi in caſibus à iure expreſsis?

MAN. Eſt vtique,& probatur in.c.fi.vbi glo.magiſtra, de iu.pa. & in.§.cum igitur,in authen.de non eligen.ſecun.nuben. Bal. in authen.ex teſtamento,col.vlti.C.de ſecun.nup.

H.N. Et vltra hæc dicebat Iaſ.in.l.j.col.pe.C.de tranſac.quòd li-cèt multi reperiantur caſus,in quibus ſi negans conuincatur

de

de mendacio,perdit beneficia tradita à lege,in tutoribus tamē & curatoribus ſecus eſt,ex quo hoc idem iure cautum non reperitur clarius in.l.quod te,col.11.ff.ſi cer.peta.quòd niſi lex iſtud dicat,quòd quis perdat beneficium propter negationem extenſio fieri non debet.

MAN. In bullis Apoſtolicis hæc clauſula communiter apponi conſueuit,Si quis autem hæc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei,ac beatorū Petri & Pauli &c. prælati in exigendo charitatiuo ſubſidio exceſſerunt taxam, quæ pœna venit imponenda propter.d.clauſulam?

H.N. Priuationis beneficiorum eccleſiaſticorum.

MAN. Et ita ſignanter dicit Bal.& exclamat memoriæ commendādum fore,in.c.j.in.§.porrò,col.2.quę fue.pri.cau.be. amit. in vſibus.Tamen non eſt verum,ex quo non eſt quis priuandus beneficijs ſuis,niſi ex graui culpa.c.inuetum.16.q.7.But. in.c.at ſi clerici,de iudi.maxime epiſcopi,contra quos cū maiori maturitate proceditur.c.quia Pontificali,de off.dele.in.6. c.paſtoralis,in prin.co.ti.& quia non eſt lex, quæ hoc dicat, quo caſu potius tenendum eſt,quòd pœna ſit arbitraria.l.j.ff. de iu.deli.c.de cauſis,de offi.de.Bellen.in terminis,in tracta.de charita.ſub.q.44.dictum ſupra,col.j.&.2.

H.N. Vidua luxurioſe viuit,an priuetur foro mariti?

MAN. Pau.de Caſ.in.l.ſororem.C.de his quib. vt indig. tenet quòd ſic,& eſt rationabile,ſecus tamen Alex.ibidem, & non parua dubitatio eſt in.l.cum quædam puella. vbi & nos multa ff.de iu.o.iudi.ex quo pœna priuationis locum nō habet, niſi exprimatur.d.c.fi.& eſt caſus expreſſus in.l.at ſi quis, in.§.idē
„ Labeo ait,ibi,pœnam in eum tamen ſtatutam non eſſe.ff.de re
„ ligio.& ſump.fune.Bal.in.l.3.C.de ſacroſanc.ec.Iaſ.in .l. cum
quidā,col.4.ff.de lib.& poſthu.remiſſiue multa Caſſane.conſ. j.col.32.& conſi.38.quæritur,in prin.

H.N. In ſimili deuolutio non imponitur, niſi in caſibus iure poſitiuo expreſſis.c.quanquam,de elec.in.6.Inno.in.c. quia diuerſitatem,de conceſſio.præben.Bellame.deci.426.qn̄ ēpus.

MAN. Addo aliud ego, magis in terminis, quia vbi lex punit facientem actum,& de annullatione,quæ pœna eſt.l. teſtamento centurio.ff.de ma.teſta.nihil dicit,tunc actum annullare nō videtur,ſi annullatio,tertio præiudiciū parare poteſt .l. filius. §.ſequens quæſtio.ff.ad legem Cor.de fal.Bar.in.l. prætor ait, in prin.ff.de no.o.nun.Iaſ.in.l.tranſigere,col.5.C. de tranſac. reſpon-



reſpondendo ad tex.in.l.j.C.de rap.vir. quòd licèt ibi puniat patrem tranſigentem,non propterea tranſactionem annullat. & quam maxime notandum eſt.

H.N. Acquieſcebam his dictis pulcherrimis hincinde, ſed malo me tibi moleſtum iudices potius, quàm verbum tam bonum perdere.

MAN. Moleſtus mihi fuiſſes amantiſſime Niger,ſi tacuiſſes, qm̄ magnam capio voluptatem,cum te,non dicam perorantē, ſed & cōi etiam ſermone,licèt materno,loquentem audio.

H.N. Laudari pulchrum eſt,ſed ab amiciſſimo homine, & viro laudato multo pulchrius. verbum igitur eſt ad propoſitum Ro.conſi.405.præſuppoſitis,col.j.quòd ſic etiam legalis conſtitutio propter tranſitum ad ſecunda vota priuationem inducens ad eum caſum,in quo expreſſe non loquitur, tanquam odioſa,& pœnalis,extendi non debet.

MAN. Ego quoque aliud addo,& finem facio, quòd nec vaſallus,etiam ſi veniat contra iuramentum fidelitatis,feudum perdit,niſi in caſibus,in quibus iura hoc ipſum ſpecialiter exprimunt.c.j.§.illud,quæ fue.prima cau.benefi.amit.in vſib. & ibi per Docto.Iſer.in.c.j.qua.va.iu.debe.co.lib.plene Alex. cōſi. 103.videtur,col.pe.vol.j.& ad materiam Barba.plenius, in.c. j.col.8.de off.dele.

## Ad. c. fi. de inſtitu.
## Dialogus 34.

DANS ACCIPIENS.

H.N. QVOD dicitur in.c.fi.de inſti. præſtat argu.ad multa, & maxime,quòd iudex admitti nō debeat ad probandam ſolemnitatem teſtamenti, quoniam ſicuti eſt differentia inter dantem,& accipientem,vt ibidem. Bellen. multa in tracta.de charita.ſub.q.65.ſtante,col.10. ita eſſe debet inter authorizantē, & eum cui ipſe Iudex authoritatem impartitur,& in facti contingentia conſuluit Ancha.conſi.178.viſis,col.vlti.in princi.

MAN. Dicit etiam conſi.195.ſecundum ea,col.2. quòd non poteſt vnus conferre beneficium,& collationem ſimul recipere. & Ro. conſi. 350.in caſu,col.4. quòd nemo pariter ſuiipſius procurator eſſe poteſt.Et Veronen.caute.96. vidimus,quòd quis ſeipſum eligere non poteſt,de quo etiam in.c.cum in iure,

re,de elec.& in.c.per veſtras de iure pat.Pau.de Caſ.cõſi.230. quia,col.1.vol.2. & idem in teſte, ſi iudex impetretur, quòd coram ipſo teſtificari non poterit,Bal. in.l. ne in arbitris,col. 2.C.de arbit.

H.N. De iure notarius hac ratione non debet inſtrumentum procurationis facere, & tamen legi aliàs de ſtylo & conſuetudine ſeruari contrarium.

MAN. Non hic, ſed in curijs patriæ Delphinatus forte hoc ipſum eſſe verũ legiſti,& teſtat Gui.Pap. deci.318.an notarius.

H.N. Legi & ibi,& alibi,ſed præciſe non recordor. verum aliud eſt,de quo magis miror,quòd epiſcopus excommunicat clericos ludentes, & tamen ſi cum clerico ludat ipſe excommunicatus eſt,& ſua lege ſe ipſum ligat, quòd nec ſoluit Por. inſti. quib.mo.teſta.infir.in fi.

MAN. Bal.pulchre declarat in l.1.in.§. ſimilique modo,in prin. C.de lati.lib.tol.quòd quotiens ſuperior cauſa cum inferiori concurrit, illud quòd non poteſt inferior cauſa ex ſe, poteſt virtute cauſæ ſuperioris,vnde quia cauſa ſuperior,ideſt authoritas iuris,concurrit cum ſtatuto epiſcopi, ligatur potius à ſuperiori, quàm à ſe ipſo. Aliter reſpondet idem Por. tamen in §.ſi tutor,col.1.de inoffi.teſta.co.lib.quòd non poſsit quis ſuſtinere vicem duarum perſonarum voluntate propria,ex neceſsitate autem præcedentis contractus, ſic, exemplificando in conductore ſalis, qui licet magiſtro eiuſdem præſentetur, ſibi tamen ipſum præſentare poterit,ſed prima mihi magis placet,Aliter,& fuſius,idem Bal.in.l.ſi conſul,col.1.ff. de adop.

H.N. Nónne quoque Papa poſſet renunciare papatum ſibi ipſi, id eſt in manibus proprijs?

MAN. Poſſet vtique, ſed alia ratione, quoniam ſe ipſum etiam deſtituere & deponere poteſt.c.1.de renun.in.6.c.nos ſi incõpetenter.2.q.7.

H.N. Quid in Imp?

MAN. Secus.

H.N. Ratio?

MAN. Quia ſuperiorem habet Papam. Immo, quòd nec dare poſſet electoribus licentiam alium eligendi, ſine conſenſu Papæ,qui eſt ſupremus Dei Vicarius,& qui cõtrarium dicit mẽtitur,ſecundum Bal.in.l. Barbarius,lec. 1. col. pen.ff.de offic. Præto.

H.N.Quid ad propoſitum regulæ dicemus in furto?

MAN.



MAN. Diſtinguemus,ſi ſit regulare, quòd differentia conſtituetur inter contractantem & rem, vt inter baptizantem & baptizatum, & contrahentem ac rem ſuper qua contrahitur.l.1.ff. de fur.ſi vero irregulare non, quoniam ſeruus ſuiipſius furtũ facit.l.1.& ibi plene Iaſ.col.1.C.de ſer.fugi.

H.N. Si creditor ſuccedat debitori, quid erit etiam hoc caſu dicendum?

MAN. Nil aliud,niſi quòd ſtatim adita hæreditate, actiones con fundantur, quoniam debet pariter eſſe perſonarum diſtinctio debitoris & creditoris, ex quo nemo ſui ipſius creditor eſſe poteſt,nec in vno eodemque ſubiecto cõcurrere actio & paſſio.l.debitori,& ibi not.omnes.C.de pac. Vnde iuſtitia & ius diuerſo tempore quoque productæ fuerunt, aliàs inter producentem & productum differentia non eſſet, & male uſque adeo ut pretor ſe ipſum in tutorem dare non poſsit.l.prætor. ff.de tuto.& cu.dat.ab his.l.1.ff.de offi.præto.vbi prætor non ſua voce,ſed authoritate pop.Ro.creabatur.

H.N. Prior prædicatorum factus eſt executor diſtribuendi bona fratribus prædicatoribus,an perſona ſua includatur?.

MAN. Ratione nominis collectiui,inquit Bal.quòd ſic,quodque per quandam conſequentiam ſibi ipſi diſtribuere poterit,in.l. qui hæredi.in §.fi.ff.de condi.& de.

H.N. Si hæredi legetur,legabitur à ſeipſo, an vero à cohærede?

MAN. A cohærede,per regulam, quia debet eſſe diſtinctio inter obligatum & obligantem,idem Bal.in.l.legatum, in prin.ff.de lega.1.

H.N. Pulchrum eſt etiam hoc ſcire,quare noxa caput ſequatur. l.1.C.de noxa.§.omnis,Inſti. eo. & tamen ſecus ſit, ſi ſeruus aduerſus Dominum delinquat.

MAN. Cy.rationem aſsignat,quia cum Dominus obligatus ſit, & teneatur ex delicto ſerui,eſſet ſic obligatus ſibi ipſi, & rurſum male. Impoſsibile eſt etiam, quòd quis fideiubeat pro ſe ipſo apud ſemetipſum,ex quo inter creditorem & reum vt ſupra diſtinctio perſonalis eſſe debet, vt per Ange. in.l. hæres à debitore,in.§.quod ſtipulator.ff.de fideiu. Non ſecus quàm inter ligatum & ligantem ſecundum Bal.conſi.135.articulus, col.2.vol.3.& ad idem facit, quia ſicut ratio correlatiuorum non patitur emptor & vẽditor ſint idẽ.l.1. ff. de re.per.ita nõ patitur ꝙ idem ſit à quo legatur,& cui legatur à quo promittitur & cui promittitur.l.fin.C.de impube.Thom. de pipe.in q.ſuis

q.ſuis.1.col.1.& pro complemento, ſicuti regulariter nemo rem ſuã ſibi ſuratur, ſciendũ eſt etiam, nõ eſſe adulterium cum vxore ſua, ſed acceſsio ad alienũ thorum potius, vt in.§. idem lex Iulia. inſti. de pub. iudi. & vt inquit Auguſti. de Ancho. quòd ſicuti nullus ligatus ſe ipſum abſoluit, à ſimili, ſic nulla res ſe ipſã generat, de poteſta. Pa. arti.4.q.4.in prin. Sed ad Bal. reuertor, dicentem, ſicuti rurſum quis ſibi non dat regulariter, nec ſe ipſum inſtituit, quoniam teſtator & hæres debent differre, quòd ſic ſibi ipſi pariter non ſubſtituit, in.l.humanitatis intuitu, col.9.C.de impube.& tranſeo.

## Ad.c.contingit,de ſen.excom. Dialogus 35.

### NEMO SVIIPSIVS DOMINVS.

**H.N.** NEMO ſuiipſius dominus eſt, membrorumque ſuorum vt aiunt.l. liber homo.ff. ad legem Aqui.c. ſi quis abſciderit. 55.diſ.c.non licèt.23.q.6.Abb.in.c. fi.in prin. de pac. adeo vt nec defenſioni, ſi reus ſit, poſsit renunciare, & ſi renunciatio facta fuerit, & acceptata, non valebit.l.pactum inter heredem. ff.de pac.l.non tantum.ff.de ap.l.addictos.C. de ep. audi. Feli. plene in.c.ſi diligenti, in prin.de fo.compe. Deci.in.c. paſtoralis, col.6. de excep. Verum dubito, an hoc ipſum generaliter procedat?

**MAN.** Credo quòd non, quòdque limitari debeat in inſigni latrone, ex quo defenſionem non habet.l. per omnes.C.de deſen.ci.l.prouinciarum.C.de fer.Imo. in terminis, in.l. cuſtodias in.§.1.col. 2. ff. de pub. iudi. & ſi ad propoſitum non eſt membrorum ſuorum Dominus & ſuiipſius, multo minus erit animæ ſuæ, vt poſsit ſe ad peccatum obligare, quoniam nec iuramentum obligat ad peccandum, alias eſſet vinculum iniquitatis, quod tamen eſſe non debet.c.quãto.c. ſi vero, de iureiu. Immo quòd nec poſſet etiam quòd peccatum eſſet veniale.c. 2.de pac.in.6.Abb.in.d.c.fi.in prin.

**H.N.** Ergo nec poterit ſe obligare reus, ſi confeſſus fuerit, ſibi manum præcidi?

**MAN.** Quis dubitat? licet enim caſus euenire non poſsit, vt aliàs in perſonam Franciſci petilionis, ciuis quondam Gronopoli, attamen eſt promiſsio, quæ de iure fieri non poteſt, vt concludit,



dit, & bene, Gui.Pap.deci.278.an homo.

**H.N.** Quid ſi committeret ſe alteri, vt torqueretur, vel ſibi aliter iniuriam faceret?

**MAN.** Adhuc non poſſet, & maxime quo ad torturam, quia eſt maior pœna, quàm ſi ſibi manus præcideretur.§.fi. in authen. vt nul.iud.Bononien.auerol.in.§.expedita, nu.59.& quia tortura in ſe eſſe iniuriam habet, ſecundum Bal. in.l.1. in princi. C. loca.

**H.N.** Tamen glo.in l.interdum, in.§.qui furem.ff.de fur.contrarium ſentit.

**MAN.** Et male, eamque ibi reprobat Bar.

**H.N.** Glo.authoritas magna eſt, & omnes aliàs authoritates ſuperat, vt idem Bald. teſtatur in.l. cum hæreditas.C. depo. qui dicit etiam in.l.fi.in.§. neceſsitate, col.3.C. de boniſque libe. quòd nõ errat, qui adheret glo.& in.l.precibus, in.7.C.de impube.quòd eidem inhærendum eſt, vt Bononienſes carrocio, & nauium ductores themoni faciunt.

**MAN.** Verum eſt, ſed maior legis & rationis, vt ibi per eundem Bar.fuſius Paris pute.in tracta.ſyndica.in antepe.col.ver.quæro de vna not.quæſtione. non nihil Pau. grillan. in tracta. de relaxa.carcera.ſub rub.de fideiuſſo. reo.col.1.Cana.in tracta. de execu.inſtru.q.32.pro declaratione, col.2. & ſi non poteſt hoc caſu committere ſe alteri, multominus poterit ſe ad pœnam capitalem obligare, vt per Albe.in ſtatu.q.51. & ex prædictis.Bar.in.l.4.in prin.ff.de cuſto.reo. Deci.in.l.nec ex prætorio.col.1.de regu.iu.

**H.N.** Pone, quòd quis confiteatur, ſe hominem occidiſſe, cum ab alio tamen occiſus ſit, valebítne confeſsio, in præiudicium confitentis?

**MAN.** Iaſ.in.l.iuſiurandum, in.§.procurator, col.7.ff.de iureiu. tenuit, hac ratione, quòd non, quia ſcilicet nemo eſt Dominus membrorum ſuorum. Bar.autem contrarium dicit, in.l.j.in.2. col.C.de confe.& eſt tex.not.in.l.is cũ quo.ff.eo.& refert Io. And.in addi.Spe.de confe.in.§.poſtremo, quòd Bergomi omnes Docto.ita concorditer determinarunt, & bene, hæcque opi.verior eſt.l.proinde.§.fi.ff.ad legem aqui.c. nos in quenquam.2.q.j.nec officit regu. quia alio caſu loquitur, quando ſponte quis obligat ſe, non coacte, & ratione delicti, vt hic, & in.l.nouiſsime.ff.quod fal.tu.au.cum declaratione tamen, quã ponit Tynda.pulchre, in tracta.de teſti.ſic limitando vulgare

MAN. F gu.

gu.l.in re mandata.C.man.in.6.cap.col.3.multa etiam ad idẽ Sadole.in.l.Iulianus,col 2.ff.de conſe.

H.N. Vnum verbum dicit Bar.in.l.j.in.§.vſque adeo,col.j.ff. de iniur.quòd licet quis nõ poſsit ponere ſe in manu inimici ſui, vt ſibi cutis ſcindatur,reprehendendo cõſuetudinem contrariam,quæ eſt Piſis,& potiſsimum per tex.in.c. contingit.j. de ſen.excom.poteſt tamen, vt ſibi detur alapa.aliquid glo.in.l. pe.ff.de arbit.neſcio ſi verum ſit.

MAN. Credo ego,quòd non,quia generalis eſt ratio Iuriſcon. in.d.l.liber homo, & ſimilium, quam ex multis corroborat Feli.in.c.paſtoralis, in.§.quia vero.ff.de off.dele. vbi teſtatur etiam in.c.cum ſuper, col j.de re iudi. & in ſpecie in alapa etiã contrarium tenet Deci.in.l. nemo fraudare, col.2.ff.de regu. iu. immo quòd nec eſt Dominus auriculæ ſuæ, inquit Bal.in. l.executorem,col.9.C. de execu.rei iudi.& quia dixi alibi ſubinde.d.Bar.theoricam, in.d.§.vſque adeo declarando, nunc tranſeo, & ad.d.c. contingit reuertor & dico, quòd quamuis in clerico loquatur, & id de quo ibi, alia ratione decidat,ex his tamen etiam in laico procedit.

H.N. Illi qui interficiunt ſeipſos, moriuntúrne in peccato mortali?

MAN. Quis eſt qui hoc melius ſciat,quàm tu. nõ ſolum damnati ſunt, & moriuntur in peccato mortali, verum etiam vt canes abijciuntur, nec debent ſepeliri in loco ſacro, nec pro eis orari.c.non æſtimemus.13.q.2.Abb.in.c.ad vltimum, col.2. de homi.

H.N. Ruri etiam his diebus,puellaque,ſatis pulchra,rapta eſt, & ipſamet propter parentes forte,amore capta neſcio cuius,expoſuit ſe,(vt intellexi)raptui,& abducta eſt,quid iuris?

MAN. Hoc idem facere non potuit, ſicuti nec membra ſua exponere.alia ue delicta committere.d.l.liber homo.c.ſignificauit,de corpo.ui.Abb.in.c.cum cauſa,col.j.de rapto.

H.N. Sed (volo parumper rideamus) nónne membra ſua exponit, cum volens patitur carnaliter cognoſci à viro?

MAN. Exponit vtique,idque lege permittente facit, & quod naturale eſt, reprehenſionem non habet.l.fluminum.§.vicium. ff.de dam.infec.

H.N. Adhuc inſto,& finem facio, ſi tu nil aliud dicere volueris, video quòd condemnatus non appellat, ſententia tranſit in rem iudicatam, nónne ſic indirecte ſaltem eſt is Dominus membrorum ſuorum.c.quod ad conſultationem,cum ſimilibus, de re iudi.Abb.in.c.paſtoralis,in.§.quia vero, nume.2.de offi.dele.



MAN. Tolerabile eſt hoc caſu,vt etiam dictum fuit ſupra in cõfitente, ex quo iuſte fit expoſitio, quod ſecus ſi iniuſte, ita Abb.& multo plura ad idem, in.c.de his, in prin.de accuſa.

H.N. Tamen nec aliud prætermitto, longe pulchrius, de Marcellino ſcriptum, quòd congregato concilio Romæ, ad Diocletianum pergens,capitalem ſuſcepit ſententiam, eiuſq; corpus diebus triginta inhumatum iacuiſſe.

MAN. Nec ab re,vt iam dictum eſt,quia conuictus fuerat, & coram omnibus dixerat,ſe paratum obedire, & facere quicquid
„ ipſi ſibi impoſuiſſent,cui omnes,Collige cauſam tuam in ſinu
„ tuo, & tuo ore te iudica. ipſe vero in ſe ſic ſententiam dixit.
„ Ego Marcellinus Papa.ob ſcelus idolatriæ, quod infelix com
„ miſi, iudico me deponendum, & anatematizo quemcunque corpus meum ſepulturæ tradentem. &, vt dixiſti, ſtatim pergens ad Diocletianum Imp. vltro profeſſus ſe Chriſtianum, capitalem ſuſcepit ſententiam.Marcello poſtea,qui eidem ſucceſſerat,beatus Petrus apparuit,præcipiẽs, Marcellini corpus prope ipſum ſepelliri omnino, quod è veſtigio & ſtatim factum eſt. & vt etiam latius dicit Archi. in.c. nunc autem. 21. diſ.col.1.& ni fallor aliter antehac tamen, dixi etiam in dialogo de concillio.

## Ad.c.potuit,de loca. Dialogus 36.

### EMPHYTEOSIS.

H.N. EMPHYTEOSIS, ſeu dominium vtile, & melioramenta emphyteotæ, ſine conſenſu Domini alienari non poſſunt,vt dicitur in.c.potuit, in prin.de loca. & in.l.fi.C.de iu. emphy.Vellem ſcire, an hoc idem ſeruandum ſit etiam, ſi legentur,vel aliter diſponatur,in vltima voluntate.

MAN. Spe.in ti. de loca.in.§.nunc aliqua. ver.113. ſentit quòd non,motus,quia ſic alienare non dicitur.l.ex.hoc edicto.§.alienare.ff.de alie.iudi.mu.cau.fac.& maxime ſi legans, vel aliter diſponens, ſit priuatus, aut emphyteota reipub.quæ vicẽ priuatæ perſonæ ſuſtinet. fuſius Abb.in.c. in pręſentia, in.8.

 col.

col.ad fi.& prin.ſeq.de proba.

H.N. Si non ſoluat, poterítne emphyteoſi priuari à Domino?

MAN. Sine dubio, vt in.d.c.potuit,legitur.& naturale eſt,argu.
„ in.l.vnica, in.§.pro ſecundo, in fi.ibi, Neque enim ferendus
„ eſt, qui lucrum amplectitur, onus autem, quod ei annexum
„ eſt,ferre recuſat.C. de cadu.tol. & in.l. ſecundum naturam.ff.
de regu.iu.

H.N. Intra quantum tempus ſoluere tenetur?

MAN. Credo quòd non ignores,hæcque dicas potius, vt ne mi nimum quidem omittamus, quod his noſtris collocutionibus dulciſsimis poſsit côuenire,ex quo verbum etiam qualecunque ſit,aliud declarat, non aliter quàm liber, qui (vt eſt in prouerbio) librum aperit.tempus igitur, vt tuæ interrogationi ſatisfaciam,eſt triennale,ad inquilini & aliorum differẽtiam.l.2.C.loca. & notandum eſt, quòd cadit à iure ſuo, ſtatim,& ipſo facto, ſi Dominus velit, nec licet moram purgare, iure canonum vero ſic.d.c.potuit, declarat Bal.in.d.l.2.col.7.

H.N. Ponamus quòd ante declaratam Domini voluntatem, emphyteota rem recuperet, erítne ſatis, vt pœnam cadentiæ deuitet?

MAN. Erit vtique,non ſi hoc ipſum faciat poſtea, ita Bal.met in l.cum dubitabatur, lec.j.in fi.C.de iu.emphi.

H.N. Quid in eccleſia?

MAN. Credo quòd debitorem ſuum in mora non conſtituat, ſine interpellatione, vt innuit tex.in.d.c.potuit. quem ſic etiã inducit Burg.D.meus, in.c.ſi venditor, col.5.de emp.& ven. Feli.in.c.licet hely.col.3.de ſimo.

H.N. Eſt etiam alia differentia inter eccleſiam & priuatum, quia emphyteota eccleſiæ biennium tantum habet, antequam cadat à iure ſuo.d.c.potuit, multa Veronen. conſi.25. ex quæſtione, nu.17.&.18.cauſarum ciuili. Sed ad propoſitũ de quo ſupra ſi hoc caſu mora purgari poteſt, intra quantum tempus purgabitur?

MAN. Modicum erit poſt elapſum biennium,quod arbitrio Iudicis relinquitur,vt per glo.& Docto.in.d.c.potuit,Bal.in authen.qui rem,in prin.C.de ſacroſanc.ec.niſi ſe aliter habeat ipſius eccleſiæ conſuetudo, quod & in loco præallega.teſtatur Bal.& eſt verum,eique omnimodo ſtandum.c.cum olim.c.cũ dilectus,de conſue.

H.N. Sciréſne tu Man.docere cautelam,qua nec liceret emphyteotæ



teotæ moram hoc caſu purgare?

MAN. Scirem vtique.

H.N. Quam?

MAN. Vt poſt biennij lapſum,proteſtetur Dominus,quòd non intendit amplius habere ipſum pro liuellario & emphyteota, quam tradunt Veronen.in ſuis.35.tu ſcis.

H.N. Pulchra eſt certe,ſed ſatisfactione celeri deludetur,vt ad literam inquit tex.in.d.c.potuit.

MAN. Nec ipſi negant in.d.loco, ſed ſatis eſt, quòd niſi celeriter ſatisfaciat,mora purgari aliter non poterit.& quòd regulariter purgari poſſit,in caſu.d.c.potuit,tenuit nouiſsime etiam Gui.Pap.deci.112.in dicta,& deci.123.licet.& idem in feudo, deci.156.ſed quia.plenius deci.171.reperio, per totum, & in præallega.112.dicit,quod in curia parlamenti delphinatus,de ſtylo ſeruatur,quòd generaliter purgari poſsit.

## Ad.c. Rainutius, de teſta.
## Dialogus 37.

### QVARTA.

H.N. QVARTARVM multæ ſpecies ſunt,quod nullus noſtrum ignorat,vt not.in.c.Raynitius, de teſta.& in.l.in quartam.ff.ad legem Fal.at iſtud ſolum à te flagito, vt breuitati ſtudeamus,quod etiam facere inſtituti noſtri fuit ſemper.

MAN. Profecto ad cauſam non magnam, adhibere ſuperuacuã verborum copiam,luxuriæ genus eſt.

H.N. Si filius grauatus ſit,onere fideicommiſſi,an detrahat duas quartas,vel vnam tantum?

MAN. Sine controuerſia eſt caſus in.d.c.Raynutius, duas eſſe detrahendas, legitimam ſcilicet, in qua grauari non potuit.l. quoniam in prioribus.C.de inoffi.teſta.l.cohæredi.§. cum filiæ.ff.de vulga.& pub.ſub.& Treb. quia per fideicommiſſum grauatus eſt hæreditatem reſtituere.& ſine controuerſia dixi, quia eſto quòd multa hinc inde ſcribantur, & dici poſsint, vt nos in.l.generaliter.C.de inſti.aliàs,quia tamen eſt ibi tex. ita communiter tenetur, & totus mundus hoc idem ſeruat, vt etiam dicit & teſtatur Iaſ.in.l.filium quem habentem,col.4.& 5.C.fami.her.& in authen.res quæ,columna.3.C.communia de lega.

H.N. Etiam ſi filius eſſet in re certa inſtitutus?

MAN. Non hoc caſu, quia non eſt heres proprie.l.quotiens.C. de hæ.inſti.l.j.§.ſi ex fundo.ff.eo.& in ſpecie Bal.in.d.l. filium quem habentem,col.11.Iaſ.in præallega.authen.resque.

H.N. Si teſtator diſponat, quòd legitima in Treb. imputetur, quid iuris?

MAN. Vna adhuc tantum detrahetur,ſecundum Bal.in.d.l.quoniam in prioribus,in fi.Dy.Ray.Albe.Nico.de Neapo.Imo. & Cu.in.l.Lucius,in.§.maritus.ff.ad Treb.& in.l. Marcellus, Alex.in prin.col.3.eo.ti.& in.l.ſi debitor.ff. ad legem Fal.Iaſ. in.d.authen. res que. & alium caſum pono ego etiam, quem hac ratione hic non ſcribo, enchi.lib.5.c.115. per authen.ex cauſa,poſt Bal.ibi,col.11.C.de libe.præte.& quòd regulariter vt ſupra duæ detrahantur quartæ, tenuit idem Bal.conſi.498. factum,col.vlti.lib.j.& conſi.j.vol.2.& alibi,quòd eſt quęſtio antiqua, quòdque eſt hodie deciſa per tex.in d.c.Raynutius, & in.c.Raynaldus,eo.ti.& in.c.ſi pater,de teſta.in.6.

H.N. Ponamus quòd teſtator de legitima prouideat, ſed minus plene, detrahet ne integrinaliter & adhuc.d.duas quartas?

MAN. Abſque dubio.d.l. quoniam in prioribus.l.ſcimus.§.cú autem.C.eo.ti.idem Bal.conſi.321. teſtator, in prin.vol.2.& quòd communis obſeruantia ſit.d. capitulorum Raynutius, & Raynaldus,teſtatur conſi.70.ad euidentiam, col.2.lib.5.& conſi.282.quidam, col.2.eo.lib. quòd vſus mundi ſtat in hac parte canonibus. & quòd Papa leges interpretatur, & quòd authoritates Doctorum noſtrorum,debent cedere authoritati beati Petri, & non eam præcedere, nonnihil conſi.290.hæ quæſtiones,columna prima eodem libro, & idem formaliter quod dicit in.d.cóſi.282. dicit etiam conſi.377. quidam Alexander, col.2.eo.lib.& conſi.485.factum ſic ſe habet,vol.5.ꝙ licèt differentia ſit inter nos & canoniſtas, Papa tamen poteſt dubias.q.iuris ciuilis determinare. quòdque tutius eſt permittere,vt duæ quartæ detrahantur,quàm vna tantum.

H.N. An iſtud ius legitimæ & Treb.cedi poſsit vel donari?

MAN. Poteſt ſine dubio, caſus eſt in.l.j.in.§.in donatione.ff.ad Treb.idem Bal.præallega.conſi.377.

H.N. Si filius ſuccedat patri ab inteſtato,nunquid ex perſona patris,has duas quartas detrahat?

MAN. Licèt ex perſona ſua hoc idem facere non poſsit, poteſt tamen ex perſona patris, & non eſt nouum.l. Ariſto.ff. quæ res

res



res pi.ob.po.Bal.conſi.398.punctus,ad fi. volu.3.& quia (vt dictum eſt) totus mundus ita ſeruat,non video quod,in quo probabilis dubitatio cadere poſsit.

## Ad.c. quanto, de magiſt. Dialogus 38.

DOCTOR.

H.N. DOCTOR in dignitate conſtitutus eſt.c.quanto, de magiſt.not.in prima conſtitutio.Co. & in.l.ex eo.de mi.teſta. & in.l.j.in prin.ff.de iuſti.& iu.& in.l.fi.C.de Iudæ.& maxime ſi legerit per xx.annos,vt inquit Bar.in loco ſupra allega.primitus,nu.10.vel ſit conſiliarius Principis,vt in.l.j.& ibi per Scriben.ff.de offi.eius.Alex.conſi.94.conſyderatis,col.2.vol.j.& conſi.27.in cauſa,ad fi.volumi.2.& conſi.24.animaduerſis,colu.6.eo.lib.&.d.tex.in.c.quanto, dicit ſingu.Abb.in.c.clerici, col.3.de vi.& ho.cle.

MAN. Habere iuriſdictionem, eſt dignitas, quod apparet, quia ab ea repelluntur infames.l.quod ait prætor.ff.de his qui not. infa.ſed Doctor habet iuriſdictionem in ſcholares,authen. habita.C.ne ſi.pro pa.ergo eſt in dignitate conſtitutus.

H.N. Ita arguit Bar.in prohe.Co.nu.10.ſupra etiam allega.

MAN. Addo ego eundem in.l.Imperium.de iu.om.Iudi.dicentem plus, quòd habet in eos quoque merum imperium.

H.N. Tacuiſti Man.quod non ſeruatur de facto.

MAN. Verum eſt,vt ſubijcit,ſed nimirum,quoniam prouinciarum olim quoque fiebat diſtinctio, & de iure, & tamen hodie quælibet ciuitas per vſurpationem ius prouinciæ habet.l. ſi. C.de præſcrip.lon.tempo.not.in.l.ex hoc iure.ff. de iuſtitia, & iure.

H.N. Ergo,ad propoſitum,Iudæi,Apoſtate,& ſimiles,à dignitate Doctorea arcentur?

MAN. Sine dubio, vt in.d.locis legitur, & in.l.liberti.ff.de offi.Aſſe.

H.N. Miles præcedítne Doctorem?

MAN. Non.

H.N. Ratio?

MAN. Quia militia non eſt dignitas, neque nobilitas.l.ſi quid ĩ bello,ĩ pri.ff.de ca.nõ loquor de Doctorellis ſed de doctoribus

bus Illuſtribus,qui debent à militibus honorari, qualeſcunq; ſint,quod maxime ſeruatur Bononiæ, vt probat, & ex multis teſtatur Iaſo.in.l. ſi quis in conſcribendo,col.j.in fi.C.de pac.

**H.N.** Video tamen quòd Iudæi medelam præſtant,ne dum ſuis, verum etiam Chriſtianis.

**MAN.** Præſtant,ſed non ſunt Doctores,nec medicina dignitas, verum ars,quam etiam exercet ſeruus.l.j. in prin.& ibi Bar.ff. de va.& extraordi.co.Bal.in.l.j.C.mãda.l.j.§.ne autem.C. de communi ſer.ma.not.in.l.j.ff.de iuſti.& iu.Immo quòd obſtetricibus Medici comparantur,vt dixi in rub.de offi.cius.& eſt tex.in.l.2.C.communia de lega.Barba.in tracta.de.preſtã.Cardi.q.j.primæ par.col.14.nec ſpeculum aliud habẽt,quàm ſtercus & lotium.

**H.N.** Si ſenſerit frater tuus Io.And.hæc quæ dicis, ægre feret.

**MAN.** De arte medica loquor,deque Medicis in genere,non de fratre meo, qui plærunque etiam dicit, neſcire quo fato eam didicerit,& quo modo inuitus ſeſe in ea exercuerit,miſeriarũ plena ſemper. & licèt non ignorem quod legitur.38.c. eccleſiaſtici, ibi, „ Honora medicum propter neceſsitatem. etenim „ illũ creauit Altiſsimus,à Deo eſt enim omnis medela. & paulo „ inferius, ibi, Altiſsimus creauit de terra medicinam, & vir „ prudens non abhorrebit illam. nec tu vir maxime Reueren. ſi habuimus patrem Medicum ſuo tempore omnium præſtantiſsimum Io. Petrum, ſupra dicta tamen à noſtris interpretibus hauſta ſunt, ſanctiſsimarumque legum authoritate comprobata,vſqueadeo,vt,non ego,ſed ipſi ſint reprehenſione digni,ſi quid eſt quod reprehendi mereatur.

**H.N.** Iocor tecum Man.& in bonam partem omnia capio,ſequere ſi de Doctore,vt cœpiſti,aliud dicere vis,quoniam te dicentem attente audio.

**MAN.** Non multa dicam, quoniam ſcripſi etiam in locis communibus.42.lib.3.ſatis,hoc vnum non omittens igitur,quòd adeo Doctoratus dignitas magna eſt,vt meri imperij,ſit, quẽ deponere,à dignitate magiſterij, ſecundum Bal.conſi.497.caſus,col.j.vol.5.nec poſsit Doctor vltimo ſupplicio puniri,aut membri mutilatione, niſi degradetur.l.j.& ibi Bar.col.2.C.de digni.lib.10.dixi ego rurſum in.l.imperium, in.2.lectu.ff.de iu.om.Iudi.

Ad.c.



## Ad .c. j. de no.o.nuncia. Dialogus 39.

### IVS.

**H.N.** Quando aliquid eſt clare deciſum de iure ciuili, dubiũ vero de iure canonico,id etiam in foro canonico ſeruari debet. c.j.&.2.& ibi Abb.de no.o.nun.c.ſi in adiutoriũ. 10.diſ. opt. tex.in.c.ſuper ſpecula,de priui.Bal.in.l.qui contra in fi.C. de inceſ.nup.

**MAN.** Et etiam in eccleſijs,dum modo nõ ſimus in materia ſpirituali,vel peccati,vt in.d.iuribus.tradit Ias. in .l. generaliter, in § cum autem,col.3. C. de inſti. Fede. de Sen.conſi.131. caſus,col.2.Areti.conſi.48.reuocatur,col.2.

**H.N.** Quid ſi ſpecifice diſponeret de eccleſia, ſeu de rebus ſuis?

**MAN.** Iſtò caſu ſecus,nec lex ciuilis eſſet recipienda, ut idẽ Iaſ. dicit in loco prȩallegat. poſt Abb. in.d.c.j.in.4.no. & alios in c.fi.de ſol.idẽ Abb. vltra eum,in.c.in præſentia,col.9.de proba.Ro.in.l.quanquam .ff. de aqua plu.ar. & facit quod habetur in.c.nouit,de iudi & in.c.duo ſunt.96.diſ.Barto.in.l.cunctos populos.C.de ſumma tri.& fi. catho. debetque intelligi in lege Principis,generaliter loquente, quod debet obſeruari etiam quo ad eccleſias vbi canonibus non contradicit. ideque dicit adhuc Abb.in prohe.Grego.col.4. & .8. & in.c. eccleſia S.Mariæ,col.4.de conſtitu.& clarius colũ.5.multa in .c. inter alia,in prin.de immu.ec.Idem Fede.de Sen.vbi ſupra Deci. in c.paſtoralis,col.pe.de excep.Ancha.conſi.174.Dominus Lazarius,col.j.Qui dicit per.d.iura ſupra allega.etiam cõſi.196. Magnifice,col.2.quòd vnum ius & vna poteſtas per alteram adiuuatur.idemque conſi.341.quæ ſuperius,col.j. & ad regu. Bal.in.d.l.qui contra,& in.l.omnes populi,col.3.ff.de iu.&iu. Ro.conſi.176.iſtæ ſunt,col.pe.& conſi.220.circa, col.4.& cõſi.441.præſens,col.3.& quòd vbi lex eſt cõtraria canoni aliàs vt ſupra debeat potius ſeruari canon,quàm ius ciuile.tradit ẽt idem Bal.per illum tex.in.l.priuilegia,in prin.C.de ſacroſanc. ec.Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta,col.36.de conſti.

**H.N.** Quid è contra,ponamus quòd dubium ſit de iure canonico,clarum autem id,de quo dubitatur,de iure ciuili,an ſtandũ ſit iuri canonico etiam in foro ciuili?

**MAN.** Sine dubio.l.iubemus.C.ad legem Fal.c. Raynutius, de teſta.

teſta.probatur in.c.per venerabilem,in.§.rationem, qui fi.ſint legi.Zaneti.in.c.j.col.16.de accu.&.18.clarius. Alex.in.l.2.in §.quod ſi in patris,col.2.ff.ſol.ma.& no.in.d.c.j. Immo quòd lex canonica diſponens de rebus profanis,derogat legi ciuili, in terris eccleſiæ.ciuilis vero,canonicæ, in terris Imperij, de quo tamen in.d.c.j.& in.d.c.per venerabilem, & in.c.fi.de pręſcrip.Ang.in.l.j col.j.C. de iudi. Fede. de interpreta. iu.in.2. par.prin.de contrarijs legi.col.17.& ad regulam redeuntes, idem dicit Abb.in.c.j.col.4.de reſti.in integ.& in.c. ex parte, in prin.de alie.iudi.mu.cau.fac.quòd in materia ceſsionis actionum licite recurrimus ad ius ciuile.Soci. in.c. venerabilis, col.4.de iudi.quòd coram iudicibus eccleſiaſticis, & foro canonico,habet locum inſtantia,contra glo.ibidem, & comunē Docto.ſententiā,& Zaneti de quo ſupra in.d.c.j.pulchre, col. 22.idemque Soci.eam declarat in.c.fraternitatis,col.33.de teſti.quòd ſit vera,quando ius ciuile eſt certum, nec in eo ſunt opiniones,aliàs ſecus,& poſtea facta ſit deciſio per ius canonicum.Io.And.in.c.quanquam,col.4.de vſu.in.6.

**H.N.** Ponamus,quòd lex ciuilis non ſit peccati nutritiua,foueat tamen iuris rigorem,ſeruabitúrne in foro canonico?

**MAN.** Non,caſus eſt,ibique exemplum,in.c.filius,de teſta.& ibi Abb.& not.etiam in.c.cum dilecti,de emp.& ven.

**H.N.** Si ius ciuile menti Principis,ſeu Papæ adaptari nō poſſet, quid iuris?

**MAN.** Nec iſto caſu ſeruaretur,ita Abb.in .c. quid per nouale, col.2.de verbo.ſi.

**H.N.** Si differentia ſpecifica conſtituatur inter vnum & aliud ius declarabitur ne vnum per aliud?

**MAN.** Minime.

**H.N.** Exemplum.

**MAN.** Infinita ſunt propemodum,ſed hoc vnū erit ſatis, quòd in libello actionis nomen non exprimatur.c.dilecti, de iudi. ergo ſecus de iure ciuili,vel & latius, vt dixi in.l.edita .C. de eden.in.j.col.vbi etiam Deci.& alij.

**H.N.** Pulcherrima dubitatio orta eſt his diebus, an clericus teneatur iure congrui,& ligetur conſtitutione Imperiali ſancimus,de iure prothomi.

**MAN.** Quid fuerit deciſum,neſcio,ego ſemper dicerem, ex ſupra dictis, quod ſic.

**H.N.** Et ita fuit deciſum.

MAN.



**MAN.** Et bene, quamuis hinc inde argumenta ſint ſatis urgentia.

**H.N.** Vbi diſputatur articulus?

**MAN.** In tracta.iuris protho.per Afflic.ſed plenius, quam alibi Maran.diſputa.8.aſsidue, per totum.

## Ad c. ſententiam ſanguinis, ne cle.uel Mona. Dialogus. 40.

### ECCLESIA.

**H.N.** ECCLESIA ſententiā ſanguinis nō habet.c.clericis, c. ſententiam ſanguinis,ne cle.uel mo.c.1.&.2. 51.diſ. gl. not. in.c. ad audientiam, de cri.fal.

**MAN.** Et ideo,hac ratione,clerico ac Sacerdoti, ea quæ meri imperij ſunt,non committuntur, ſtante prohibitione Toletani concilij. Immo quod nec Legati de latere, quibus prouinciarum adminiſtratio commiſſa eſt, per ſe poſſunt ſententiam ſanguinis ferre.c.fi.& ibi Io.And.& cæteri not.ne cle.uel mo. in 6.Areti.conſi.58. diligenter,col.2.&.4.

**H.N.** Debet ne hoc ipſum abſolute intelligi, ut uerum ſit?

**MAN.** Non,ſed declarari,directe ferre non poſſe, in directe autem ſic.

**H.N.** Quo modo?

**MAN.** Si clericus degradetur, & curiæ ſeculari tradatur, iuxta not.in.c.cum non ab homine. de iudi.

**H.N.** Recordor,nos aliàs ad propoſitum multa dixiſſe.

**MAN.** Verum eſt,ea de re tranſeo, & addo hic Ancha.ita declarātē,conſ.158.ex narratis,col.2.quem nihilominus loco ſuo etiam,ni fallor,citauimus.

**H.N.** Repetita placent.

**MAN.** Maxime pulchra.

**H.N.** Immo redeuntes eò,vnde diſceſsimus, quòd nec religioſi poſſunt audire leges .c. ſuper ſpecula, ne cle.vel mo.c. quoniam.10.diſ.

**MAN.** Poſſunt tamen cum licentia ſuperioris,vt ibi not.

**H.N.** Interrogatus fui à quodam, qui habuit licentiam à Papa audiendi leges triennio,an hæc licentia de triennio continuo intelligatur,an etiam interpolato.

**MAN.** Quid reſpondiſti?

H.N.

**H.N.** Quòd locum habeat, etiam ſi medio tempore ſtudium intermiſſum ſit.

**MAN.** Et bene, quoniam fauores ampliandi ſunt, ad vulga. l. cũ quidam. ff. de libe. & poſthu. & ita diſputando tenuiſſe. Bal. teſtatus eſt, in. l. non ſolum, in prin. & per illum tex. de excu. tu.

**H.N.** Dixiſti, quòd habentes adminiſtrationem prouinciarum, ſententiam hanc ſanguinis non ferunt.

**MAN.** Dixi & eſt verum.

**H.N.** Ergo impunitum erit facinus, & male, vulga. l. ita vulneratus. ff. ad legem aqui. c. vt famæ, de ſen. excom.

**MAN.** Falleris, quia alij delegant, vt in locis ſupra allega. not. & in. c. in Archiepiſcopatu, de rapto. dixi ego in. l. j. lectu. 2. ff. de off. eius, & eſt mirabile, quòd ipſi cognoſcere non poſſint, & tamen cognoſcat alius. c. poteſt quis, de reg. iu. in. 6. l. traditio. ff. de acqui. re. do.

**H.N.** Sed rurſum, nõne Papa diſpenſat in homicidio ꝑpetrato?

**MAN.** Vtique, ſed non tamen vt det ob hoc licentiã perpetrandi. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact. l. conuenire. ff. de pac. do. Bal. cõſi. 439. ad bellum, col. j. vol. 5.

**H.N.** Vellem ſcire, & nil amplius loquar, ſed tanquam agnus coram tondente ſilebo, nec verbum quidem poſtea proferã, quare efficiatur irregularis clericus, ſi ſententiam ſanguinis dicat?

**MAN.** Quia, exemplo CHRISTI, debet pati potius ſanguinem ſuum effundi, quàm effundere alienum, vnde ſcriptum eſt
„ de Dauid. Non ædifices mihi templum, ex quo vir ſanguinis
„ es. inoleuitque pratica curiæ, vt homicida auditor rotæ eſſe nõ poſſit, & plusquam notum, quòd eccleſia per ſanguinis effuſionem polluitur. c. propoſuiſti, vbi Abb. c. fi. de conſecra. eccle. vel alta.

Marci



# Marci Mantui, Bonaviti, Patavini, Iurisconsulti, Caesareique Comitis minimi Dialogorum.

## LIBER TERTIVS.

### IVLIVS SPERONVS. MAN.

### Ad .c. fi. ne præla. vi. ſu. Dialogus 41.

### PRAELATVS.

**I.SP. Cõp.** CONVENTIONEM, aut contractũ, per præcedentes priores, iure officij ac vtiliter factum, ſequentes priores ſeruare tenentur. c. fina. ne præla. vi. ſuas.
**Man.** Maxime ſi fuerit authoritate ſuperioris firmatum. c. veniens, de tranſac. Roma. conſi. 116. viſis, col. j.

**I.SP.** Si locatio ſit facta nomine eccleſię, & ex cauſa quidẽ probabili, an ſucceſſor teneatur ſtare colono?

**MAN.** Tenetur vtique (quotidianumque eſt) ne contrahentes cum prædeceſſore decipiãtur legis authoritate. l. iubemus, & ibi Bal. in prin. col. 2. C. de ſacroſanc. ec. Alex. pulchre, cõſ. 124. omiſsis, col. 2. vol. j.

**I.SP.** Poterit ne fieri locatio vſque in tempus ſucceſſoris, & vltra vitam locantis, puta in commendatario, Canonico, & Viſitatore?

**MAN.** Gemi. conſi. 17. pro declaratione, col. 2. ſentit, quòd non quia non habent ita amplum ius vt prælatus, niſi hoc idem faciant ex rationabili cauſa, & de conſenſu epiſcopi. Subijciens, vt habeat locum quod dicitur in. d. c. fi. tria requiri omnimodo,

do, quòd contractus factus ſit nomine eccleſiæ, quòd interueniat authoritas ſuperioris, & quòd denique ad vtilitatem Eccleſiæ factus ſit, & vt per eum fuſius.

**1.SP.** Prælatus cùm moritur, cui comparatur?

**MAN.** Vſuario.

**1.SP.** Bona, quę ab eccleſia acquiſiuit, cui remanent?

**MAN.** Succeſſori. c. præſenti, de off. ordi. in. 6.

**1.SP.** Poſſuntne bona ipſa in præiudicium ipſius obligari?

**MAN.** Minime, vt per Inno. in. c. quia v. de iudi. latius Rota, deciſ. 856. cum camera, col. j. in antiq. & in ſucceſſore præbendæ vt ſupra quòd colono ſtare non teneatur, quia præeſt glebe, non eccleſiæ, & quia non habet poteſtatem obligandi ſucceſſorem, ita nouiſsime etiam dicit Bal. in. l. emptorem, colũ. j. C. loca. l. ſi quis domũ. §. j. ff. co. nonnihil idem Bald. in. l. ſi auus, col. 3. C. de lib. præte.

**1.SP.** Extant fructus, de quibus nihil depoſitum eſt, quibus reſeruantur?

**MAN.** Eccleſijs eorumque ſucceſſoribus, & idem in penſionibus dicendum eſt. l. defuncta. ff. de vſuf.

**1.SP.** Quæſtio erat his diebus inter Prothonotarium Choco, cum hæredibus. q. Cardinalis Bembi.

**MAN.** Verum eſt, egoque conſultus fui, & inter cætera adducebam. d. l. defuncta, tradit Bal. cõſi. 313. ꝑmittẽdũ, col. 2. vol. 2.

**1.SP.** Vnum ſolum reſtat, & finiam, vt more meo ſim breuis, ſi clericus locet beneficiũ triennio, quod dictat Pauli ſecundi conſtitutio, Paulinaque eſt uulgo nuncupata, & intra triennium moriatur, an penſio debeatur hæredibus, ſaltim pro rata temporis, quo uixit.

**MAN.** Credo quòd ſic, caſus eſt in. l. diuortio, & in. l. de diuiſione. ff. ſo. ma. q. ponit in terminis Afflic. in. c. j. in. §. his conſequenter, col. 2. nu. 15. hic fi. lex Fede. in vſib. Qui etiam dicit ibidem, nec omittendum eſt, col. j. tamen, nu. 8. quòd conſuetudo eſt Neapolis, ſi clericus decedat poſt Kl. Martias, ꝙ fructus illius anni pertineant ad eius hæredem. & à fortiori, omnes, alij præteritorum annorum, & ita vidiſſe pluries praticari teſtatur, & cum hæc conſuetudo non ſit alibi, ius commune rgulariter erit ſeruandum, vt ſint, quemadmodum paulo ante diximus, eccleſiarum, & ſucceſſorum ſuorũ, & ita pro nunc tranſeundum eſt.

Ad. c.



## Ad. c. tuam, de or. co. Dialogus. 42.

### SPIRITVALIA.

**1.SP.** QVARE eſt, quòd dicit Fede. de Sen. conſi. 96. apparet, quòd non valet ſtatutum laicorum, conuincens vſurariũ ex certis coniecturis?

**MAN.** Quia in talibus non habent laici iuriſdictionem, nec pñt hac ratione ſtatuere, etiam interpretando. c. tuam, de or. cogn. not. Bar. in. l. Titia. ff. ſo. ma. Abb. in. c. quæ in eccleſiarum, vbi & nos multa, col. 3. de conſti.

**1.SP.** Pone quòd ſit articulus vſurarius adhuc, vel matrimonialis, & incidat, quia certum eſt, quando de eo principaliter tractatur, quòd declarandus eſt & examinandus in curia epiſcopali. d. c. tuam, an Iudex ſecularis cognoſcat?

**MAN.** Si quæſtio eſt facti, poteſt, ſi iuris, non. ita Bal. exemplificando vt per eum, in. l. omni nouatione, in princ. C. de ſacro ſanc. ec. & in. d. l. Titia, col. 2.

**1.SP.** Quid ſi ſtaret ſtatutum, prout ſtat in multis locis contractum minoris, vel mulieris, etiam iuramento vallatum, reprobans, niſi decretum Prætoris interueniat, valebítne?

**MAN.** Non, quia ſuper re ſpirituali conditum eſt, & alijs rationibus, etiã de quibus per Ancha. in repe. c. canonũ ſtatuta, col. 136. de conſtitu. Alex. conſi. 59. viſo, col. 2. volu. 1. Bal. in authen. ſacramenta puberum, col. 2. C. ſi aduer. ven. & hoc eſt quod dicebat idem Fede. de Sen. quoque ad propoſitum, de quo etiam ſuprà quòd nulla eſt poteſtas Iudicis in cauſis ad iuriſdictionem ſuam nõ pertinentibus. l. vnica. C. qui pro ſua iu. idem Alex. conſi. 97. principalis, col. 3. eo. lib. ſubijciens, ꝙ ſtatutum arctans mulierem ad contrahendum cum conſenſu fratris, ſic ratione prædicta erit nullum, aliquid Io. And. in. c. ſtatutum, col. 2 de hære. in. 6.

**1.SP.** Dixiſti vnum ſupra quod apud me eſt valde dubiũ, quòd ſi ſpiritualis cauſa incidat, ſecularis non cognoſcit.

**MAN.** Dixi, & repeto.

**1.SP.** Ergo nec ſi ſecularis incidat coram eccleſiaſtico, ipſe cognoſcet. l. fi. ff. de lega. 3. l. 1. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & tamen cognoſcit. c. de prudentia, & ibi Abb. de dona. int. vi. &

vxo.

vxo.cur igitur diuerſum ſit compater,ſi placet declara.

MAN. Libentiſsime, & ſi non ſim neſcius, te, & iſtud, & omnia plane intelligere,quæ ſum dicturus.
Iudex igitur ſecularis nō cognoſcit,quia iuriſdictionem, nec potentia habet,nec actu,ex quo omnino incapax eſt.c. decernimus.c.quanto,de iudi.Hoſti.in.c.verum,col.2. de ſo.compē.Fede.de Sen.conſi.36.caſus, col. 1. Burg.in.c.ſi venditori, col.10.de emp.& ven.Eccleſiaſticus autē ſic, quia iuriſdictionem habet ſaltim potentia,vt per Abb.met.in.c.lator,in prin. qui fi.ſint legi.Ange.in.l.3.C.de iudi.

I.SP. Si opponatur exceptio excommunicationis coram iudice ſeculari,quid agendum?

MAN. Eam ad eccleſiaſticum remittit.c.1.§.ſi quis,& ibi Ancha. col.4.poſt Lap.de excep.in.6.& Hoſti.in.d.c.tuam.& ſubijcit idem eſſe ſi opponatur crimen cōtra clericum productum in teſtem adhuc coram Iudice ſeculari.

I.SP. Et bene,quia(vt dixiſti ſupra)incidit,nec ipſe cognoſcere poteſt,omnino incapax.

MAN. Nouiſsime adduco Bal.in.l. quotiēs,col.2.C. de iu.o.iu. nōnihil in.l.1.col.vlti.C de ordi.iudi.Iaſ.in.l.2.col.3. de iudi.

I.SP. Si rector petat decimam à laico, poterítne peti coram Iudice ſeculari?

MAN. Fede.de Sen.de quo ſupra,conſi.245. Domino Andreæ, per totum,ſed maxime in fi.pulchram diſtinctionem ponit,& in hoc tandem reſidet,quòd regulariter peti non poſsit,niſi vt compellatur ad ſolutionem ipſius, ſi ſubtracta ſit, vel ad eius æſtimationem, & ſic habendo reſpectum ad compulſionem, in facto conſiſtentem, non ſi ius ſoluendi in dubium reuocetur.Bal.aliquid conſi.322.vtrum,in prin.vol.1.

I.SP.Placet,& poteſt confirmari, ex deciſione eiuſdem Bal. etiā quā adduxiſti.ſupra in.l.omni nouatione.C.de ſacroſanc.ecc.

MAN. Maius dubium eſt, quare Papa non cognouit de ſucceſsione,vt cognouit de dote, in.d.c.tuam, de ordi.co. iuxta tex.in.c.de prudentia,de do.int.vi.& vxo.

I.SP. Forte quia quæſtio ſucceſsionis ſub eo non fuit propoſita.

MAN. Verum eſt,& ita poſt Hoſti.& Vin.dicit Archidia.in ſumma.11.q.1.in.2.col.

I.SP. Abſoluítne Iudex ſecularis à iuramento?

MAN. Abſit à ſeculo.

I.SP.



I.SP. Tamen compellit aliquem vt relaxet, & declarat quem periurium incurriſſe,ſingulariaque dicta ſunt Ro.in ſuis.492. vbi iuramentum,&.420.ego coram.Cana. de execu.inſtru.q. 20.retentis,col.2.

MAN. Diuerſa eſt ratio,vt plene per Feli.in.c.1. col. 7. de iureiu.& ad propoſitū iſtud quod dixi eſt propter ſpiritualitatē, quam in ſe habet iuramentum,vt not.in.c.cum ſit generale,de fo.compe.& in.c.ſignificante, de pigno.& in.c. venerabilem, de elec.Bal.in.l.1.in fi.C.de reb.cre.

I.SP. Si ſit quæſtio ante matrimonium, ſeu ante ius ſpirituale, poterit ne haberi recurſus ad iudicem ſecularem?

MAN. Bal.in.l.1.C.de nup.dicit,quòd ſic,& eſt rationabile,quia non poteſt dici cauſa ſpiritualis.

I.SP. Confeſſus ſum me adulterium commiſiſſe coram Iudice ſeculari,an ex iſta confeſsione poſsim condemnari?

MAN. Potes.

I.SP. Nônne.q. matrimonij ſpiritualis eſt, etiam ſi incidenter deducatur?

MAN. Eſt.

I.SP. Ergo ad epiſcopum remitti debebit.

MAN. Non eſt verum,quia nec eſt diſceptatio fori,ex quo planè confiteris,& quia confeſsio releuat ab onere probandi, & diſputandi.l.cum qui.ff.de iureiu.

I.SP. Debet remitti confitens ad minus,vt liquidatio fiat.

MAN. Si confeſſus es,iam non eſt futurum liquidari,ſed liquidatum eſſe,ita Bal.in.l.1.col.9.C.de confe.qui nec aliter de conſuetudine ſeruari teſtatur.

I.SP. Certe ego,prima facie tenebam contrarium.

MAN. Et ex his male.

I.SP. Si negetur matrimonium, nónne cauſa ad epiſcopum remittitur?

MAN. Sine dubio.

I.SP. Ergo & ſi dicatur,filiū,ex tali matrimonio,natū non eſſe.

MAN. Conſequentia non eſt vera,caſus eſt in.d.c.tuam, tradit Bal.in.d.l.Titia.ff.ſolu.ma.col.2.

I.SP. Cauſa hęreſis cognoſcitur per iudicem eccleſiaſticum,eſſétne dare caſum in quo cognoſceretur etiam à laico?

MAN. Non,niſi inquiſitus tradatur curiæ ſeculari,quoniam poterit proceſſum de nouo formare, ſecundum Bar.in.§. ſi quis contra,in authen.de ſanc.ep.

G I.SP.

I.SP. Vellem ſcire vnum, de quo ſæpe dubitaui, an poſſeſſoriũ rei eccleſiaſticæ valeat cognoſci per Iudices ſeculares.

MAN. In Gallia ſcio tibi dicere, indubitatum eſſe.

I.SP. Fuiſtine tu vnquàm in Gallia?

MAN. Non, ſed à multis auditoribus meis Gallis accepi ita ſeruari. & teſtatur etiam Gui.Pap.conſi.68.circa,col.2.ex indulto Martini Papæ.Gramma.deci.78.vniuerſitas,nu.3.

I.SP. Quid de iure?

MAN Et de iure etiam poterunt, quia omnino poſſeſsio habet plurimum facti, vt in.d.locis legitur, & nouiſsime Boe. deciſ. 69.an epiſcopus,par.1.

I.SP. Inueni pulchrum verbum, & finem facio.

MAN. Iam eſt tempus.

I.SP. Quod deciſio.d.c.tuam, quæ collocutionum noſtrarum argumentum fuit, non habet locũ in iuriſdictione voluntaria.

MAN. Dubito.

I.SP. Hoc idem dixit Bar.in.l.quotiens.C.de indi.

MAN. Credo, ſed cum tamen ſit omnino incapax ſecularis Iudex vt ſupra, non video quo modo verum eſſe poſſit. fuerunt etiam qui voluerunt, & præcipue Hoſti.in.c. nouit, de iudic. quòd non habeat locum in Imperatore, & nihilominus iſtud ipſum etiam affirmare non audeo, & de his aliàs non omittentes tamen, quòd vtrumque dictũ quoque ad idem ponit Marti.lauden.in tracta.de legitima.in prin.nu.22.&.23.

## Ad.c.quia uériſimile, de præſump. Dialogus 43.

### VERISIMILE.

I.SP. QVOD non eſt veriſimile, non debet Iudex admittere facile.c.quia veriſimile, de preſump.c.ſuper hoc, de renun.Ancha.conſi.157.ſumme.col.vlti.

MAN. Dicit etiã conſi.159.rationes,ad fi. quòd non debet quis audiri contra iuramentum temere veniendo.& conſi. 205.in quæſtione,col.pen.quòd metus non præſumitur, niſi probetur, quòdque probari debet aliàs probationibus apertisſimis. & conſi.330.viſis,col. 4. quòd in dubijs debemus ſequi quod eſt veriſsimilius, & ſæpius frequentatum, quòque de facili nõ auditur quis contra id, quod eſt veriſsimile.& cõſil.385.licèt, col.



col.2.quòd argu.à communiter accidentibus, & à veriſimile, maxime in teſtibus, eſt multum efficax, Abb.in.d.c.quia veriſimile.& ob id Alex.conſi.153.viſis,col.3. vol.5. quòd teſtes veriſimilia non deponentes, haud carẽt ſuſpicione, idem Abb. in loco præallega.ad ſaturitatem Nico. euerar. Louanien. de locis topi.5.

I.SP. Dicit etiam Bal.in.l.ſiue poſſidetis, col.1.C. de proba. ꝙ poſſeſſor habens cauſam ab agente, non præſumitur veriſimiliter ſuum iactaſſe, in caſu.l. cum de indebito.ff. de probat.& Barb.conſi.47.præclara,col.2.vol.2. quòd illud quod non eſt veriſimile, eſt quædam falſitatis imago.& quòd hac de re fuit caſſata quædam inquiſitio, tanquam continens actum non veriſimilem, ꝙ famulus mãdet Domino. Et ad regu. facit quod habetur in.l.fi.ff. quod met. cau.& in.l.fi.in fi.C.de vſuf. & in l.octaui.ff.vnde cogna.& in.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu.& in.l.quidam teſtamento, in prin.ff.de lega.1. & in l.Titia, in.§.qui in vita.ff.de lega.2.& in.l.Meuius, in prin.& in.l.cum pater, in.§. pater.ff.eo.& in.l.qui concubinam, in.§.fi.ff. de lega.3. & in.l. cum quidam.ff.de an.lega.

MAN. Ci.ad Heren.primo, dicit, argu.iſtud etiam ſumi à more, ab opinione, à natura, à qualitate rei vel perſonæ, à tempore, à loco, & à ſignis denique ac circunſtantijs, exemplificatque ac legibus optime comprobat Clau.Cantium, de locis topi.à veriſimili, fol.118.col. 2. Dicebam quoque aliàs veriſimile non eſſe, quòd nobilis aggrediatur ignobilem, quoniam gloria, vt Alexãder Macedonicus dicere ſolebat, obſoleſcit in ſordidis hoſtibus. Minuſque etiam, quòd imbecilior robuſtiorem vincat, & ſi aliquando diuino iudicio hoc idem euenire poſſit, vt tradunt Veronen.conſi.29.viſo,col.3.cauſarum crimina.

I.SP. Philoſophus.8.phyſico. ait ad propoſitum, quòd experimentum veterum ſermonum eſt, vt concordent rebus ſenſatis, & veriſimilibus, quòdque id, quod eſt valde longè à veriſimili, vt etiam ſupra dictum fuit, eſt quædam falſitatis imago. nouiſsime probatur in.l.milites, in.§.oportet.C. de quæſtio. Bal.in.l.j.col.4.C.de ſer.fugi.Caſſãe.conſi.14.Chriſtianiſsimus,nu.17.Gramma.deci.56.Andreas, nu.8.ſed quid eſt veriſimile?

MAN. Et ſi non ignoras tu, dicam tamen, quia ad dicendum me prouocas, nec aliud à nobis nunc agendum eſt, quòd nil aliud eſt, niſi id quod vt plurimum, & in pluribus rebus, vt inquit Ariſto.

Ariſto.in retho.euenire ſolet. aliter habetur in.l.miles, in.§. mulier.ff.ad legem Iuli.de adul.& in.d.l.fi. quòd id eſt veriſimile, quod eſt ſimile vero, & è contra diſsimile. Guil. in tractа.de quæſtioni.q.3.colu.2. aliquid Bal.conſi.180. mortuo, volumi.3.

I.SP. A non veriſimili arguit etiam Ci.non eſſe veriſimile (in quo loco, nunc intelliges) Deiotarum Regem partes Pompeianas ſecutum, Cæſarem domi interficere voluiſſe. quia occultius, & impune quidem, id facere potuiſſet per Philippum Medicum.

MAN. Et alibi quoque, veriſimile non eſſe, Cluentium Oppianico venenum dediſſe per M. Aſellium, qui eidem Oppianico erat familiariſsimus. quòd Cato Vticenſis paſſus fuerit, Vrbé Romam ſeruire ſub Cæſare. Quòd diues à paupere oppreſſus fuerit, potés ab inope, ſenex à iuuene, aut quòd mulier maieſtatis crimen commiſerit.

I.SP. Vnum etiam addendum eſt Man. quòd quę nec vera ſunt, nec veriſimilia, debent tamen veriſimili modo narrari.

MAN. Abſque dubio, quia non potuiſſet fingi, vt fabulãtur Poetæ, Io, in bouem, nec Daphne, in Laurum, mutatas, niſi in earegione fuiſſet bos vel Laurus.

I.SP. Ad propoſitum regulæ dici etiam poteſt, quòd argu. aut neceſſarium ſit, aut veriſimile.

MAN. Exemplum.

I.SP. Primi, peperit mulier, ergo cum viro concubuit.l.filium diffinimus.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu. Secundi vero, mater eſt, ergo filium diligit.

MAN. Addo ego tex.in.l.videamus.ff. de in lit.iu.& plus dico, hoc vltimum probabile eſſe, non neceſſarium, quoniam Medea erat mater, & tamen filium non dilexit, nec impiſsimus pater, qui his diebus filiolas tres iugulauit, pulcherrimo hoc hexaſtico cohoneſtatatas.

Inſontes animæ charæ modo pignora matri.
Quas ferus immitti ſuſtulit enſe pater,
Hunc tumulum vobis ſtatuit Ramnuſia virgo,
Ne tempus veſtras deleat exequias,
Vt quas æquauit ſæui violentia fati
Has etiam iunctas contegat iſte lapis.

perinde, ad rem noſtram, ac ſi diceremus, puluerulentos habet pedes, ergo longum iter fecit, quoniam probabile eſt, nó neceſſarium, ex quo poteſt quis pedes puluerulentos habere, abſque eo quòd iter longum fecerit.



I.SP. Quando aliquid etiam eſt veriſimile, id dicitur eſſe ſecuncundum ius naturale, ex quo veriſimilitudo eſt cognata naturæ, nec fiunt præſumptiones de nõ veriſimilibus habeturque veriſimilitudo pro lege, quam Iudices maxime conſyderare debent, vt veritatem ſcrutentur.l.3.§. tu magis.ff. de teſti.Bal. in.l.fi.col.2.C.de hæ.inſti. Areti.conſi.9.eleganter, colu.2.& quòd ſit cognata naturæ, idem Bal.in.d.conſi.180.

MAN. Generalis locutio quoque in promptum nos trahit periculum.l.fi.C.de do.pro. ideo ſemper verba ad veriſimile ſunt referenda, inquit idem Bal.conſi.205.inſtrumentum, col.j.volu.j. & licèt de non verſimilibus præſumptiones haud fiant, vt proxime dixiſti, & bene, omnis præſumptio legis tamen ſuper veriſimili fundata eſt.d.c.quia veriſimile, Bal.in.d.l.fi. Alcia.in tracta.præſump.par.3.de præſump.iuris, col.j.& ſi vltimo loco non veriſimile probandum eſt, dicit Bal.in.d.l.non veriſimile, quòd requiruntur probationes euidentiſsimæ. Ange.& Fulgo.in.l.ſi maior.C.de legi.hæ.plene Tiraquel. in repeti.l.ſi vnquam, in prin.nu.38.C.de reuo.do.

## Ad.c. fi. de præſcrip. Dialogus 44.

### MALA FIDES.

I.SP. MALA fides præſcriptiptionem impedit.c.fi. de præſcrip.c.poſſeſſor, de regu.iu.in.6. plene not.in.l.ſequitur, in §.ſi viam.ff.de vſuca. Alex.cóſi.73.viſo themate, col.3.vol.2.

MAN. Et idem in caſu dicebat pulchre Anchara. conſi.258. ſupra dictum ſtatutum, in prin. quòd depoſitarius depoſitum præſcibere non poteſt, niſi cum mala fide & peccato, & quòd in hoc leges corriguntur per canones. & idem dicit Stephã. Fede.in tracta.de interpreta.iu.in.3.membro, col.20.virtualiter Abb.ante eum, in.c.eccleſia S. Mariæ, col.4.de conſti.idem Ancha.in.c.canonum ſtatuta, in repeti.col.31.&.36.co.ti.& quòd lex ciuilis peccatum concernens, non ſit ſeruanda, nec in foro Canonico, nec in ciuili, ponit clare Zaneti.in.c.j.col. 23.de accuſa.& eſt vera opi. quòd poſſeſſor malæ fidei nullo tempore præſcribat.

**I.SP.** Sciréſne docere cautelam, qua præſcribi poſsit, etiam cũ mala fide?

**MAN.** Scirem vtique.

**I.SP.** Doceas rogo.

**MAN.** Dicam, non docebo, quòd generale ſtatutum fieri poſſet, omnia alia de præſcriptionibus loquentia, habere vim contractus, & conſenſus vtriuſque partis, quia hoc caſu dici non poterit, quòd ſit mala fides, præſcriptionis impeditiua, in conſyderatione, & in foro conſcientiæ tuta erit, & bonum publicũ ac ciuium voluntas obſeruabitur, ita Bal. in. d. c. fin. Veronen. poſt eum, in ſuis. 46. vidimus.

**I.SP.** Satis placet, ſed tamen omnino conſcientia lædi videtur, verum tranſeat. vellem ſcire, quid in debitore ſciente ſe teneri, an præſcribat?

**MAN.** Prima facie dicendum videbatur, quòd ſic, quoniam. c. quoniam omne, præallega. de præſcrip. poſſeſsionis & dominij loquitur, non actionis, & ſenſit Bar. in. d. §. ſi viam, Tamen contrarium verius eſt, quoniam omne quod non eſt ex fide peccatum eſt, Bal. in authẽ. ad hæc, col. 3. C. de vſu. multa Cor. conſi. 277. ad euidentiam, col. j. &. 2. vol. 4.

**I.SP.** Donatarius poſt natiuitatem filij, in caſu. l. ſi vnquam. C. de reuo. do. res donatas poſſedit per tempus ſufficiens ad præſcribendum, an præſcriptio valeat, & aduerſus donantem vel eius hæredes, poſsit ſe excep. præſcriptionis tueri?

**MAN.** Crederem quòd ſic.

**I.SP.** Ego vero ſecus, ex quo ſciens eſt in mala fide, & malæ fidei poſſeſſor (vt dictum eſt) nullo tempore præſcribit.

**MAN.** Donatarius non tenetur reſtituere res donatas, niſi petantur. l. 2. C. de iu. emphy. l. ſi contendat. C. de compẽſa. not. in. d. l. ſi vnquam, ergo non videtur eſſe in mala fide, vt in materia inquit Abb. in. c. quod clericis, col. pe. de fo. compe. & facit etiam, quia in his quę alteri non acquiruntur, niſi acceptẽtur, currit præſcriptio etiam cum mala fide, Saly. Bal. & omnes, in l. omnimodo. C. de inoffi. teſta. & ita communiter tenetur, in ſpecie Ripa, in. d. l. ſi unquam, interpreta. lib. 3. q. 43.

**I.SP.** Poſtquam ita communiter tenetur, nec ego diſſentio ab his, & (vt aiunt) palinodiam recanto.

**MAN.** Et bene, ſapientiſque eſt, opinionem mutare in melius, ſi maxime ratione ſit confirmata. l. nonnunquã. ff. de colla. bo.

**I.SP.** Quid in præſcrip. longiſsimi temporis?





**MAN.** Etiam cum mala fide procedit.

**I.SP.** Quo iure?

**MAN.** Vtroque, ciuili & canonico, vbi mala fides tamen peccatum non cauſet, quia tunc eſſet ſecus. l. ſi quis emptionis. C. de præſcrip 30. anno. not. in. d. c. quoniam omne, & notum dicit Corne. conſi. etiam ſupra allega. 277. col. 4. Areti. conſi. 154. conſultatio, ad fi. nõnihil Seyſel. in. l. more, col. 5. ff. de iu. o. iu.

**I.SP.** Vſurarij præſcribúntne aliquo tempore?

**MAN.** Nullo, præallega. c. fi. Bal. conſi. 322. vtrũ, in prin. volu. j.

**I.SP.** In ſentẽtia loquentes, poteritne poſt. 30. annos dici nulla?

**MAN.** Non, agendo, excipiendo ſic, ut idem Bal. dicit, in loco præallega.

**I.SP.** Si quis promittat retrouendere rem quandocunque, quotiens petitum fuerit, pręſcribetúrne ſpacio. 30. annorum, ita ut eo elapſo amplius peti non poſsit.

**MAN.** Communis concluſio eſt, quòd ſic, fundata in conſi. Ange. 55. Gulielmus, & ita ſæpe iudicaui.

**I.SP.** Ex ſupradictis, non uideo quo modo ſubſiſtere poſsit, cũ promittens ſit in mala fide.

**MAN.** Subſiſtit omnino, quamuis ratione prædicta ita ſenſerit Fab. de mon. S. Saui. in tracta. de emp. & uen. in. 3. q. 7. q. prin. et male, quoniam eſto (ut in ſimili dicebam etiam ſupra) quòd qui eſt in mala fide non poſsit perſcribere dominium, poteſt tamen præſcribere dominij confirmationem. l. in bello. §. ſi quis ſeruum. ff. de capti. Bal. conſi. 477. recolo, col. 2. uol. 5. & quia dixi multa etiam alibi, maxime in. l. 2. C. de pac. int. emp. & uen. ubi late etiam Bononien. col. 17. 18. &. 19. tranſeo.

## Ad. c. ſuam, de pœnis.
## Dialogus. 45.

### POENA.

**I.SP.** Solutio pœnæ, in ſoro pœnitentiali, habétne locum?

**MAN.** Non, quoniam tunc proprie quis lucratur cum aliena iactura, & male. l. nam hoc natura. ff. de condic. inde. c. locupletari, de regu. iu. in. 6. notat Abb. per illum tex. in. c. ſuam, in prin. de pœn.

**I.SP.** Ergo nec fur quadruplum ſoluere tenebitur.

**MAN.** Non, caſus eſt, & ibi glo. in. c. fraternitas. 12. q. 2. Ancha.

conſi.79.ſubtiliter,in prin. Bal. in .l. continet.1.ff. quòd met. cau. Corſc. plene in ſingu.pœna.12.& ratio eſt,quia pœna imponitur per Iudicem in foro contentioſo.& quia imponitur, ut cæteri timeant,ſitque multis graſſantibus exemplo locus.l. aut facta,in fi.ff.de pœn.quæ ratio ceſſat in foro animæ, ut per Inno.in.c.ſicut dignum,de homi. Abb.in.c.1.col.4. de conſti.

**I.SP.** Teſtator commiſit delictum, tenetur ad pœnam, & ad reſtitutionem, poterítne executor uendere pro pœna ſoluenda?

**MAN.** Vtique, ſi condennatus eſt, aliàs non, ratione prædicta, quia non debetur in foro animæ,ita Bal. in.l.id quòd pauperibus,col.5.C.de ep.& cle.vnum verbum Abb.in.c.fin.col.2.de ſepul.& ad propoſitum,poſt Inno.in.d.c.ſicut dignum,fuſius locutus eſt idem Abb.in.c.quoniam contra,col.9.de proba.

**I.SP.** Quid dicit?

**MNA.** Dicit enim quòd in foro animæ tenetur quis ad emendi damni,quando fuit in dolo vel lata culpa,non ſi in leui, aut leuiſsima,quoniam tunc ageretur ad emendam damni in foro contentioſo,lege Aquilia,non in foro animæ, quia iſto caſu imponitur pœnitentia iuxta modum culpæ,& idem in.c. dilecti,col.4.de arbit.

**I.SP.** Et ſic in.q.propoſita reſtitutio ſufficiet.

**MAN.** Pluſquam ſatis,rationibus prædictis, & probatur etiam in.c.peccatum,de regu.iu.in.6.Abb.in prohe. Rex pacificus, col.3.Corſc.in loco præallega.Bal.in.l.poſt deciſionem, in fi. C.de fur.

**I.SP.** Leges & ſtatuta permittentia præſcriptiones cum mala fide,cõtra reales vel perſonales actiones, ipſo iure ſunt nulla, ex quo peccatum nutriunt.c.vigilanti.c.fi.de præſcrip.quid ſi debitor obligatus ad pœnam,ipſam ſoluere recuſaret?

**MAN.** Iſto caſu,ex ſupra dictis,ſecus eſſet dicendum,vt per But. in.d.c.fi.ex quo recuſando non peccat, & vt ſing. dictum ponit in ſuis Matheſi.23.nota quòd omnes leges, ſignanter per gl.in præalle.c.fraternitas generalis locutus Anch.conſi.411. & prima facie,col.3.dicit,quòd pœnas legales eccleſia nõ exigit,ſed remittit.Et certo quodam caſu,in Hebræo, vendente pignora,omiſſa ſolennitate ſtatuti, conſulit Ro. ad pœnã teneri dupli,vel quadrupli,parti applicandam,licèt inſpecto conſcientiæ foro exigi non debeat.conſi.203.quoad primum.

**I.SP.** Contra formã legis res eccleſiaſtica venditur, quo caſu emptio



emptio nulla eſt,nunquid emptor malæ fidei teneatur ſoluere precium,vel aliam pœnam legalem?

**MAN.** Dicerem,ex prædictis adhuc,quòd non,& eſt caſus,iudicio meo,& ibi Bal.in terminis,in.l.iubemus,in.§.ſanè,in prin. C.de ſacroſanc.ec.

**I.SP.** Sunt rurſum ſtatuta in certis ciuitatibus,quòd pro homicidio ſoluatur pœna pecuniaria,certaque pars, puta tertia,applicetur hæredibus interfecti,aliquis habebat filiũ, fecit profeſsionem,& interfectus eſt,cui dicta tertia applicabitur?

**MAN.** Pulcherrima.q.eſt,& dubitabilis,multaque poſſent hinc inde dici. Sed ad propoſitum,vt breuitati ſtudeamus, crederẽ (non enim diſputo,an ſtatutum valeat,quia hoc quoque parũ dubitationis habet) applicandam eſſe filio,& nõ monaſterio, quoniam precium ſanguinis & vindictæ honeſtum non eſt.d. c.ſuam.d.c.fraternitas,Ancha.in repeti.c.canonum ſtatuta,colum.280.de conſti.

**I.SP.** Recordor etiam me legiſſe, ſi res incidat in cõmiſſum, quod poſt quinquennium peti non poteſt, quòdque non tenetur, licèt infra iſtud tempus moriatur,in foro animæ.

**MAN.** Et non immerito,quoniam conſcientia non ligat, quos natura non obligat, & legiſti, ni fallor, in .l.2. & ibi not. C.de vecti.

**I.SP.** Et ibi,& in.l.commiſſa lege.ff.de publica.

**MAN.** Eſt etiam caſus,in quo ſtatutum epiſcopi non ligat, vltra alios multos,ſi imponat pœnam,ex quo non exigitur in foro conſcientiæ,vt ad ſaturitatem tradit Henri. Bot. in tracta. de ſyno.pat.3.arti.2.nu.104.

**I.SP.** Verùm pone,quòd pœna exacta ſit,an reſtitui debeat?

**MAN.** Prima facie videbatur dicendũ,quòd ſic,ſi exigi non poteſt,tamen contrarium eſt verius, ex quo erat debita, ita Bal. in.l.j.lect.2.C.vnde vi.

**I.SP.** Verba hæc repugnare videntur ſupra dictis,quando dixiſti,quòd conſcientia non ligat,quos natura non obligat.

**MAN.** Quamuis repugnare videantur, non repugnant tamen, quoniam intelliguntur, & vera ſunt in foro animæ, aliàs tamen debita.

**I.SP.** Si bannitus uiuat,an aliquo tempore præſcribere poſsit?

**MAN.** Credebam hac ratione aliàs,quòd ſic,quia (vt diximus) pœnæ in foro conſcientiæ non ligant.nihilominus contrariũ dicendum eſt,ex quo aliud eſt forum pœnitentiale, aliud iudiciale,

ciale, ſecundum Bal. adhuc, in l. data opera, colum. 15. C. qui accu. non poſ.

I. SP. Tex. in d. c. ſuam, quomodo intelligitur?

MAN. Hoc modo, quòd de iure Canonico, tam in obligationibus dandi, quàm facti diuidui, committitur ſtipulatio ad pœnam ſolum pro ea parte, pro qua fuit contrauentum, non autem in totum, vt per Bar. & Docto. in l. 4. §. Cato, oppo. 11. de verbo. ob. idē Bar. in l. ſi ſeruus in §. j. in fi. ff. ſi quis cau. & eſt communis opi. & differentia inter ius Canonicum & ciuile, quia mitius illud procedit in pœnis, quàm iſtud. Dicunt etiam Moder. Hiſpa. in tracta. de vlti. fi. iu. ca. & ci. nume. 295. quòd ibi pœna peti non poteſt, quia ferè totum quod ſub pœna debebatur, erat ſolutum, & ibi plene per Docto. & in c. dilecti, de arbi. & vtrobique Abb.

I. SP. Ex his certum eſt, & quo ad intellectū d. c. ſuam, quòd pœnæ appoſitio exceſsiua, odioſa eſt, contra honeſtatem & bonos mores, an firmetur iuramento?

MAN. Nequaquam, cum debeat habere tres comites. c. animaduertendum. 22. q. 2. Ancha. conſi. 148. apud antiquos, col. 2. & quòd eccleſia ſoleat pœnas abhorrere, tradunt Veronen. in conſi. ciuilibus. 25. ex qōne. nu. 18 ſignanter per. d. c. ſuam.

## Ad. c. omnis utriuſque ſexus, de pœni. & remi. Dialogus. 46.

VINVM OLEVM.

I. SP. IN c. omnis utriuſque ſexus, de pœni. & re. quid ſibi uolunt illa uerba, More periti Medici ſupinfundat uinū & oleū vulneribus ſauciati?

MAN. Nil aliud credo, niſi quod Iudex, non ſolum iuſtus, uerū etiam clemens, & miſericors eſſe debet, & uinum ad Iuſtitiam, oleum autem ad miſericordiam referatur. nec ſibi aliud uelint pariter illa Deutoro. c. 33. ibi, Dan quoque ait, Dan catulus
„ Leonis, fluet largiter de Baſan. & ibi, Aſer quoque ait, Benedi-
„ ctus in filijs Aſer, ſit placēs fratribus ſuis, & tingat in oleo pe-
„ dem ſuum. & ibi, Plenus erit benedictionibus domini, Mare
„ & meridiem poſsidebit, bona ſcilicet patriæ cœleſtis, poſt di-
„ ſpenſationem bonorum præſentis uitæ.

I. SP. Dixiſti multa, ni fallor, enchi. lib. 2. c. 48. Iudex.

MAN.



MAN. Verum eſt, & hac de re, hìc tantum ti bi dicam aliqua, quę ibi à me dicta non fuerunt, ad clementiam Iudicis pertinentia, quoniam plus quàm certum eſt, proprium ipſius ſymbolum Iuſtitiam fore.

I. SP. Quæ ſunt hæc?

MAN. Ageſilai exemplum, qui adeo clemēs fuit, vt ſacrilegorum numero eos habendos dixerit, qui ſupplicibus non parcebant.

I. SP. Pulchrum certe.

MAN. Sed eſt multo pulchrius aliud Syllæ, qui inter maximas ſuas felicitates, hanc eſſe exiſtimabat, quòd Athenarum vrbē ſolo non æquaſſet, ſed ſeruaſſet potius. Et Periclis denique, ex hac vita decedentis, qui lætabatur pariter, quòd nemo Athenienſium ſua cauſa eſſet nigro amictu indutus.

I SP. In creatione ad idem forte Cæſaris Dictatoris perpetui, templum clementiæ erectum eſt.

MAN. Nec immerito, quoniam quos armis vicit poſtea clemētia longe magis ſibi ſubiecit.

I. SP. Et certe multos vicit clementia, quos non debellauit ſeueritas.

MAN. Ad Alexandrum dicebat Demoſthenes, Non habes Rex vel Fortuna tua maius, quàm vt poſsis, vel natura tua, quàm vt velis, ſeruare plurimos, nulla enim de virtutibus generoſior miſericordia, vel admirabilior clemētia, egregiumque eſt hoſtem vincere, ſed multo egregius eſt victo miſereri, vt Scipio Armeniæ Regi. vt Octauius, qui in omnes clemens fuit, in paucos ſeuerus.

I. SP. Locos non citas.

MAN. Non expedit, nota enim omnia ſunt, tibique viro alioquin doctiſsimo, notiſsima. & ad idem volo aliqua etiam referre, quæ legi queque audientium auribus poſt hac ingrata non erunt, à me in Latinum nec aliter verſa, ſed ea lingua, qua ea ſcripta inueni, quoniam ſcribentis authoris erat propria, & iudicio quidem meo, te maxime delectabunt.

I. SP. Quis author?

MAN. Io. Villanus Flo.

I. SP. Legi totum, ſed nec mihi moleſtum erit, quæ dicis te uelle referre attentiſsime audire, ille enim eſt, quem tanti faciebant olim Triphon Cabrielius, Petrus Bembus, & in præſentiarū facit frater meus Speronus, omnium eloquentiſsimus.

MAN.

MAN. Verum eſt, igitur audi ipſum, ſic dicentem, & uide quanti clementia ſit omni tempore, & apud oẽs gentes laudabilis.

Al tempo di Arrigo di Bauera, terzo Imp. fu un Giouanni figliuolo di un M. Gualberto da Petriolo de ſignori di Val di peſa, al quale era ſtato morto un fratello, & andando à Firenze con ſua compagnia armati à cauallo, trouò il nimico ſuo appreſſo la chieſa di S. Minato à monte, il qual nimico ſi gittò in terra à pie di Giouanni, facendoſi croce delle braccia, chiedendoli mercè per Ieſu Chriſto crucifiſſo, il quale compunto da Dio, udite le parole predette, hebbe pietà & miſericordia di lui, & perdonogli, & menollo nella chieſa di S. Miniato à offerire dinanzi al crucifiſſo, della quale offerta & perdonanza, Iddio nella ſua imagine del crucifiſſo, uiſibilmente inchinò il capo al detto Giouanni, qual ſi ueſtì Monacho, & perche l'Abbate di S. Miniato non era huomo di honeſto ſtato, ſi fece heremita nell'alpi di Valembroſa, & fu poi il primo edificatore di quella Badia & religione.

I.SP. In quo loco narrat hoc Io. Villa?

MAN. Lib.4.c.16.

I.SP. Certo fu generoſo atto di clementia, & da Ceſare.

MAN. Sed audi aliud exemplum, non minori commendatione dignum, ab eodem relatum.

Di Papa Bonifacio, il quale hauendo ſcommunicati i Colonneſi, rubelli di S. chieſa, con priuatione perpetua loro, & de Laici di detta famiglia, di offici & benefici, & d'ogn'altro utile, perdonò poi loro, perche gittati à piedi, gli dimandorono miſericordia.

I.SP. Nec iſtud recordor, in quo loco dicat.

MAN. Dicit libro .8 c.21.&.23. nec aliud ultimo omittendum cenſui, quo pro ſymbolo Iudices uti ſemper deberent, Ragonij Vicentij Celſi cuiuſdam V.C. qui annonariam poteſtatem Vrbis æternæ, tanta æquitate, pietate & clementia rexit, ut inter omnes, qui ad eum animo litigantis intraſſent, parentem ſe plerunque magis his, quàm Iudicem, præbuiſſet.

I.SP. Ponítne' iſtud quoque idem author?

MAN. Non, ſed legi ego Romæ, in regione Ripæ, in ſaxo quodam, poſito in domo M.Inſulani. & hæc ultra aliàs dicta, à nobis hodie etiam, nec ſine uoluptate, recitata ſint.

Ad.c.



## Ad.c.illo vos, de pigno. Dialogus 47.

### CONTRACTVS.

I.SP. PACTVM de retrouedendo, facítne contractum præſumi fœneratitium & vſurarium?

MAN. Ancha.conſi.257. ſi prædicta ſententia, col.2. ſentire videre, quòd ſic. idemque Ro. clarius conſi. 423. pro pleniori, col.2. pariter, Burg.in.c.ad noſtram.13. de emp.& ven. & omnes per tex.in.c.illo vos, de pigno.

I.SP. Sine alia coniectura?

MAN. Non, immo alia etiã requiruntur multa, & hoc eſt, quòd dicit Bal. in numero plurali, in.l.fi.lectu.1.col.1.ff. quod met. cau. quòd ex pluribus præſumptionibus poteſt iudicari.d.c.illo vos.& ex pluribus adminiculis.c.cum dilectus, de ſucc. ab int.& ex pluribus indicijs.l.2.§.etas.ff.de excu.tu.& vt per eũ fuſius.& conſi.311. quidam, col.2.vol.2.Gui.Pap.conſi.75. adhærendo, col.3. & conſi.88.attendant, col.2.& idem Bald. conſi.118.Benedictus, in prin.vol.1. & Ancha. in loco ſupra allega. quòd pacta quæ non poſſunt adaptari congrue, niſi cõtractui pignoratitio, & facto in fraudem vſurarum, hoc ipſum arguunt, contractum ſcilicet licitum non eſſe. & de materia aliàs, in.l.2.C.de pac.inter emp.& ven.& in.l.fi.C.de condi.in ſer.& in.c.1.de feu.da.in vim legis commi.in vſib.

I.SP. Quæ ſunt hæc, quæ etiam requiruntur, vt dicatur huiuſmodi?

MAN. Pactum (quod iam dictum eſt) de retrouẽdendo, minoritas precij, quòd paciſcens emptor fœnerari ſolitus ſit. ita Io. And.in.d.c.illo vos.Bal. in præallega.c.1.Abb. in.d.c. ad noſtram, in fi.Pau.de Caſt.in.l.rogaſti, in.§.ſi tibi.ff.ſi cert.pe.Saly.in.l.emptione.C.plus vale.quod agi, quàm quod ſimu.cõci.Archi.in.c.quia plærique.14.q.3.& è communis opi.

I.SP. Ergo tenenda, vt no.in.c.1.de conſti.c.capellanus, de fer. l.1.de offi.quæſto.

MAN. Immò tenuerunt aliqui, quod etiam duo ſufficiant, pactum de retrouẽdendo, & precii modicitas, ſed, vt dixiſti, à prima opi.non eſt recedendum, quam ex multis comprobat etiã Gramma.& qui, tanquam culex in caput elephantis, multa vidit

dit & refert, hic aliter non ſcribenda. Deci. 76. magnifica Hippolyta, nu. 26. 27. 28. 29. 30. &. 31. & pulchre hæc omnia deducit Bal. conſi. 487. apparet, col. 1. vol. 1. & conſi. 311. in quæſtione, col. 1. vol. 5.

I.SP. Pone quòd vnum tantum interuenerit, modicitas precij, præſumetúrne contractus fœneratitius?

MAN. Non, ex prædictis.

I.SP. Tranſeat, quid agendum erit?

MAN. Hoc caſu forte locum habebit. l. 2. C. de reſcin. ven. & quod legitur in. c. cum dilectus, de emp. & ven. idem Bald. conſil. 205. Iacobus, col. 1. vol. 2.

I.SP. Nónne præſumitur etiam contractus vſurarius cum ſolito fœnerari, ſi in eo iuramentum appoſitum ſit?

MAN. Vtique, immo quòd iuramentum contractus ſuſpectos reddit eos tales longe magis, & eſt ſuſpitio violēta argu. in. c. ſuper hoc, de renun. idē Bal. conſil. 275. præmiſſo, ad fi. vol. 5.

I.SP. Quid ſi res vendita reperitur fuiſſe ſemper penes venditorem?

MAN. Idem, argumentumque eſt ſimulatæ venditionis, & hoc ipſum re vera probat pignus fuiſſe. d. c. illo vos. l. vel vniuerſorum, de pi. ac. l. qui ſemiſſes, in fi. ff. de vſu. not. in. l. cū allegas. C. eo. & idem, vt finiam, ſi pœna dationi quātitatis adiecta ſit l. Iulianus. §. idem Papinianus. ff. de ac. emp. d. l. cum allegas. l. pecuniæ. ff. eo. no. in. l. rogaſti. in. §. ſi tibi. ff. ſi cer. pe. & in. l. ſed & ſi quis, in. §. quæſitum. ff. ſi quis cau. & ſi in inſtrumēto clauſulæ inſolitæ ſcriptæ reperiantur. l. ſi quis ſub conditione, vbi glo. Bar. & omnes. ff. de condi. inſti. Pacta quoque ferè omnia in fauorem emptoris & in odium venditoris hoc arguunt, vt per Hoſti. in ſumma de pigno. vel ſi contra aut præter naturā contractus ſint, & breuiter vt ad lōgum adhuc inquit Bal. alia multa, quæ relinquuntur arbitrio iudicis ex qualitate perſonarum, fama loci, & alijs probationibus veriſimilibus. cōſi. 311. præallega. col. 1. &. 2. & conſi. 133. quædam, volu. 1. nonnihil Ro. conſil. 419. in primis.

I.SP. Vellem hoc tantum ſcire, an reus poſſit quācunque exceptionem ſimulationis opponere?

MAN. Poteſt, caſus eſt in. l. emptione. C. plus valere qđ agitur.

I.SP. Si cauſa inſerta ſit in fraudē uſurarum, admittetúrne probatio contra eam?

MAN. Quis dubitat.

I.SP.



I.SP. Teſtium an inſtrumentorum?

MAN. Et teſtium, & inſtrumētorum. d. c. illo vos. d. c. ad noſtrā, de iureiu. & ſi vterque vſurarius ſit, in eademque (vt aiunt) naui nauigabunt, melior erit conditio rei. c. intelleximus, & ibi Inno. de adulte. l. cum mulier. l. viro atque vxore. ff. ſolu. ma.

I.SP. Tamen regulare eſt, vt non poſſit, niſi per inſtrumentū, vt not. in. l. generaliter. C. de non nume. pecu. & in. l. iuris gentium, in. §. quod ferè. ff. de pac.

MAN. Fateor quando non allegatur ſimulatio contractus. d. l. emptione, & ſpecialiter hoc ipſum in odium vſurariorum inductum eſt, vt per Bald. vbi alia etiam longe plura in materia, conſi. 312. in cauſa, in prin. vol. 5.

I.SP. Sed à communi non recedentes vt ſupra, quòd maxime ſit neceſſarium emptorem fœnerari ſolitum, dubito quo tempore hoc ipſum, quòd fœnerari. ſ. cōſueuerit, probari debeat?

MAN. Diſputat Bal. met. conſi. 205. & ſupra allega. col. 2. & firmat oportere probare, quòd ſolitus ſit hoc idem facere tempore contractus, conſil. 361. verba Bartoli, col. 2. vo. 5.

I.SP. Probatio hæc poterítne fieri per eos cui mutuo dedit fœnerando?

MAN. Non, eius fauore, ſed in fauorem tertij ſic. l. teſtamento. ff. de teſta. §. legatarijs, cum ſimilibus, Inſti. eo. idem Bal. conſi. præallega.

I.SP. Certum eſt (quia materia frequens mihi videtur, & quotidiana, ero paulo longior ſolito, ne graueris Compa. audire.)

MAN. Immo rem mihi gratam facis, dum tamen tibi reſpondēdo faciam ſatis.

I.SP. De his aliàs, certum eſt dico, ꝙ ex indicijs vt ſupra quòdq; ex cōfeſſione probatur ſimulatio. d. c. illo vos. d. c. ad noſtrā, Spe. in. §. 1. in ver. item pone aliquis, de dona. Cy. in. l. ſi quis poſthac. C. de bo. proſcrip. nunquid confeſſio probet facta ēt abſente poſſeſſore?

MAN. Probat.

I.SP. Ratio?

MAN. Quia ſimulatio eſt facti, in animo enim conſiſtit, qui huiuſmodi eſt. l. bonæfidei. ff. de acqui. re. do. ea quæ ſunt animi probantur etiam per confeſſionem factam in abſentia. l. Pomponius ſcribit. l. Neſennius. ff. de nego. geſt. ergo dubitandū non eſt, & firmat Bald. conſi. 438. an poſſeſſio, in fi. vol. 5.

Ad. c.

## Ad.c.tanta,qui fi.ſint legi. Dialogus 48.

### MATRIMONII VIS.

I.SP. PER ſequens matrimoniũ contractum cum concubina, præcedẽs proles legitimatur.c.tãta,qui fi. ſint legi.l. antepe.l. pe.C.de natu.libe.Ancha.cõſi.153.pro fratribus,col.2.& con ſi.225.videtur,col.1. perinde ac ſi filij à principio legitimi na ti fuiſſent,vt in ſimili etiam in legitimatione dicimus,facta per reſcriptum Principis, quòd retrotrahitur vt iſta, quæ fit per matrimonium ſequens.§.reliqui.§.ſi igitur, in authen. quib. mo.na.effi.ſui.Anchara.in.d.conſi.153. ſed an indiſtinctè hoc idem verum ſit dubito.

MAN. Ego non,quia clarum eſt, & quia intelligi debet verum, niſi in adulterio ſoboles prædicta concepta ſit,quoniam tunc non legitimaretur,& ita quod habetur in.d.c.tãta,declaratur. Vel alio modo tempore prohibito concepta, quia oportet quòd matrimonium.d.tempore poſsibile ſit,vt per Bald.in.l. & ſi contra, col.j.C.de nup.& in.l. Paulus, lectu.j.&.2.ff. de ſta.ho.Roma.conſi.367.circa primum,col.2.

I.SP. Idem Bal.alibi ad materiam dicit,matrimonium eſſe inter dum,& tamen non producere matrimoniales effectus, quòd filij ſcilicet legitimentur,& male,ac contra ſupra dicta,in.l.ne que,in fi.C.de nup.

MAN. Ni fallor,declarat poſtea,aliud eſſe de iure canonico,per d.c.tanta, & maxime mirandum eſt, quòd dubitatiue loquatur,per verbum forte.

I.SP. Quid ſi filij ex cuncubina nati ſint extra domum,an legitimentur hoc modo?

MAN. Bar.in.l.fi.ff.de concubi.tenet quòd non.

I.SP. Ergo oporteat quòd teneatur in domo?

MAN. Sine dubio, & (vt dixi) quòd tempore conceptionis potuerit eſſe vxor,vt not.in.d.fi.& in.d.l.& ſi contra, & in.d. l.Paulus.

I.SP. De his memini me legiſſe ſatis in lib.enchiri.quod vulgaſti iam annus elapſus eſt,lib.2.c.47.tanta.

MAN. Verum eſt,me ibidem etiam dixiſſe, ſed tamen nunc aliqua addam,ſi tibi placet audire,longe pulchriora illis.

I.SP.



I.SP. Immo te rogo,vt dicas,ita enim fit, vt ſapiens, à te diſcedam ſapientior.

MAN. Deſponſatio igitur concubinæ facta in articulo mortis, non legitimat filios ex ea natos,in præiudicium aliorum, nec excludit ſubſtitutum non extante legitimo, quod videtur mi rabile ad intellectum.d.c.tanta,vt per Ange.in.l. ſed eſt quæſi tum.ff.de libe.& poſthu. & in authen.nuper.C. de natu.libe. tradit Cur.conſi.26.Hieronymus,col.4.

I.SP. Certe dictum eſt annotatu dignum,ſi verum eſt.

MAN. Omnino variant Docto. ſed tamen mihi placet,& rationabile videtur, & ſentit poſt multa etiã Alex.in.l.ſi quis poſthumos.ff.eo. & quo ad id quod dixiſti ſupra quòd aliàs matrimonium retrotrahatur,putarẽ ego filiorum fauore id à lege indultum fuiſſe,argu.in.l.j.in.§.largius.ff.de ſuc.edic. & in authen.hoc inter liberos.C.de teſta.quòdque fingat ipſum cõ tractum ante eorum natiuitatem,& nouiſsime tradit idẽ Cur. conſi.27.habita.nu.3.

I.SP. Si placet,dic mihi aliud, certũ enim eſt, quòd legitimatus perPrincipem non ſuccedit in feudo.c.j.§.naturales,ſi de feu. con.ſit int.do.& agna.in vſib.quid in legitimato per matrimo nium ſequens?

MAN. Bar.in.l.ex facto,in.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb. indiſtin ctè loquutus, ſentit, quòd non.tamen contrarium verius eſt, quòd is ſuccedat.

I.SP. Etiam ſi eſſet feudum eccleſiæ?

MAN. Etiam.

I.SP. Ratio?

MAN. Quia legitimatio per eccleſiam confirmatur, ita Bald.in terminis conſi.129.ad euidentiam,in prin.vol.3.& eſt opi.cõ munis,quod atteſtatur Afflic.in.d.§.naturales,in.5.not.nu.6.

I.SP. Solus ſcrupulus reſtat, nati ex filio naturali mortuo,legi timabuntúrne ſi pater concubinam in vxorem ducat?

MAN. Non, vt inquiunt Albe.& Bal.in.l.benignius, ad fi.ff.de legi.Alexan.in.l.Gallus,in.§.ſi eius.ff.de libe.& poſthu.ſubijciens,non inueniri hanc deciſionem ab aliquo reprobatam.

I.SP. Videtur mihi,quòd huic opinioni aduerſetur regula.l.liberorum ap.ff. de verbo.ſi. vbi liberorum ap. etiam nepotes comprehenduntur,ſed liberi legitimantur, ergo & nepotes.

MAN. Argu.habet fallaciam propter inhabilitatem extremi, ex quo filius eſt mortuus,vt in.d.locis not.& de materia aliàs in

H l.ſi is

l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſuca. & quia etiam dixi in.d.c. 47. enchiri.vt teſtatus es, tranſeo.

I.SP. Tamen ſi placet, ſit mihi fas aliud dicere.

MAN. Dic rurſum læto animo, quia nihil recuſo.

I.SP. Regulariter hoc modo legitimatꝰ excludit ne ſubſtitutū.

MAN. Ex ſupra dictis elicere poteras, quòd ſic, ex quo nouiſsime legitimatio efficaciſsima eſt, naturam imitans, & a matrimonio originem trahens.l. cum quis.C.de natu.libe.d.c.tanta.Bal.conſi.319.matrimonium, in prin.vol.4.

I.SP. Placet, ſicuti & cætera omnia, igitur taceo, & dictis tuis libentiſsime acquieſco.

## Ad.c.per uenerabilem, qui filij ſint legi. Dialogus. 49.

REX FRANCIAE.

I.SP. MAGNA & ardua.q.eſt, an Rex Franciæ recognoſcat aliquem in ſuperiorem.

MAN. Dixi incidenter in locis communibus, lib.j.c.12.

I.SP. Non tamen dixiſti omnia.

MAN. Verum eſt, quia quandoque (vt aiunt) bonus dormitat Homerus. omniumque memoriam habere, diuinitatis eſt potius, quàm hominis.l.peregre.ff. de acqui.po.l.2.§.ſi quid autem.C.de vete.iu.enu.

I.SP. Quid igitur dicis nunc Comp?

MAN. Abb.in.c.eccleſia S.Mariæ, tenet, col.3.de conſtitu. quòd non recognoſcat, quòdque omnia iura Imperatoris exerceat in territorio ſuo, quòdque idem ſit etiam in alijs nō recognoſcentibus, poſt Inno.in.c.cū p.tabellio, de fi.inſtru.& per tex. in.c.per venerabilem, qui fi.ſint legi.vbi Abb.met, & eſt ad idē glo.ſingu.in.§.fi.Inſti.de pa.poteſta.ore rotundo fatetur nouiſsime Io.nicola.Gimon. in tracta. benefi.ti.2.c.3.nu.13.& 14.& Caſſanc.in conſue.Burgun.fol.3.col.4.fuſius fol.5.col. j.&.2.& fo.64.col.j. Galliau.rub.de verbo.ob.nume.81.idem Caſſane.cōſi.39.pro deciſione, nu.67.Boe.deci.8. quinta Martij, col.j.par.j.in ſomnio virida.de vtraque poteſtate.c.36.col. 4.& eſt verum, ſed poterit replicari, de facto hæc omnia vera eſſe, nō de iure, ex quo ob.tex.in.l.deprecatio.ff. ad legē Rho. de iac.& in.l.bene à Zenone.C. de quad.præſcrip.& in.l.2.C. de offi.



de offi.pręfec.Affri.& glo.in.c.2.de pa.iura.fir.in vſib.& in.c. quicūque.11.q.j.Imo.in.l.Imperatores, in prin.col.j.ff. de ap. & quia dixi ſatis in loco præallega. hac reſolutione contentus eris.

I.SP. Solum ſcire cupio, quæ vtilitas ſit, an quis aliquem in ſuperiorem cognoſcat, néc ne.

MAN. Nulla alia, niſi hæc, quòd ab ipſius ſententijs non appellatur, vt in Duce Venetorum exemplificat Cy.in.l.fi.C.de peti.hæ.& in.l.fi.C.de do.int.vi.& vxo.Afflic.in rub.quæ ſint regа.col.5.in vſib.

## Ad.c. in præſentia, de renun. Dialogus 50.

IVDEX.

I.SP. MIRVM videtur comp. quòd ſententia, etiam iniuſta, ſi tranſiuit in rem iudicatam, ſuſtineatur, ex ſola præſumptione, quæ eſt pro Iudicis proceſſu.

MAN. Hoc tibi mirum videri non debet, cum habeamus tex.in l.Herennius, in.§.caia.ff.de euic.& in.c.in pręſentia, de renun. tradit Abb.in.c.ſuborta, col.vlti.de re iudi. Bal.conſi.492.in cauſa, in prin.vol.3.Alex.conſi.77.in cauſa, col.4.vol.2. Qui dicit etiam poſt But.in.c.poſt electionem, de conceſsio. præben.conſi.41.habita, col.3.eo.lib.quòd ſic in dubio etiam ſemper præſumi debet, Iudicem motum ex cauſa in repellēdo exceptionem.& conſi.2.viſis, col.pe.vol.j.quòd ſi hoc eſt in Iudice, multo magis erit in Principe, qui ſupra omnes eſt, & à cuius ſententia non appellatur, vt per Iaco.But.in.l.fi. ad fi.C.ſi con.ius vel vti.pub.& Deci.in.c. quæ in eccleſiarum, col.13. de conſti.Parpa.de cauſa, in.l.ſi quis maior, nume.12.not.vbi ego etiam late.C.de tranſac.

I.SP. Quid in arbitrio?

MAN. Nec de eo eſt male pręſumendum.l.merito, pro ſo.c.j.de ſcruti.idem Deci.vbi etiam rationem aſsignat, in.c.quoniam cōtra, col.4.de proba.& in.l.pacta nouiſsima, nu.6.C.de pac.

I.SP. In Iudicibus, ſicuti pro eorum ſententijs præſumitur, pręſumetúrne ſic peritia, quòdque recte iudicauerint?

MAN. Ancha.conſi.224.iſte Dominus, col.2.dicit quòd ſic. & conſi.248.ad prædicta, col.j.quòd in eis non præſumitur iniuſtitia.

ſtitia.& conſi.325.ſuper primo dubio,in prin. quòd à pręſumta calumnia excuſantur propter authoritatem rei iudicatæ.

**I.SP.** Ergo multomagis præſumetur, ſi à literatiſsimo lata ſit.

**MAN.** Indubitatum eſt,vt per Ro.conſi.334.circa primum,colu.2.& dixi late in collectane.ac ad ſaturitatem,in.l.2.C.de offi.ci.Iudi.ſumpto argu.ex illo verbo, quod non arbitramur, vt etiam Ro.conſi.479.in eo,ad ſi.

**I.SP.** Dices tamen aliqua etiam hic.

**MAN.** Dicam,ſi vl tra ea ſuccurrerint.

**I.SP.** Succurrítne tibi iſtud,quòd pręſumptiones iuris ſunt ſcriptæ in legibus,hominis vero non,ideſt Iudicis?

**MAN.** Affluenter.

**I.SP.** Quare igitur hoc idem eſt?

**MAN.** Quia deſcribi non poſſunt,cum ex diuerſis animi motibus pendeát.l.3.§.ob carmen,de teſti.d.c.in præſentia.& ideo ex his,lata ſententia,non poteſt non pręſumi pro ea,& pro Iudice,qui eam tulit,ita Bal.& bene,in rub.de præſump.col.2.& quòd propter tranſitum in rem iudicatam, ex quo non eſt aliter prouocatum,pro veritate habeatur, ex multis oſtẽdit Grama.deci.24.Andreas,col.2.

**I.SP.** Pone quòd Iudex eccleſiaſticus inuocet brachium ſeculare, iuxta not.in.capi.j. de offi.ordi.præſumetur ne implorare fruſtra?

**MAN.** Non, immo neceſsitate imminente, & ex cauſa, vt ibi not.Inno.& bene,refert Bermon chouero.in tracta.de concubi.in verbo curent à ſuis ſubditis &c.nu.4.

**I.SP.** Negás actũ Iudicis rite factum fuiſſe, debebítne probare?

**MAN.** Regulare eſt.l.ab ea parte.§.fi.ff.de proba.l.hoc iure.ff.de verbo.ob.Inno.in.c.ſuper his, de accu.Pau.de Caſ. conſi.19. ſupra dictæ,col.2.vol.j.

**I.SP.** Quid eſt hoc, quod dicit Bal.conſi.311.præmittendum, in prin.vol.j.quòd ex longitudine poſſeſsionis præſumitur titulus pro ſuo?

**MAN.** Nil aliud, niſi iſtud, quòd præſumitur habere Principis voluntatem,quod lógo tempore poſſeſſum eſt,quòdque poſt longiſsima tempora non requiritur probatio tituli, & quòd denique pro eius teſtimonio præſumitur, de cuius ſententia non appellatur.l.j.§.fi.ff.de offi.præfec.præto.

**I.SP.** Quare eſt, quòd multa committuntur Iudicis arbitrio & religioni?

MAN.



**MAN.** Quia mentes hominum in pergameno depingi non poſſunt.l.j.§.ſi quis vltro.ff.de quæſtio.Bal cóſi.310. aut mulier, col.2.vol.j.qui etiam dicit ibidem,quòd de motu animi debet ſtari verbo Iudicis,quia non præſumitur ſalutis æternę immemor. quòdque ſtatur aſſerenti de ſua conſcientia in his quæ ſunt ſolenniter acta.

**I.SP.** Si ſententia eſſet ter cõfirmata, poſſet ne opponi exceptio nullitatis & incompetentiæ?

**MAN.** Videretur dicendum,quòd ſic,quia nullitas hæc nunquã eſt excluſa,cle.j.de ſeq.po.& fruc.tamen contrariũ eſt verius, cle.j.de re iudi.

**I.SP.** Hoc modo antinomia ſibi locum vendicabit,ideſt harum duarum cle.contrarietas.

**MAN.** Immo quòd ſignanter Pe. de Ancha. ibi eam reprehendit,&.d.cle.j.de ſeq.po.& fruc.tenet.Ro. vero ambas ſaluat, quòd ſi confirmata ſententia non ſit,poſsit opponi,aliàs non, vt ſupra.

**I.SP.** In quo loco hoc dicit?

**MAN.** In.l.de pupillo,in.§.qui opus.ff.de no.o.nun.

**I.SP.** Certum eſt,aliquam eſſe ſolennitatem intrinſecam,aliquã extrinſecam,iuxta not.in.l.ſciendum.ff.de verbo.ob.deque intrinſeca non eſt dubium,ſed quid de extrinſeca?

**MAN.** Et ipſa quoque præſumetur,dummodo,vt dixi ſententia tranſierit in rem iudicatam,& eſt opi.communis.c.cum inter. c.ſicut,de re iudi.Alex.& omnes,in.d.l.ſciẽdum. Immo quòd regulare eſt, poſt biennium lata, vt pro ea præſumatur, quia tunc dicitur antiqua, ſecundum Bal poſt Inno.in.d.c. in præſentia,in ſi.in.c.j.in.§.ſancimus, col.vlti.quo tempo.mil.in vſib.& adeo verum eſt, iſtud, vt prima mandetur executioni, etiam ſi poſt biennium à die appellationis introductæ appareat ſententiam cõtra eam latam fuiſſe,vt ibidem ſubijcit,poſt Inno.adhuc,in.c.ex ratione de ap. & quòd pro Iudice præſumatur vltra adducta à me in loco de quo ſupra late tradit etiã Barba.nouiſsime,conſi.14.deum,colu.4.vol.3.Ange.in.d.l.j. de offi.præfec.præto.Gemi.conſi.15. reuerende pater, col.5. Abb.in.c.prudentiam,in.§.ſexta,col.3.de offi.dele.eſſet etiam dubitandum quid ſi Iudex haberet iuriſdictionem reſtrinctã ad certam cauſam,an pro eo rurſum præſumatur,niſi cauſa expreſſa ſit,ſed quia dixi etiam ſatis in.c.eccleſia S.Marię,& in.c. quæ in eccleſiarum,de conſti.non inſiſto.

 I.SP.

I. SP. Vnum opto ſcire, quia nullum verbum factum eſt, ſi à ſententia ſit appellatum, an onus probandi transferat.

MAN. Nec iſtud volo diſputemus, quia non videtur eſſe præſentis ſpeculationis, not. in d. c. in præſentia. lõgam diſtinctionem ponit Cy. & ibi etiam Bal. in l. j. C. ſi aduer. cre. & finaliter idem Bal. in hoc reſidere videtur, quòd d. caſu transferat, & ſpeciale ſit, fœneratorum odio, ergo nõ regulariter, & fuſius, vt per eos.

## Ad. c. Piſanis, de reſti. ſpo. Dialogus 51.

### LIBELLVS.

I. SP. LIBELLVS ineptus lacerandus eſt. l. i. vbi glo. & ibi tu Comp. multa dixiſti in collectanc. ff. de offi. aſſe. eſtne hoc ſemper verum?

MAN. Licèt multa dixerim ibi, ad interrogata tamen tibi etiam nunc reſpondebo, quia eſſe non poteſt, quòd poſt meſſem, quamuis copioſam, non remaneãt feſtuculæ aliquæ, quæ poſt metentium terga colliguntur, tum maxime cum à me meſſore, non ab aliis collecta ſint, dico igitur quòd non, ſi poſt oblationem libelli ſecuta ſit confeſsio conuenti, quoniam tũc ſententia valebit, nec confeſſus idem opponere poterit, vt per But. in c. Piſanis, de reſti. ſpo. Bal. in l. 2. C. de re iudi. & in l. i. in. §. in initio, ad fi. de offi. præfec. vrb. & in l. ictus fuſtium, in fi. ff. de his qui not. infa. & in l. cum mulier, col. 12. ff. ſolu. matri. & in l. ſed ex dolo, in. §. in hac. ff. de dolo. not. in d. l. i. & indubitatum eſt.

I. SP. Aliàs regula vera erit?

MAN. Veriſsima, tantumque eſt hoc idem dicere, quantum eſt, quòd forma debet ſeruari, quòdq; ipſius omiſsione, actus ruit & vitiatur.

I. SP. Et nimirum quoniã dat eſſe rei. l. Iulianus. §. ſed & ſi quis. ff. ad exhi.

MAN. A forma recedi non poteſt, omnis enim forma, eſt de ſubſtantia. l. pedius. §. i. ff. de arbi. l. cõſtitutionibus. ff. ad munipa. l. certa forma. C. de iu. fi. lib. 10. Bal. conſi. 144. quòd Iudex, colu. 2. vol. 4. Qui etiam cõſi. 430. circa, col. 2. co. lib. dicit, quòd eadem forma mutata, videtur mutata tota eius ſubſtantia, & probatur in l. ſi. ad exhiben. & quòd omiſsio modi & formæ viciet diſpoſitionem, probatur in d. c. Piſanis, & in l. qui Romæ, in. §. flauius. ff. de verbo. ob. & in c. cum dilecta, de reſcrip. Bal. in l. præſcriptione, col. 2. C. ſi contra ius vel vti. pub. Ancha. in repe. c. canonum ſtatuta, col. 244. de conſti.



I. SP. Oportet tamen quòd ordo in ſe ratioñé habeat, & ſtatuentis poteſtatem, vt ab eo non recedatur.

MAN. Immo neceſſarium eſt, inquit idem Bal. in l. ſi duas col. j. ff. de excu. tu. qui dicit etiam in d. c. cum dilecta, colu. 3. quòd quando Papa præfigit ordinem, talis ordo eſt de ſubſtantia, & conſi. 54. caſus, col. j. vol. j. quòd modus appellatur quic quid habet actum qualificare. & conſi. 326. Rex Romanorum, col. 2. co. lib. quòd deſtructo modo deſtruitur ordo, & quòd nihil denique ordinatum eſt. cæterum ſi ad materiam alia ſcire cupis Comp. ex collectanc. tibi quantum vis ſumito, inque loco à te ipſo ſupra citato, cuius quidem certe ego non recordabar amplius.

I. SP. Sed ſolum hoc à te ſcire volo, an libellus nullus, ab inepto differat.

MAN. Valde, quia libellus nullus non valet, etiam quòd nõ opponatur, ex quo peccat in forma, & hoc modo ſupra dicta omnia procedant, ineptus autem ſic, parte non opponẽte, vt not. in l. edita. C. de eden. ex quo peccat in materia.

## Ad. c. lator, de re iudi. Dialogus 52.

### TVRPITVDO.

I. SP. Allegans turpitudinem ſuam regulariter non auditur. l. j. C. de fur. l. tranſactione finita. C. de tranſac. c. inter dilectos, de dona. an audiatur tamen ſi de animæ ſalute agatur?

MAN. Crederem quòd ſic, & indubitanter quidem. c. lator. c. cõſanguinei, de re iudi. Abb. in c. cum ſuper, de conceſsio. præben. & in c. cum M. Ferrarien. col. 3. de conſtitu.

I. SP. Forte hæc eſt ratio, quòd nec etiã in cauſa matrimoniali, ſententia tranſit in rem iudicatam.

MAN. Eſt vtique, ad quòd d. iura quoque ſolent allegari, tradit Io. And. in Mercu. in c. mora, col. 4. de reg. iu. in. 6. Abb. in c. j. col. 3. de excep. gl. pars in c. cauſam matrimonij, de proba. et in c. fraternitatis, in verbo per errorem, de frigi. & malefi. & in c.

in.c.ex literis,in verbo reſtituimus,de in integ.reſti. Rota.de ci.453.fuit dubitatū,colū.j.in nouis.& dixi late quo ad regu. in.d.l.j.in collectane.& in.l.admonendi,in.2.lectu .ff. de iure iu.quòd ſi ſententia per inſtrumenta de nouo reperta retractatur,multo magis retractabitur per inſtrumenta de nouo fabricata,& partium conuentione, & maxime ſi confiteatur victor inique latam fuiſſe,& conſequenter ſe fuiſſe periurum.

I.SP. Sed cum iſta in matrimonio carnali procedant, quòd ſententia nunquàm in rem iudicatam tranſeat erítne idem in ſpirituali dicendnm?

MAN. Sine dubio,quoniam de vno ad aliud arguitur .c. inter corporalia,de tranſla.præla.tradit Rota deci.341. dubitatur, in fi.in nouis.

I.SP. Certe fauor animæ maximus eſt.

MAN. Et rationabile quidem,quoniam ea quoque rebus omnibus eſt pręcoſior,& omni commodo ac lucro pecuniario pręponenda.l.ſancimus.C.de ſacroſanc.ecc.& ſi ( vt dictum eſt) de matrimonio carnali,agatur,vel ſpirituali , non attenditur petitionis forma,vel partium volūtas,ſed rei veritas tantū,ſecundum quam ſententia fertur,quæ etiam ( vt rurſum diximus) nunquàm tranſit in rem iudicatam, & nouiſsime tradit Nath.in cle.ſæpe,in.§.j.col.2.de verbo.ſi.& iſta , vltra dicta alias pro nunc ſufficiant.

## Ad.c. mulieres, de ſen. excom. Dialogus. 53.

### MANDANS.

I.SP. MAGNAM deciſionē habemus in.c.mulieres, de ſen. excō.quòd mandans vere facit,vbi Abb.multa, Bal.in.l.Gallus,in.§.quid ſi is,col.2.ff.de libe.& poſthu.

MAN. Veritate inſpecta,videtur mihi,quòd ſit impoſsibile.

I.SP. Quo modo ergo intelligi debet?

MAN. Quo ad peccatum,vt ibi ( ſicut diximus ) not. idē Abb. in.c.2.col.j.de cle.pu.in duel.& etiam quo ad pœnam, vt puniatur ſicut mandans.Ro.conſi.105.viſo themate, col.j.ad ſa turitatem,quòd vere non faciat, Alex.conſi.62.viſa, col.2.3. &.4.vol.4.caſus clarus in.l.j.in .§. deieciſſe .ff. de vi & vi ar. pulchre Ancha.in repe.c.canonū ſtatuta,col.304.305. de cōſti.



ſti.pulchrius Bar.in.l.ſi ſeruū,in.§.prætor ait.ff.de ac.hæ.& in .l.hæc verba.ff.ad legē Iu.de adulte.Bal.in.l.adeo,in prin.ff.de iu.o.iu.& in.l.& ſi certus,in prin.ff.ad Syllani.& in.l.ſed eximendi,in.§.prætor.ff.ne quis eum qui.& in.l.omnes populi, col.10.ff.de iuſti.& iu.Intellectus verus eiuſdem , conſi.384. ſtatuto,col.j.vol.5.

I.SP. Tamen dicit adhuc.Cy.& ibi plene not. in.l.j.C. ſi reus vel accu.quòd mandans & mandatarius vnum delictum perpetrant,idemque Bal.conſi.429.an mandatarius, col.j.vol.3.

MAN. Verum eſt,ſed non tamen , vt mandans vere faciat.d.§. deieciſſe,vnde in regu.qui per alium,etiā dicitur,qui per aliū facit,per ſe ipſum facere videtur.

I.SP. Dici etiam ſolet ad tex.in.d.c.mulieres, quòd de iure canonico attenditur potius animus,quàm actus, quòdque vere facit,qui per alium facit,vt per Bart.in.l.ſivnus,in.§.j.colū.2. ff.de iniur.

MAN. Verum eſt adhuc,& pendet à dictis in locis ſupra allega. & nouiſsime habetur etiam in.l.Gallus,in.§.forſitan.ff.de lib. & poſthu.

## Ad.c.iuuenis,de ſponſa. Dialogus. 54.

### VIA TVTIOR ELIGENDA.

I.SP. DE anima, deque ipſius ſalute,à nobis dictum eſt alibi.

MAN. Verum eſt,nullaque ſalubrior diſputatio inter nos eſſe potuit,cœtera incerta,caduca,fragilia , & ita fortunæ caſibus obnoxia,vt ſemper timendum ſit.

I.SP. Igitur à te ſciſcitatri volebam,ſi in opinionibus ea tenenda eſt,quæ tutior ſit,& quæ ſaluti animæ proficit.

MAN. Non eſt nec dubitandum,nec reſpondendnm , quoniam certiſsimum eſt.c.iuuenis,extra de ſponſa.Ancha.conſil.175. præmittendum,ad fi.& conſi.179.prima facie,col.vlt.

I.SP. Addo ego etiam in foro animæ dici ſolere , bonarum mentium eſſe culpam timere,vbi culpa non eſt.

MAN. Et bene.c.2.de obſerua.ie.c.ad eius.5.diſ.Ro.conſi.387. in terminis,col.vlti.Alex.conſi.51.videretur,col.j.vol.5.

I. SP. Nónne etiam tutior via eligenda eſt, vbi de euidenti ratione non conſtat?

MAN. Vtique,& eſt regu.quam ſic format Stepha. Fede.in tracta.

ĉta.de int.iu.col.pe,ſed maxime locum habet, vbi de ſalute animæ agitur,vt ſupra & nouiſsime tradit etiam Abb.in.c.fin. col.5.de præſcrip.Alex.in.l.ſi finita,in.§.ſi de vectigalibus, in 4.ff.de dam.infect.Ripa de dona.lib.int.3.q.3.col.2. pulchre Butigel.in.l.ſciendum,col.12.ff.de verbo.obli.& in hoc nolo immoremur,quoniam,iterato dixerim,plusquàm certū eſt.

## Ad.c. non ſatis, de ſimo. Dialogus 55.

DOS PRO MONASTERII INGRESSV.

**I.SP.** PRO ingreſſu monaſterij,aliquid dari non debet, vt in c.non ſatis,de ſimo.vſque adeo,vt nec valeat conſuetudo contraria,nec diuturnitas temporis peccatum excuſet.c. quanto c.fi.de conſue.d.c. non ſatis, in fine.

**MAN.** Et bene peccatum dixiſti,quia ſimoniacū eſſet, ad cuius comparationem,cætera crimina quaſi pro nihilo reputātur, inquit tex.in.c.per tuas,de ſimo.

**I.SP.** Longobardi prædictam conſuetudinem contrariam ſeruabant,vt in corū legibus cōtinetur.3.de ſanctimonialibus.

**MAN.** Eſt verum quòd ad deciſionem cauſarum poſſunt allegari.c.Raynutius,de teſta.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœ. ſed tamen in multis non ſeruatur,& maxime in hoc,de quo in.d. c.non ſatis.& in.c.ſuam,& in.c.ad apoſtolicam, & in.c.Mathæus,eo.titu.

**I.SP.** Ergo ſi aliquid relinquatur cauſa dotis, de matrimonio carnali intelligetur.

**MAN.** Quis dubitat.

**I.SP.** Ego dubitarem,quoniam de matrimonio carnali,ad ſpirituale arguitur.c.inter coporalia,de tranſla.præla. Iaſ. in authen.ingreſsi,nu.24.C.de ſacroſan.ecc.Soci.conſ.92.circa colum.3.Boe.deci.j.nu.18.par.j.

**MAN.** Verum eſt,ſed non ſemper,& ſpiritualiter differunt hoc caſu,vt in locis præallega.legitur.Louanien.de locis topi.33. caſu,vt in locis præallega.legitur.Louanien.de locis topi.33. præterea,col.3.diſſā.5.& ita dicit Bar.in.l.Titio centum,in.§. j.ff.de condi.& de.& con.j.in fi.& probatur in.l.3.ff.de iu.do. & in.l.fi.C.de dona.ante nup.

**I.SP.** Sed nōne ſpōte,& ſine aliqua pactione dari poteſt, intuitu eleemoſynæ,& ſubuētionis, vt etiam ſeruatur quotidie?

MAN.



**MAN.** Hoc modo ſic,nec ſimonia committetur, de quo tamen eſt ad longum etiam videndus Bal.conſi.373.viſo,vol.4.

## Ad.c. certificari de ſepul, Dialogus 56.

PROVINCIA.

**I.SP.** VNAQVAEQVE prouincia abundat in ſenſu ſuo.

**MAN.** Plus Gallia,quàm alia.

**I.SP.** Quo modo ſcis?

**MAN.** Scio,quia legi,& accepi à multis,ſciendi curioſiſsimus.

**I.SP.** Dic,ſi placet,in quo abundet.

**MAN.** Dicā,ſed primū ſcias,dictum hoc probari in.c.certificari, de vſu,& in.c.vtinā.76.diſ.& in.l.ſaccularij, 1.§.ſunt quædā.ff. de extraor.cri.quòdque abūdare in ſenſu ſuo, eſt vti moribus patriæ,quia multæ ſunt leges,eiſdem non conuenientes, vnde fit,vt non ab re ſit,ſi per deſuetudinem multæ ēt in prohe.Inſtitu.abrogatæ fuerint,& fuſius vt per Ancha.cōſi.218. iuxta ordinem,col.j.exemplificantem in caratis qui Venetijs exigūtur.Quo ad Galliam igitur,quòd plus, quàm alia prouincia abundet,ex eo patet,quia ibi liber feudorum non eſt allegabilis,vt probat & teſtatur Pet.Iac.in pratica ſua, de ſuc.feu.col. 8.refert & ſequitur eum Caſſane.conſi.8.ſuper duabus, num. 28.2. nō habet locum in Regno Franciæ,diſpoſitio.l. ſi qua Illuſtris.C.ad Orfi.Bermō.chouero.in tracta. de concu. ver. qui etiam filios,nu.80. 3.omnes res temporales,licet ſint eccleſiæ,ſunt tamen de iuriſdictione Regis,Idem Caſſane.conſ. 60.quidam,nu.10. 4.Domini de parlamēto,cognoſcunt abuſus commiſſos etiam per iudices eccleſiaſticos, idem Bermō. in loco de quo ſupra ver.quia vero,nu.4. 5.in Gallia nō ſeruantur leges Imperiales,niſi quatenus fundatæ ſint in ratione naturali.Idem Caſſane.cōſi.63.quidam,nu.24. 6. ſi quis ducatur ad mortem liberatur,dum modo mulier ipſum in maritum petat.idem Caſſane.in conſue.Burgun.fo.55.col.4. 6. valet conſuetudo, quòd clerici conueniantur coram iudice ſeculari. 7.à ſententia lata in notorio nō appellatur, de generali tamen conſuetudine Franciæ ſic,idē Bermō. poſt alios vbi ſupra ver.notorium eſt,nu.24.8. Nō habet locū in Gallia,ti.de accu.ſed indiſtincte contra delinquētes proceditur p inquiſitionem

inquiſitionem,idem ibidem,ver.cum proceſſu,nume.3. 9.ex eiuſdem conſuetudine,fœmina ſuccedit in Regno, nō regulare,Io.Pariſien.de primogenitu,in qō.19. colum.2. 10.conceptus & natus extra Regnum , ſiGalliā venerit, non poteſt ibi domicilium conſtituere,nec beneficia in eodem obtinere,nec de acquiſitis diſponere , etiam in proprios liberos, aut alios propinquos,ſed Rex capit omnia , iure Albinagij, ſeu per Albenam,quia hij Albini appellantur, quaſi alibi nati. Caſſane.in conſue.Burgun.fo.94.nu.37.38.Boc.deci.13. pro cuius,nu.18.19.&.31. 11.in Gallia nō ſeruatur ordo.l.prolatam.C.de ſen.quòd teſtatur Pet.rebuf. in prohe.cōſti.rega. in glo.quinta,nu.88. 12.& vltimo (alia plura mittētes de induſtria) excommunicatos ad commercia hominum admittunt,vt etiam agant,contra.c.cū inter,de excep.idem Caſſane. in conſue.Burgun.fo.67 col.j.

I.SP. Certe,ex his, quæ mihi ſummopere placuerunt , abundat quàm maxime.

MAN. Et ad regulam facit,quia hinc videmus, quòd ex relictis eccleſijs,vel alijs pijs locis, poteſt epiſcopus legitimam portionem petere, ſecundum terræ conſuetudinemque maxime conſyderandam,vt per tex.ſignanter in.d.c.certificari, inquit Ro.conſi.233.præmiſſa. & ad idem dicit Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta,colū.97. de conſtitu. quòd ſuper non diſpoſitis aliquo iure, poſſunt fieri ſtatuta, ſicuti in conſuetudine quælibet prouincia abundat in ſpiritu ſuo , & colū.122.q ſicut cōſtitutio poſitiua ex cauſa modificat,& ampliat, & qn̄que corrigit ius diuinum,ita etiam facit ſtatutū, quod eſt pars iuris ciuilis,& hinc ( ſubijcit) dicitur,quòd quælibet prouincia abūdat in ſenſu ſuo.Et nihil aliud eſt hoc dicere, niſi quòd quælibet diſpoſitio regulatur à conſuetudine ſecundum Deci.in.l.j.col.6.C.de eden.Et ad idē Fede.de Sen. cōſi.17. quæſtio talis eſt,col.4.quòd legatus poteſt in prouincia ſua conſtitutionem facere,de tertia perſoluenda,quoniam aliàs conſuetudo ſuper hoc valet,& non eſt à lege improbata.

I.SP. Forte quadrabit & illud etiam,quot capita tot ſententiæ, voluntates hominum variæ ſunt, velle ſuum cuique eſt , nec voto viuitur vno.

MAN. Optime,adde cōp.quòd pectoribus mores tot ſunt,quot in orbe figuræ.tot opiniones,quot homines , & quòd denique ſuus cuique mos eſt.quod bene etiam poeta expreſsit, qui ipſe pariter dixit.



„ Tres mihi conuiuæ,propè diſſentire videntur.
„ Poſcentes vario multum diuerſa palato.

I.SP. Non alia ratione Caldæi,vno modo diei naturali initiū faciunt.Aegiptij aliò,Athenien.& Romani alio , ab ortu Solis,à ſexta hora diei,ab initio noctis,& à media.l.more Romano.ff.de fer.vnde iura,pro diuerſitate,cum temporis, tum loci,mutantur hac ratione,velut pondera,& menſuræ.c.non debet.de conſan.& affi.

MAN. Verum eſt,immo quòd quæ praua,aut recta ſunt,ab ipſis (quod aiunt)domeſticis laribus excutiuntur.

I.SP. Nunquid conſuetudo vnius prouinciæ liget aliam?

MAN. Non,vt not.in.c.j.de tempo. ordi. Iſer.in.c.j.de cogni.feu.Afflic.in.c.j.in.§.præterea,col.8.de prohi.feu.alie. per Fede.in vſib.& facit quod habetur in.l.fi.de iu.o.iudi. & ad propoſitum,quòd non poteſt eſſe noua.q.quæ in loco obſeruata eſt,quòdque ſeruadum eſt nunc etiam,quod antiquitus ſeruatum fuit,& mutari minime.quæ longam interpretationem habuerunt,nouiſsime tradit Bal.conſi.132.præſuppoſito , vol.j.& quòd mille ſint hominū ſpecies,rerumque diſcolor vſus, patet ex eo,quia plerunque in legibus quod iuſtum aliquibus videtur,iniuſtum eſt alijs.quod bonum aliqui putant, putant alij malum.Perſis,filiabus miſceri,legitimum eſt, Græcis nefarium,idem in Iudæis.Maſſagetæ vxores habēt communes, Græci hoc ipſum deteſtantur.Cilices ieiunis gaudent, Græci non.De dijs etiam aliqui prouidentiam confitentur, aliqui negant.Aegiptij vt nos corpora ſepeliunt,Romani incendebāt. Pæones vero in ſtagna,velut canes proijciūt.quot capita igitur (vt comicus ait,& dictum eſt ſupra)tot ſententiæ,pro ſuo arbitrio quiſque viuit,& (vt finiamus,modo quo cœpimus) quælibet prouincia abundat in ſenſu ſuo.

## Ad.c.quod ad conſultationem , de re iudi. Dialogus. 57.

### SENTENTIA.

I.SP. QVANDO à ſententia non eſt appellatum,& tranſiuit in rem iudicatam,iam nihil aliud reſtat,niſi ut executioni mittatur.c.quod ad conſultationem,de re iud.c.cum inter, co.ti. c.cum

c.cum dilectus, de elec.c.concertationi, de ap.in.6.Ro.conſi. 334.circa,col.2.Bal.conſi.344.ſuper eo, col.2.vol.j.Rota deci.379.ſi committatur,col.1.in nouis,vellem ſcire, quid in criminali cauſa?

**MAN.** Idem, ſi maxime crimen notorium ſit, aliàs ſecus, vt per Bal.in.l.raptores.C.de ep.& cle.l.diui.ff.de pœn.l. non tantũ. ff.de ap.l.vnum.§.fi.ff.de quæſtio.Tancre.in compen.ſua,rubri.8.q.4.Abb.in.c.de his,de accuſa.Nath.in cle.ſæpe, in.§.1. col.9.de verbo.ſi.

**1.SP.** Dicit etiam ad propoſitum Paul.de Caſ. quòd hoc caſu finem liti imponit,quòd amplius agi non poteſt,ne lis conteſtari,immo quòd conuentio valet de acquieſcendo ſententiæ,cõſi.100.in cauſa,col.1.vol.1.& probatur in.l.eleganter, in.§.ſi quis poſt.ff. de condic.inde.& in.l.1.in.§. ſi quis.ff. à quib.ap. non li.& in.l.fi.in.§.fi.C.de tempo.ap. & facit etiam glo. not. remiſsiue dubitans quoque,quid in excommunicatione,in.c. non ſolum,in ver.innouata,de ap.in.6.

**MAN.** Et nimirum adhuc, quoniam poſt biennium præſumit antiqua,ſecundum Bal.in.c.j.in.§.ſancimus,ad fi. quo tempo. mi.in uſib. habetur pro ueritate.l.ingenuum.ff.de ſta.ho.l.res iudicata.ff.de regu.iu.& facit denique de non ente ens, & è cõtra,deque uero falſum.l.ſi non ſortem.§. hæredi,ubi glo.ff.de condic.inde.Bal.in.c.conſtitutus, col.j.de reſcrip.Ias.in.l.Iulianus uerum debitorem, col.2.præallega.ti.de condic. inde. & declaratíue inquit Abb.in.c.de his,allega.etiã ſupra in prin. de accu.quòd tranſitus iſte in rem iudicatam,cauſatur ex quieſcentia condemnati. & facit tex. in. l. ab eo. C. quo modo & quando iud.& in.l.hæc ſententia.C.de ſen.quę ſi.cer.quan. & in.l.hi qui. C.de ap. & utrobique Bar. idem Bar.in.l.2.in 2. col.ff.de iureiu.

**1.SP.** An Iudex ex officio poſsit retractare ſententiam,quæ tranſiuit in rem iudicatam?

**MAN.** Non.l.j §.fi.& ibi Bar. ff. de quæſtio.l.j.& per totum.C. ſen.reſcin.non po.Areti.conſi.146 uiſa,col.2.

**1.SP.** Non obſtante quòd ſẽtẽtia tranſierit in rem iudicatam, ſi agatur,nec opponatur,ualebítne proceſſus inde factus?

**MAN.** Feli.in.c.inter monaſterium,col.10.limi.8.de re iudi.cõcludit. quòd ſic.idem Deci.in.l.edita,nu.82.ubi etiam ego.C. de eden.

**1.SP.** Quid ſi ſit ex præſumptionibus lata?

MAN.



**MAN.** Nunquam tranſit in rem iudicatam, quominus ſemper poſsit retractari.l.ſi hi qui.C.ad legem Iuli.de adulte.

**1.SP.** Pone quòd non appelletur, & ex ea peccatum ſequatur, quid iuris iſto etiam caſu?

**MAN.** Nec tunc in rem iudicatam tranſibit. c.fi. de excep.in.6. c.lator, de re iudi.Abb.in.c.nouit.col.6.de iudi.Caſſane.cõſi. j.col. 47.Poteſt etiam retractari ex cauſa.dato ꝙ tranſierit, ſi æquitas ſuadeat,& omins excep. opponi,quæ ſententiæ non repugnet,poſt eam,maxime ne quis conueniatur, niſi inquãtum facere poteſt.Gui. Pap.deci. 215.an executio, in fi.& deci.368.ſententia. & deci. 419. ex confeſsione, in fi.& quo ad regu.notandum eſt aliàs, negligentibus eſſe quid imputandũ ſi ſententia ſibi diſplicebat, cur non appellauerint.l.j.C.ſi ſæpi.in integ.reſti.poſtu.argu.in.l.fi.in fi.C.de anna.excep.& in l.cum poſtulaſſem,in prin.ff.de dam.infec.Bal.conſi. 366.quã quàm,col.j.uol.3.Qui dicit etiam conſi.218.quondam, col. ulti.eo.lib. egregium uerbum, quòd quando tranſiuit in rem iudicatam, iuſtitia amplius non attenditur, ex quo nunquam eſſet litium finis, authen. hodie. C.de ap.l.ſi ob cauſam. C.de euic.ſed ipſa ſententia tantum,& bene.l.cum putarem.ff.fami. her.l.eo tempore,in prin.ff.de pac.not.in.d.§.hæredi, & in.c. cum æterni, de re iudi.in.6.quo ſupra dicta redduntur dubitabilia,ita ut cogitandum ſit. Et quòd intelligatur ad materiam omnino res iudicata,quando ſententia per appellationem retractari non poteſt,declarat Seyſel.in.l.naturaliter, in.§.nihil comune, col.9.ff.de acqui. po. ſignanter per tex.in.d.c.quod ad conſultationem.

## Ad.c.inter corporalia, de transla.præla. Dialogus 58.

SPONSVS ECCLESIAE.

**1.SP.** SICVTI ſe habet ſponſus ad ſponſam,ita ſe habet prælatus ad eccleſiam.c.inter corporalia,de tranſla.præla.

**MAN.** Hæc eſt proprie Compater ſimilitudo,cõparatio.ſ.pluririũ caſuum ad diuerſas res, velut alterũ ad alterũ. ita Stepha. Fede.de ínterpreta.iu.memb.3.col. 17.quia dicimus etiam ſic, ſicuti ſe habet ſeruus ad Domiuum,ita ſe habet filius ad patrẽ, & libertus ad patronum, ut ibi, & inſti.de legi.pa.tu.et de tu. fidu.

fidu. Et ad propoſitum inde eſt æquum adhuc, quod prælatus ſubueniat ſponſæ, ideſt eccleſiæ ſuæ, neceſsitatem patienti, ut maritus uxori. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. §. ſin autem in ſeruiſsimo. ff. ſolu. ma. l. quod in uxorem. ff. de nego. geſ. c. ſicut uir. c. ſicut alterius. 7. q. 1. Bellen. in tracta. de charita. ſub. q. 49. ſi epiſcopus, col. 2.

I. SP. De matrimonio carnali ad ſpirituale, arguitur etiam, quia in utroque mandatum ſpirituale requiritur, ut inquiũt D. de rota, deci. 375. fuit dubitatum, col. j. in nouis.

MAN. Verum eſt, non ſolum ad contrahendum, ſed etiã ad agẽdum & defendendum. c. accedens, de procu. c. ſi quis. §. pe. de ele. in. 6. c. procurator, eo. ti. et lib. adde ꝙ eſt perinde ac ſi diceremus, de ſimilibus idem eſſe iudicium. l. non poſſunt. ff. de leg. ſignanter Rota, p. d. met tex. præallega. c. inter corporalia, deci. 432. licet in dubijs, col. 2. in nouis. Et ſicuti mulier dici poteſt uidua, ſi uirum habeat inutilem, quoniam nullum & inutile æquiparanĩ, ut inquit Abb. in. c. ſi proponẽte, in prin. de reſcrip. glo. in. l. fi. C. ad legem Faui. de plagi. l. quotiens. ff. qui ſatiſda. co. Bal. conſi. 365. quanquàm, col. 1. uol. 3. ita dici poteſt eccleſia. d. c. inter corporalia. in ſimili idem Abb. in. c. ad aures, in fi. de præſcrip. & idem in malo prælato, inquit Afflic. quæ ſint Rega. in prin. nu. 58. in uſib. plene Pala. ruuios, in repe. c. per ueſtras, de dona. int. ui. & uxo. §. 70. col. 5. ſicuti rurſum matrimonium corporale eſt maris & fœminæ coniunctio legitima, Inſti. de Iu. na. in. prin. ita eſt ſpirituale, Dei & fidelis animæ unio, opponiturque illi directo adulterium, iſti uero uitium omne.

## Ad. c. cum tu, de teſti. Dialogus 59.

### TESTIS.

I. SP. TESTES, quantum poſsibile eſt, ad concordiam reduci debent. c. cum tu, de teſti. Abb. in. c. tranſlato, col. 2. de cõſti. Bar. in. l. non ſolum, in. §. ſed ut probari, nu. 3. de no. o. nun. & in. l. inter ſtipulantem, in. §. 1. nu. 6. de uerbo. ob. & in. l. 1. nu. 13. C. de no. Co. faci.

MAN. Et hoc ipſum iuri gratiſsimum eſt, inquit idem Ancha. conſi. 214. Franciſcus, col. ulti. immo ſtatuta, leges, canones, & euangelia

euangelia



euangelia ipſa, repugnantiam habentia, ne dum teſtes, concordari debent, & ad unã conſonantiam redigi. c. dilectiſsimi. 8. q. 1. c. cum expediat, de elec. in. 6. l. 1. C. de inoffi. dot. idem Bar. in. l. omnes populi. ff. de Iuſti. & iu. idem Ancha. conſi. 422. uiſo puncto, col. 2. Nec ſecus in confeſsione procuratoris, & aſſertione rei, dicit Rota, deci. 471. in cã, in prin. in nouis. & ad teſtium propoſitum Alex. tex. præallega. in. c. cum tu, ad hoc uulgarem eſſe, quòdque id maxime locũ habet, ſi deponant in fauorem rei, conſi. 156. animaduerſis, col. 7. uol. 2. plene Bal. in. l. item uidendum, in prin. ff. de peti. hæ. idem Alex. in. l. diuortio, in prin. col. 2. ff. ſolu. mat. Bar. conſi. 92. in quæſtione, col. ulti. exemplificatque Alex. in. d. loco, & Bar. in. l. 2. in. §. creditum, col. 2. ff. ſi cer. pe. ſi quidam ante nup. vel ante bellum dicant, quidam vero poſt, vt ſuppleatur, ante nuptias, vel bellũ finitum, poſt vero contractum.

I. SP. Sed quid ſi delictum nõ eſſet reiterabile, puta homicidiũ?

MAN. Iſto caſu putarem, hoc ipſum fallere, vendicareque ſibi locum in reiterabilibus tantum, quoniam hæc intelligenda ſunt pluries commiſſa, & ſic pluries peruenienda. l. inde Neratius. §. fi. ff. ad legem Aqui. l. cõfeſsionibus. ff. de int. ac. l. ſi ſic, de verbo. ob. l. quoniam. §. pe. ff. rem pup. ſal. fo. niſi plura delicta reiterabilia ad vnum tendãt effectum. l. illud. §. fi. ff. ad legem Aqui. omnia & fuſius idem Bar. conſi. 117. accuſatio, in fi.

I. SP. Si contrarietas ſit inter dictum teſtis & partis, quid iuris?

MAN. Regula etiam hoc caſu fallit, quoniam dictum partis fidẽ non facit, ut per eundem Bar. in. d. §. creditum.

I. SP. Pone quòd obſtetrices interrogatæ dixerint, puerum eſſe minorem. 14. annorum, quòdque ſciunt, quia viderunt eũ naſci, & quòd ab eo tempore citra non concurrerũt perfecte anni. 14. interrogatæque rurſum, quo anno natus ſit, dicant neſcire, erítne probata ætas?

MAN. Prima facie videretur dicendum, quòd non, quia ignorãs principium à quo debet fieri numeratio, ignorat etiam dinumerationem. l. non facile. ff. de gradi. tamen cõtrarium verius eſt, quia ad concordiam reduci poſſunt, cum ex diſpoſitione iſta appareat quòd intellexerunt quotitatem anni, dinumerando à dicto tempore, licèt dicant neſcire, dinumerare ſcilicet, quotitatem. d. anni, ita Bar. in. l. de ætate, col. 4. ff. de mino.

I. SP. Dixit rurſum teſtis examinatus in palatio ſuper vno articulo, contractum celebratum in palatio epiſcopi, ſuper alio,

MAN. I in

in hoc palatio, ſaluabitúrne, cum ſit directo contrarius ſibi?

**MAN.** Saluabitur, quia verbũ hoc, ſeu articulus, refertur ad oculum intellectus, in hoc palatio, ideſt epiſcopi, idem Barto. in. l. prima, paulopoſt prin. ff. de no. om. nuncia. & in. l. prima nu. 19. ff. de pecu. immo quòd verba etiam impropriantur, vt ſaluentur dicta teſtium, & ne incidant in falſum, vt not. in. d. c. cũ tu. Seyſel. in repe. l. vt vim, col. 18. in not. q. ff. de Iuſti. & iu.

**I. SP.** An verba debeant ſaluari etiam in vno teſte tantum?

**MAN.** Non, ſed cum diuerſi ſunt, & eſt intellectus ad. d. c. cũ tu, declarat Bar. in. l. eos, in fi. ff. ad legem Cor. de ſal.

**I. SP.** Si teſtis dixiſſet in oſtio, alius iuxta oſtium, quo modo poterunt ſaluari?

**MAN.** Optime, quia in oſtio exponetur, ideſt iuxta oſtium, idẽ Bar. in. l. ſi ſtatua. ff. de iniur.

**I. SP.** Non videtur tamen, quòd poſsint ad concordiam reduci, ſi rurſum dicerent, diſpariter inſtitutos fuiſſe inſtitutos æqualiter.

**MAN.** Immo poterunt, quia intelligetur eo tẽpore, vt per Ro. in. l. ſi finita in. §. cum autem. ff. de dam. infec. & pro declaratione notandum eſt, me dixiſſe inter reſpondendum, ſaluandos eſſe, ne incidant in falſum, quoniam aliàs non probant. d. c. cũ tu. Bar. in. d. l. inter ſtipulantem, & in. d. l. 2. ſi cer. pe. & in prælega. §. cum autem, Ro. Qui dixit quoque in. §. illud, ea. l. & ibi Bar. ante eum, quòd etiam Iuriſcon. contrarii ad concordiam reducendi ſunt, & bene, vt de legibus & ſtatutis ſupra nouiſſime de Iureconſul. Flo. in. l. fi. ff. ſi ſer. ven.

**I. SP.** Dixiſti vnum, quòd non probant.

**MAN.** Ro. eſt, qui dicit, in loco præallega. ex not. per cũ ibidẽ.

**I. SP.** Non videtur verum, quia non dicuntur contraria, quæ diſtinctione poſſunt concordari, vt ſupra tradit etiam Pau. de Caſ. conſi. 21. primum dubium, in prin. vol. 1.

**MAN.** Quid tum, hoc verum eſt, ne incidant in falſum, non ut probent.

**I. SP.** Eſtne idem in inſtrumentis dicenduum, quod in teſtibus?

**MAN.** Idem, quod tenet Bal. & verum eſt, conſi. 293. præmiſſis, col. 2. vol. 1. & eſt argu. in. l. in exercendis. C. de fi. inſtru.

**I. SP.** Quid in confeſsionibus partis?

**MAN.** Primæ probant, ſecundæ non, ideo hoc caſu, interpretatio. d. c. cum tu, locum non habet. Bellame. deci. 703. ſi in cauſa beneficiali, in fi.

I. SP.



**I. SP.** Vnus euangeliſtarum, ad teſtium propoſitum, teſtatur in paſsione Domini, Chriſtum dixiſſe Petro, Mitte gladium in vaginam, alius vero, quòd dixit, Mitte eum in locum ſuum, quo modo ſaluandi ſunt?

**MAN.** Effectualiter, & quantũ ad ſenſum (ſpiritus ſanctus enim nõ habet diſcordiam, nec in eo contrarietas inuenitur) quia vagina eſt locus ſuus, vt per Bal. conſi. 445. optime, col. 2. vol. 2. Tolle tu aliud exemplum, poſtquàm me excitaſti.

**I. SP.** De induſtria feci.

**MAN.** Marci. 16. c. dicitur, tres adueniſſe Marias. Math. vero. 28. duas tantum, quomodo ſaluantur?

**I. SP.** Non video, quòd poſsint ſaluari.

**MAN** Ergo Spiritus ſanctus, quo loquebantur magnalia Dei diſcordiam habet? abſit à ſeculo, vt dictum eſt, ſaluantur igitur, Matthæum, breuitatis cauſa, hoc idem dixiſſe, non quòd tres non eſſent. Ad idem Luc. 24. dicitur, O ſtulti & tardi corde ad credendum. Math. vero. 6. Qui dixerit fratri ſuo, fatue, reus erit gehennæ ignis. Ad quod dici etiam poteſt, quòd primo caſu non vocauerit eos ſtultos, verbũ hoc capiendo proprie pro ſtultitia, ſed pro cæcitate intellectus. Adhuc ad idem dixit in paſsione Domini Mar. CHRISTVM crucifixum fuiſſe hora tertia. Io. vero, ſexta.

**I. SP.** Certe prima facie mihi diuerſa hæc eſſe videntur, & valde repugnantia.

**MAN.** Tamen non ſunt, & ad iſtud dici etiam poteſt, quòd erat infra tertiam & ſextam, quòdque medium ab vtroque extremorum potuit denominari. l. 3. §. filius. ff. de libe. & poſthu. Aliter Aug. quòd hõra tertia crucifixus fuit lingua Iudæorũ, dicentium, crucifige. ſexta vero à militibus. cap. periculoſæ, de pœni. diſ. 1. Dixit ibidem rurſus Io. 18. CHRISTVM reſpondiſſe, Si male locutus ſum, teſtimonium perhibe de malo, ſi bene, quid me cædis? Math. vero. 5. Si quis te percuſſerit in maxilla, præbe ei alteram. & magis vrget. Sed ſaluantur, Mat. hoc vltimum dixiſſe, non abſolute, ſed quantum ad præparationẽ animi. Idem Io. 18. dixit, quòd CHRISTVS in cruce bibit acetum. Math. vero. 28. quòd noluit bibere. & eſt verum, quia parum bibit, parumque & nihil æquiparantur. c. inter corporalia, de transla. præla. l. quamuis. ff. de condi. & de. cum ſimilibus. Vltimo dixit Mar. 16. quòd reſurrectionis Dominicæ die, mulieres ad monumentum acceſſerunt, orto iam

I 2 ſole,

ſole, Ioan. autem. 20. quòd adhuc tenebræ erant ſuper terram, ſed concordantur vt ſupra, quòd aurora medium eſt inter noctis tenebras & perfectam diei lucem, quo fit vt medium ab vtroque extremo denominari omnimodo hoc quoque caſu potuerit. d. §. filius. Addi tamẽ poteſt & aliud, ꝙ adhuc Io. 18. & Mat. 26. videntur quo ad negationem Petri cõtrariari, quo ad perſonas interrogantes, & quo ad locum in quo negauit, & contrarietas ſaluari, ſatis eſſe quòd in ſubſtantia concordẽt, quòd negatio trina fuerit, licèt in circunſtantijs diſcrepantia inueniatur, & contrarietas, ex quo parum curatur, cũ illa fuerit eorum principalis intentio, iuxta not. per Bar. in. l. eos. ff. ad legem Cor. de fal. eſt bene verum aliàs, hoc caſu, quòd teſtibus multum fidei detrahitur, licèt euãgeliſtis omnimodo credatur, vt in locis ſupra vbi de materia late, allega. not. nouiſsime Grat. cõſi. 2. in præſenti cauſa, col. 2. vol. 2 multa Deci. ad propoſitum, conſi. 10c. in cauſa, col. 3. &. 4. vol. 1.

**I. SP.** Certe omnia pulchra fuerunt, & adeo bene reſoluta, vt non ſit amplius à te aliud Comp. deſiderandum.

**MAN.** Si plura ſuccurriſſent, plura etiam tibi dixiſſem, & cũ hæc ſint ſatis, tranſco.

## Ad. c. cum eſſes, de teſta. Dialogus. 60.

### SOLENNITAS.

**I. SP.** VBI veritas eſt, ibi eſt ſolẽnitas de iure canonico, quod deſeruit iuri diuino, & nõ humano, & quod ambulat ſicut pædagogus diuinæ legis, in iuſtificationibus diuinis, & non in apicibus humanis. c. relatum. c. cum eſſes, de teſta.

**MAN.** Recordor etiam, me hoc idem alibi legiſſe, fueruntque, ni fallor, per. d. iura, verba Bal. conſi. 352. in puncto, volu. 4. & conſi. 404. præmittendum ad fi. vol. 5. Qui dicit etiam conſi. 20. ſuper primo puncto, col. 2. eo. lib. quòd quandoque ſolennitas remittitur fauore teſtatoris, vt in milite. quandoque fauore eius, cui relinquitur. l. hac conſultiſsima. §. ex imperfecto. C. de teſta. quandoque fauore cauſæ in quam relinquitur, præallega. c. relatum, & cum eſſes, & ſcitu dignum eſt. immo dico tibi, quòd nec in. d. iuribus eſt ſolennitas, ſed mera probatio, quæ poteſt fieri per duos teſtes idoneos, quorũ dictis lux veritatis



aſsiſtat. quòdque dicta iura adhuc contra ius ciuile tres rationes inducunt, ius diuinum, Sanctorum patrum inſtituta, & generalem eccleſię conſuetudinem, & tota conſtitutio generaliter intelligitur. l. regula. §. fi. ff. de iu. & fac. igno. Bald. conſi. 185. ſi quis, col. 2. vol. 5.

**I. SP.** Scio quòd legata etiam ad pias cauſas valent, cum duobus teſtibus, quòdque ſtatur iuri noſtro quantum ad alia, vt per Bar. in. l. fi. C. de his quæ pro non ſcrip. ha. etiam quòd nõ fuerint rogati, Pau. de Caſ. conſi. 75. Viſa, col. 1. lib. 1. & conſi. 97. ſuper primo in prin. eo. lib. & quòd ius ciuile non ſeruatur ad pias cauſas, ſecundum Bal. per iura prædicta, conſi. 93. ſuper dictis punctis, vol. 2. & quòd in terris eccleſiæ ſufficiant duo teſtes, cum parrocchiano, exemplificando in terra Rauennæ, vt probat & deducit Alex. conſi. 17. ponderatis, col. 4. vol. 3. Verum quæro, aliquis condit teſtamentum, religionem ingreditur, poſtea vult aliud facere, an ſeptem teſtes requirantur, vt in primo?

**MAN.** Credo quòd non, quoniam tunc actus ſubijcitur diſpoſitioni iuris canonici, & ita tenuit But. in. c. in præſentia, de proba. tamen non firmo, ex quo alia ratione contrarium ſuaderi poſſe videtur, vt per Abb. ibidem, col. 21.

**I. SP.** Donatio omnium bonorum, præſentium & futurorum, facta, non valet. l. fi. & ibi not. C. de pac. l. ſtipulatio hoc modo concepta. ff. de verbo. obliga. an facta ad pias cauſas valeat?

**MAN.** Ancha. dicit, quòd ſic, quia inter res diuinas & humanas diſcrimen eſſe debet, prærogatiua eccleſiaſtica conſeruari, nec legibus eſſe ſubiecta, cõſi. 231. de primo dubio, col. 2. & conſi. 337. de efficacia, col. 3. quòd relicta ad pias cauſas, ſiue pro anima regulantur à iure naturali & diuino, quo in ore duorũ vel trium ſtat omne verbum. c. in omni, de teſti. c. nouit, de iu.

**I. SP.** Papa concedit alicui poteſtatem teſtandi de bonis paternis, puta Monacho, quomodo intelligetur hæc conceſsio?

**MAN.** Secundum ius canonicum. & non ciuile, & ſic ſecundum iura ſupra dicta, ita Bald. in. l. ſi quando, in fi. prin. C. de inoffi. teſta.

**I. SP.** Si præteritus approbet teſtamentum, in quo ſint inſtituti pauperes Chriſti, quid iuris?

**MAN.** Conualeſcit de æquitate, & ex teſtamento etiam imperfecto, hæreditatem adire poſſunt, vt per. d. iura, relatum, & cũ eſſes, inquit idem Bal. in. l. poſthumo, col. 2. C. de bo. po. contabn

tabu.& ad propoſitum quòd valeat teſtamentum coram duobus teſtibus de iure diuino, firmat in.l.fi.col.2.C. de teſta. & in.l.iubemus,in prin.C.eo.& in.l.de quibus,colu.4.ff.de legi. quòd hæc conſuetudo nullam incõuenientiam habet, ex quo voluntas eſt clara,licet teſtium ſolennitas non adſit.& in.l.ſed ea,quòd eſt conſuetudo rationabilis.ff.eo. nonnihil Areti.cõſi.64.diligenter, colu.pe.quòd in relictis ad pias cauſas, ceſſat omnis teſtamentorũ ſolennitas, Calde.conſi.8.teſtator,de teſta.Pau.de Caſ.conſi.75.viſa, col.1.volu.1.& conſi.97.ſuper primo quæſito,in prin.eo. lib.Bal.cõſi.93. ſuper dictis pũctis, vol.2.

**I.SP.** Hoc ſolum ſcire cupio,ſi quid dicitur in.d.c.cum eſſes,& relatum,alicubi ſeruatur,& non ius ciuile,etiã quòd laici ſint nec teſtamentum aut r elictum ſit ad pias cauſas.

**MAN.** In Gallia ſeruatur, vt teſtatur Pet.rebuf.in cõſtitu.Reg. in glo.5.nu.75.& Venetijs, vt in.l.ſi non ſpeciali.C. de teſta. & in.l.in hac,& vtrobique Bal.C.de dona.pro intelligentia tamen iurium ſupra dictorum non omittens,duo requiri, quòd diſponens ſit æger, & in extrema voluntate conſtitutus, & quòd in præſentia proprij curati diſponat,ſicuti in milite deſideratur militia, & quòd ſit in conflictu belli,vt teſtamentum iure militari factum valeat,de quo tamen fuſius videndus eſt Gui. Pap.deci. 543. vltimarum,col. 2.&.3.

* * *

Marci



# Marci Mantui, Bonaviti, Patavini, Iurisconsulti, Caesarei'que Comitis minimi Dialogorum.

## Liber Quartus.

### Petrus Leoniſſa, Man.

### Ad.c.clericus, de vi. & ho.cle. Dialogus 61.

### Coma.

**P.L.** EX CONCILIO Carthaginenſi habemus, quòd clerici non poſſint neque comam neque barbam nutrire.c. clericus,de vi.& ho.cle.

**Man.** Anacletus etiam,natione Græcus,patria Athenienſis, qui Clementi ſucceſsit, Neruæ Traiani temporibus, inſtitutis & moribus Eccleſiam Romanam confirmaturus, idem ſtatuit, ne præſul ſcilicet, ne ve clerici, barbam, vel comam; nutrirent. Idem Anicetus,natione Syrus, qui Antonini veri tempore fuit, ne moribus peculantium quorundam, eccleſia prædicta labefactaretur. Immo quòd neque flamen dialis (inquit Gelli.noc.Atti.lib.10.c.15.)cùm it ad Argeos,comit caput,neque capillum depectit.

**P.L.** Quare hoc idem factum eſt,neſcio.

**MAN.** Quia coma propric eſt mulieris,& ſubiectionis ſignum. c.quæcunque.30.diſ.ad quod alluſit poeta, quando dixit,
„ Sint procul à nobis iuuenes ut fœmina compti. Immo quòd plus expedit deformato capite Deo conuiuere, quàm crines poliendo humani generis hoſti ſeruire, ut in monialibus lo-

 cutus

cutus quoque inquit Io.And.in cle.attendentes,& ibi glo. co matis & cornutis crinibus de ſta.mo. Tonſura etiam ſignum depoſitionis eſt temporalium, corona uero quã deferunt ſacerdotes, ſignum regni, quod à Deo optimo maximo expectant, clerici enim Reges ſunt, & coronam habent ab inſtitutione Romanæ eccleſiæ, in ſignum prædictum. c. duo ſunt. 12, q. 1.

**P.L** Quare circularis carens angulo?

**MAN.** In ſignum carentiæ ſordium, quoniam ubi angulus, ibi ſordes, vt ſe & alios virtutibus regant, & ſordibus emundent, ac regnent in Deo, & ſuſius glo.tonſuram, in clem. quoniam, de vi.& ho.cle.& licèt dicat text. in loco prægallega. ꝙ hoc ab inſtitutione eccleſiæ habent, fuerunt tamen alij dicentes, originem à Nazareis ſumpſiſſe, qui, ſeruato crine, radebant caput, ad continentiam, & capillos in igne ſacrificij ponebant. Alij à Petro in memoriam dominicæ paſsionis, & ſignum coronæ ſpineæ, ſed non multum refert, ſatis eſt ꝙ hoc ipſum ſit in præcepto, vt dicit Cardi.in.c.clerici, in fi.de vi. & ho.cle. Quid ꝙ Diogenes Xeniadis Corinthij ſeruus, captus aliàs, & & in Creta ſibi venditus, filios comam radere iuſſit, eoſque ſi quando prodeundum eſſet in publicum incomptos producebat, inquiens cæteros ceſariem alere ad commendationem formæ. Macedones vero Alexander barbam radere.

**P.L** Sicuti non eadem iura apud omnes ſeruantur, ita fit, vt nec ijdẽ mores ſint, eademque viuendi ratio.c.certificari, de ſepul.

**MAN** Bene dicis Petre, quoniam Spartanis contra, ſtudio eſt comam alere, narràtque Lycurgum rationem reddidiſſe, ex quo inquit, Coma formoſis addit decorem. Lacedomonijs vero barbam & comam, quoniam ornatus eſt homini omnium pulcherimus & proprius, qui nullo conſtat impendio. Immo ꝙ ſignum nobilitatis erat, quandoquidem ars cum ſeruilis eſt, ac laborioſa, impedimento ſit, vt artifices nec comam nec barbã nutriant. Nihilominus in clerico omnino cum & barba & coma longe magis mollitiem quandam arguant, & muliebrem (vt diximus) ornatum, optime factum eſt, vt hoc ipſum facere non audeant, ſed vt ei ſit potius quemadmodum ſatyrus ait.

» Supercilio breuior coma.

Ex quo ſit vt celebre apud Græcos prouerbium etiam inde natum ſit,

ουδεὶς κομήτης ὅστις ου βινειται. Ideſt nullus comatus, qui idẽ cynædus non ſit. Et licèt optima ratione barbatus Aeſculapius pingatur, qui αρχιατρος appellatus eſt, ideſt medicorum princeps, ſuppra tamen imberbis colebatur. Campanis diſplicebat pariter, & in bello inutilis eſt. & ſi hæc vera ſunt, quomodo id verum quoque eſſe poteſt ſimul, quod quidam dicunt, ꝙ coma in ſenibus eſt reuerenda, veneranda in Sacerdotibus, terribilis in bellatoribus, decora in adoleſcentibus, dulcis in pueris, & compta denique in mulieribus? & quia de his (vt intellexi) & potiſsimum de ſacerdotum barbis, plura dixit aliàs P. Pierius Valerianus, vir alioquin de literis optime meritus, ex eo, tanquam ex vberrimo fonte, ſi placet, huiuſce rei aquam ſapientiæ haurias, & quantum ſatis ſit tibi bibas.



## Ad.c. forus, de verbo. ſi. Dialogus. 62.

### IVDEX.

**P.L** IVDEX, eſt ne idem quod ius dicens?

**MAN.** Si à ius dicẽdo, vel iuriſdictionem, deriuare dicamus, idẽ erit omnino.c.forus, de verbo.ſi.alias verbum elegantius eſt, & omnino plus importare videtur, ius dicens, & ius dicere, quàm Iudex & iudicare.l.j.ff.de.iu.o.iudi. Sed quare ſic iſtud ipſum à me petijſti?

**P.L** Quia inter Petrum nepotem tuum, & me, orta eſt contentio, & non parua quidem, an eſſent ſynonima, nec ne.

**MAN.** Laudabilis contentio fuit. hoc modo enim fit, vt diſceptatione ſtudioſa, veritas inueniatur.l.munerum.§.mixta.ff. de mu.& ho.l.nemo.C.de ſum.tri.& fi.ca.

**P.L** A Iudice etiam iudicium deriuatur.d.c.forus.

**MAN.** Verum eſt, ſed proprie dicitur, dum negotiũ diſcutitur, vt ibi, tradit Gui.Pap.conſi.141.nobilis Ioannes, col.2.Bal.in l.j.col.j.C.de præſcrip.lon. tẽpo. Abb.in rub.de iud.col.j.pariter. & propriæ dixi, quoniam quandoque pro actione ponitur.l.j.ff.re.amo.l.hæredes.§.j.ff.fami.hercil.l.j.in prin.ff.de ædi. edic. quandoque pro ſententia.l.ſi rem.§.fi.ff.de euic. interdum pro teſtamento.l.diuus Traianus, in fi.ff.de mili.teſt. & aliter vt in.d.rub.de iudi. & dicit etiã Alex. quòd eſt locus publicus, vbi præſumitur adeſſe hominum multitudo, conſi. 114.viſo, col.vltĩ.vol.6.

P.L

P.L Intelligo,ſed non quæ ſit forma iudicij.

MAN. Forma iudicij eſt tempus, ſecundum Bal.in.l.j.col.16.C. qui accu.non po.

P.L Quæ figura ipſius?

MAN. Lit.con.ex quo ante quaſi figuratum dicit idem Bal.in.l. j.in.§.ſimilique modo.C.de lati.lib.tol.

P.L Ex quibus perſonis conſtat?

MAN. Ex tribus,Iudice,actore,& reo,præallega.c.forus.not.in d.rub.de iudi.Ancha.conſi.271.de titulis, col.vlti.& in.c.canonum ſtatuta,in repe.col.151.de conſtitu.Ro.côſi.176.iſtæ ſunt,col.2.Bal.conſi.121.à capite,col.4. vol.3.additur tamen & teſtis in.c.j.4.q.4.& hæc quoque iudicij forma dici poteſt.

P.L In eo adhuc ſcirem libenter,quæ nam.q.q.incidant.

MAN. Et ſi haud dubitem,te hoc ipſum non ignorare, cum magnus praticus ſis, & in Epiſcopali foro verſes quotidie, vbi primas etiam occupaſti partes,dicam tamé,ſed primum velim ſcias,quod maxime ad ſupradicta confert, ſi ex.d.perſonis nô conſtaret,viciari,ꝙ quę tunc formæ ineſſet peccatū.hinc proditum eſt, ſi ſtaret ſtatutum, quem teneri præciſe accuſationi reſpondere, quòd nihilominus reſeruatis ſibi exceptionibus ad impediendam conteſtationé audietur, obijciens exceptionem Iudicis incompetentis.l.exceptionem,& ibi Bal.col.vlti. C.de proba.Gui. Pap.conſi.119.ex proceſſu, col.4.modo ad interrogata reſpondeo, quòd quatuor ſunt.q.q. incidentes. Coniecturalis,ſi homicidium factum ſit, nec ne, vel tale quid aliud.Diffinitiua,cum de nomine rei eſt controuerſia, an cõtractus ſit emptio vel locatio.Iuriſdictionalis,cum factū conceditur,ſed an iure factum ſit,nec ne.Legitima,cum de legum & iurium interpretatione contenditur.& fuſius Ci. & ex noſtris pulchre Fed.de ĩterpræta.iu.in.præfa.primæ partis,col.6.

P.L Quotuplex medium eſt in iudicijs?

MAN. Triplex,temporis,ordinis & probationis,exemplificando,vt per Bal.in.l.j.in.§.j.col.2.lec.j.ff.ſi quis ius di.non ob.

P.L Hoc ſolum dicas,ſi peruerti poteſt iudiciū, & quot modis.

MAN. Quis eſt, qui hoc non ſciat, peruerti enim,& ſine dubio quidem poteſt,ac quatuor modis,amore, timore, ira, & odio c.quatuor.11.q.3.quibus proximum illud Salluſt.eſt, eos qui de rep.conſulunt,ab hiſce etiam liberos eſſe oportere. Immo
„ ꝙ hoc ipſum eſſe poſſit,fatetur.Q.Cur.ſic in epiſto.ſcribens,
„ lib.4.eſt ne homo adeo natura ſtabilis,qui quandoque aut iniuria,



„ iuria, aut præcibus,aut amicorum cõplacentia non flectatur?

P.L Si liceret tamen adhuc aliud peterem, quod facile me impetraturum confido.

MAN. Miror ꝙ omnia non dicas,docere & dicere adeo aſſueui, vt nil mihi laborioſum aut difficile eſſe poſſit. Quid eſt,quod ſcire cupis?

P.L Quare ſic iura ferrea, inſanumque forū dicatur, ſic etenim poeta ait.

„ Quos rami fructus,quos ipſa volentia rura,
„ Sponte tulere ſua,carpſit nec ferrea iura,
„ Inſanumque forum,aut populi tabularia vidit.

MAN. Ferrea,quia inexorabiles ſunt Iudices,eſtque lex, quàmuis dura, ſeruanda.l.proſpexit.ff.qui & à quib.l.& ſi ſeuerior ff.ex quib.cau.inſa.irroga.Inſanum forum,ideſt litigioſum & iurgijs plenum.qua de re,& cum hoc finio,Romæ, Iudices & magiſtratus, ſub diuo forum habebant, quo ſe citius litigantes expedirent, & à litibus abſtinerent vnde poeta alius neſcio quis.

Per fora clamoſas exercent improba lites
Cauſidici,Marſus concinit arma virum.

Exemploque ſunt omnibus Athenieſes, qui forum fugiebāt, eò non deſcendentes,niſi coacti,& magno pudore,ue viderentur litigioſi.& de his ſatis.

## Ad.c.intelligentia, de verbo. ſi. Dialogus. 63.

### INTENTIO.

P.L VERBA deſeruiunt intentioni,non intentio verbis.c.intelligentia.c.præterea.c.in his,de verborum ſig.c.ſecundo requiris,de ap.

MAN. Dixi ego aliàs ſatis, cū Illuſtri Comite Georgio Triul. locutus,dum ad materiam à me multa quereret.

P.L Recordor ferè omnia,quæ à vobis dicta fuere.

MAN. Igitur non multum à nobis eſt nunc in hoc immorādū.

P.L Verum eſt,ſed tamen pauca dicam,ſi verum eſt igitur,ꝙ verba intentioni deſeruiant,non è contra, verius erit etiam,à verbis recedendum eſſe,ſi de mente aliter conſtet.

MAN. Quis dubitat,cum ſit caſus in.l non aliter.ff.de lega.3.& hoc

hoc eſt, quod dicebat Bartol. in l. in ambiguo. ff. de reb. dub. ꝙ quando verbũ plures habet ſignificationes, illa accipitur, quæ congruit menti & voluntati diſponentis. Idem quoque in l. non dubium, col. 3. C. de legi. & Soci. in l. Mutianæ, col. j. & 2. ff. de condi. & de. ꝙ Mutius mentem potius, quàm verba teſtatoris ſequutus, cautionem Mutianam inuenit, vt legatarius actioné ad legatum conſequeretur.

P.L. Nonne verbum eſt formæ orationis, quod det ipſi regimé & eſſe, & quod habet ſignificare per modum fieri vel agere?

MAN. Eſt vtique, & dubitandi ratio in l. verbum volo. C. de fideicom. ſed (vt ibi dicitur) ſenſus intellectualis orationé perficit, ſi in ſuo conſtructu perfecta non ſit, & idem in ſtatutis dicit Ro. conſi. 65. viſo themate, col. vlt. & generaliter verum in omni ſermone, ad intentionem ſemper recurrendum eſſe. c. dilecto, de verbo. ſi. c. cauſa. c. fi. de præben. c. cum in illis, eo. ti. in 6. c. ex multiplici, de deci. Vel in reſcriptis loquamur. c. expoſita, de arbit. c. audita, de reſti. ſpo. c. ſuper eo, de offi. de. vel in beneficijs. c. ſuper. c. fi. de præben. Vel in contractibus. l. inquiſitio. C. de ſolu. c. petitio, de iureiu. Vel in iudicijs. l. ſi quis intentione ambigua. ff. de iudi. vel in vltimus voluntatibus. l. impuberibus. ff. de condi. & de. d. l. non aliter. l. ex facto. ff. de hæ. inſti. & hoc caſu præualet verbis voluntas non ſolum expreſſa, verum etiam tacita, & verbis coniecturata. l. cum acutiſſimi. C. de fideicom. l. generaliter. C. de inſti. l. cum auus. ff. de condi. & de. pleniſsime Soci. conſi. 26. cum ſuper, col. 2. vol. 4. Et cum hoc ipſum indubitatum ſit, dixerimque ſatis alibi aliquando, nunc aliter non inſiſtam, nouiſsime tamen addendo ad ſupradicta ſi de mente diſponentis appareat, ꝙ à verbis recedimus, Gui. pap. deci. 353. teſtator, col. 2. & deci. 548. mulier col. 2. pariter. Et ꝙ facilius admittitur verborum declaratio, quàdo ambigua ſunt, quàm voluntatis quãdo verba ſunt clara, ex quibus volũtas declaratur. l. labeo. §. idem Tubero. ff. de ſup. lega. Seyſſel. in l. naturaliter, in §. nihil cõe. ff. de acqui. po.

## Ad c. ſecundum de arbi. in 6. Dialogus. 64.

VNAQVAEQVE IN SVO FORO.

P.L. QVANDO leges & canones diſcordant, quid eſt agendũ?

MAN.



MAN. Si lex abſque peccato ſeruari non poteſt, canõ ſeruandus erit in vtroque foro. c. fi. de præſcrip. ex quo peccati nutritiua non valet. c. poſſeſſor, de regu. iu. in 6. aliàs quælibet ſeruabitur in ſuo foro. c. 2. de arbit. eo. lib. j. glo. in d. c. poſſeſſor. Bar. in l. priuilegia. C. de ſacroſanc. ec. Abb. in c. eccleſia S. Mariæ, col. 5. de conſti. Ancha. in repe. c. canonum ſtatuta, col. 36. de conſti. Aliter etiam & pulchre declarat Soci. in c. fraternitatis, col. 33. de teſti. ꝙ quàmuis regulariter quãdo ius ciuile diſcordat à canonico, in materia differenti, illud debeat ſeruari in foro Cæſaris, & canonicum in eccleſiaſtico, vel in terris eccleſiæ verum eſt tamen, quãdo ius ciuile eſt certum, & in eo nõ ſunt opiniones, aliàs ſi ſint, & poſtea facta reperiatur per ius canonicum, ſecus, & vt per eum ſuſius. quia idem quod ſupra Abb. met etiam dicit in c. j. col. 3. de no. o. nun.

P.L. Pone quòd duo ſint arbitri, certum eſt de iure ciuili, quòd unus ſine alio poteſtatem non habet. l. Pedius. ff. de arbit. de iure canonico uero ſecus, præallega. c. 2. eo. ti. in 6. quid iuris?

MAN. Ius canonicum in foro eccleſiaſtico, inque terris eccleſiæ ſeruabitur, ut per Abb. conſi. 77. in quæſtione, col. 4. vol. 2.

P.L. Quoniam arbitri quidam uoluntarij ſunt, quidam neceſſarij, habebit ne locum quod dixiſti generaliter in omnibus arbitris?

MAN. Non, ſed in uoluntarijs tantum, ſecundum Bar. in l. item ſi vnus, in §. item ſi plures, in prin. ff. de arbit. Alex. in l. duo ex tribus, in prin. ff. de re iudi. Deci. in c. prudentiam, col. 7. de offi. de. & quòd in foro Cæſaris debeat ſtari Cæſari, in foro uero clericorum, conſtitutionibus eorum, pulchre tradit Bal. in l. per hanc, col. 8. C. de tempo. ap. ſubijciens iſtud continere æquitatem, quòdque in eo ſeruatur æquitas, in illo autem rigor, quia rigorem continet pariter. c. dilecti, de iudi. l. ſi fideiuſſor. §. quędam. ff. man.

P.L. Dixiſti Pater & præceptor, quòd utraque lex in ſuo foro ſeruanda eſt, pone quòd ſimus in terris eccleſiæ, nónne ius canonicum ſeruandum eſt, quod iuri ciuili etiam derogat?

MAN. Eſt utique, ſed in ſuo foro dixi, non quòd non ſit etiam ciuilis à laicis ſeruanda in ſuo, & quòd in terris eccleſiæ ſeruetur, & deroget iuri ciuili, ut ais, probatur in d. c. 2. & in c. j. de no. o. nun. & in c. ſi duobus, de ap. Lap. conſi. 43. punctus, col. j. in fi. & conſi. 70. punctus, col. vlti. & de hoc etiam alibi ſatis ego, addoque ſimile nunc, & finio, quod Alex. adducit poſt multas

multas ſol.in.l.ſi ab hoſtibus,in vlti.col.ff.ſolu.ma.quòd cum l.illa,&.l.cum ratio,in fi.ff.de bo.dam.ſint contrariæ, unaquæque in caſu ſuo ſeruanda eſt. ad quod facit etiam, in argu. tamen,quod adhuc dicit glo.in rub.C.de bo.po.con.tabu.

## Ad cle. appellanti, de ap. Dialogus 65.

### ALLEGATIO NECESSARIA.

P.L. NOTORIUM releuat ab onere probandi.l.2.§.ſi publico.ff.ad legem Iu.de adul.l.nullũ.C.de teſti.c.euidētia, de accuſa.l.ſi uero.§. qui pro rei.ff.qui ſatiſda.co.l.j. §.fi.ff.de do. prælc. cum ſimilibus,an releuet ab onere proponendi & allegandi?

MAN. Dixi in pluribus locis, & ad plenum de notorio Bal.in l.ea quidem, col.2.3.&.4.C.de accuſa. ideo nunc tantum tibi quo ad iſtud ſolum ſatisfacio,& reſpondeo, quòd non,quòdque allegatio eſt omnimodo neceſſaria,vt per glo. in.l.ſi adulteriũ cum inceſtu,in.§.idem Pollioni.ff. ad legem Iu.de adul.& in cle.appellanti,de ap.& ita dicit etiam Ancha.exemplificādo in crudelitate Othonis Tyranni.q.Lombardiæ, quæ tunc notoria,non probari ſed tantum allegari debebat, conſi.299. viſa,col.j.& pulchrum tex. iũcta glo.in.d.cle.appellanti, dicit Abb.in.c.ut debitus, col.2.de ap.quòd in materia ap.non valet,interpoſita ante ſententiam, niſi expreſſa cauſa rationabili, quæ ſi eſſet probata,deberet legitima reputari, quòdque procedit hoc etiam ſi cauſa eſſet notoria, quia notorietas excuſat ab onere probandi, non ab onere proponendi. & Ro. conſi.163.conſtitutio,col.2.quòd ſi notorium ſit, debitorem ſoluēdo non eſſe, alia probatione opus non eſt, ſed allegatio ſola ſufficit.

P.L. Sed uidetur mihi quòd ob.unum,quod dici ſolet, non ſufficere aliquid allegare,niſi allegatum probetur.c.j. iuncta glo. de præſcrip. in.6.l.j.ſi quad. pau.fe.di. c.non eſt, & ibi Gemi. de conſue.in.6.

MAN. Verum eſt,præter quàm in caſu iſto, propter notorietatem, ſicuti ſi facta allegatione concurreret iuris præſumptio. l.licet.ff.de lega.j.l.de tutela. C.de in int.reſti.mi.not.in.l.ſiue poſſidetis.C.de proba.aut Iuriſcon.ſeu legis lator aliquid allegaret.l.admonendi,et ibi Bar.ff.de iureiu.Areti.Inſti.de leg. pa.



pa.tu.in fi.plene Burg.præcep.in.c.cũ dilecti, col. 10. de emp.& uen.& ad propoſitum dicebat etiam Bal.in.l.ſi certis annis. C.de pac.quòd diuturnitas præſtationis, facit præſumere cauſam,ſi tamen allegata fuerit.& ex his uerum uidetur, licèt dubitauerit Feli.in.c.de quarta,col.pe.de preſcrip.nonnihil in.c. afferte mihi gladium,col.2.de preſump.& in.c.cum ordinem, col.6.de reſcrip.idem Bur.ubi ad regu.alia plura,& in.c.peruenit,col.2.de emp.& uen.Iaſ.in.l.ſi unus, in.§.pactus, in prin. col.pe.ff.de pac.multa Alex. in.l.j.col.j.C.ut quæ de aduo.

P.L. Si conſuetudo notoria ſit, éſtne probanda?

MAN. Non,ſed tantum alleganda,vt alibi dixi, & probat Cur. iu.conſi.60.caſus,nu.5.& conſi.61.habita,nu.7.Bal.in.d.l.j.in fi.ante eum. & idem in præſumptione iuris adhuc Ias.,quam notorio æquiparat,in.l.non hoc,in fi.C.vnde legi.

P.L. Adhuc dubito, quoniam duplex eſt notorium,actus tranſeuntis,& facti permanentis, vt not. in locis ſupra allega.Bar. egregie in authen.qui ſemel, nume.16.C.quomodo & quando iud.

MAN. Et bene,ſed dubitandum non eſt,quoniam nullum notorium releuat, niſi facti permanentis,& ſi actus tranſeuntis negetur,debet probari,ita Bal.in.l.cum fratrem,colu.2.C.de his quib.vt indi.

P.L. Quid in communi vſu loquendi?

MAN. Probari debet.l.librorum.§.quid tamen caſsius.ff. de lega.3.Bar.in.l.Labeo.ff.de ſup.le.dixi in locis communibus libro.2.ſi tamē notorius fuerit,allegatio ſufficiet, vt in pulchra q.oſtendit Gozza.Bononien.conſi.6.prima facie, nu.11.

P.L. Ignorantia quoque præſumitur, nec eſt aliter probanda.l. verius,vbi ego late.ff.de proba.an debeat allegari pariter?

MAN. Debet.l.qui bona.§. de illo, & ibi Bar.ff. de dam.infec.& idem in præſumptione.l.2.C.de acqui.po. dicit Bald. quòd à proponendo non releuat à probando ſic, conſi.468.factum, col.j.vol.5.

P.L. An iuris præſumptio poſsit alligari poſt concluſum in cauſa?

MAN. Videretur prima facie dicendum, quòd non, ex not.per Bar.in.l.ſi mater,in.§.eandem.ff.de excep.rei iudi.tamen contrarium eſt verius,vt not.d.c. peruenit.Alex.in præallega.l.j. C.vt quę de aduo.Abb.in.c.dudum,col.2.de elec.Seyſel.in.l. celſus,in repe.col.9.de vſuca.

P.L.

P.L. Quid ſi aliquis ex notoria cauſa comparere non debeat, éſtne alleganda?

MAN. Ex ſupra dictis dubito, tamen Seyſel. dicit alibi, quòd nõ, quòdque hoc idem locum habet tantum, vbi quis eſt in iudicio, in.l.de ætate, ad fi.ff.ad Treb.

P.L. Si præſumptio ſurgat à facto alieno, debétne rurſum allegari?

MAN. Bar.in.l.cum quid.ff.ſi cer.peta.ſentit quòd non, ſed duntaxat ſi à facto proprio.idem Areti.conſi.109.clariſsime, colum.4.& à ſupra allega.etiam pendet, vbi, vt teſtati quoque ſumus, multa.

P.L. Sed ad idem ſcire cupio, & finem facio, error iuris excuſat ruſticum & ſimiles.l.1.in fi.ff.de eden.l. ſi quis id quod de iu. om.Iudi.l.2.ſi quis in ius vo.non ie.debétne allegari?

MAN. Debet, ſecundũ Bal.& alios, in.l.2.C.de in ius vo.& quia notorij materia copioſa eſt aliàs & prolixa, quod etiam teſtatur Afflic.in.c.j.in.§.ſancimus, col.4. quo tempo.mi.in vſib. ego quoque tranſeo.

## Ad c. 2. de conſuc. in 6. Dialogus. 66.

TRIBVNAL.

P.L. A VICARIO Epiſcopi ad epiſcopum nõ appellatur.c.2. de conſue.in.6. & mirum uidetur, cum à minori tribunali ad maius appellatio, prouocatio ſit.l. præfecti etiam prætorio.ff. de mino.l.j.ff.de ap.Ancha.conſi.132.in primo dubio, col.1. probatur etiam in.l.à procõſulibus, & in.l.præcipimus.C.de ap.quid ergo dicis tu?

MAN. Quòd non appelletur, quia idem eſt tribunal, & à ſeipſo ad ſeipſum appellaretur, & male.d.c.2.l.præfecti etiam prætorio, cum ſimilibus, nec faciunt.d.ll. à proconſulibus & præcipimus, quia ſunt ſingulares in caſibus ſuis. Vel (vt inquit aliàs Bal. in addi.Spe.de ap.col.28.ver.appellatur à Vicario) quòd ſpeciale ſit in Vicarijs præfectorum prætorio, de quibus ibi.& fuſius vt per præpo.in rub.de ap.col.5.nonnihil Nicel.in concor.Bar.6.fallen.41.nu.83. aliter etiam Ro.ſingu.75. conceſſum eſt, ſed primis duabus reſponſionibus melius.

P.L. Licèt dicatur, quòd ſit idem tribunal, non potui tamen mihi ipſi



hi ipſi vnquam perſuadere.

MAN. Do tibi exemplum, in fabro ferrario, qui malleo percutit, & tamen vnus eſt percutiens, vnaque percuſsio, ſic Epiſcopus agens, Vicarius vero inſtrumentum agẽtis, vſque adeo vt omnia ad epiſcopum referantur, ſicuti opus magiſtro & artifici, non inſtrumento tribuitur. & not. in tracta.de iuriſdi.ep. qui paſtora.clipeus inſcribitur, Anto.de pret.cap.7.dicunt quidã, col.2.nu.9. Vnde ad propoſitum, quòd ſit idem tribunal, facit, quia ſi epiſcopus ſit infirmus, cognoſcit Vicarius.l. clericus qui, & ibi Bal.col.j.C.de ep.& cle.

P.L. Epiſcopus nomine pauperum conſtituit procuratorem ad comparendum coram ſuo Vicario, & coram quocunque Iudice competenti, nunquid Vicarius erit competens?

MAN. Vtique erit.

P.L. Ergo non idẽ tribunal, quia ſic ſibi ipſi ius redderet, & ſentit Iaco.But.in.l.nulli, in fi.C.eo.

MAN. Tollerabile eſt hoc caſu, & ita praticatur, ſecundũ Bald. in.l.ſi quis ad declinandam, colu.3.C.eo. quia non ſunt bona epiſcopi, ſed pauperum, & not.in.l.j.vbi Iaco.de Are. & Cy. ne quis in ſua cau.

P.L. Epiſcopus dat poteſtatem Vicario in ſpiritualibus conferendi beneficia, an à collatione per ipſum facta, appelletur ad ipſum Epiſcopum?

MAN. Per tex.in.d.c.2.& alia ſuperius adducta, videretur dicendum, quòd non, Tamen Rota determinat contrarium, deci. 371.ſi epiſcopus, col.1.in nouis, nec ab re, quoniam Vicarius quantuncunque generalis in ſpiritualibus, hanc collationem facere non potuit ſine ſpeciali mandato epiſcopi.c.fi.de offi. Vi.in.6.nec quo ad hoc cenſeri idem conſiſtorium ſeu tribunal debuit.& vt ibi latius, latiſsime deci.397.ſi Epiſcopus, per totam, eo.lib.& quòd factum coram Vicario breuiter, factum cenſeatur coram Præſide, quòdque idem ſit tribunal, nec differentia fieri debeat in nomine officialis, ſed in qualitate officij probatur quoque in.l.ſuggerente.C.de offi. eius qui vi.al. ge.& in.l.2.in.§.pe.ff.ad Tertu. Bal.egregie conſi.93. in quodam contractu, in fi.vol.1.& in collaterali & poteſtate idẽ dicit Areti.conſi.130.conſultiſsime, col.2.

## Ad.c.1.de conſti.in.6.
## Dialogus 67.

### PAPA OMNIA.

P.L. PAPA in ſcrinio pectoris cenſetur habere iura omnia & leges, vulgatumque dictum eſt, de quo aliàs in.c.j.de conſtitu. in.6. Ancha.conſi.65.pro clariori, colum.2.& conſi.293.vltra, in prin.

MAN. Adde tu, quòd hac ratione coram eo non citantur, quod ſi quis faceret, reprehendendus eſſet, non ſecus ac ille Phormio, qui coram Hannibale de re militari diſſerere non dubitauit.& ad propoſitum notat Abb.in.c.veſtra, colum.2.de coha.cle.& mu.

P.L. Cui opinioni tamē aduerſari videtur tex.in.c.dudum, ibi,
„ Cum autem allegationes, coram Iudicibus propoſitæ, nobis
„ præſentatæ non fuerint &c.de elec.

MAN. Nihil eſt, quoniam allegationes facti, nō iuris, intelligit, ratione ſupra dicta, & de quo etiam in.c.ſæpe, in prin.de ap.& ibi Abb.declarat, col.2. & hoc caſu ignorantia probabilis eſt, ſicuti etiam ſtatutorum & conſuetudinum in facto pariter cōſiſtentium, vt not.in.d.c.1.Fede.de ſen.conſi.47.habita, col.1. Bar.conſi.229.caueтur, col.2.Ancha.conſi.232.ſubtiliſsime, col.2.Abb.conſi.57.in quæſtione, col.2.volu.2.idem Ancha. conſi.273.pro & contra, col.1.& etiam priuilegiorum, vt inquit conſi.393.viſa, col.2.& conſi.404.tria dubia, in prin.melius Ro.conſi.327.iſtæ ſunt rationes, col.3.egregie Bal.in.l.fi. col.2.C.ſi contra ius vel vti.pub. & in authen.nauigia.C.de fur.& conſi.342.præmittendum, col.1.vol.1.

P.L. Pone quòd Papa diſpenſet ſuper matrimonio contrahendo in gradu aliàs prohibito, valebítne diſpenſatio?

MAN. Quis dubitat? cum non videatur ignoraſſe ex ſupra dictis, diſpoſitionem cle.1.de conſangui.& affi. & in ſpecie Ro. declarat conſi.307.in caſu, col.1.& ideo ſi in literis Apoſtolicis clauſulam apponat, ex certa ſcientia, non ſine myſterio id feciſſe præſumitur, ſecundum Alex. conſi.216. nec arguendi ſumus, col..5.vol.2.

P.L. Video tamen, quamuis hoc verum ſit, quòd nihilominus Papa adhuc, ſi opiniones Doctorū probabiles variæ fuerint, dubium id reputat.c. literas, de reſti.ſpoli.c.cum Marthæ, de cele.miſ.



MAN. Quid tū? hoc non propterea tollit, quòd nō habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, ex quo iuris eſt, vt dubia ſit quæſtio & difficilis, quæ in opi. Doctorum (vt diximus) poſita eſt l.an inutilis.§.j.ff.de accep.l.leges ſacratiſsimæ.C.de legi. Stepha.Fede.in tracta.de int.iu.col.vlti.& quòd ea, quę facti ſunt, ignorare præſumatur, vt ſupra probatur, quia qui allegat conſuetudinem, debet eam probare, ex quo, vt dixi, eſt facti, quod prudentiſsimos quādoque etiam fallit.l.2.ff.de iu.& fac.igno. nouiſsime Bal.in.l.2.in.§.j.col.4.C.de iu.cal. & cōſi.292.verba, vol.2.& in.l.de quibus, col.8.ff.de legi.& in.l.Arethuſa, colum.j.lectu.j.ff.de ſta.ho.& conſi.269.quidam, col.2.vol.j.& in.c.cum dilectus, col.2.de conſue.Caſſane.cōſi.7.viſis, nu.7.

P.L. Ad iſtud propoſitum vellem ſcire, nónne iſtud nomen cōſuetudo, eſt ius?

MAN. Eſt, ſed actus, conſuetudinem inducētes ſunt facti, vt per Bal.in.d.c.cum dilectus.

P.L. Si Papa dicat. Confirmamus prædictam compoſitionem, ſicuti prouide facta fuit, quomodo hæc verba intelligemus?

MAN. Caſualiter, pro quia, non conditionaliter, ex quo de facto plene eſt informatus, aliàs ſecus, quia quæ in facto conſiſtunt, vt diximus, ignorare præſumitur, ita Abb.in.c.exanimata, nu.5.de confir.vti.vel inu.& ideo ſtatuta locorum debent actualiter produci, ſicuti inſtrumenta, vt inquit ad idem Alexan.conſi.179.viſo, col.5.vol.2.& ad proximum dictum facit quod notat per Bar.in.l.3.in.§.diuus.ff.de ſepul.vio.& in l.fi.poſt Pet.& Cy.vbi etiam Iaſ.in fi.C. de teſta. & per Bal.in l.j.ad medium.C.de Iuſti.Co.confir. quòd leges generales intelliguntur tollere etiam particulares locorum, eorumque cōſuetudines, quando de eis Princeps fuit informatus.

P.L. Quòd Papa habeat omnia iura in ſcrinio pectoris, eſt impoſsibile, omnium enim memoriam habere, diuinitatis opus eſt potius, quàm humanitatis, ipſeque eſt homo, licèt CHRISTI Vicarius in terris, Petrum repræſentans, cui ſoli dictū eſt, Paſce oues meas. & hominis memoria labilis eſt.l.2.§. ſi quid autem.C. de vete.iu.enu.l.peregre.ff. de acqui. po. quo modo hoc ipſum igitur procedere poteſt?

MAN. Non habet, ſed habere cēſetur, vt dixiſti tu, in primo col locutionum noſtrarum ingreſſu, præſumptiue, præſumptio-

neque iuris, propter Laterones,& aſsiſtentiam prudentum,ac Iuriſcon.quos ſemper habet ſecum, laterique eius aſsiſtunt.l. omnium,& ibi Cy.C.de teſta.l.iuris peritos,in prin.vbi etiam Bal.ff.de excu.tu. Vel quo ad iurium interpretationem.c.præ terea.23.diſ.ſed primo modo melius,quod etiam declarat Bellen.in tracta.de charita.ſub.q.65.ſtante, col.10.& eſt ſimile in.l.omnes,in.§.præterea.C.de ep.& cle.& in.l.2.in fi.C.de fruc.& lit.expen.& in.l.ſingularia, in glo.nō acceperis.ff. ſi cer.pe.& in.l.liberorum,de verbo.ſi.& in.l.quod meo, in.§.ſi venditorem.ff.de acqui.po.

P.L. Pro complemento, hoc tantum ſcire volo,quoniā de priuilegio mentiō facta eſt,an ipſum præſumatur ignorare Papa, ſi ſit clauſum in corpore iuris.

MAN. Non,quia non priuilegium,ſed ius commune dicitur, argu.in.l.cum in fundo, in.§. ſi fundius.ff. de iu.do. & ita tenet Car.conſi.52.Dominus, col.2. quem refert & ſequitur Galliau.in repe.l.centurio,col.31.ff.de vulga.& pup.ſub.

## Ad c.1. de cenſi. in 6. Dialogus 68.

### SCRIPTVRA.

P.L. MVLTI ſunt caſus MAN. requirentes ſcripturam, de quibus in.c.1.de cēſi.vbi glo.not.in.6.remiſsiue in.c.1.de ſen ten.excom.co.lib.Pone quòd cōtra electum (euenit enim his diebus in epiſcopali foro) opponatur quòd non ſit clericus, cui incumbit onus probandi?

MAN. Electo,ex quo ſuper ordinum collatione ſcriptura interuenit.c.legum.2.q.1.not in ſumma.2.q.6.& in.d.c.1.

P.L. Et ita fuit iudicatum,quoniā ex aduerſo allegabatur, quòd qui ſe fundat in negatiua iuris vel facti, agendo vel excipiendo,eam probare tenetur.

MAN. Et bene,vt not.in.l.in illa ſtipulatiōe.ff. de verbo.ob. ſed non hoc caſu,quando negatur factum,quod de iure ſcripturā requirit,ita Abb.in.c.bonæ.1.col.8.de elec.

P.L. Exemplo non creditur, niſi ſit exemplatum notarij manu, qui inſtrumētum fecit.l.vnum, iuncta glo.& ibi Bal.notat.C. de teſta.c.dudum, de conuer.coniuga.Bar.& alij, in authen.ſi quis in aliquo documento, in.2.oppo.C.de eden.An hoc ipſum



ſum procedat,etiam ſi ſit contractus requirens ſcripturam,& de quibus in.d.c.1.de cen?

MAN. Credo quòd non, quòdque originale debeat exhiberi, quandoquidem in ea ſubſtantia conſiſtat, ita Bal.in rub.de fi. inſtru.col.10.q.2.& dixi in.d.authen.ſi quis in aliquo.

P.L. Commiſsio generalis, vel ſpecialis, in caſibus facta Vicario,vel officiali viuæ vocis oraculo, per Epiſcopum, poterit ne probari per teſtes?

MAN. Pulchræ ſunt dubitationes certe,ſcopum.d.c.1.cum not. ibidem attingentes,igitur reſpondeo, quòd non, in delegatis Papæ vel Imp.in alijs autem inferioribus ſic.l.in exercendis. C.de fi.inſtru.& quia non eſt de caſibus requirentibus ſcripturam,de quibus in.d.c.1.

P.L. Ergo,hac ratione,etiam primo caſu,deberet poſſe fieri probatio hoc modo.

MAN. Non eſt verū,& repugnat quod dicitur in.l.j.C. de man.prin.& in.c.cum in iureperitus,de offi.de.eſt verum, quòd eſt differētia an commiſsio fiat ſuper vno articulo, an vero ſuper pluribus & diuerſis,vt per Rotam,deci.398.ſi epiſcopus, col. 2.in nouis.

P.L. His diebus deputatus fuit collector apoſtolicus ad decimas exigendas,quomodo probatur,quòd ſit vel fuerit?

MAN. Per literas,præallega.l.1.C.de man.prin.Bellen. vbi multa,in tracta.de charita.ſub.q.110.qualiter,in prin.

P.L. Quid in ſubcollectore?

MAN. Hoc caſu bene crederem teſtes ſufficere, quia non eſt de caſibus enumeratis in.d.c.1.& firmat idem Bellen.in trac.prędicto.q.111.an ſubcollector, in prin.& quòd d.l. in exercendis,limitetur his caſibus,ibi pulchre declarat.Pau.de Caſ. columna prima.

P.L. Actio præſcrip. verbis, eſtne forte dicta ex hoc, quia ſcriptura requiratur?

MAN. Aliqui putarunt, præcipue Cy.in.l. ex placito.C. de re. permu. quòd ſic, & male, quia nullibi cautum inuenitur, & quia ibi tantum ſcriptura requiritur,vbi lex exprimit.d.c.1.

P.L. Quare ergo præſcrib.verbis?

MAN. Bononien.declarāt, in repe.c.1.col.11. de rerum permu. quod hic referre non expedit.

P.L. Solutio canonis publici, requirítne ſcripturam?

MAN. Vtique.l.pe.C.de fideiu.authen.ſed nouo iure,ſi cer.pet.

P.L. An in ſolutione, quæ fit tutori?

MAN. Non, niſi in mutuo, & ſibi ſoluat, quod quidē facere poteſt.l.vnica.C.de ſol.lib.10.l.quotiens.§.non tantum.ff.de ad mi.tu.glo.in.l.ſingularia, ſi cer.peta.

P.L. Quid in contractu ſocietatis?

MAN. Poteſt abſolute ſine ſcriptura fieri, quod oſtendit Iaco. de S.Geor.in.l.pactum quod bona fide.C.de pac.

P.L. Feudum?

MAN. Scripturā requirit.c.1.de feu.guar. & Caſtal.in vſib. Bal. conſi.127.quidam, col.1.vol.1.ſubijciens ibi not.verbū, quòd vbi ſcriptura requiritur (& eſt effectus diſputationis mirabilis) ibi reconductio facta tacite non intelligitur.l. item quæritur.§.qui impleto, in fi.ff.loca.requiritur & in priuilegijs fortius, quia ſunt leges priuatæ, à iure communi exorbitantes, inquit idem Bal.conſi.311.præmittendum, co.lib.

P.L. Nunquid alia ſit vtilitas?

MAN. Eſt inquam, quia his caſibus, quibus ſcriptura requiritur, ſi omittatur dies, inſtrumētum non valet. Gui.Pap.deci.582. reperitur, col.vlti.vbi in.2.multos etiā enumerat caſus, in quibus requiritur ſcriptura. & quia adhuc in caſibus iſtis, non debet fieri extenſio ex ver.&c.de quo aliàs in.l.Gallus, in.§.idē credendum, in prin.ff.de libe.& poſthu.

P.L. Memini me legiſſe, quòd ex temporis diuturnitate, quandoque ſcriptura præſumitur.

MAN. Nimirum, quoniam multa operatur tēpus.l. ſi filius.C. de peti.hæ l.cum de in rem verſo.ff.de vſu.& ſi hoc idem locū habet, verūque eſt, in inueſtitura maxime verificari poteſt.l.2. C.de acqui.po.Bal.conſi.116.Columbinus, col.2.vol.1.

## Ad clem.ne Romani, de elec.in.6. Dialogus 69.

### INFERIOR.

P.L. TRITA ſententia eſt, quòd inferior non poteſt tollere legem ſuperioris, clem.ne Romani, de elec.c.cum inferior, de maio.& obe.Abb.in.c.cum acceſsiſſent, col.2.de conſti. Ancha.conſi.224.iſte Dominus, col.1.& in repe.c.canonum ſtatuta, col.97.109.114.120.& 123.de conſti.Bal.in.l.cum quis, col.7.C.de iu.& fac.igno.& in authen. ſed nouo iure, col.3. C.de



ſer.fugi.Fed.de ſen.conſi.17.quæſtio, col.1.Io.And.in regu.cui licet, col.1.de regu.iu.in Mercu.Ro.in.l.is cuius, colum.2.ff.de aqua plu.ar.Bellen.de charita.ſub.q.45.an valeat, col.2.Gemi.in.c.fi.col.1.ne cle.vel mo.in.6.Nat.plene, in cle. col.69.de verbo.ſi.idem Ro.multa, conſi.116.vi ſæpe, in prin.col.1.& conſi.218.præſens, col.1.& conſi.299.in propoſi ſis, col.1.& conſi.218.præſens, col.1.& conſi.299.in propoſita conſultatione, col.2.& conſi.428.in terminis, in fi.& conſi. 437.in caſu, col.2.

MAN. Verum eſt, ſed tamen Princeps poteſt, ſi rationabilis & aperta ſubſiſtat cauſa, vt per Inno.in.c.quanto, de conſue.Feli. in.c.quæ in eccleſiarum, col.6.de conſti.& ſi ſuperior permittat.l.fi.C.de teſta.Bal.in.l.omnes populi, colu.4.ff.de Iuſti.& iu.aliàs quod ſuperior confirmat, inferior non infirmat, vt ſupra, & fuit adhuc verbum Bal.in authen.ſacramēta puberum, col.2.C.ſi aduer.ven. & licèt non tollat legem ſuperioris, coadiuuat tamen, vt in.d.loco, nouiſsime Deci.in rub.in antepe. col.in prin.C.qui admi.

P.L. Mirum tamen videtur hoc, & contra tex.in.§.quos autem Inſti.de bo.po.vbi prætor, & ſic inferior, tollit ordinationem iuris ciuilis, & ſic ſuperioris.

MAN. Tollit, non directo, hac ratione, ſed per obliquum, propter publicam vtilitatem, vt per Areti.& alios, in.d.§.quos autem, in prin.& hinc eſt ad propoſitum, quòd omnia reſeruata Principi, quia abſtracta ſunt ab omni inferiori poteſtate, cenſetur de iure communi impoſsibilia.l.cū ſeruus.§.fi. & ibi Bald. ff.de lega.1.qui dicit etiam in.l.1.in.§.deportatos.ff.de lega.3. quòd quæ ſibi reſeruat Princeps, non poſſunt fieri ab inferiore, niſi ſpecialem habeat poteſtatem. & certe Petre mi per amate, ſi non eſſent ad propoſitum maiores & minores, ſuperior & inferior, iam quòd genus humanum conſiſtere non poſſet. c.de Conſtantinopolitana, in fi.22.diſ. oportetque (vt Philoſophus ait) hunc mundum inferiorem, ita ſuperioribus lationibus eſſe contiguū, vt inde omnis virtus gubernetur. & quædam congruitas videtur in ſimili, quòd maior minorem doceat, quòdque minor obediat maiori, & quòd æqualium tantum ſit amicitia. Vnde elementa ſuperiora ſunt quaſi mares, inferiora quaſi fœminæ. illa agunt in inferiora, iſta patiuntur. aliàs Epiſcopi etiam poſſent facere conſtitutionem iuri communi derogantem, quod tamen verum non eſt, quia nullus inferior attingit poteſtatem ſupremam, vt inquit Pau. de Caſ.

conſi.20.in cauſa,col.3.vol.1.Bal.conſi.363.quæritur, col.2. vol.1. Qui dicit etiam conſi.414.verba,col.2.co.lib.quòd intereſt ſubditorum cum ſuperioribus non contendere,quibus pares eſſe non poſſumus.& conſi.367.ad euidentiam, colu.1. co.lib. quòd nullum agẽs liberum & arbitrarium prohibetur, niſi à ſuo maioris, vel pari obſtatiuo quod reputetur maius, ex quo aliàs natura parium eſt,vt alterum in alterum,prædominium non habeat,niſi rei fauore, vel aliquo priuilegio.

P.L. Ex quo forte fit,vt nec laicus accuſet clericũ. nec teſtimonium ferat contra eum.

MAN. Et bene,tum ea ratione.cap.de cætero, de teſti.cap.in ſancta.2.q.7.c.inferior.21.diſ.tum quia laici oppido clericis ſunt infeſti.c.laicos.2.q.7.

P.L. Minor etiam in ſimili à maiore benedicitur.

MAN. Et maledicitur pariter,non è contra,vt Melchiſedech,& Abraam. nec minor Iudex iuriſdictionem exercet maiore præſente,inquit glo.in.c.denique,per illum tex.21.diſ.

P.L. Sed nóne plærunque inferior ſuperiorem requirit?

MAN. Sine dubio,ſed tamen trina interuenit admonitio, aliàs vnica ſufficit.l.Titia.§.vſuras,de leg.2.Ro.in.l.de pupillo, in §.ſi quis ipſi prætori,col.2.&.3.ff.de no.o.nun. Quid quòd pater habens filios,eſt ſuperior non habenti iſtique præfertur, & nobilis ignobili,& illuſtris Doctor, Doctorellis, ita idem Ro.in.l.j.in.§.denique,col.3.ff.de aqua plu.ar.& in rebus naturalibus Gallum gallinaceum horret,Leo natura tamen ferocior,ex quo Solis virtus,quæ ambobus competit, in Gallo viget magis,quàm in Leone.

P.L. Cum pari ergo contendere,anceps eſt,cum inferiori ſordidum,& cum ſuperiori denique furioſum.

MAN. Immo quòd iam factum eſt tritum ſermone prouerbiũ, & hoc idem ex Seneca dicit Bal.conſi.218.petita venia, col.2. volu.3.non igitur,vt eo modo finiamus,quo cœpimus, licet inferiori legem ſuperioris tollere,ſed eidem, ſuiſque legibus obedire,vt par eſt,nobiſque id vnum argumento quod Poeta Aenei.4.ait.

» Hæc ſumma eſt,hic noſtri nuncius eſto.
» Dixerat,ille patris magni parêre parabat
» Imperio,& primum pedibus talaria nectit.
» Aurea,quæ ſublimem alis,ſiue æquora ſupra.
» Seu terram,rapido pariter cum flamine portant.

Ad



## Ad clemen.j. de elec.
## Dialogus. 70.

### EXTENSIO.

P.L. QVANDO ratio ſcripta eſt in lege,etiam in correctorijs & pœnalibus,fit extenſio de vno caſu ad alium, vt per glo. in clem.j.de elec.in ver.eligatur, ideſt de caſu expreſſo ad omiſſum,quod etiam dicit Alex.& Iaſ.in.l.iuris gentiũ,in.§.quinimmo,ille in.4.col.iſte,in.7.ff.de pac.Idem Iaſ.in.l.j.colũ.2.ff. de vulga.& pup.ſub.ſed an hoc idem generaliter verum ſit?

MAN. Non,ſed oportet quòd ſub expreſſo ſaltim inſpecta larga vocabuli ſignificatione omiſſum comprehendatur, vt per Alex.vbi multa ad idem allegat,&.d.glo.dicit ſingularẽ, conſi..166.animaduerſis,col.vlt.vol.2.Dec.in.c.in præſentia,colum.19.de proba.Iaſ.in.l.Barbarius,col.3.de offi.præto.Ro. conſi.129 licet,ad medium,idem Alex.conſi.216. nec arguendi,col.8.lib.2.& licèt Ro.adhuc,conſi.150.in propoſita quæſtione,ad fi.contrarium ſenſiſſe videatur, quòd immo in correctorijs & pœnalibus fieri non debeat,dicendum eſt, ipſum male loqui,& contra prædicta,aut dictum eius intelligi verũ, quando ratio non eſt ſcripta in lege.& ita.d.glo.intelligit etiã Rui.in.l.2.col.23.ff.de lega.j.Alex.in.l.ſi conſtante, & ibi fuſius Cro.col.30.ff.ſolu.ma.eſt verum, quòd nec fit extenſio etiam ex idẽtitate rationis, ſi fiat ad caſum minus fauorabilẽ, vt not.in.c.ita fidei,de hære.in.6.

P.L. Quoniam materia brocardica eſt,diffuſa,difficilis, & periculoſa,vt teſtatur Alex.in.d.l.ſi conſtante,col.5. non ero longior,dic tu,ſi placet,aliqua,& tuis dictis (quòd facio ſemper) acquieſcam.

MAN. Bene loqueris,& ita faciam,ſcias igitur velim, quòd extenſio eſt ſpecies interpretationis,ſecundum gl.in.l.j.ff.de oriiu.quòdque fit etiam in correctorijs, cauſa vitandi peccatum, vt not.in authen.ſacramen.puber.C.ſi aduer.ven.Alex.in.l. Pomponius,in.§.præterea,col.3.ff.de acqui.poſſ. Maran. diſputa.9,ſucceſsiua,nu.15.& 32.& quòd adhuc vt fiat denique tria requiruntur,quòd ratio (vt diximus) ſit expreſſa in lege vel quòd vna tantum reddi poſſit,quòd militet in caſu omiſſo & quòd ſit finalis,& vt latius Seyſel.declarat, in.l. nõ poſſunt

col.

col.3.ff.de legi.& de materia aliàs in authen.quas actiones.C. de ſacroſan.ec.& in.d.l.ſi conſtante,& in.l.ſi vero,in.§.de viro.ff.ſolu.mat.

## Ad.c.cum expediat de elec.in.6. Dialogus. 71.

### CONCORDIA.

**P.L.** INTER vnum,& aliud ius,ciuile ſcilicet & canonicum, diſcordia induci non debet.c.cum expediat, de elect.in.6.eſtne verum?

**MAN.** Verum eſt (vt dixi alibi) ſed ad concordiam reduci potius.l.j.C.de inoff.dot.l.j.in prin.ff.de bo.po. con. tabu.l.j.ff. de coniungen.cum eman.libe.§.ſed cum paulatim,inſti.de teſta.Ro.in.l.ſi finita,in.§.illud.ff.de dam.infec.& hinc eſt,quòd vulgo aiunt, vitandam eſſe legum correctioné, vt in iuribus præallega.tradit Ancha.conſi.134.plene,col.j. qui dicit etiam conſi.214.Franciſcus,in fi.quòd hæc concordia eſt iuri gratiſsima.Immo quòd ſtatuta etiam ſunt cum diſpoſitione iuris concordanda pariter.c.cum dilectus, de conſue.c. ad audientiam.c.cum dilectus,de cle.non reſiden. in ec.l.2.C. de noxa. Roma.conſi.197.Franciſcus,col.j.nonnihil conſi.220.circa, col.vlt.& ideo cóſtitutio noua.c.vt debitus,de ap. (vt ibi declarat Abb.col.4.) loquens generaliter,nec métionem faciés de clauſula,appellatione remota,non debet ad eas cauſas referri, in quibus ſpecifice ap.remota eſt,præſertim vt euitetur iurium correctio, ob quam cauſam eadem relaxanda non ſunt, ſed reſtrigenda potius. Et ad idem,ac rurſum, dicit Ancha.in repe.c.canonum ſtatuta,col.57.de conſti.quòd poſterior conſtitutio tollit priorem,etiam ſi de ipſa mentionem non faciat, niſi poſsint aliqua ſubdiuiſione iuuari.& idem colũ.210.nec ſecus Stepha.Fede.in trac.de interpreta.iu.in.2.par. princ.col. 21.& Abb.in.c.j.col.6.de mutu.peti.quòd non eſt abſurdum ac nouum hac ratione, vt idem verbum ad diuerſa relatum, diuerſos etiam habeat intellectus, reſpondendo ad.cap.diſpendia, de reſcrip.in.6. in materia reconuentionis, vt per eum,quia ſcilicet promptum eſt iura iuribus concordare & in ſtatuto quod nunquàm correctiue intelligi debet, ſi poteſt aliqua ſubdiuiſione iuuari. Ancha. conſi.112. ſuperſtite, col.



col.2.ad longum Ro.conſi.40.viſis,col.2.pariter,quòd quando ſunt duæ leges,etiam ſi vna ſit altera poſterior, & poſsint ad inuicem concordari,cum aliqua diſtinctione, ita quòd vna intelligatur ſecundum alteram, ſemper ſunt ad concordiam reducendæ,& euitari correctio,& bene.l. ſed et poſteriores l.non eſt nouum.ff.de legi.d.l.j.C.de inoffi.dot.§.fi.in authé. de exhi.re.§.quibus,in prima Codi.conſti.glo.in.l. ſciendum ff.qui ſatiſda.co.& in authen.offeratur.C.de lit.con.Cy.in ſimili,in.l.in exercendis.C.de fi.inſtru.

**P.L.** Sed ponamus (volebam neſcio quid aliud petere,cum dubitatiue interrogaſſem te,num regu. quæ trita eſt.d.c.cum expediat,ſit vera,nécne,ſed adeo multa,dixiſti, ad eam facientia, vt pene oblitus ſim quid tũc dicere voluerim) quòd poſterior lex clauſulam contineat,nõ obſtante quacũque alia lege, fietne adhuc interpretatio ipſarum,& concordia?

**MAN.** Fiet vtique,ſi poſsit glo.eſt not.in authen. de hære. quæ ab int.in prin.tradit Bar.in extrauagan.ad reprimen. in verbo non obſtante,& in.d.l.ſciendum.Ro.in loco præallega. & eſt veriſsimum,atque indubitatum.

## Ad.c.quàm ſit, de electio.in.6. Dialogus 72.

### EXPERIENTIA.

**P.L.** QVOD experientia ſit magiſtra rerum efficax,vt dicitur in.c.cupientes,& in.c.q̈. ſit,de ele.iu.6.ad quid ſeruit nobis?

**MAN.** Ad id,de quo ibi,quòd vacatio eccleſijs eſt diſpendioſa, & periculoſa etiam animabus.

**P.L.** Et non ad aliud?

**MAN.** Et aliud quoque.

**P.L.** Ad quid?

**MAN.** Ad iſtud,quia authen.cui relictum.C.de indic.vidu.tol. non habet locum in viro,ex quo diuerſa eſt in eo ratio, mulieríque viduæ magis conuenit abſtinere à ſecundo matrimonio,& ei eſt facilius,quam viro,qui cum debeat vacare negotijs domus,neceſſe eſt ei,ſecundam ducere vxorem, vt experientia (& nunc ad propoſitum) docet,magiſtra rerum efficax,vt per Bal.in.l.lege.C.de legi.hæ.Pau. de Caſ.in.l.ſi. in fi. prin.C.de indic.vi.tol.Cro.in.l.ſi conſtante, colũ.22.ff.ſoluto

luto matrimo.

**P.L.** Igitur argu.ab experientia,ſiue à rebus expertis valet?

**MAA.** Vtique,& probatur in.l.certi condictio, & ibi Deci.no. in.§.ſi nũmos,in fi.ff.ſi cer.pe.optimus tex.nouiſsime, in authen.de ap.& intra.quæ temp.in prin.& in ſimili dicit quoque Sauilia.conſi.2.Andreas nu.4.vol.j.quòd in magno rumore & tumultu rixantium, difficile eſt intelligere voces clamantium,& maxime de loco ſeparato,& eſt verum,ipſaque experientia,docet,quæ vt inquit etiam Bal efficaciſsimum eſt argumentuma à rebus expertis,in.l.non ignorat, col.5.C. qui accu.non po.& magiſterij obtinet principatum, vt ibidem, eſtque Philoſophi propoſitio.j.methaphy. qui dicit etiã(adhuc teſte Philoſopho)quòd facit artem & inexperiẽtia caſum in.l.j.col.j.lec.j.ff.de iuſti.& iu. vtiturque his verbis,in repe.l.
» Aemilius,col.10.ff.de mino. Leges in ſcholis deglutiuntur,
» in palatio digeruntur,nec aliud eſt praxiſque ſciẽtia digeſtiua
» ibique incipit praticus,vbi theoricus deſinit,ſi ius tamen ſcri-
» ptum ſit,quia in non ſcripto ſecus,indubitatumque eſt, quòd
» experientia quę oritur ex moribus,facit artem, ita vt ab ipſa
» locus nobis eſſe debeat,pro via veteri & tuta.Idem Bal.conſil. 136.proponitur,col.j.volũ.2.adde etiam,quòd hinc expertis credendum eſt & peritis in arte.l.j.ff.de ven.in po.mit.l.ſemel C.de re mili.lib.10.c.conſtituentur.50.diſ.Grammaticis, de ſignificationibus verborum.Dialecticis, de parte orationis. Rhethoricis, de argumentationis locis,Poetis, de menſuris. Geometris,proportionibus.Aſtrologis,de fide, & ſic de ſingulis.Immo quòd experientiæ (inquit idem Philoſophus in prohe.methaphy.)vt naturæ,credendum eſt.

**P.L.** Eſtne verum quod dicitur,quòd homo mortuus, ex vulneribus emittat ſanguinem,ſi præſens ſit occiſor?

**MAN.** Veriſsimum,hoc ipſumque nos docuit experientia, & ſufficiens indicium etiam ad torturam,vt per Areti. in tracta. maleficiorum.ver.ex qua ſanguis exiuit.Afflic. poſt eum, in c.j.in.§.iniuria,nu.62.de pa.iu.fir.in vſib.

**P.L.** Experientia iſta,quomdo fit?

**MAN.** Vſu multarum rerum & ætate, & non ab re dixi, quòd ex moribus oritur.ſed audi ad propoſitum Antigoni reſponſum pulcherrimum,qui interrogatus quem e ſuæ etatis ducibus pręſtantiſsimum,iudicaret,Pyrrum reſpondit, ſi ſeneſcat. & certe ſapientia triplex eſt.Doctrinæ in Ariſtotele. Morũ in,





Lælio, & experientiæ in Catone. & ſenſit nobilis ille poe. lyricus,quando cecinit, dicens.

» O tempo,ò ciel volubil,che fuggendo
» Inganni i ciechi & miſeri mortali.
» O di veloci, piu che vento e ſtrali,
» Hor al experto voſtre frodi intendo.

Et quia ſcio, me alibi aliquando etiam dixiſſe,ad aliud tamen, & alio ordine,in præſentiarum tranſco.

## Ad clemen.j. de ſo. compe. Dialogus. 73.

### ALIQVA.

**P.L.** ALIQVA appellatione partis, certum eſt,ꝙ venit dimidia.l.nomen filiarum.§.portionis.ff.de verbo ſi.l.etiam .ff. de vſuf.c.2.§.j.de deci.lib.6.Bar.in.l.Lucius,in.§.filiam.ff.de leg. 2.& in.l.Meuius,in.§.duobus,nu.6.ff.co.Ro. in.l. plures, in prin.ff.de dam.infec.& pars quotatiua eſt,ad ciuilis & naturalis diuiſionis differentiam,de quibus Flo.in.l.viæ, in princip. ff.de ſerui.Sed quæritur, quid ſi terminus diſtributiuus, aliqua,adijciatur,alterabítur ne.d.verbi natura?

**MAN.** Sine dubio, glo.eſt in cle.j.de ſo.compe.& argu.optimũ, in.l. ſi quando.ff. de lega.j.in.l. Aquilius regulus. ff. de dona. & in.c.ſi Papa,de priui.in.6.

**P.L.** Quæ erit alteratio iſta?

**MAN.** Quòd de parte infra dimidiam intelligatur,vt in glo.prędicta, Abb.in.c.ſuper eo, de eo qui cogno.conſan. uxo.ſuę. Bal.in.c.j.in.§.cum autem,de controuer.inueſti.in vſib.Corſe.in ſingu.pars.j.in prin.not.in.l.vbi pure, in.§.te rogo.ff.ad Treb. & ſeruit ad materiam.l. ſi vnquam. C.de reuo. do.quæ non ſimpliciter mẽtionem partis bonorum facit, ſed alicuius partis, quo caſu de parte infra dimidiam etiam ut ſupra intelligitur,tradit Alex.conſi.68.conſyderatis,col.2.vol.4.late Iaſ. in.l.generaliter, in.§.cum autem, col.5.C.de inſti.Ripa lib.3. int.de dona.q.7.in fi. idem Iaſ.in.l.j.col.3.C.de pac.& in ſtatuto,in quo ſit uerbum iſtud, quòd uerificetur in qualibet minima parte, Ancha.conſi.160.præſupponitur, col.j.Tex. etiam in.c.paſtoralis, in prin.quod ibi ponderat Abb.de offi.dele.dicit quòd iuriſdictio, ſine aliqua coercione, eſſet modici effe-

ctus,quòdque uerbum eſt, quod in qualibet cohercione, etiã modica,uerificatur,idque ibi Hoſti.quoque ante eum,& bene & ſciendum eſt,licèt ut dixiſti abſque hac dictione, partis appellatione ueniat dimidia, quòd tamen uenit quarta pars rei, appellatione particulæ.l. ſi quis in ſuo.C.de inoffi. teſta. Ro. in.d.l.plures,de dam.infec.

P.L. Sed ad.d. gloſ. propoſitum, quæro, teſtis ſuper ualiditate teſtamenti interrogatus, ſi aliquod commodum ad eum pertineat,reſpondit,quòd nõ,pronunciatur teſtamentum nullum, an eius dictum ualeat?

MAN. Valet,quia minimum ex hoc uerbo conſequitur,& quando magnum etiam eſſet, legataque in eo ſibi relicta, adhuc ſuſtineretur eius dictum, ex quo eſt commodum principaliter hæredis.l. qui teſtamento.§.j. ff.de teſta.§.legatarijs, inſti. co. plene Seyſel.in.l.j.in.§.huius ſtudij,col.2.ff.de iuſti.& iu.

P.L. Videtur mihi tamen, quòd huic glo.quam tantopere celebras,ſit alia contraria, in.l.Gallus, in.§.in omnibus.ff.de libe. & poſthu.

MAN. Eſt uerum,ſed tamen idem Seyſel.ibi in prin. hoc non dicit, at contrariũ potius, ut ſupra uel ut per Ias. in.d.l.j. C. de pac.col.3.præallega.quòd non ſit uera,uel quòd ſubiecta materia aliud dictabat. Vel dicamus,quòd uera ſit regulariter, & ut in pluribus ex quo dicitur etiã in.l. minoribus.ff. de mino. quòd ſi minor paſſus ſit aliquid damnum,reſtituitur, & tamẽ non reſtituitur,ſi ſit minimum,quia de minimis nõ curat prętor.l.ſcio. ff.de in integ.reſti.& alibi, quòd res inter alios acta nõ affert tertio aliquid incommodum.c.inter dilectos. §. porrò, de fi.inſtru.& tamen faciat qualem qualem preſumptionẽ. l.2,vbi glo.C.de eden.

P.L. In literis,mandatur prouideri,in ciuitate uel dioceſi, prouidetur in cathedrali eccleſia,crítne uerum, quòd fuerit in ciuitate prouiſum?

MAN. Abſque dubio.

P.L. Tranſeat,quia uerum eſt, ſed quæro ad propoſitum, & nõ ero longior,quid ſi dicatur,in aliqua eccleſiarum?

MAN. Iſto caſu,ex ſupra dictis,credo quòd de minoribus & inferioribus eccleſiis intelligatur.

P.L. Vbi probatur hoc?

MAN. Ni fallor,Compoſtel.docet in.c.capitulum S.Crucis, de reſcrip.& probatur in.c.quãuis.j.de præben.in.6.& quia ſcio, quòd


quòd tracta.habes Staphi. de gra.expectati.cum uide ſic etiam decidentem,forma.9.pauperum clericorum expectãtium, nu. 47.& interim uale.

## Ad. c. 2. de fi. presbyte. in 6. Dialogus. 74.

### DISPENSATIO.

P.L. LEGITIMATIO, eſt diſpenſatio, quæ clara & dilucida eſſe debet.c.2.de fi.presbyte.in 6.ideo quæro, pater duos filios ſpurios habet,eiuſdem nominis,in legitimatione non apparet de quo ſenſerit,an ſit nulla?

MAN. Forte declarationi patris ſtandum, ad hoc ut actus ſuſtineatur, & ualeat potius,quam pereat.l.quotiẽs.ff.de reb. dub. tamen non ualet,nec declarationi patris ſtandum eſt, legitimatioque(ut dictum fuit)clara eſſe debuit,& dilucida, & cum nõ ſit actus ipſius patris, ſed Principis, ad hoc ipſum declarandũ non admittitur.& ita in his terminis decidit Bal. conſi.146.titulus principis Anchaiæ, col.vlti. ad fi.vol.j. Qui dicit etiam conſi.399. quo ad primum,in prin.vol.2. quòd ſi quis curam diſpenſantis expectat,oportet ut omnem defectum exprimat, aliàs actus uitiatur.d.c.2.l.ſi non lex æliaſcentia.ff.de hæ.inſti. l.Barbarius.ff. de offi.præto. l.2. C.ſi ſer.aut lib. ad decu. aſpi. lib. 10.

P.L. Sed quare ſic clara,& dilucida,eſſe debet legitimatio?

MAN. Quia omnis receſſus à iure communi,eſt odioſus,præallega.c.2.&.1.eo.ti.& lib.c.quod dilectio,de cõſan.& affi.Abb. in.c.fi.col.2.de ſimo.Bal.conſi.456.recolo, in fi.vol.5.debetque reſtringi, & non ampliari, ex quo non extenditur vltra quàm ſignificatus verborum neceſſario importat, vt in locis prædictis legitur,plene Pau.de Caſ.conſi.200. viſa ſupra ſcripta facti narratione, col.3.vol.2.aliàs inconueniens multiplicaretur, quod fieri non debet.l. quod vero contra.ff.de legi. Bal.in.l.lege duodecim tabularum, in fi.C.de legi.hæ.& in caſu,à te propoſito,quia aliàs eſſet incerta,& incertitudo vitium quod communiter actum afficit & conſpurcat.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tu.Bal.conſi.præallega.146. & pro ſigillo collocutionis noſtræ,ac paulo fuſius,dicit Gui.Pap. quòd diſpenſatio adhuc,eſt iuris communis relaxatio facta cum cauſę cognitione,

tione,ab eo qui poteſtatem habet diſpēſandi,dicta quaſi diſcre ta penſatio, quia Iudex lance mentis penſat & ponderat, quid magis expediat ſequi rigorem,vel æquitatē,debetque eſſe ſufficiens,& clara, ita vt nulla rationabilis dubitatio ſubſit, iuſta & certa cauſa exigente,vocatis etiam his quorum intereſt,deci.140.in deciſionibus, col.2.aliàs diſsipatio diceretur. & ſubijcit ibidem col.3.quòd prius de cauſa conſtare debet diſpenſanti,ne videatur ignorare fundamentum ſuæ iuriſdictionis, quòdque vocari debet pars hac ratione, aliàs conſtare non diceretur,quoniam cauſarum merita, partium aſſertione pandũtur.l.ſi.C.ſi per vim vel alio mo.c.cum ex literis, de in integ. reſtitu.Bal.conſi.8.punctus quæſtionis,col.2.vol.3.

## Ad c.Romana.§.contrahentes,de fo.compe.in.6. Dialogus. 75.

FORVS.

**P.L.** CITATIO facta à Iudice extra territorium,ratione delicti in ſuo commiſſi, nō valet,nec tenet, nec afficit perſonam citati.c.Romana.§.contrahentes, de fo. compe.in.6.not.in.c. fi.co.ti.in antiq.pulchre Arc.conſi.58.diligenter, col.1.& idē in actuali executione dicit Ancha.in repe.c.canonũ ſtatuta,colum.179.de conſtitu. & hinc eſt quòd in contractibus etiam nō fit remiſsio,nec in delictis, vt inquit Bar.in.l.hæres abſens, in.§.1.ff.de iudi.& in.l.ſepulchri,nu.3.ff.de ſepul.vio.& in.l.j. nu.3.ff.ſi quis in ius vo. non ie. quod dictum in contractibus tamen limitat tribus modis Ro.ſingu.279.regula eſt, & in delictis declarat Bar.met in.d.l.ſepulchri, verum eſſe, ſecundum conſuetudinem Italiæ. Sed quid in abſolutione à iuramento, ſi petatur à Florētino Senis,vbi contraxit,aduerſario abſente?

**MAN.** Dubiũ faciebat citationis neceſsitas in abſolutione, quæ alibi facta non valet, vt dixiſti, & quia non poteſt conueniri quis in loco contractus,niſi ibi inueniatur.d.§.contrahentes, tamen contrarium verius eſt,cum agatur hoc caſu,nō de executione contractus,ſed de diſſolutione.c.poſtulaſti,de fo.cōpe.l.in contractibus.§. in omni.C.de nō nume.pecu.& vt per Lap.fuſius, allega.10. diſputat, in prin.Feli.in.c.fi.colum.15. de fo.compe.Ro.ſingu.470.Florentinus, tradendo intellectũ ad.d.§.contrahentes,etiam Areti.conſi.135.clariſsime Domine,



ne,col.pe.dicebat,quòd licèt ibi legatur,quòd Iudex loci,contractus,vel delicti,non poteſt citare extra territorium,quo ad effectum diſtringendi vel condemnandi perſonam, nō legitur tamen,quòd non poſſit reus verbaliter citari.

## Ad.c.pro humani,quod eſt.j.de homi.in.6. Dialogus. 76.

ASSASSINVS.

**P.L.** CAP. pro humani, quod eſt primum, de homi.in.6.loquens in Aſſaſsinis,& quòd laici etiam cōprehendantur, quare tolerabile eſt?

**MAN.** Quia(vt inquit Abb.in.c.cum ſit generale, col.11.de fo. compe.& in.c.quæ in eccleſiarum, col.3.de conſti. concernit ſtatum totius Chriſtianitatis,ex quo aſſaſsinamentum, grauiſſimum ſcelus eſt,quod etiam,hac ratione,in mandato non venit,niſi ſpecificetur.l.non ſolum.§.ſi mandato meo, & ibi Barto.ff.de iniur.Bal.conſi.98.Betonus, col.2.volu.1. Qui dicit etiam ibidem,col 3.quòd eſt qualitas, quæ probari nō poteſt, niſi probetur mandatum.

**P.L.** Sed nunquid laici, poſsint ſe intromittere in clericis aſſaſsinis?

**MAN.** Gemi.in.d.c.1.ad fi.fretus authoritate Io.And.in.c. cum non ab homine,in fi.de iudi.ſentit quòd ſic, ego vero dubito, quia ſi Papa voluiſſet,hoc ibidem expreſsiſſet.l.vnica.§.ſin autem.ver.ſin vero.C.de cadu.tol. & quia ſi non poteſt ſtatuere,niſi in pertinentibus ad ſuam iuriſdictionem, ſtatuatque nihilominus laicos etiam comprehēdi, & tolerabile eſt vt ſupra non debet modo extendi, vt à laicis etiam clerici poſsint puniri,argu.in.l.tutori, ibi, „ Sufficit ſi in paucis amici laboribus „ conſulatur.C.de nego.geſ.& in.l. ſi non lex.ff. de hæ. inſti. & quia denique eſt materia pœnalis,ac odioſa,quæ extendi non debet de caſu expreſſo ad omiſſum, nec de perſona ad perſonam.cap.odia.c.in pœnis,de regu.iu.in.6. Tamen authoritas Ioan.And.magna eſt, & Gemi.nec ab eis facile recedere debemus,& nouiſsime ita tenet etiam Caſſane.in conſue. Burgun. fo.52.col.4.

**P.L.** Quid vult dicere tex.adhuc,in.d.c.pro humani, quòd aſſaſſini pro diffidatis habentur?

MAN. Nil aliud, niſi quòd alia ſententia non requiritur, quòdque bona eorum poſſunt inuadi & occupari, vt per Ancha. cõſi. 277. ex prædicta, col. 2. & cõſi. 437. ex prædicta, col. 2. pariter, ipſi vero impune occidi, etiam à priuatis, vt per Bar. & Docto. in l. omnes populi. ff. de Iuſti. & iu. Bald. in l. cum mulier, col. 6. ff. ſolu. mat. & Canoniſt. in c. fi. de conſue. Euerar. Louanien. de locis topi. 76. præterea, col. 3. Tamen quo ad ſententiam, aduertendum puto, vt ſentit Io. And. & Archidi. in d. c. pro humani, quia omnia iura mundi diſponunt, vbi ipſo facto imponitur pœna, quòd neceſſaria ſit ſententia declaratoria, probat ex multis poſt eos Gramma. deci. 15. in cauſa, col. 2. & 3. nonnihil Bal. conſi. 301. proponitur, col. 2. vol. 1. Bellame. deci. 678. in tali, col. 2. idem Bal. in l. iubemus, in §. ſanè, colum. 2. C. de ſacroſanc. ec.

P.L. Nũquid in omni genere perſonarum adhuc locum habeat quod ibi dicitur, etiam ſi ſint qui pecunia homines occidant, an vero in certo, ideſt eorum, qui dicebantur aſſaſsini, quique erant infideles?

MAN. Io. And. & Archi. ibi tenebant, quòd in certo genere locum habeat tantũ, Imo. vero & Dominicus, oppoſitum, idque etiam Bar. in d. §. ſi mandato meo, & Saly. in l. ea quidem. C. de accu. & Bal. conſi. 98. Betonus, allega. etiam ſupra. col. 2. & Albe. in ſtatu. parte. 4. q. 20. ſed quid, & mihi etiam magis placet opi. hæc, licèt primam teneat quoque Areti. conſi. 165. ſicut, col. 13.

P.L. Pone quòd aliquis faciat depoſitum, vt inimicus ſuus interficeretur, tamen factum vlterius non proceſsit, punietur ne deponens perinde ac ſi delictum conſumatum fuiſſet?

MAN. Io. Mona. & Io. And. ibidem adhuc, dicunt, quòd ſic.

P.L. Et male, eiſdemque refragari videtur quod dicitur in l. is qui cum telo. C. ad legẽ Cor. de ſica. & in l. aut facta, in §. euentus. ff. de pœn. ex quo factum conſumatum non eſt.

MAN. Illud, quod in d. locis dicitur, verum eſt quo ad pœnam ſtatutorm municipalium, non quo ad temporales, quæ in d. c. pro humani, exprimuntur. & ita declarat Bald. conſi. 430. qui voluit, vol. 2. aliquid in l. ſiquis non dicam rapere, col. 3. C. de ep. & cle. Afflic. multa in c. j. in §. ſi voluerit, col. 3. de capi. qui cu. ven. in vſib. Scriben. late in l. j. ff. quid quiſque iu.

P.L. Habebit ne locum rurſus. c. prædictum in homicida?

MAN. Non, quoniam alios exprimit. c. qualis. 25. diſ. tradit Archiep.



chiep. Flo. in tracta. de excommu. c. 36.

P.L. Iudicio meo eſt etiam, quod ibi dicitur, mirabile, quòd liceat occidere, contra præceptum illud generale,

NON OCCIDES.

MAN. Hoc ipſum in multis caſibus permiſſum eſt, qui iure diuino prohibiti nõ ſunt, & plus, vbi naturalis ratio ſuadet ipſum limitari & diſtingui, quòd tunc tranſgreſsio non inducit peccatum, ex quo præſumptio eſt, Deum ſic voluiſſe, & non omnes caſus diſtinguere, & lati⁹ vt per Abb. in c. fi. col. 3. de cõſue.

## Ad cle. diſpendioſam, de iudi. Dialogus 77.

### ORDO IVDICIARIVS.

P.L. SI cauſa vſuraria agitetur coram Iudice eccleſiaſtico, certum eſt, quòd ſuper ea proceditur ſimpliciter & de plano, caſus eſt in cle. diſpendioſam, de iudi. Ro. conſi. 225. quo ad primum, in princi. Sed quæro, quid ſi agitaretur coram Iudice ſeculari?

MAN. Certe non deberet induci diſcordia inter vnum & aliud ius. c. cum expediat, de elec. in 6. Tamen quia inducta eſt, & vtrunque poteſt in ſuo foro ſeruari, iuxta glo. not. in c. 2. de arbit. eo. lib. dicendum eſt. d. caſu fore ſecus, iudiciariumque ordinem tunc ſeruandum eſſe, quia lex canonica, non poteſt dare foro ſeculari modũ procedendi, vt egregie declarat Abb. in c. eccleſia S. Mariæ, col. 8. de conſtitu. ſignanter etiam in c. j. col. 3. de no. om. nun. & ideo dicunt D. de Rota, deci. 358. ſi commiſsione, in nouis, quòd iſte eſt caſus, ex exceptuatis in iure, præcipuus procedendi modo prædicto, regulare igitur eſt, vt ordo ſeruetur. l. probatam. C. de ſen. fallit in caſu. d. cle. diſpendioſam, & de iure canonico. Videtur tamen quòd lex canonica poſsit dare foro ſeculari modum procedendi, & ſic quòd Abb. dictum, tutum non ſit, quoniam materia vſuraria ſpectat ad ius canonicum, & facit glo. in c. 1. in verbo eccleſiaſticis, de excep. in 6. niſi opi. iſtas concordemus, vt per Gemi. in c. 2. in pe. not. de iureiu. in 6. ſed concordia adhuc tuta non eſt, & ſupra dicta ratio vrget, & aduertit etiam Deci. in d. c. eccleſia S. Mariæ, col. 18. Ego tamen à prima opi. non diſcedo, quoniam Papa non poteſt, nec intendit tollere iudiciarium

ordinem, niſi quo ad ſuum forum, eſto quòd materia vſuraria ſpectet ad ius canonicum, vt nouiſsime etiã dicit Bal. in l. eos, in. §. fi. in fi. C. de vſu.

P.L. Hæc diſputatio deberet ſufficere, ſed vnum aliud ſcire cupio, in cauſis enim, ſeu beneficijs eccleſiaſticis, hodie procedi poteſt ſine figura iudicij. d. cle. diſpendioſam, vel ponamus q in commiſsis omnis ſolemnitas iudicialis remota ſit, videbitúrne ob hoc remota citatio?

MAN. Nunquam.

P.L. Ratio?

MAN. Quia eſt de iure naturali, & tolli non poteſt, cle. paſtoralis, de re iudi. cle. ſæpe, de verbo. ſi. Bar. in l. filius, in prin. de dona. Bald. in l. prolatam. C. de ſen. Areti. conſi. 62. ex facto, colum. 1. in fi.

P.L. Appellatio, eſt defenſio. c. ſuggeſtum, de ap. & tamen tollitur. c. 1. de reſcrip.

MAN. Tollitur, non vt defenſio proprie, ſed vt appellatio, quæ eſt defenſio ciuilis, & vt latius declarat, Deci. in rubri. de ap. colum. 6.

P.L. Tranſeat, dixiſti pater & præceptor, quòd in beneficijs eccleſiaſticis, ordo iuris non ſeruatur.

MAN. Verum eſt.

P.L. Et negari non poteſt, ſed quid in profanis & ſecularibus?

MAN. Secus, vt ibi glo. eccleſiaſticis tenet, & Car. q. vndecima, & vltimo loco Gig. in tracta. de penſio. q. 71. an lit. conteſtatio, col. j.

P.L. Poſſet etiam ex hoc inferri ad cauſas hoſpitalium, an in eis adhuc locum habeat deciſio. d. cle.

MAN. Glo. ibidem tangit, & ſentit, quòd ſic, in verbo beneficijs. idem Lap. de hoſpita. nume. 50. & quòd in beneficialibus non ſeruetur ordo iuris, hoc idem intellexit Calde. quando dixit, quòd iura. d. caſu ſuper celeri expeditione prouident, conſi. 7. an in cauſa, de re iudi. & ad intellectum. d. cle. notandum eſt, quòd id locum habet, reſpectu ordinis iudiciarij, non quo ad effectum probandi, quoniam de graui præiudicio agitur, & vt per Bal. late, in l. 3. in. §. ſciendum. ff. ad exhiben.

Ad. c.



## Ad. c. ſi annum, de iudi. in. 6. Dialogus 78.

### PATRIA POTESTAS.

P.L IN ſpiritualibus patria poteſtas non curatur. c. ſi annũ, de iudi. in. 6. Abb. in. c. in præſentia, colum. 18. de proba. vbi dicit hac ratione, quòd minor ingreſſurus religionem, ante ingreſſum poterit teſtari, & bene, & quòd ſacerdotium ex hoc filiũ liberet à patria poteſtate, tenet etiam Bal. in l. ſacroſanctæ, in prin. C. de ep. & cle. Alex. in l. 2. in. §. quod ſi in patris, colu. 2. ff. ſolu. mat. Gui. Pap. conſi. 78. quod Roletus in fi. & Io. And. in. c. ex literis, per illum tex. colum. 2. de in inte. reſti. quòd ibi cauſa erat talis, vt poſſet filius, etiam minor, ſine conſenſu patris, eſſe in iudicio. idem Bal. conſi. 430. præmittendum, vol. j. & indubitatum videtur, quia ſi ſine conſenſu agit patris, in do te, etiam minor, ac etiam ſine curatore, vt inquit Rom. conſi. 486. in caſu, multo magis agere poterit ĩ ſpiritualibus. & quo ad dotem Bal. in l. 1. colu. 2. C. de dot. pro. aſsignat rationem, quia pertinet ad forum eccleſiæ, ratione matrimonij. Niſi dicamus, vel quòd verum non ſit, vel quòd ad dotẽ ſic agat, quia incidebat, non quòd principaliter ageretur. c. de prudentia, de dona. int. vi. & vxo. idem Bal. in l. mulier. C. de iure do. ſed Roma. opi. verior, quam etiam amplectitur Seyſel. in l. ſi conſtante, col. 10. ff. ſolu. ma. ſed in his quæ ſunt publici iuris (in ſpiritualibus enim certum eſt, quid dicendum tenendum ve ſit) an curetur?

MAN. Non, immo idem iuris eſt. l. 3. l. qui in poteſtate. ff. de teſta. late Ange. in l. filius familias, in prin. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu.

P.L Quid in feudis?

MAN. Non curatur quoque, aliàs emancipatus non admitteretur, & tamen admittitur, vt not. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. vbi nos multa.

P.L. Votum eſt quid ſpirituale ad propoſitum, & tamen curatur. l. ſi quis. §. voto. ff. de pollicita.

MAN. Immo non eſt ſpirituale, quia ſi eſſet laicus non efficeretur capax. c. decernimus. c. quanto, de iudi. & tamen capax eſt.

P.L. Ergo patria poteſtas curari deberet, & tamen non curatur.

l.Deo nobis.§.j.C.de ep.& cle.Odoſ. in.l. tam ex contractibus.ff.de iudi.nec ob.tex.in.d.§.voto,quia votum eſt,quo aliquid reipub. promittebatur. vel dicamus, quòd per.d.§.1. corrigatur.

## Ad cle.1. de proba. Dialogus. 79.

### VERBA NARRATIVA.

**P.L.** CERTVM, atque indubitatum eſt, quòd verba narratiua non probant,ex quo probari debent.l.vnica.C.quando nó pe.par.Ro.conſi.79.totum,in fi.Anchara.conſi.276.viſa,col. 1.idem Roma.conſi.191.inſtabo,col.1.Gemi.in.c.ſi Papa,in priu.de priui.in.6.niſi ſit in eis fundata narrantis intentio,cle. 1.de proba.c.nonnulli, & vtrobique not.de reſcrip.tradit Alex.conſi.79.circa,col.5.vol.1.Ancha.met, conſi.297.efficacibus,col.4.& conſi.301.viſo,colu.1.& conſi.399.intentio,in prin.Ro.conſi.180.ſi admittimus,col.1.Gui.Pap.in tracta.de reſcrip.nu.14.15.Gemi.conſi.15.Reuerende,col.2.idem Alexan.conſi.101.viſis,col.5.vol.1.Fede.de ſen.conſi.117.caſus, col.1.ſed quid ſi tractetur de præiudicio tertij?

**MAN.** Iſto caſu verba narratiua non probant, neque Principi aſſerenti eſt ſtandum,vt ex multis oſtendit Deci.in.c.cum acceſsiſſent,col.13.de conſti.Gramma.deci.103.illuſtris,nume. 228.Cur.iu.conſi.142.habita,nu.10.aliàs ſic,etiam ſi priuilegij fuerint per modum de quo in.d.cle.1.vt per Ancha.conſi. 171.caſus,col.2.& cóſi.295.pro clariori,col.3.immo plus dicit Bal.quòd in facto proprio Principi credendum eſt,ſicut legi,aliquid referenti, etiam ſine die & conſule, in.l.ex his verbis,col.2.C de mi.teſta.& alibi Abb.in.c. quæ in eccleſiarum, col.5.de cóſti.quòd adeo præſumitur pro Principe,vt non admittatur probatio in contrarium.

**P.L.** Pone,quòd in literis dicatur, aliquem deliquiſſe, credetur ne eiſdem?

**MAN.** Vtique, ſed non tamen vt bona publicata intelligantur. l.eius qui delatorem.ff.de iu.fi.Stepha.Fede.de int.iu.par.1.colum.9.Solet dari etiam intellectus ad dicta in clem.1. præallega.quòd maxime procedat, ſi aliquid Papa cócedat motu proprio,de quo tamen plene Areti.conſi.23.in præſenti conſultatione,col.3.etiá de facto alieno,vt Rui.ait, conſi.41.nu.13. vol.1.& quòd longe magis operantur verba enunciatiua prolata per modum cauſæ, quàm ſi aliter eſſent enunciata, inquit idem Areti.conſi.83.quia multa, colu.1.Bal.conſi.150.caſus, col.2.vol.2.



**P.L.** Si ergo eſt ſpeciale in Papa,quòd ipſius verbis credatur,præſertim quando in ipſis intentio eiuſdé fundata eſt,vt diximus, eritne in contrarium iuris communis diſpoſitio in cæteris?

**MAN.** Indubitatum eſt,immo vulgatum.l.quod vero contra.l. ius ſingulare.ff.de legi.& ita in ſpecie dicit Barba.conſi.42. illud,col.pe.vol.1.Rui.conſi.41.nu.9.vol.1.Gramma.deci.15. in cauſa, ad fi.& ad propoſitum not.in.l.1.ff.de offi.eius, vbi Iaſ.col.10.& ibi nos multa, quòd quando ſunt verba narratiua,inque eis fundata legiſlatoris intentio,perinde eſt, ac ſi forent diſpoſitiua,quòdque ex eis licet arguere, ſicuti ex diſpoſitiuis.

**P.L.** Sed quomodo cognoſcitur, quando intentio legiſlatoris in eis fundata eſt?

**MAN.** Glo.in.d.cle.1.declarat,& exemplificat tribus modis, in verbo intentio,quam tibi aliter non recito, videbis à te ipſo poſthac, ſi volueris,& quòd in Principe ſemper præſumatur veritas,& potentia ſanciendi, tradit Bal.conſi.327.pridie, col.5.vol.1.

**P.L.** Ad idem,quòd ſtetur narratis & aſſertioni Papæ, cuius vtilitatis eſt?

**MAN.** Maximæ, quoniam ille,cuius fauore narrat, & enunciat, fundatam intentionem habet, & onus probandi contrarium transfundit in aduerſarium,vt in locis ſupra allega.not. nouiſſime Roma.conſi.369.circa,col.9. Tamen Bal.in.l.puniri. C. ſi contra ius vel vti.pub. dicit, quòd licèt contra narrata per partem admittatur probatio,non admittitur tamen contra diſpoſita per Principem. Si Papa etiam dicat, ſe aliquid facere ex certa ſcientia,eidem credendum eſt,tanquam de facto proprio,vt per Feli.in.d.c.nonnulli.verſi.confirmatur,col.2.

**P.L.** Nunquid idem quid dicitur in.d.cle.1. ad collegium Cardinalium poſsit extendi?

**MAN.** Iſer.in.c.1.de controuer.feu.ad fi.in vſib.ſentit quòd ſic, „ idque etiam poſt eum Gramma.deci.65.excellens, nu.62.facit quod habetur in.l.quiſquis, ibi, Nam & ipſi pars corporis „ noſtri ſunt.C.ad legem Iu.maieſta.

P.L. Forte oportet etiam, quòd Princeps non recognoſcat aliquem in ſuperiorem.

MAN. Idem Gramma.ſentit in deci.de qua ſupra nu.64. poſt Iacob.de S. Geor. in loco præallega.per eum, ſed indubitatum videtur,cum loquatur tex.in Papa, qui non recognoſcit aliũ, niſi Deum. idem Rui. conſi.31.quia in dubium, nu.10.lib.1. & cum habeat varios intellectus,pluresque limitationes patiatur, not. diſtinctionem ponit Seyſel. in authen. ſi quis in aliquo documento,colum.4.de eden. Qui declarationem tradit etiam in Specu.feu.in prin. qui feu.da.po.col.7. quòd loquitur in beneficialibus,& in his in quibus Papa habet plenitudinem poteſtatis,poſt Abb.in.c.ad audientiam, de præſcrip.vbi etiam Feli.late,col.3.

P.L. Hoc vnum ſolum ſcire deſidero, cum quo finiam, quid in geſtis à prædeceſſore,narratiue expreſsis?

MAN. Reſpondeo,& eſt pulcherrima dubitatio certe, quòd idẽ erit, quia præſumitur Princeps eo caſu informatus, quod ibi ſentit Car.in.9.q.Rui.vltimo loco, & pulchre quidem, conſi.22.viſis,nu.8.vol.j.

## Ad.c.quamuis, de pac.in.6. Dialogus. 80.

### PACTVM SVCCESSIONIS.

P.L. QVANDO iuramentum poteſt ſeruari ſine interitu ſalutis æternæ,id vtique ſeruandum eſt .c. quamuis, de pact.c. cum contingat,de iureiu.c.licet mulieres,eo.ti.in.6. quamuis per obſeruantiam,quis damnum patiatur,vt inquit Anch.cõſ. 159.rationes,col.3.etiam quòd iurans ſit minor, dicit idem Ancha.conſi.180.viſa,col.j.& regulam hanc generalem appellat,conſi.192.in auxilium,col.2.& Canoniſtarum Bal.in auc. ſacramenta puberum,col.vlti.C ſi aduer.ven.etiam ſi præſtitum fuerit ſuper contractibus prohibitis de iure ciuili, vt in d.iuribus,& declarat idem Ancha.con.226.legitur,paulopoſt prin.& cum ſit quoddam ſpirituale,iure diuino, canonico & ciuili confirmatum,ſuper obſeruantia humanorum actuum, per ſtatutum annullari non poteſt,alias aperiretur via periurijs,contra propria iuramenta,quæ omnimodo,vt dixi, ſeruãda ſunt,& nouiſsime diſcurrit idem Ancha.conſi.330.viſis,colum.



lum.2.intelligendo ſemper,quòd non ſit vinculum iniquitatis,quia tunc ſecus dicendum eſſet,vt adhuc idem dicit conſil. 339.pro maiori,col.pe.Sed ad propoſitum.d.c.quamuis,quęritur,in filia enim dotata loquitur,quę renunciauit ſucceſsioni paternæ in manibus ipſius patris,an idem ſit,facta renunciatione fratribus?

MAN. Ibidem not.& concluditur,quòd ſic,& ita tenet etiã Fed. de Sen. conſi.140.punctus,in prin.Ro.conſi.190.clarũ col.j. & ad propoſitum dicit etiam conſi.437.in caſu, colũ.2.quòd licet reipub.interſit, ne filia re ſua male vtatur, renunciando, prout communiter fit,pro præſenti modico, magnæ hæreditati,omne futurum deſpiciens,iuxta illud Claudia.

Omne futurum deſpicitur.

Suadentque præſentia fructum,quod etiam refert gloſ.in.l.cũ hi,in prin.ff.de tranſac.compelli tamen debet ad obſeruantiã iuramenti,non oportet etiam quòd ſit cõtra naturalem æquitatem,quoniam tunc nec iſto caſu eſſet obligatorium .c. non eſt obligatorium,de regu.iu.in.6.& ſignanter exemplificat in caſu.d.c.quamuis,& ſimilium,Stepha.Fede.in tracta.de int.iu. in.3.membro principa.col.21.& aduertit Abb.in.q. ſtante ſtatuto,col.2.quòd licèt pactum reprobatum ſit,firmatur tamen iuramento,& fuſius in.3.Idemque Soci.regu.280.pactum, fallen.vlti.Bal.in.l.pactum,in prin.C.de colla.Veronẽ.cau.182. tu ſcis.Vbi docent etiam,quomodo fieri poſsit,vt pactum valeat quamuis filia non iuret.& ad propoſitũ pacti iurati, quòd valeat tradit Bal.in.l.fi.col.3.C.de pac.& idem in filio, renunciante legitimæ,viuo patre,dicit in.l.ſi quando,in.§.illud, in prin.C.de inoff.teſta.& in compoſitione facta inter epiſcopũ & clericum,ſuper modo præſtationis,& quantitate charitatiui ſubſidij,quòd valet maxime iuramento firmata. Bellen. in tracta.de charitati.ſub.q.48.an valeat,col.j.

P.L. Iſtud iuramentum, ſi de tertij præiudicio agatur, releuabítne?

MAN. Non.l.Titia.§.Imperator,& ibi Bar.ff.de lega.2.no.in.l. hac edictali,in fi.prin.C.de ſecun.nup.idem Bar.& Salyc.in.l. j.C.de inof.do.Bal.in.l.fi.in.§.filijs autem.C.de bonis quæ li. Alex.conſi.55.conſyderatis,col.3.vol.j.Ripa interpreta. lib. 3.de dona.q.3. an diſpoſitio huius legis,col.2.& ideo non cõualidat donationem inofficioſam,quominus poſsit reuocari vſque ad legitimam filijs debitam,vt in locis prædictis exemplificatur.

plificatur.& ita communiter tenetur in.d.§.Imperator.

P.L. Si fiat donatio inter virum & vxorem, certum eſt quòd non valet.l.j.2.3.ff.de do.int.vi.& vxo. quid ſi iuraméto vallata ſit?

MAN. Supra dicta ratione,quia ſeruari iuramentum poteſt, ſine diſpendio ſalutis,valebit vtique,& ſeruandum erit, & eſt cómunis opi.originalis Guliel.de cu.& dubitatio multum vulgaris,de qua per Bar.in.l.Seius & Augerius,in fi.ff.ad legé fal. & in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiu.not.in.d.c.quamuis. Aretin. plene,conſi.74.diligenter,col.2.&.3.Plenius Bal.conſil.29.caſus,col.2.volu.j.& dicit in ſimili,vbi nullum vertitur peccatũ creditoris, licèt iurans ænormiter lædatur,quòd relaxatio peti non poterit,in.l.qui iurato,lectu.1.in fi.ff.qui ſatiſda. cogi. & generalius,quàm ſupra not.in rub.de iureiu.vbi Iaſ.in principi.& alij,quòd ſi non ſit contra publicam vtilitatem,cõtra bonos mores,dolo aut metu extortum ſemper ſeruandum eſt.et quòd quàmuis de iure ciuili non ſit modus inducendæ obligationis,ſecus tamen eſt de iure canonico,& quòd valeat obligatio etiam inter patrem & filium,Alex.conſi.20.ponderatis,colum.j.volu.3.& pactum in caſu.d.c.quamuis, quòdque iuramentum ſeruandum ſit pariter,tenuit ẽt Bal.in.c.j.in.§. moribus,in prin.ſi de feu.ſuc.controuer.inter do.& agna. in vſib. Dicens rurſum in.l.quid ergo,in.§.j.col.2.ff.de contraria tute.ac.quòd authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven.locũ habet in liberatione,ſicut in vero cõtractu, quòdque minores poſſunt cum iuramento remittere,refutare, & renunciare. & quòd denique iuramentum,quod ipſum maiorem repreſentat,ſeruandum eſt,poſt Dy.ſubijciens,hoc idem hodie diſpoſitum eſſe in.d.c.quamuis.non nihil Bar.conſ.8.factum, col.2.

P.L. Dixiſti,ſi meticuloſum fuerit, quòd non debebit ſeruari, quid ſi confirmatum ſit diuturna patientia metum paſsi?

MAN. Iſto caſu ſecus erit,quia metus purgatus eſt,vt plene docet Rui.conſi.105.caſus,nume.5.&.10.vol.j.

P.L. Mulier iurat matrimonium contrahere cum aliquo, poſtea eam pœnitet,an iuramentum ſeruare teneatur?

MAN. Non.

P.L. Ratio? poteſt enim ſeruari ſine diſpendio ſalutis,ímo ſeruari deberet neceſſario,ipſaque compelli ad ſeruandum, cum nec videatur meticuloſum,nec contra bonos mores.

MAN. Quia matrimonia libera eſſe debent, & quia coactiones huiuſmodi



huiuſmodi plerunque difficiles exitus habere ſolent.c.gẽma, de ſponſa.c.requiſiuit,& ibi Abb.in prin.eo ti.l.Titia,in prin. ff.de verbo.ob.& ad regulam facit hinc,quòd iuramentũ, adhuc in minore loquentes,vt ſupra in genere præſtitum ſuper quocunque contractu celebrato,vel celebrando, ipſum validat,vt per Alex.in.l.ſi quis mihi bona,in.§.ſed vtrum, in fi.ff. de acqui.hære.& renunciationem parriter,ſi iuri de futuro facta fuerit,aliàs nulla,quod idem etiam tenet in.l.ei qui,in princip.col.2.ff.eo.Ro.conſi.22.pro propoſitæ,col.j.& de materia aliàs in.l.ſed & ſi quis,in.§.quæſitum.ff.ſi quis cau. & in.l. j.C.de pact.

P.L. Sed quare eſt, quòd donatio omnium bonorum præſentium & futurorum,etiam iuramento confirmata, non valet?

MAN. Immo valet,vt no.in.l.fi.C.de pac.& in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.obli.quia iuramentũ ſeruari poteſt ſine diſpendio ſalutis,& ita in ſpecie Corne.conſi.252.primo videndum eſt,col.4.vol.3.Vel & aliter reſpondeo, & melius,quia ita communiter tenetur,quòd non valet, quia iuramentum eſt contra bonos mores,aufertur enim ſic donanti libera teſtandi,facultas,induciturque votum captandæ mortis, & latius vt in.d.locis,& ipſemet Corne.ſibi contrarius,ita cõſuluit,conſi.60.quanquam in.2.col.vol.2.Cur.iu. conſil. 25. habita,col.3.&.4.

P.L. Si pactum induceret veniale peccatum, confirmaretur ne iuramento?

MAN. Archidia.in.d.c.quamuis,ſentit quod non,& male ratione prædicta,& in ſpecie ipſum reprobat Alex.in.l.quia tale, in §.eleganter,in.2.col.ff.ſo.ma.

P.L. In materia pulchrum eſſet ſcire,an iſtud iuramentum tollat enormiſsimam læſionem.

MAN. Credo ego quòd non,quòdque iſta ſit opi. communis & not.in.l.pactum.C.de colla.& in.d.c.quamuis multa Cur. iu. conſi.53.habita,col.3.&.4.& ante eum Alex. conſil.42. ſuper præmiſſo,col.2.&.3.vol.j.Deci.conſi.45.quod ſupra col.j.volu.j.& omnes,quia in deceptione magnæ quantitatis, dolus ineſſe præſumitur.l.omnes.§.lucius.ff.quæ in frau.cred. idem Cur.conſi.141.habita,col.2.aliquid Capici.deci.159. in cauſa colum.13.

P.L. Prædictum.c.quamuis,eſt ne limitatoriũ vel correctoriũ?

MAN. Nec iſtud vel illud,quoniam addit ſolum iuramentũ eo caſu

caſu eſſe ſeruandum,& ſi contra Ful. & Cuma. in.d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, dixerit Iaſ.eſſe limitatorium, & aduertunt ac declarant Moder.Hiſpa.in tracta.de vlti.fi.iuris ca. & ci.numero.304.

**P.L.** Si naturali vinculo accedat iuramentum, crítne ſtandum eidem?

**MAN.** Vtique erit,ſi non fuerit meticuloſum.

**P.L.** Aduerſari videtur tex.in.l.fi.C.de non nume.pecu.

**MAN.** Non eſt verum,& operatur,quia conſenſus adeſt.l.cum amplius.§.is natura debet.ff.de regu.iu.argu. in.l.fideiuſſor.ff. de fideiuſſo.Bal.in terminis,conſi.441. viſis. colum. penulti. volumi.5.

**P.L.** Certum eſt adhuc.d.c.quamuis,habere locum,ſi pactum factum ſit ei,de cuius ſucceſsione agatur,nũquid valeat, factum de hæreditate abſentis,ita vt hoc modo extendatur etiam ad alium caſum?

**MAN.** Si non eſt correctorium,deberet valere, & extendi. Tamen Gui.Pap.conſi.162.circa,col.2.contrarium tenuit,quòd non valeat,quòdque non extendatur,non illa ratione, quia correctorium ſit,vt dicit,ex quo non eſt verum, vt ſupra ſed ex alio,quod ipſe poſtea probat,nec aliter refero.

**P.L.** Si filiæ nulla dos data fuiſſet,vel ſi fuiſſet doloſe,ac perſuaſionibus inducta ad renunciandum.aut iuraſſet non renunciare,niſi cum certa ſolẽnitate,quid iuris,ſeruaríne iuramentum deberet?

**MAN.** Magna rerum copia tibi hodie ſuppetit Petre.

**P.L.** Materia etiam ampla eſt,præbetque nobis cauſam loquẽdi.

**MAN.** Crederem igitur his caſibus,immo firmiter tenendũ eſt, quòd non,quia ſi nulla ſibi data fuiſſet dos, Læſa reperiretur. l.j.ff.ſolu.ma.l.aſsiduis.C.qui po.in pi.ha.not.in.d.c.quamuis & in.d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.non nihil Bononien. in.c.in præſentia,numero.177. de proba.Secundum, ex multis probat Fede.de Sen.conſi.199.quæritur.3.glo. in.d.c.licet mulieres,de iureiu.in.6.Bar.in.l.ſi quis pro eo,in.3. membro prin.ff.de fideiu.Seyſel.vbi alia multa etiam ad.c.quamuis, limitationem,in.d.l.ſtipulatio hoc modo concepta, col.4.ad ſaturitatem Soci.regu.150.filia,cum.37. fallen. pluſquam ſatis Afflic.in.c.j.in.§.ſi quis inueſtierit,col.4.5.6. de feu. da. inui. leg.commi.in vſib.

**P.L.** Tamen adhuc ſcire deſidero,ſi filius iuraſſet ſeruare contẽta in



ta in teſtamento patris,an poſsit iuramento contrauenire.

**MAN.** Non,ita Gui.Pap.deci.96.nobilis,col.3. qui dicit etiam deci.206.in hac,ad fi.quòd quamuis iuramento non obſtante, poſsit iudex pœnam augere,vel minuere, in foro temporali, ſecus tamen eſt in ſpirituali.

**P.L.** An ſuper iſto iuramento poſsit diſpenſari?

**MAN.** Idem Gui.Pap.tenet quòd ſic,poſt Gof. & Vincen.in.d. cum contingat,de iureiu. & contra Arch.& Gemi.in.d.c. quã uis,deci.124.item fuit,col.j.

**P.L.** Tranſeat, remanebítne pactum & contractus validus?

**MAN.** Sine dubio,ita idem Gui.Pap.deci.226.item fuit,col.2.

**P.L.** Sed an in caſu.d.c.quamuis,requiratur certioratio notarij?

**MAN.** Idem adhuc,ex multis dubitat,& tandem poſt Archi. in d.loco,concludit,quòd non deci.227.plus dixi col.2.

Marci

# Marci Mantui, Bonaviti, Patavini, Ivrisconsvlti, Caesarei'qve Comitis minimi Dialogorum.

## Liber Qvintvs.

### Petrvs Man. Nepos Man.

### Ad.c.ſi Papa, de priuile.in.6. Dialogus 81.

#### Verba operantvr.

**P.N.** DIDICI à te pater ven. eſtque ferè in ore omnium, quòd verba ita & taliter interpretanda ſunt, vt ſemper aliquid operentur, ne ſuperflua & ocioſa videãtur.l.ſi quando.ff.de lega. j.l. quod ait lex, in prin.reſtituenda.vt dicat, nõ occiſum, ſed ocioſum.ff.ad legem Iul.de adul.c.ſi Papa, de priui.in.6.Roma.conſi.79.totum, in princ. Alex.conſi.28.viſis, in prin.vol.j.Corne. conſil.243.in hac.col.j.vol,4.Immo quòd nec ſyllaba quidem eſſe debet, ſine eſfectu prædicto, vt per glo.in.l.j.ff.quod met.cau.Bal.in rubri C.de contrahen.emp.q.9. Tamen non videtur verum hoc, quoniam in priuilegijs liberæ ſepulturæ, ſolet apponi clauſula ſalua Iuſtitia, & tamen nihil operatur, vt not. Docto.in.c. certificari, de ſepultu.

**MAN.** Operatur fili chariſsime, quia dubitationem tollit, & ſatis eſt.l.non ſolent.l.quæ dubitationis tollendæ gratia.ff.de regu.iu.l.qui mutuam.ff.man.idem Abb.in loco prælega.col. pe.& eſt ſimile in.l.ſi quãdo.C.de inoffi. teſta. Et quòd debeát aliquid operari, probatur, quia ſi dictum ſit, quòd poſsit diſpé



ſari, poteſtas Epiſcopo cõceſſa intelligitur, quoniam de Papa non eſt dubium.c.2.& ibi idem Abb. col.2.de ele. pu. in duc. & dicit plus Ancha.conſi.326.in vnum, ad fi. quòd ſi qua in uerbis contrahentium apparet contrarietas, ad concordiam reuocari debent, vt aliquid operentur, & conſi.418. quanquá, quòd verba cuiuſlibet diſpoſitionis vltra ius cõmune, debent hoc idem facere, ne membranas occupent.

**P.N.** Quid ſi ſint narratiua?

**MAN.** Niſi ſint Papæ, de facto ſuo, & ſuper illis ſundetur intentio, probationẽ non inducunt, nec diſponunt, vt per Ro.cõſi. 180.ſi admitttimus, col.j.Abb.in.c.cum dilectus, in.4.de ſuc. ab inteſta.Rota dec.282.licet, in nouis.Io.Pariſien.de primogenitu.q.3.pro deciſione, col.4.Fede. de ſen.conſi. 34.quæritur, col.2.& conſi.50.quod pactum, col.4.Areti.conſi.23.in præſenti, col.3.Bal.in.c.j.in.§.perſonam, in fi.per quos fiat inueſti.in vſib.Ancha.conſi.127.ad dubia, col.3.nec nocent, uel proſunt, niſi contrahentibus.l. optimam. C.de contrahen.& commi.ſti.c. cum in iure peritus, de offi.de.d.c.ſi Papa, idem Ancha.conſi.142.clarior, col.3.

**P.N.** Quid in reſcriptis, in priuilegijs enim expeditum eſt, vt ſupra & in. d. c. ſi Papa. nouiſsime Deci. in.l. j. nu. 21. de ſecun. nup?

**MAN.** Idem, & tradit Ro.conſi.372.non video, Bal.in.l.nõ Epiſcopalis, col.j.C.de proba.& elicitur adhuc ex ſupra dictis, ꝙ regu. locum habet in quacũque diſpoſitione, etiam ſi materia fuerit pœnitentialis, ut idem concludit, conſi.509.circa, col. 5.& in gratia beneficiali, Rota deci. 474. ſuppoſito, col.2.in nouis.Et in vnione Pet.de Peru.in trac.vnio.c.4.col.2.

**P.N.** Si fiat pactum, quòd feudum uel emphyteoſis poſsit alienari, vt feci ego his diebus, quod non ignoras, quia emphyteota ille noſter difficulter ſoluit, vt meliorem inueniamus, intelligetúrne, me etiam non requiſito?

**MAN.** Fuerunt opiniones, affirmatiua tamen verior eſt, vt verba aliquid operẽtur.l.fi.& ibi Saly.col.j. C.de iu.emphi. Imo. in.c.potuit, de loca.Alex.conſi.172.viſo, col.pe.vol.2. plene Deci.in.c.quæ in eccleſiarum, col.vlti.de conſti.

**P.N.** Reuertor ad verba narratiua, ponamus quòd de modico præiudicio agatur, an probent?

**MAN.** Probant, & plene quidem, maxime ſi non ſit alia præſumptio, in contrarium, & narrata ſint de ſubſtantia actus, vt not. in.c.

in.c.cum olim, de cenſ. & in c.illud, de præſump. Abb.in.c.nõ nulli, in.§.ſunt & alij, col.4.de reſcri p.

P.N. Statutum dicit, quòd quilibet ad accuſandum admittatur, comprehendetúrne etiam inhabilis?

MAN. Sine dubio, exquo verba generalia, fauore pub. vtilitatis generaliter intelliguntur, nec reſtringũtur ad habiles.l.ſi quis in graui. §. hi quoque, & ibi Bar.ff. ad Syllania. Bal.plene, in rub.qui ac. non po.& vt ſtatuti verba quoque aliquid operentur, vt dicit Zaneti.in.c.j.col.3.de accu. & pro intelligentia.d. c.ſi Papa, nota quòd verba ibi nihil operantur, nec diſponunt, quia non faciebant ad propoſitum, ut ex multis probat Iaſ.in rub.inſti.de ac.col.2.Quòdque diſponunt, ſi legiſlator ponat factum affirmatiue, & ipſum non impugnet, quia illud cenſetur approbare.l. cum fundus. §. ſeruum tuum imprudens, & ibi Fulgo.ac Alex.ff.ſi cer.pe.l.quòd ſæpe.§.ſi res.ff.de contra hen.emp.l.in rebus, in prin.ver.ſed videndum.ff.commo.Bononien.in.c.vnico, col.2.de rerum permu.in.6.

## Ad. c. ſtatutum de præben. in. 6. Dialogus. 82.

### FAVOR.

P.N. FAVORABILIS eſt diſpoſitio, quæ reducit nos ad terminos iuris communis.l.ſi vnus.§.pactus.ver. quod in ſpecie.ff.de pac.c.ſtatutum, iuncta glo.in verbo numerandum, de præben.in.6.c.ab exordio.35.diſ.Deci.in.c. paſtoralis. col.2. &.3.de excep.in tantum vt fiat extẽſio etiam in correctoriis, quando reditur ad ius commune, ex quo materia tunc eſt fauorabilis, vt per Iaſ.in.d.§.pactus, col.2.& Bononien. in tracta.extenſionum, col.37.Cur.conſi.9.circa, nu.4.& conſi.6. circa, nu.14.& limitatur quod habetur in.l.præcipimus, in fi. & ibi Bar.C.de ap. not in authen. quas actiones. C. de ſacroſanc.ec. & in.l.ſi vero, in.§.de viro.ff.ſolu.mat.But.in.c.olim tibi, de verbo.ſi.Sed dubito, pone quòd deportatus reſtituatur, an reſtitutio quæratur ignorãti, cum nihil aliud ſit, quàm repoſitio in ſtatum priſtinum.l.quod ſi minor.§.reſtitutio.ff. de mino.& hoc quidem facilius fiat, quàm aliquid de nouo inducatur.cum eidem etiam fauorabile ſit.

MAN. Quæritur abſque dubio, rationemque dixiſti tu, & fuſ? Soci.



Soci.hoc ipſum confirmat, in.l.quidam relegatus, col.2.ff.de reb.dub.Dicit.etiam Ro.conſi.318.quæritur, col.2.quod verba conſtitutionis per quam reditur ad ius cõmune primæuũ, ſunt latiſsime interpretanda. Idemque Maria.in.c.fraternitatis, col.14.de teſti.& ad regulam faciunt congeſta per Neuiza. conſi.12. in volu.feudalium, patres, col.32. aliquid Alex.& alij in.l.ſi cõſtante.ff.ſolu.ma.Cur.conſi. 26.Hiero.col.4.Caſſanc.conſi.8.ſuper, nu.32.& videtur optimus tex.in.c.ad audientiam, de cle.non reſi.in ec.ubi conſtitutio exorbitans, loquens exceptiue, extenditur ad caſum in ea omiſſum, quia per dictam extẽſionem reducebatur ad ius commune, & ibi Cro. latius, col.29.

P.N. Dubito rurſum, quia dixiſti quòd ignoranti quæritur reſtitutio, exquo hoc idem ei fauorabile eſt, quid ſi odium uel damnum inferatur.

MAN. Hoc caſu forte ſecus dicendum eſſet, argu. in.l. cum quidã.ff.de libe. & poſthu.Bal.in terminis, in.l.ſcire oportet, in.§.j.col.2.ff.de excu.tuto.

P.N. Stat ſtatutum in ciuitate, vt hic, quod agnati præferantur cognatis, ſub his verbis erúntne comprehenſi emancipati?

MAN. Ias.poſt Saly.et Ange.in.l. qui ſe patris. C. vnde libe.tenent quod non, idque etiam ibi Deci.ſed contrarium videtur verius, quoniam ſtatutum nouum correctorium, ſi reducat nos ad primæuam iuris diſpoſitionem, fauorabile eſt, & poteſt extendi, ſed lex. xij.tabularum præferebat agnatos cognatis.l.pronunciatio.§.familiæ.ff.de verbo.ſi.l.j. §. ſed & ſi.ff.de ven.inſpi.ergo ſtatutum, idem diſponens, erit huiuſmodi, & (vt diximus) extendetur. Et ſentit Cur. olim collega, in.d.l. qui ſe patris, & ad propoſitum bene, nu.75.

P.N. Teſtamentum primum ſolemne, tollitúrne per ſecundum imperfectum, ſi ad diſpoſitionem iuris cõmunis reuertamur, quia in eo ſint inſtituti venientes ab inteſtato?

MAN. Tollitur, ratione prædicta, & eſt caſus in.l. hac conſultiſſima, in.§.ſi quis autem. C.de teſta.l.2.ff.de iniuſ.teſta. Ias. in.d.§.pactus, col.2.præallega.

P.N. Tamen alibi in.l.pactum quod dotali.C.de pac.reducimur ad diſpoſitionem iuris communis.l. maximum vicium.C. de libe.præte.& tamen pactum non valet.

MAN. Illud ideo eſt, quia erat contra bonos mores, auferebat liberam teſtamenti factionem, & quod peius eſt, inducebat vo-

tum captandæ mortis, vt ibi dixi in collectane. & in lectu. & non habet dubium. & ad caſum noſtrum dicit etiam Staphi. q. literæ, quæ appellantur facultatis, quando ſcribitur pro incerta perſona, & de beneficio incerto, fauorabiles ſunt, quia per eas reducitur ordinarius ad ius ſuum primæuum, & naturale conferendi beneficia ſuæ dioceſis, in tracta. de man. de proui. forma. 3. in prin.

P.N. Sed quæ horum omnium ratio poteſt aſsignari? fundata enim eſt regula in d. iuribus.

MAN. Quia omnis receſſus à iure, & diſpenſatio eſt odioſa. c. 1. & 2. de fi. presby. c. quæ à iure, de regu. iu. in 6. debiliuſque ius ſpeciale, quàm commune. l. eius militis. §. ſi militia miſſus. ff. de mi. teſta. ego late in l. fi. lec. 3. C. de edic. di. Ad. tollen.

## Ad c. ſi motu proprio, de præben. in 6. Dialogus 83.

### MOTVS PROPRIVS.

P.N. MOTVS proprius multum operatur. c. ſi motu proprio, de præben. in 6. Immo dicit Bar. in l. vbicũque, colum. 4. ff. de int. ac. quòd illud quod motu proprio alicuius relinquitur, ab omni neceſsitate excluditur. & Ancha. cõſi. 138. de natura, in prin. quòd cum in gratia ad impetrationem conceſſa, requiratur expreſsio beneficij, quantuncunque modici, & qualitatis, curæ ſcilicet, dignitatis & ſimilium, iſtis autem non expreſsis, reddatur ſurreptitia. d. c. ſi motu proprio. c. cum in illis, co. ti. & lib. ſi fiat tamẽ motu proprio, nõ poteſt dictis de cauſis iudicari talis, & conſi. 166. viſo, in prin. quòd quęlibet gratia Apoſtolica, ad poſtulationem conceſſa, eſt ſtricte interpretanda, magiſque ſi fiat motu proprio Principis. l. 3. in prin. ff. quod quiſq; iu. idemque conſi. 215. ſcripſit Papa, col. 3. & cõſi. 364. viſo, in prin. quòd officium clauſulæ non obſtante, eſt non habilitare perſonam inhabilem ad beneficium, ſed ſurreptionem literarum excludere, vt in hac clauſula motu proprio dicitur, & iam oſtenſum eſt ſupra plus dicit Ro. conſi. 327. iſtæ ſunt rationes, col. 3. quòd immo motus proprius Principis, in gratijs non ſolum operatur excluſionem (vt dixi) ſurreptionis, verum etiam alia longe plura, quæ ibi poſtea enumerat. & cõſi. 388. in caſu, col. 2. quòd gratia motu proprio conceſſa, ple-





niſsimam & fauorabilem interpretationem accipit, vt vltima voluntas. quòdque ſic Papa arguit de vltimis voluntatibus ad reſcripta, in c. authoritate Martini, de conceſ. præben. & in c. j. co. ti. in 6. aliquid Bal. conſi. 305. verba, col. 2. vol 1. Qui notabile verbum dixit quoque in authen. quas actiones, col. j. C. de ſacroſanc. eccl. quòd eccleſia Nouantulana habet ſingulare priuilegium, vt præſcriptionem non patiatur minorem annis centum, & omnia veriſsima ſunt, ſed vellem ſcire, quomodo iſte motus proprius probetur.

MAN. Probatur per literas.

P.N. Et non aliter?

MAN. Non, caſus eſt in d. c. ſi motu proprio, Rota deci. 332. licet Romana, col. j. in nouis. & dictu mirabile eſt, quòd motus proprius includit de neceſsitate viam negatiuam non cohar
tatam, videlicet, quòd nullus ſuper hoc Papæ ſupplicationem perrexit, vt in d. loco dicitur, col. 2. ad fi. & quòd non præſumatur niſi in literis & reſcriptio exprimatur, tradit etiam Iaſ. in l. fi. col. 7. de conſti. prin. Calde. conſi. 8. an exiſtens, col. j. de reſcrip. Gui. Pap. deci. 537. dixi, col. 2. Afflic. in c. j. nu. 37. per quos fiat inueſti. in vſib. Gramma. deci. 59. catholicus, nu. 56.

P.N. Sed quare eſt, quòd certa ſcientia probatur etiam per teſtes & ſic aliter quàm per expreſsionem?

MAN. Immo non, vt ſentit glo. in c. ſtatutum, in verbo literarũ, de reſcrip. in 6. & dato quòd verum ſit, forte id eſt, quia motus proprius (vt dixi) negatiuam includit, ſui natura improbabilem. l. actor quod aſſeuerat, & ibi plene per Bal. C. de proba. c. bonæ, de elec. Affirmatiuam vero clauſula ex certa ſcientia, quæ probabilis eſt, & declarat hancque differentiæ rationem aſsignat Rota in loco de quo ſupra pulchre Staphi. in tracta. de vi & effec. clau. ver. ſubſequenter, nu. 12. 13.

P.N. Priuilegium conceſſum motu proprio, nocétne liti pendenti?

MAN. Minime.

P.N. Ratio?

MAN. Quia Princeps non præſumitur velle derogare iuri tertij. l. 2. §. merito. §. ſi quis à Principe. ff. ne quid in lo. pub. Spe. de diſpẽ. §. qualiter. ver. diximus ergo, Iaſ. in l. 2. C. vt lit. pen. idem Staphi. vbi ſupra nu. 20. Gig. in tracta. de penſio. q. 9. vidimus, nu. 5.

P.N. Si motu proprio concedatur aliquid, & ſic in materia, habe-

bítne locum retorququtio & titulus quod quiſque iuris?

MAN. Non, ſicuti nec quando ſtatuitur aliquid intuitu Dei, vt per Feli.in.c.ſanctorum patrum, in fi.de præſcrip.not.Pau.de Caſ.in authen.quas actiones, col.3.C.de ſacroſanc.ec.& Deci.in rub.ff.quod quiſque iu.

P.N. Appellatione beneficij regulariter non venit curatum.c. cum in illis, de præben.in.6.an veniat, ſi gratia motu proprio conceſſa ſit?

MAN. Venit, vt in.d.c cum in illis, not. & dixiſti tu ſupra aliter tamen inducendo, nouiſsime Staphi.in trac. de modo & for. impe.in prin.nu.6.Dixiſti ſupra etiam vnum fili, quod nõ parum dubitationis habet, quòd clauſula motus proprij, non habilitat perſonam inhabilem, quia Ro.contrarium tenuit, conſi.327.iſtæ ſunt, col.3.per bonum tex.in.l.2.C.de cri.ſacri.

P.N. Ergo pugnabit cum Ancha.qui aliter dicebat, conſi.præallega.ad idem, 364?

MAN. Et directo quidem, niſi aliud dicatur.

P.N. Si placet, dic tu pater cuius opi.adhærendum ſit, ne in lubrico figam pedes.

MAN. Pro rei veritate, opi.Ancha.verior eſt, nec ob.tex.in.d.l. 2. quia loquitur in electo per Imp. ex certa ſcientia, quo caſu cenſetur ſuper inhabilitate diſpenſaſſe.l.quidam conſulebant. ff.de re iudi.& eſt glo.ad propoſitum, quam totus mundus ſequitur, in clem.ſi Romanus, de præben.plene Staphi.de quo ſupra in loco præallega.de vi & ef.clau.nu.2.

P.N. Clericus ſecularis præbendam impetrat, quæ tamen clericis ſecularibus concedi non ſolebat, an impetratio valeat, ſi motu proprio gratia ſibi facta ſit?

MAN. Videretur prima facie dicendum, quòd ſic, quia Papa in beneficialibus habet plenitudinem poteſtatis, & omnia poteſt c.2.de præben.in.6.cle.1.vt lit.pen. Tamen cõtrarium verius eſt, quia non præſumitur eſſe de mente ipſius, etiam quòd motu proprio hoc ipſum faciat, cum non ſit conſuetum.l.fideicõmiſſa.§.ſi ſeruo, & ibi Bal.ff.de lega.3.

P.N. Obſtat etiam ſupra dictis eiuſdem Bal.authoritas, dicentis in.l.j.in.§.j.ff.de magiſtra.conue.paria eſſe, quòd quid fiat motu proprio, vel ad denunciationem alterius.

MAN. Inciuile eſt quid dicere, non minus quàm iudicare, niſi tota lege perſpecta.l. inciuile.ff.de legi. Verum igitur eſt Bal. dictum, quantum ad obligandum male facientem. Ideo Iudex inquirens ad denunciationem ſyndici, ita facit litem ſuam, ſi perperam condemnat, ſicut ſi inquireret motu proprio. & ſic non eſt regulare. Vnde ad propoſitum motus proprij, aliqua dicam tibi & finiam, ne ſimus prolixiores ſolito.



P.N. Bene factum erit, dic, & ego te attentiſsime audiam.

MAN. Motu proprio igitur leges generales fiunt.l. humanum. C.de legi.Bar.in authẽ.quas actiones, col.2.C.de ſacroſan.ec. ſuppletur ætas, ſiue ipſius defectus.c.ſi eo tempore, de reſcrip. in.6.& ſi hoc modo gratia concedatur, ſeu priuilegium, non egreditur perſonam, aliàs ſecus, ſi ad partis poſtulationem.§. planè, iuncta glo.Inſti.de iu.na. nec coram primo Iudice compelletur quis comparere, ſi motu proprio Principis forũ mutarit, etiam quòd iuriſdictio præoccupata fuiſſet, ſecundũ Iaſ. in.l.cum quædam puella, col.2.ff.de iu.om.Iudi.poſt Bar.in.l. idem Vlpianus, in fi.ff.de excu.tu. & ſi datus tutor adhuc fuerit ad petitionem alterius per obreptionem, datio erit nulla, ex officio Iudicis vero, ac motu proprio ipſius, tũc decretum valebit, ex quacunque cauſa, nõ ſolum expreſſa, verum etiam tacita.l.ſi vt proponis.C.de confi.tu.Bal.in.l.tutor, in prin.ff. de tu.& cu.dat.ab his, & breuiter octo alios effectus, quos hic ſcribere non intendo, d.clauſulæ motus proprij, ponit Seyſel. omino videndus, in.d.l.3.col.2.ff.quod quiſque iu.hoc vnum vltimo etiam non omittentes, quod indubitatum eſt Bald.dictum, conſi.583.quando, col.2.volu.3.quòd non præſumitur in his, quæ ratione ambitionis prohibẽtur, ex quo exprimi debet, &, vt dictum eſt ſupra in literis apparere, cum aliter probari non poſsit.

## Ad.c.degradatio, de pœn.in.6. Dialogus 84.

### DEGRADATIO.

P.N. QVAEDAM eſt degradatio verbalis, quædam actualis, de verbali, vt tu melius ſcis quàm ego, loquitur tex.in.c.ad audientiam, & ibi Abb.in prin.de cri.fal.de actuali, tex.in.cap. cum non ab homine, de Iudi. De verbali & actuali ſimul, tex. vbi vtriuſque etiam formam ponit Papa, & hoc non ignoro, in.cap.degradatio, de pœn.in.6.aliquid Abb.in.c.nouimus, in prin.de verbo.ſi.Bal.in.l.2.in.§.j.in prin.ff. de his qui not. in-

ſa.Caſſane.in conſue.Burgun.fol.53.col.j.ſed dubito,pone q̃ clericus ſit degradatus,& percutiatur,erítne percutiens excõmunicatus?

MAN. Erit ſine dubio,& dicetur incidiſſe in cano.ſi quis ſuadente Diabolo.14.q.4.vt per glo.in d.c.degradatio.& eſt argu.in l.fi.ff.de decu.&.c.ſi diligenti,de fo.compe.in ratione ſui.

P.N. Dubito rurſum, quomodo hoc idem eſſe poſsit, quia degradatus,actuali degradatione,traditur curiæ ſeculari,puta vltimo ſupplicio afficiendus,ſi delictum huiuſmodi ſit,vt ea pœna puniri debeat,cum eccleſia non habeat iudicium ſanguinis.c.ſententiam ſanguinis,ne cle.vel mo.

MAN. Non habet directe(vt dixi alibi) indirecte ſic, & ita pro nunc dicere ſufficit, quod dicitur etiam Ancha. conſi.158.ex narratis,col.2.

P.N. Verum eſt,ſed nónne ſufficit pœna perpetui carceris, quæ eſt capitalis,& maior omni alia,quæ poſsit imponi de iure canonico?

MAN. Non,quoniam actualis degradatio, & traditio curiæ ſeculari eam ſuperat,& ſecundum terminos.d.c.cum non ab homine,infligenda eſt,Bal.conſi.448.quæritur,col.1.vol.j.

P.N. Potéſtne,ad clerici ſimilitudinem, alius quiuis degradari?

MAN. Poteſt.

P.N. Quis?

MAN. Doctor,Miles,Notarius.d.l.2.§.j.& ibi not.ff.de his qui not.infa.

P.N. Poſtquàm degradati fuerint,poterúntne reſtitui?

MAN. Poterunt.

P.N. A quo?

MAN. A ſolo Principe.

P.N. Ego dicam, vt dicit alibi Bal.in.l.2.in fi.C.de liber.&co.libe.

„ Quem ſemel horrendis maculis infamia nigrat,
„ Ad bene tergendum multa laborat aqua.

MAN. Vtcunque ſit, ita de iure dicendum eſt, nec ſecus decidit Bal.in loco à te allega.nunc, in Doctore locutus, & in milite ex authorato,in.l.2.C.de diuer.offi.lib.12 & in Notario,in l.2.C.de manumiſsio.Afflic.in.c.j.in prin. in pe.col. quæ ſint rega.in vſib.

P.N. Quid in Imp?& eſt pulchra dubitatio,tuo iudicio & reſpõſione digna,quia à me ipſo reſolui non poteſt.





MAN. Videretur dicendum prima facie,poſſe degradari à populo,per tex.in.l.1.ff.de conſti.prin. Tamen contrarium eſt verius, quoniam hodie ipſe eſt populo maior.l.Barbarius.ff.de offi.præto.Afflic.in terminis in.c.1.in prin.col.12.ſi de inueſti.inter Do.& va.lis oriat.in vſib.

## Ad.c.qui ad agendum, de procu.in.6. Dialogus 85.

### PROCVRATOR.

P.N. CERTVM atque indubitatum eſt, quòd in generali poteſtatis conceſsione,non veniunt grauiora, & ea quæ ſpecialem expreſsionem deſiderant, ele.non poteſt, de procu.c.qui ad agendum,eo.ti.in.6.Fede.de ſen.conſi.30.an capitulum, in prin.Ro.115.viſo compromiſſo, colum.1. qui etiam dicit ad idem, conſi.403.pro deciſione,colu.vlti.in prin.quòd vbi requiritur aſsiſtentia ſpeciei, non ſufficit aſsiſtentia generis. & Abb.in.c.ſedes Apoſtolica,in.3.de reſcrip. quòd quando exprimuntur caſus requirentes ſpeciale mandatum, materia eſt odioſa, quòdque ſub verbis generalibus, dicti caſus non veniunt, nec comprehenduntur. & inter cætera, vltra multa de quibus per glo.in.d.c.qui ad agendum,reſcriptum ad lites requirit ſpeciale mandatum,non ad beneficia,quoniam iure nõ cauetur,& Abb.in.c.in nonnulli,in.§.ſunt & alij,in prin.eo.titu.Rota deci.375.fuit dubitatum,ad fi.in nouis.Quæro quid in collectore deputato ad exigendum charitatiuum ſubſidiũ, ſeu decimam Papalem,ab ipſo Papa deputato,valebítne compoſitio inter eum facta & clerum,ſuper modo præſtationis & quantitate præſtationis,ſine ſpeciali mandato?

MAN. Per tex.in.d.c.qui ad agẽdum, & alia determinat Bellen. in tracta.de charitati.ſub.q.48.an valeat, col.2. quòd non, & pulcherrimum ſimile addi poteſt,nam cum verbum rei,ſit generale.l.1. in fi.ff.ſi cer.pe. licet ipſius appellatione, quantum ad vim & proprietatem verborum,contineatur feudum,tamẽ quia in eo expreſsio & ſpecificatio requiritur, non continetur,vt per Bal.in authen.in ſucceſsione, in fi.C.de ſuis & legi. Deci.in.d.l.1.lectu.3.nu.46.& conſi.76.licet,col.2.vol.j.

P.N. In generali conceſsione,veniúntne regalia?

MAN. Non,niſi Princeps nominatim exprimat.c.quod tranſla-

tionem, de offi.le.Bal.in.l.2.in.6.col.C.de ſerui.& in.l.à procuratore.C.man.Seyſel.in ſpecu.ſeu.qui ſeu.da.po. in prin.in prima & ſecunda columna.

## Ad.c.j. de præſcrip.in.6. Dialogus.86.

### PRAESCRIPTIO.

P.N. TANTO tẽpore,cuius initij memoria non extet in cõtrarium,contra iura & iuris præſumptionem præſcribitur.c.j.de præſcrip.in.6.Ancha.conſi.142.clarior, col.2.& quoad præſcriptionem legitimam curæ in aliena parrocchia,idem dicit,conſi.162.in quæſtione,col.j.adeo vt tanto tempore nec titulus requiratur,prout dicitur in .d.c.j.Roma. in.l.vectigalia,col.2.de dam.infec.Gui.Pap.conſi.131.circa,col.6.7.Soci.regu.307.fallen.j.Abb.in.c.fi.colũ.2.de præſcrip. Sed quid ſi præſcriptio contra ſe præſumptionem iuris habeat?

MAN. Iſto caſu titulus requireretur, ſi tamen præſumptio vrgens ſit non modica,vt declarat Bal.in.l.j.ad fi.C.de ſerui.Fel.in.c.ſi diligenti,col.4.de præſcrip.&.6.ac.7.fuſius, aliquid Areti.conſi.30.viſo,col.3.

P.N. Sed ad materiam pater mi hoñ. quomodo præſcriptio hæc probabitur?

MAN. Si teſtes dixerint,ſemper vidiſſe, & audiuiſſe,ita eſſe,nec vnquam vidiſſe vel audiuiſſe contrarium,& quòd communis opi.eſt,& fuit ſemper,quòd ſic fuerit, quòdque nõ extat contrarij initij memoria,vt not.in.d.c.j.Cur.Iuni.conſi.61.habita,col.4.& dixi alibi,ni fallor, in locis communibus.19.lib.j.Capi.deci.193.in cauſa,nu.2.

P.N. Adhuc ſcire vellem,in quibus caſibus hæc præſcriptio locum habeat.

MAN. In illis,in quibus ius commune reſiſtit,vt in.d.c.j.not.& in.c.ſuper quibuſdam,in.§.præterea,de verbo.ſi.& in.d.l.j C.de ſerui.nouiſsime Cur.iuni.conſi.20.præſupponitur,nu.6.

P.N. Ad idem præallega.c.j.loquitur in præſcriptionibus currentibus contra eccleſiam,Quid ſi contra priuatum?

MAN. Secus hoc caſu,vt Pau.de caſ.declarat in.l.ſeruitutes,col.3.de ſerui.Veronen.in tracta.de ſerui.vrba.prædio.c.20.colũ.4.Idem Capici.tamen videndus eſt,deci.209.in cauſa,nu.17.

Ad.6.



## Ad. c.j. de reſcrip. in 6. Dialogus. 87.

### PROCESSVS

P.N. PROCESSVS cum excommunicato factus, ſi non opponatur,valet & tenet,glo.eſt not.in.c.j.de reſcrip.in.6.

MAN. Et minime mirum.quia hoc idem regulare eſſe videtur, nam hinc religioſi executoris officium adminiſtrare nõ poſſunt,niſi à ſuperiore petatur & obtineatur licentia.c. religioſus,de teſta.in.6.& maxime verum eſt in his, qui regulam beati Franciſci profitentur,cle.exiui,de verbo. ſi. & tamẽ ſi,quod teſtator voluerit,executi fuerint,nec oppoſitum ſit, erit validum.ad idem clerici fideiubere non poſſunt.c.j.de fideiuſſo.& tamen ſi fideiuſſerint,obligantur, dummodo oppoſitum non ſit.c.peruenit,eo.ti.& eodem modo ſi,contra.c.ſicut, ne cle. vel mo.exerceat Tabellionis officium,vt per Bar.in.l.vniuerſos.C.de decu.lib.10.& fuſius Roma.conſi.409. quo ad primum,colum.2.

P.N. Me ſolum ceperat admiratio,quia prædicta glo. videbatur contrariari not.in.c.cum inter,de excep.

MAN. Nihil eſt Petre fili chariſſ.quoniam id locum habet ſemper,ſi à parte opponatur.& ad idem facit etiam,quia ſurreptio literarum impetratarum ad lites,viciat,& tamen ſi non opponatur,proceſſus inde factus valet & tenet.c.inter monaſteriũ, de re iudi.Abb.in.c.ad audientiam, colũ.3. de reſcrip.& dicit Bar.in.l.poſt mortem,in fi.ff.de adop.relatus per Iaſ.in.l.patre furioſo,col.4.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.quòd ea,quæ nõ poſſunt fieri per procurtorem,ſi fiant,& nihil opponatur,valent.buona glo.in.c.j.de iudi.in.6.Ro.in.l.vulgo.ff.de iureiu.& Bal.in.l.non dubium,in fi.C.de legi.quòd ſi poſt certũ tempus accuſator audiri non debet,& ſine cõtradictione auditus ſit,proceſſus valet.Idem Bar.in.l.edita,col.8.C.de eden.quòd quando impeditur cumulatio,ratione ordinis,ſi non opponatur exceptio, iudicium procedit,& ſententia valet.Item ſi impediatur,quia abſolutoria lata in primo,pariat excep.rei iudicatæ in ſecundo, quòd adhuc procedit,ſi non opponatur, & vt per eum fuſius.Notatur etiam in authen. ſi quis in aliquo documento.C.eo. ꝙ exemplo nõ creditur,& tamen ſecus eſt,

ſi non

ſi non opponatur, ex prædictis. Immo (vt inquit pulchre Io. Fab. in. §. fi. inſti. de inoff. teſta.) quòd cum legitima debeat relinqui iure inſtitutionis, nec relicta fuerit, in caſu. c. Raynutiº, de teſta. Alteroche, argu. planè apertiſsimum eſt, oppoſitum non fuiſſe. & eſt ſimile in cautionibus prætorijs, in quibus ſufficit cauere cum pignore, ſi pars nõ contradicat, aliàs ſecus, vt per Alex. in. l. j. col. 3. C. de proc. & ſi agatur contra fideiuſſorem, vel pignorum poſſeſſorem, non facta excuſsione contra principalem, nec opponatur, procedit iudicium, & valet, inquit Bar. in. l. ſi mancipium, in. §. j. ff. de euic. & idem in libello incerto, ſi non opponatur, aliàs non valet. l. ſin. C. de anna. excep. not. in. d. l. edita, & idem in compenſatione, ſi ab homine opponatur, vt in. l. ſi conſtat, & ibi glo. C. de compen. Nec ſecus in ſententia lata in poſſeſſorio, quia ab ea non appellatur, & tamen appellatio tenet, ſi non opponatur, vt dixi in. l. fi. C. de edic. di. Ad. tol. & idem dicit Bar. in Iudice infami, ſi à partibus aſſumatur, nec opponatur, & ſententiam ferat, quòd ſententia valet conſi. 77. quæritur, in fi. & in. l. quidam conſulebant. ff. de re iudi. Ad idem, plures vnum non accuſant, & tamen ſi non excipiatur, procedit iudicium, vt tradit idem Bart. in. l. ſi plures, in fi. ff. de accu. econtra rurſum, duo ab vno accuſari non poſſunt, & tamen ſi non opponatur, valet iudicium. idem Bar. in. l. hos accuſare, in. §. lege Iulia, & in fi. ff. eo. aliquid in. l. 2. in. §. ſi ad plures, in prin. ff. de ſepul. vio. & idem dicit in iuris & de iure præſumptione, But. in. c. is qui fidem, col. 1. de ſpon. quòd non admittit probationem in contrarium, & tamen ſecus ſi non opponatur à parte. & idem in compenſatione, vt ſupra, & in notorio, & proceſſu facto die feriato, vel ſiliſ ne, vt ſupra, & libello inepto, Gui. Pap. conſi. 24. circa, col. contra patrem & libello inepto, Gui. Pap. conſi. 24. circa, col. 3. & in ſimili per Bar. in. l. in commodato, in. §. duabus. ff. commo. Zaſi. in. l. cum quædam puella, in. §. quotiens, vbi etiã Iaſ. in prin. & nos multa. ff. de iu. o. iudi.

## Ad. c. cum in multis, de reſcrip. in. 6 Dialogus. 88.

### INFINITAS.

P.N. INFINITAS vitanda eſt. c. cum in multis, de reſcrip. in. 6. l. qui bona. §. fi. ff. de dam. infec. l. Martius. ff. loca. Bal. cõſ. 350. verba, col. vlti. volu. j.



MAN. Maxime in odioſis, inquit Ancha. conſi. 404. tria dubia, col. 3. dicens hac de re, inducendo tex. in. l. ſi ſocius pro filia. ff. pro ſo. quòd conuentio de dotando filiam vnius ex ſocijs, de communi, refertur ad vnam vicem tantum. & conſi. 331. viſis, col. 2. quòd tempus in contrahenda obligatione limitandum eſt, vt infinitas euitetur. & conſi. 399. intentio, in princi. quòd prouiſio Papæ, debet referri ad primam vicem tantum, non ad ſecundam tertiam & vlteriorem, eadem ratione, & vt res de facili redeat ad naturam ſuam. & bonum verbum dixit But. in c. ſignificantibus, de lib. ob. col. 9. quòd ſi quis petat ſucceſsionem ab inteſtato, non debet dicere de iure ciuili, vel prætorio, quia hoc non eſt aſsignare cauſam principalé, ſed cauſam cauſæ, & ſic res procederet in infinitum, & male.

P.N. Tamen Cy. in. l. vt inter, in prin. C. de ſacroſan. ecc. inquit, quòd quandoque toleratur.

MAN. Toleratur, non vt infinitas proprie, ſed improprie, ſuſius & melius idem, in. l. vnica, col. 2. C. de ſen. quæ pro eo. & quòd euitanda ſit regulariter, liquet ex eo, quod dicunt ſcriben. in l. edita. C. de eden. quòd libelli emendatio & variatio non eſt niſi ſemel permiſſa, & bis tãtum petitorij ſuſpenſio, in odium ſpoliatoris, vt declarat Abb. in. c. paſtoralis, colũ. 6. de cau. po. & prop. Notaturque in. l. j. ff. de offi. eius, quòd infinitatis vitandæ gratia, delegatus Principis ſubdelegat cauſas meri imperij, ſed nõ amplius ſubdelegatus. bo. tex. in. l. fi. C. ſi ſæpi. in integ. reſtit. poſtu. Hac ratione rurſum in actione in factum, vel iudicati libellus non requiritur, vt per Odof. in authen. offeratur, col. pe. de lit. con. Hac de re etiam duorum numero contenta eſt pluralis locutio. l. vbi numerus. ff. de teſti. & vbi agitur de prorogatione fienda, ſemel tantum fit. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de verbo. ſi. Bal. conſi. ſupra allega. à te. 350. melius nouiſsime, conſi. 104. dilatio, in prin. vol. 3. Qui dicit etiam ibidem, quòd quotiens agitur de obligationibus multiplicandis dictiones iteratiue reſtringuntur ad bis tantum, & facit ad materiam. l. edita, de qua etiam ſupra. C. de eden. & dixi alibi quoque multa, nunc non recordor in quo loco.

P.N. Sed nónne tolerabilis eſt, ſi verba patiantur, & contrahentium mens?

MAN. Eſt vtique, vt not. Docto. in d. l. qui bona, in. §. fi. Seyſel. in Spe. feu. quæ res in feu. da. po. in prin. col. 6. & videtur caſus in. l.

in.l.ſi ita ſtipulatus.ff.de fideiuſſo.

P.N. Fui interrogatus ego ad propoſitum heri,de clauſula rato manente pacto,apponi ſolita in contractibus, per iſta verba. Quæ pœna totiens committatur,quotiens contrafactum fuerit,in quot vicibus verificaretur.

MAN. Quid tunc reſpondiſti?

P.N. In pluribus vicibus verificari,vt verba ſonant.

MAN. Et male,infinitatis vitandæ gratia.

P.N. In quot igitur verificatur?

MAN. In duabus tantum.

P.N. Vt vbi?

MAN. Vt in.l.cum proponas,& ibi per omnes, in ſpecie Iacob. de.S.Geor.C.de tranſac.magiſtralis theorica Bal.pro materia ſigillo,in.d.l.vnica,col.6.ferè per totā.C.de ſen.quę pro eo.

## Ad regulam ſemel malus,de regu.iu.in.6. Dialogus. 89.

### MALVS.

P.N. SEMEL malus ſemper præſumitur malus .c. ſemel malus,de regu.iu.in.6.Vnde Fleru. in Euripide.

„ At mortalium quiſquis malus, Non poſsit aliud eſſe, quàm
„ ſemper malus.

MAN. Verba etiam ſunt Ci.pro Roſcio.Nam qui ſemel à veritate deflexit,hic non maiore religione ad periurium quàm ad mendacium perduci conſueuit,& facit ad idem quoque regu. quòd qualitas ſemel in eſſe poſita, ſemper præſumitur exiſtere,ſi ex ſolo curſu temporis non tollitur.l. ſiue poſsidetis.C. de proba.Abb.in.c.accedentibus,col.2.de priui.Bar.in.l.ſi cui in.§.j col.2.de accuſa.

P.N. Verum eſt,ſed pone,quòd malus probet à tribus annis citra,fuiſſe laudabilis vitæ,& optimæ conuerſationis,erítne ſuſpicio purgata,& mala hæc contra ipſum præſumptio?

MAN. Videretur dicendum,quòd ſic,caſus eſt iudicio meo,clarus ad idem,in.§.hinc autem nobis,& ibi Ange. in authen.de mona.not.in.c.teſtimonium,de teſti. Gui.Pap.deci.260.curator.Guliel.benedic.in repe.c.Raynucius,in ver. in eodem teſtamento,nu.44.de teſta.Caſſane.conſil.60. quidam,nume.4. Alcia.de præſum.regu.2.limi.2.Cur.Seni.in tracta.de ſequeſ. .q.6.



q.6.nu.34.Corſe.ſingu.præſumptio.

P.N. Tabellio condemnatus eſt,quia inſtrumentum falſum fabricauit,poterítne officium notariatus exercere?

MAN. Bar.in.l.ſi aliquid.C.de ſuſcep.lib.10.dicit, quòd non, quia ſemel deliquit,& ſemel malus ſemper pręſumitur malus, late idem Corſe.in ſingu.tabellio.j.& in periuro ita etiam dicit Iaſ.in.l.admonendi,col.28.in repe.ff.de iureiu. & in excōmunicato Abb.in.c.propoſuit,nu.4.de cle.exco.mi.

P.N. Nunquid idem è contra ſit,quòd ſemel bonus, ſemper bonus præſumatur?

MAN. Abſque dubio,quia eſt qualitas,quæ proprie & naturaliter ineſt.l.non omnes.§.à barbaris.ff.de re mi.multa Fel.in.c. ſcribam,col.2.de præſump.

P.N. Si mulier tutrix filiorum ſuorum librum rationum non confeciſſet,iuxta not.in.l.j.in.§.officio, de tu. & ra.diſtra.an in dolo & negligentia eſſe dicatur,& contra eam pręſumatur?

MAN. Areti.conſi.31.conſyderata, col.pe.concludit quòd ſic, per hanc regulam,& hoc eſt quod dixi etiam Ancha. quòd de militibus depredatoribus,maxime tempore belli,& malis hominibus,non poteſt niſi malum ſuſpicari,cum ex regula præ-
„ dicta,tum quia,vt inquit moralis Sene.Peior eſt bello, timor
„ ipſe belli,& Poe.ille.
„ Nulla fides pietaſque viris,qui caſtra ſequuntur.

P.N. An poſt emendationem,quis reſtituatur priſtinæ præſumptioni naturæ,qua quilibet pſumitur bonus.c.fi.de præſump.

MAN. Credo quòd non, aliàs ad actus legitimos & publicos admitteretur,& tamen non admittitur,niſi vt ſupra aliud probetur.tradit Abb.in.d.c.teſtimonium,col.2.de teſti.

P.N. Si aliquis ſit de falſitate literarum ſuſpectus, debétne detineri,& literæ ſibi auferri?

MAN. Debet vtique.c.in memoriam,& ibi Archidia.19.diſ.l.iubemus.C.de proba.plene Bal.in.l.caſsius,de Sena. & maxime ſi conſtat præcedentes literas ſuggeſta falſitate dementiæ impetraſſe,vt declarat Ancha.conſi.188.viſis, ad fi.qui dicit etiā coſi.205.in quæſtione,col.pe.quòd ex cōſuetudine hominis circa præterita præſumimus in futurum.& dictu mirabile eſt, quòd contra reum ſemper creſcat præſumptio legis,quæ ipſū reum fugientem appellat.l.properandum .§. ſin autem .C. de iudi.Seue.in tracta.de debi.ſuſpec.q.j.in fi.non nihil ad propoſitum in.10.Ab accuſatione etiā hac de re infamis repellitur, vt per

vt per Areti.in lib.malefi.ver.& ad querelam,col.12.& ſi res furtiua apud aliquem inueniatur,dicit Bonifa. Vitali.in rubri. de furibus & latro.col.2.quòd contra eum præſumitur,ſi maxime ſit malæ famę,& furari aſſuetus,& hæc eſt fallen.ad regu. d.c.ſi.de præſump.quam ponit primo loco in ſuis Soci. 39. bonus.

**P.N.** Vellem ſcire regulæ rationem.

**MAN.** Nullus ponit ex noſtris,Plato ſolus dixit,hoc idem eſſe, quia à malo ad bonum redire,vix tota vita ſufficit.

**P.N.** Ad quod tamen facit illud etiam iudicio meo maxime conueniens.

„ Facilis deſcenſus Auerni,
„ Sed reuocare gradum , ſuperaſque euadere ad auras,
„ Hoc opus,hic labor eſt.de quo Bal. quoque in.l.2.C. de libe. & eo.libe.

**MAN.** Bene dicis,adde etiam illud,quia à priuatione ad habitũ, impoſsibilis,ideſt difficilis eſt regreſſus.l.homo liber.ff.de ſta. ho.l.qui res.§.aream.ff.de ſolu.

**P.N.** Ergo ex noſtris etiam ratio elicitur.

**MAN.** Hoc modo,nõ aliter,cum declaratione ſemper vt ſupra.

**P.N.** Sed quo modo poteſt adhuc regula procedere, cum ex diuerſis non fiat illatio.l.Papinianus exuli.ff.de mino.l.fin.ff.de calum.cum ſimilibus?

**MAN.** Procedit & intelligitur in eodem genere mali,alias militaret obiectum,vt per Alex.in.l. metum.col.2 .C. quod met. cau.Bal.conſi.78.textus,col.2.vol.3.Imo.in.l.is qui reus,col. 18.ff.de pub.iudi.& in eadem qualitate delicti. Gramma.dec. 25.magnificus,nu.7.

**P.N.** An malus in vno præſumatur malus in omnibus?

**MAN.** Vtique præſumetur,& aliam ad idem regulam habes,defleat,de regu.iu.defleat(inquit ibi Auguſti. in lib. de pœni.) peccator,quia offendens in vno factus eſt omniũ reus. Odof. ad teſtes inſerens,in.l.ſi ex falſis,ad fi.C.de tranſac.& hac de re Ci.(hiſto.no.eſt) Caſsinium refellit, qui atrocitatem rei auget,dicens,eo die fuiſſe cum Clodio,quo à Milone occiſus eſt ex quo dixerat prius,cùm in templo bonæ deæ idem Clodius deprehenderetur,inter amne fuiſſe,quod,ſi erat Romæ, verũ eſſe non poterat.& ideo Chryſoſto.ſuper Matth.ad idem ait; Animam ſemel malignitate captam omnes inſaniæ numeros explicare conſueuiſſe,& certe nihil eſt,quòd homo ſemel malitiæ deditus,non inueniat.



**P.N.** Sed dic pater opti.ſi placet quo ad prædicta , præſumptio iſta,eſtne continua vel tranſlatiua?

**MAN.** Continua,ex præterito in præſens,& patet ad ſenſum ad tranſlatiuæ differentiam,quæ eſt ex præſenti in præteritum, iuxta not.in.l.ſiue poſsidetis.C.de proba.& vulgo etiam dici ſolet,ratio præteriti ſcire futura facit.Caſſane.plene,conſi.60. quidam,numero.2.

**P.N.** Ea quæ inſunt ex præſumptione naturæ, ſuntne mutabilia,vel immutabilia?

**MAN.** Mutabilia,quod etiam ex ſe patet.d.c.ſemel malus, aliàs ſi ex neceſsitate naturæ ſecus.l.naturaliter.§.apium,& ibi Bar. ff.de acqui.re.do.

**P.N.** In rixa aliquis eſt vulneratus, ignoratur quis fuerit, vellẽ ſcire,quid mihi agendum foret, ſi eſſem Iudex maleficiorum.

**MAN.** Saly.docet, in.l.fi.in vlt.col.C.de quæſtio. cuius dictum aureis litteris ſcribendum dicunt Bononien. in.l.j.in fi. prin. ff. eo. quod prius torqueatur qui ſimile delictum aliàs commiſit.Et quòd de malo homine non poſsit niſi male ſuſpicari, facit quòd dicit Hoſti.in titu.de Iudæ.in.§.quibus, de Iudæo, qui extendens manum verſus Crucifixum ait, malẽ eſſe ſuſpẽſus vt ille,qui ibi pendet, accuſatus de blaſfemia ſi reſpondeat quòd intellexit de homine alio, qui ab illa parte fuerat ſuſpenſus,non excuſatur,ex quo erat Iudæus,deque eo non poterat, niſi,vt de perfido & malo homine,malum ſuſpicari, quod dictum refert & extollit Seyſel.in.l.vt vim, in repe.col.21.de iuſti.& iu.& eſt argu.in.l.j.C.de impo.luc.deſcrip.lib.10.& vulgo dici ſolet, Da cattiuo legno non ſi taglia ſtella buona. Et pro complemento regulæ,ſciendum eſt, licèt vſurarius dicat ſe emendatũ,& reſtituiſſe vſuras, quòd nihilominus præſumptio eſt contra ipſum. Ita idem Seyſel.contra Bal.in.l.j.col.j. C. de eden. & quòd etiam quis preſumitur malus uel bonus plærunque ex patria,ex patre,ex magiſtro,& ex conuerſatione. l. quod ſi nolit.§.qui mancipia. ff. de ædi. edic, multa Bal. conſi.95.regula iuris,col.j.vol.j.

Ad

## Ad regulam generi per ſpeciem, de regu.iu. in.6. Dialogus. 90.

### SPECIES.

P.N. TRITISSIMA regula eſt, quòd generi & per ſpeciẽ derogatur.c.generi,de regu.iu. in.6.l. Seruis.§.fi. ff.de lega.3. l.ſanctio legum. ff.de pœn.l.uxorem. §.codicillis. §. feliciſſimo.ff.de lega.3. Bar.in.l. Sempronio , in prin.ff.de uſuf. lega. Quæro , aliquis impetrauit reſcriptum , in quo mãdatur prouideri impetranti, de beneficio uacaturo in diœceſi Bononienſi, alius aliud , in quo mandatur ſimiliter prouideri de beneficio in eccleſia cathedrali uacaturo Bononiæ,in eadem eccleſia vacat beneficium,quis preferri debet?

MAN. Per regulã prædictam , ſecundus impetrans deberet præferri,tamen ex doctrina Bar.contrarium eſt uerius, in.l.ſi domino,in prin.ff.de lega.j.

P.N. Mirum mihi uidetur, ſed tranceſat , quo modo ad regulam reſpondebimus,quæ negari non poteſt?

MAN. Idem Bar.in loco præallega.reſpondet,quòd locum non habet , quando utraque diſpoſitio venit uerificanda in certa ſpecie,licet unà ſit generalior altera, quem ad unguẽ(ut aiũt) ſecutus eſt Corſe.ſingu.reſcriptum.j.

P.N. Propono tibi pater mi,alium notabilem caſum , ſtatutum vult , quòd pro homicidio imponatur pœna mortis , ut par eſt , aliud quòd Iudex in oĩbus criminibus pœnam infligat pro ſuo arbitrio , an poſsit pro homicidio ẽt pœnã arbitrariam?

MAN. Videretur dicendum etiam quòd ſic , quia præcedens a ſequ. declarari uidetur.l. ſi ſeruus plurium.ff. de lega.j.l.fi.& ibi Bar. ff. ad Treb. tamen contrarium uerius eſt iſto quoque caſu,quia cum ſecundum generaliter loquatur , non comprehendit ſpecialiter diſpoſita in primo , exquo ſpecies generi derogat , ergo ad arbitrium pœna imponi non poterit.& ita idem Corſe.decidit & determinat,ſingu.ſtatutum.5..

P.N. Euenit his diebus coram me,ad officium Draconis , quod ſorte breuium(ut ſcis) mihi delatum eſt,pulcherrima facti ſpecies , Teſtator hæredi libertatem dedit omnia ſua bona alienandi,dubitatur, nunquid ex hoc uideretur etiam legata & relicta ademiſſe.





MAN. Quid iudicaſti?

P.N. Adhuc proceſſus pendet, quid diceres tu,uel iudicares?

MAN. Quod nulla eſſet facta ademptio,exquo neceſſe eſt quòd fiat expreſſe.l.ſi quis in principio teſtamenti. ff.de lega.3.l. nõ ad ea.ff.de condi.& de.immo quòd ſpecialia hoc caſu derogãt generalibus, & in ſpecie ita dicit Benedic.cap.conſi. 133. cum ut præſupponitur , nu. 7. in ſimili Ancha. conſi. 436. in his , colum. 1.

P.N. Sum admiratus ſæpe , quòd Bar. dicat in.l. fi. C. de profeſ. qui in urbe Conſtan.lib.10.quòd centum Doctores in examine ſcholaris debent interuenire,& alibi quod ſeptem ſufficiũt, in.l.magiſtros.C.de profeſſo.& me.co.lib.

MAN. In.d.l.fi.eſt ſpeciale,& generalia ſecundum ſpecialia intelliguntur , dictaſque authoritates ita concordat Anto.Nicel. in ſuis.314.oportet,& ad materiam inquit etiam Alex. conſi. 29.quoniam abunde.col.j.volu.j.quòd vbi duo ſunt ſpecialiter diſpoſita, nec apparet quod magis attendi debeat , ſemper attendendum eſt illud, quod ſpecialius eſt , quaſi deroget minus ſpeciali,& magis in terminis declarando Albe.in ſtatu.parte.2.q.181.per D.fratrem Vbertum , col.j. quòd licentia ſpecialis tollit generalem,ſiue præcedat, ſiue ſequatur,& in conſtitutionibus Abb.in.c.vt debitus,col.4.de ap.Bal.in.l.ſi infanti , col.6.C.de iu.deli.Io.And.in.c.eos , col.1. de immu.ec. & idem Ancha.conſi.255.in cauſa,col.2. quòd conſuetudo ſpecialis locorum,ſemper derogat generali,& conſi.271.de titulis criminum,col.pe.quòd ſtatutum ſpeciale contra officiales, derogat in hoc alijs ſtatutis generalibus contra ipſos, & conſi.295.pro clariori,col.2 quòd de ſtylo cancellariæ,gratiæ factæ motu proprio Dominis Cardinalibus , ſpecialem habent naturam, nec ſub regula generali Vrbani comprehenduntur, & bene,& ideo nihil refert,an beneficiorum valor in eis exprimatur,nécne,& vt ipſe latius , & conſi.328.circa,col.2. quòd non eſt veriſimile , Papam reſeruando fructus beneficiorum vacantium primi anni,in toto orbe voluiſſe auferre ius ſecularibus perſonis,quibus ex aliqua æquitate,vel priuilegio , fructus iſti debentur,& in priuilegio ſignanter,quòd ſpeciale derogat generali , Bald.in authen.quas actiones, in princi.C.de ſacroſanc.ec.& in præſumptionibus,in.l.ſiue poſsideris,col.2. C.de proba.& in.l.cum de indebito, in prin.ff. eod. & ibi Barto.ante eum.& Rota deci.298.ſi quis , in nouis , quòd ſi quis

conſtituat procuratorem ad certam cauſam ſpecialiter proſe quendam, non propterea ipſum reuocat, ſi alium cõſtituat ad omnes generaliter. idemque dicit Cremen.ſingu.113.tu ſcis, & Calde.conſi.1.col.2.de accu. quòd verba generalia adaptantur ad conſtitutiones, in quibus pœna ſpiritualiter impoſita eſt.

**P.N.** Singulares deciſiones ſunt iſtæ certe, ſed num iſtud ſit ex ſignificatione verbi, quòd ſpecies ſcilicet deroget generi, an vero ex interpretatione iuris?

**MAN.** Glo.in.l.ſi Domino, quam ibi adhuc etiam notat Bald.ff. de lega.1.in fi.dicit, quòd eſt ex interpretatione iuris.

**P.N.** Trãſeat, ſi ſint duæ qualitates, quarum quælibet per ſe ſuũ effectum poſſit operari, quid iuris, derogabítne vna alteri?

**MAN.** Si ſpecificæ ſint, vna non derogat alteri, ſed ſi vna habeat ſe vt genus, altera vt ſpecies, vel vna vt ſpecies altera vt indiuiduum, ſpecies derogat generi, & indiuiduum ſpeciei, ita idem Bal.in.l.Titiæ textores, paulo poſt prin.ff. de leg.1.& in.l.hac conſultiſsima, col.1.C.qui teſta.fa.po. Qui dicit etiam in.l.Titia, in.§.Lucius.ff.de lega.2.quòd propter verba generalia, nó eſt veriſimile teſtatorem velle à ſpeciali prouiſione recedere, virtualiter & implicite nos, ſupra, & in.l.cum pater, in.§.dulciſsimis.ff.co. quòd verba generalia ſimili modo per rationé ſpecialem reſtringuntur. Eſt verum quòd ſpecies non derogat generi in caſu.l.legata ſuppellectili.ff.de ſup.le. & quando alicui legatur genus & ſpecies copulatiue, vt per Bar.in.l.1.colum.1.ff.de reb.dub.

**P.N.** Sed ſtat ſtatutum, quòd furtum de nocte commiſſum, per cuſtodes loci emendetur, poſtea aliud factum eſt, ſi non inueniatur fur, quòd emendetur per omnes de ciuitate, an vltimũ ſecundum primum intelligatur?

**MAN.** Dicit Bar.in.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.quòd ſic, quia ſpecies derogat generi, quòdque generalitas quòd emendetur per omnes de ciuitate, intelligetur de cuſtodibus non ſolum loci, vbi commiſſum eſt verum etiam totius ciuitatis.

**P.N.** Ponamus quòd vni legetur genus, & alteri ſpecies, derogabitúrne hoc caſu generi per ſpeciem?

**MAN.** Non, ſed concurrent, niſi ſpecialis diſpoſitio libertatem contineat.l.quæſitum.§.ſi quis fundum, vbi idem Bar.col.5.ff. de fun. inſtruc. & ad regulam facit, quòd in collectoribus ait Bellen.de charitati.ſub.q.109.an collector, col.2.Et quia videmus etiam quòd tutela teſtamentaria præfertur legitimæ, ex quo fides in ſpecie à teſtatore eo caſu probata eſt, iſto vero à lege in genere, & aduertit Por.Inſti.de legi.agna.tu.in prin.& quia lex Moſaica etiam ſpecialis Iudęorum legi generali derogat, & communi, vt ſpecies generi, in caſu iurium ad idem ſupra allegatorum, & vt per Calde.latius conſi.10. lex Moſaica, de conſti. arguitque ſecundum eam Deci.in.l.edita, col.2.C. de eden.& in authen.ſi quis in aliquo, in.8.co.ti.& vltimo Barto.in extrauagan.ad reprimen.in ver.non obtinenbus.



**P.N.** Sed quare eſt ſic, quòd generi per ſpeciem derogetur?

**MAN.** Quia inter hæc quædam contrarietas eſt ſeu incompatibilitas, quæ ſimul ſtare non poteſt, & neceſſe eſt, quòd generi per ſpeciem derogetur, authen.offeratur.C.de lit.con.l.ſed & poſteriores.ff.de legi.Bal.conſi.78.duo ſunt, col.1.vol.1.aliter dicit Bar.in.l.alij.ff.de vſuf.le. & quòd ſpecialis prouidentia generali præferatur, & ſtatutũ ſpeciale, nunquam ad genus recurrentes, vbi ſpecificam diſpoſitionem habemus, tradit idẽ Bal.conſi.82.factum, col.2.& conſi.180.præſuppoſitis, col.2. & conſi.182.locata, col.3.& conſi.183.factum, ad fi.eo.libro. Et ad regulam adhuc ſciendum eſt, quòd vbi genus & ſpecies ſunt contraria, ſemper ſpecies derogat generi. Quòdque ſpeciem attendimus, quando ſpecies ponitur poſt genus, & quòd denique magis vniuerſale habetur loco generis, & minus, loco ſpeciei. Et quòd per minus vniuerſale derogatur vniuerſaliori, Bal.conſi.292.verba, col.2.vol.2.& conſi.329.caſus, colum.2.vol.1.& conſi.253.viſis, col.2.volu.5.Dicit etiam glo. in.l.non dubium.C.de legi.quòd vix eſt aliquid generale, cui per ſpeciale non derogetur, & Bar.in.l.2.in.2.col.ff. de tigno iniunc.quòd quando ſunt duæ actiones pœnales, habentes ſe vt genus & ſpecies, vna per alteram tollitur. Et Afflic.in tracta.iuris cong.in.5.not.quòd quando generale verbum præcedit, & ſequitur ſpeciale, hoc illud reſtringit, Bar.in.l.ſed ſi adijciatur.ff.pro ſo.Hinc eſt etiam, quòd lex noua generalis, non tollit antiquam in ſpeciali caſu loquentem, vt per glo.in.l.ſciédum.ff.qui ſatiſda.cog. quòdque generalia verba non tollun ſpeciale beneficium reſtitutionis in integrum, exemplificando vt per Are.conſi.161.in præſenti conſultatione, colum.3. Qui dicit etiam conſi.143.viſa, col.4.quòd quando ſunt duæ leges diuerſæ, quæ ſibi contradicunt, ſpecialis derogat generali.

**P.N.** Sed quare eſt, quòd ius commune prolatum verbis ſpecialibus, tollitur per ius municipale prolatũ verbis generalibus, vt per Bal.conſi.78.duo ſunt,col.2.vol.1?

**MAN.** Quia ſtatutum venit ad derogationem iuris communis ipſumq; tollit in municipio.l. omnes populi.ff. de Iuſti.& iu. idem Bald. in loco præallega. Ad regulam tradit intellectum etiam quando vna prouiſio generalis eſt, altera ſpecialis, in.l. prima.ff.ad legem Aqui. Veronen.conſi.14.pro declaratione, nu.9. cauſarum crimina. ſed quia ſatis dictum eſt, non inſiſto aliter,& tranſeo.

## Ad clem.auditor de reſcrip. Dialogus 91.

### CIRCVITVS.

**P.N.** CIRCVITVS euitandus eſt, & litium diſpẽdioſa prolixitas,ſi fieri poteſt,clem.auditor, de reſcrip.c.finem litibus, de do.& contu.l.quidam ęſtimauerunt.ff.ſi cer.pe.l.Dominus teſtamento.ff.de condic.inde.Abb.in.c.1.col.2. de mu.pe.

**MAN.** Dixi ego late in.d.l.Dominus teſtamento, in collectanc.

**P.N.** Scio quidem, ſed tamen fieri non poteſt, vt tibi aliqua etiã non ſuccurrant.

**MAN.** Succurrit nũc vnum, quòd maxime regula locum habet in beneficialibus, vt inquit Abb.in diſputa.Titius, col.12.ſignanter per.d.cle.auditor. Et aliud longe præſtantius, quòd quando cauſa eſt per appellationem, vel citationem, de ſpeciali mandato factam in curia, licèt pro articulis datis probandis duntaxat per ſcripturam, non detur remiſsio extra curiã, datur tamen,ſi aliqui articuli probandi ſint per teſtes,& aliqui per ſcripturam, ad circuitum euitandum,Rota deci.248.quando cauſa,in nouis.

**P.N.** Pone quòd beneficiorum ſit facta permutatio, quæ tamen nulla ſit, abſque culpa permutantium, certum eſt quòd quiſque ad ſuum beneficium reuertitur,an vt circuitus euitetur,ſine noua collatione hoc idem ſit?

**MAN.** Fede.de Sen.in tracta.permuta.q.8. concludit, quòd ſic, & maxime æquum videtur, & in terminis ita etiam dicit Gemi.conſi.45 conſuetudo, in fi.Bononien.in.c.vnico, col.31. de re.permu.in.6.& quòd æquum ſit,Caſſane.conſi.67.nobilis,



lis,nu.86.& ad idem addendum eſt inſuper, quòd hac ratione quandoque ſine ceſsione agitur,vnuſque ſoluit,& alius repetit de æquitate.l.cum fundus.§. ſeruum tuum imprudens, & ibi Bal.in prin.ff.ſi cer.pe.Poteſtq́ue ad regulã applicari, quod inquit Bar.in.l.de pupillo, in.§.ſi is cui, in prin.ff.de no.o.nũ. quòd ſi prætor mortuus,circa actus viuẽtium diſponat,actionem proponendo, à prætore viuo peti non debet.& in.l.1.in 2.col.C.communia de lega. quòd exæquata ſunt legata fideicommiſsis,in quibus circuitus erat inutilis. quòdq́ue alias,differentia durat in illis in quibus erat vtilis.

**P.N.** Si damnum mihi datum eſſet,hominibus coadunatis,quomodo veniret is,qui damnum mihi dedit,accuſandus?

**MAN.** Cum iſta qualitate,propter circuitum,& ne etiam bis puniatur.idem Bar.in.l.in eum,in fi.ff.de accu. & de intellectu.d. cle.auditor,videndus eſt etiam Ioan.de ſel.in tracta.de benefi. par.2.q.13.quando eſt datus, nume.7. Et ad regu. adhuc facit, quòd hac ratione non eſt reſtitutio ſæpius concedenda,nec reſtitutio ad reſtituendum.l.interdum.ff.de mino.Cy.in.l.1.C. de tẽpo.in integ.reſti.pe.& in.l.j.C. ſi ſæpi.in integ.reſti. poſ. In emancipationem Pau.de Caſ.conſi.84.viſa, col.vlti.vol.j. Eſt verum,quòd vitandus non eſt, ſi contrahentium interſit, caſus ſit in iure expreſſus,& ſi vtilis etiam eſſet.l.ſi vſuſfructus mihi.ff.vſuf.quemadmo.ca.not.in.d.cle.auditor, vbi Car.& alij,& in.d.§.ſeruum tuum imprudens.Gramma.deci.103.Illuſtriſsima,nu.192.193.194. cætera à te ipſo videas, ſi cupis, in collecta.in.d.l.Dominus teſtamento,& forte dixi etiam alibi,licèt memor non ſim.

## Ad regulam quæ à iure, de regu.iu.in.6. Dialogus. 92.

### SPECIALITAS.

**P.N.** QVAE à iure communi exorbitant,non extenduntur c.quæ à iure, de regu.iu.in.6.l.quod vero contra.ff.de legi.Feli.in.c.paſtoralis,col.2.de excep.exemplificando in caſibus,in quibus ſtatur iuramento alicuius, de quibus maxime per glo. in.§.aliæ,Inſti.de ac.& in.c.ſignificaſti, de homici. & vt ibi latius per eum.

**MAN.** Et in ſtatuto idem etiam dicit Ro.conſi.107.circa,col.1.

ſi dictarit,neminem poſſe domum propriam alienare,niſi con ſorte requiſito, quòd in neceſſaria alienatione locum non habebit,ad quam ex laudo compellatur, & quotidianum eſt. Et conſi.224.iſta captura, in fi.quòd ſi diſponat nemine capi poſſe,priuſquã ſit facta bonorum ſuorum excuſsio, cum ſit pariter contra ius commune,& exorbitãs,omnem poſsibilem reſtrictionem accipiet. Et Old.conſi.107.col.1.quòd ſtatutum adhuc minuens bonorum ſubſidium,& ſic contra ius, non extendetur ad quartam Trebellianicam. & ſi ad idem plura ſint capitula in eadem oratione poſita,antecedentia contra ius,nõ intelligentur in ſequentibus repetita, vt Stepha.Fede.deducit, in tracta.de int.iu.col.24. Dicunt etiam D.de Rota.deci.367. ſi committatur,col.1.in nouis,quòd cum citatio per edictum ſit exorbitans à iure communi, ſtricte tenenda eſt in ſuis formis & terminis.

**P.N.** Ego vellem ſcire verum intellectum.d.cle.auditor.

**MAN.** Intellectus eſt,quòd ſi æquitas ſit ſcripta in genere, rigor vero in ſpecie, in ſpeciali caſu attendetur rigor, nec trahetur ad conſequentiam,etiam ſi eandem habeat rationem, & notãt quoque Bononien.in.c.vnico,col.23.de re.permu.in.6.& de materia,in.c.fi.de tranſac.& in.l.placuit.C. de iudi. Dicentes etiam ibidem,col.26.quòd iura loquentia ſimili modo in expectatiuis generalibus,trahi non debent ad particulares. Vnde fit etiam quòd miracula admiremur,non quòd ſint ad exẽplum humanæ actionis trahenda.c.ſi teſtes.4.q.2.Albe.in.d.l. quod uero contra,in prin.ff.de legi.q̃q́; inconueniens multiplicari non debet,quòd vtique fieri videretur, ſi ſpecialia extẽderentur.l.j.C. de do.pro.l.cum poſt.§.gener.ff.de iu.do.argu.in.l. mulieri & Tito.ff.de condi. & de.Bal.in.l. ſenium,in fi.C.qui teſta.fa.po.Et ad regu.facit, quod Ioan.8.legitur,de CHRISTO, qui adulteram abſoluit,cuius actio, hoc caſu, noſtra inſtructio eſſe non poteſt, vt ibi interpretes ſacri dicũt, ex quo Sacerdotes non habent poteſtatem dimittendi peccatorem,ſed debent ei pœnitentiam imponere,ſecundum conditionem peccantis & peccati. Ad quod facit etiam illud, quòd non ſunt ſub lege, quæ ſpiritu Dei aguntur.c.licet, de regula. Deci.in.l.j.lectũ.2.nu.29.C.qui admi.

**P.N.** De exorbitantibus dictum eſt, egoque cœpi, ad quod ſignanter.d.iura allegantur, an à correctorijs & limitatorijs differant?





**MAN.** Sine dubio, quoniam corrigit lex noua antiquam eã tollendo pro parte vel in totum.limitat, vt aliquo caſu locũ non habeat.exorbitat vero, ideſt extra iuris ſemitam eſt, & fuſius declarant Bononien.in tracta.extenſio.col.20.&.21.

**P.N.** Ponamus quòd extẽſio reperiatur facta à lege, quid iuris?

**MAN.** Iſto caſu falleret regula.l. præpoſteri.C. de teſta.l. ſi mulier.C.de iu.do.& quia,ni fallor, de materia dixi etiam in collecta.ſatis in.d.l.quod vero contra,nunc diuerto,& pedem ſtatim refero.

## Ad.c.acceſſorium, de reg.iu.in.6. Dialogus. 93.

### ACCESSORIVM.

**P.N.** NVLLVS eſt qui neſciat, congruere quòd acceſſorium ſequatur naturam ſui principalis.c. acceſſorio,de regu.iu.in.6. l.cum principalis.ff.eo.Bar.in diſpu.mulier habens magnũ patrimonium,col.3.Fede.de Sen.conſi.j.colu.2. & hoc eſt quod dicebat ad propoſitũ Ancha.conſi.78.ex verbis,in prin.quòd cauſa acceſſoria & dependens,aſſumit ſibi naturam cauſæ principalis.notaturq́; etiam in cle.diſpendioſam,de iudi.& per Barto.in.l.ſolent.ff.de ali.& ci.le.& conſi.91.pro ſpecifica,ad fi.ꝙ vbi antecedens & principalis non præiudicat alicui, nec ſibi præiudicium pariter affert conſequens & acceſſorium. & conſi.92.tria, col.2.quòd officium executorium durat tanto tempore,quanto principale,ſed habetur in.c.ſi ſuper gratia,de offi.de.in.6.Et conſi.113.iura,col.2.ꝙ religioſi valentes diſponere de corpore eccleſiæ ſuæ, poſſunt etiam diſponere de capellis,quæ annectuntur eidem,vt membra,tanquam de re propria,nulli ſeruituti ſubiecta, pulchre Abb.in.c.1.col.6. de mutu.pe.quòd prorogata cauſa cõuentionis, erit etiam facta prorogatio reconuentionis,quæ illi eſt acceſſoria. Et Anto. Nicel.in concordan.Bar.13. longe ſubtilius, ad fi.quòd qualitas non mutat ſubſtantiam, quòdque acceſſorium ſuo principali potentius eſſe non debet. Sed ponamus quòd non ſit eadem ratio in acceſſorio,quæ eſt in principali,procedétne,habebitque locum tunc regula?

**MAN.** Non.l.ex placito.C.de re.permu.l.ſi is à quo.C.de prædi.mi.Bar.in.l.non dubium,poſt glo.in fi.C.de legi. Alex. cõſ.

4.circa,col.6.vol.j.Bononien.ſin17.acceſſorium,in fi.in pulchro caſu Afflic.in.c.j.nu.33.de cle.qui inueſti.ſe.in vſib.alias tres,& not.quidem limitationes tradit Cy.in.l.cos,colū.j.C. de vſu.& ad regulam redeuntes, vltra adducta ſupra addi etiā poteſt,quòd iudex in principali eſt quoque Iudex in conſequenti & acceſſorio,ſiue ſit ordinarius, ſiue ſit delegatus, vt per But.i.c.de prudētia,in prin.de do.int.vi.& vxo. quòdque ordinarium eſt,ſit titulus ſit contra ius vt ſit huiuſmodi etiā poſſeſsio tanquàm acceſſoria,inquit Gui.Pap.conſi.144.circa,col.2.& ꝙ denique ſuſpenſus ab officio, intelligetur quoque ſuſpenſus à beneficio,ſecundum Abb.in.c.latores, nume. 6.de cle.excom.mi.vbi bonum verbum etiam ſubijcit,prædicta adeo vera,vt principale & acceſſorium,vnum & idem eſſe cenſeatur,ſicuti pater & filius,ſeu & melius, Dominus & ſeruus.Principale etiam influit in acceſſorium,qualitatem quam habet.exemplum,ſi pactum apponatur in continenti, iuxta contractum bonæ fidei, vt pariat actionem bonæ fidei, aliàs ſtricti iuris.l.iuriſgentiū.§.quinimmo.ff.de pact.l.2.C.de pac. int.emp.& ven.not.in.l.certi condictio,in prin.ff.ſi cert.peta. Bal.conſi.213.punctus,col.j.vol.j.& ad idem dicit, in.l.ſi hæreditas,in.§.j.per illum tex.ff.de teſta.tu.quòd cōfirmato principali,confirmatur quicquid ab eo pendet.& Alex.in.l.ſi ſeruus,in.§.ſi numerus,in fi.ff.de lega.j.quòd principale reſtringit acceſſorium,non è contra.& Ancha. quē tu quoque nep. chariſsime citaſti,& gratulor quòd ſit tibi familiaris, quia in conſilijs neſcio quid diuinitatis habere videtur,vt in ſimili inquit Iaſ.in.l.certum,col.2.ff.ſi cer.peta. conſil.142. clarior,in prin.quòd quicunque habet iuriſdictionem in caſtro,habeat in pertinentijs ipſius.& notanter conſi.226.legitur,colū.vij. quòd ſicuti reſtitutio per ſtatutum, aduerſus cōtractum prohibetur,ita prohibetur aduerſus pœnam,quæ ex ipſo contractu deſcendit,& in pulcherrima.q.conſi.297.efficacibus,colū. 2.quòd ſi gratia eſt nulla,nullum etiam erit monitoriū, velut ipſius gratiæ acceſſorium.& in priuilegio,conſ.389.viſis,col. 3.quòd ſi nullum eſt;confirmationēs etiam oēs, ab ipſo cauſam & originem habentes eodem morbo laborabunt. & in repeti.c.canonum ſtatuta,col.167.de conſti.quòd ſi quid ordinatum eſt ad finem alterius,vt inſtrumentum ad iudicium, & acceſſorium ad principale,illius ſtatum & naturam aſſumit,& quòd de ipſo iudicamus ſicut de eo ad cuius finem ordinatur & tendit,



& tendit,& facit bonus tex.ad idem,in.l.& ſi non ſint,in.§.per ueniamus.ff.de au.& ar.le.

**P.N.** Pe.de Ancha.eſt tibi,quàm mihi., longe familiarior.

**MAN.** Nimirum,quia ſum etiam te ſenior,& quia ipſum totum vidi,& legi diligenter præ cæteris,quod tu forte non feciſti.et ad inſtitutum redeuntes,dicit etiam Ro.conſi.330.circa,colū. 4.quòd decretum irritans adiectum conſtitutioni per viā acceſsionis,non afficit ignorantes,ex quo nec conſtitutio ipſa, cui annectitur,hoc idem facere ſolet.c.cognoſcentes,de conſti.c.vt animarum,eo.ti.in.6.l.fi.ff.de decre. ab or.fa. & ſuſius hoc idem ibi comprobat,ex multis, quæ ad regulam maxime faciunt,hîc aliter non ſcribenda. & Abb.in.c.ad audientiam, col.4.de reſcrip.quòd ſicuti gratia eſt nulla,propter ſurreptionem,ſic nullam etiam habet iuriſdictionē ex literis executor, vt de monitorio etiam dicebam proxime.

**P.N.** Sed nónne ſaltem acceſſorium declarat,vel probat principale,licèt ipſum non confirmet,reſtringat,aut veſtiat?

**MAN.** Forte hoc ipſum admitti poſſet,& ſentit Bal.in.l.2.C.de do.pro.cuius dictum refert & ſequitur Caſſane.conſi.5.an ex hoc,col.2.mirabilis etiam caſus eſt,vbi durat iudicium ratione acceſſorij,licèt principale extinctum ſit, in.l.vtique, & ibi Bal.in prin.ff.de rei ven.

**P.N.** Vellem ſcire,quo modo intelligatur,ſeu cognoſcatur, ꝙ aliquid ſit acceſſorium,vel principale?

**MAN.** Longum hoc eſſet dicere,ſed tamen ſcias intelligi poſſe quando eſt vt principium & origo ad ea,quæ inde oriuntur, vel prout ſunt præparatoria ad ſuum finem. Vel prout ſpecies acceſſoriæ ad partes ſubſtantiales. Vel prout vna res accumulatur alteri, ad eundem finem. Vel prout vna aliam ſequitur. Vel & vltimo,prout tacitum ſub expreſſo continetur, & latius vt per Stepha.Fede.vbi iura et exempla ponuntur, in tracta.de int.iu.par.j.col.14.& ſeq.& dicit rurſū Rota, deci.179. actiones reales,col.2.in nouis,quòd rei vendicatio, non eſt cā dominij,cum ex eo procedat,quòdque abſurdum eſſet, ſi principale ſequeretur acceſſorium.& deci.311.fuit dubitatum,col. 2.co.lib.quòd cui Epiſcopo permittitur principale, puta inſtitutio.eidem quoque permittitur acceſſorium . idemque dicit etiam Paul.in tracta.de offi.& po.cap.ſe.va.par.2.q.2. colū.4. & Abb.in.c.is qui fidem,col.j.de ſpon.quòd ſi præſumptio eſt falſa,corruit quicquid ſequitur ex ea.Et Rota adhuc,deci.403 fuit

fuit dubitatum,col.j.in nouis quòd acceſſorium ad executionem ſententiæ expediri poteſt,ſicut principale,& deci.418.ſi appelletur,in prin.eo.lib.quòd ſi appellatio deuoluat negotium principale ad curiam, poterit procedi ſuper deſertione taquam ſuper acceſſorio.& deci.443.fuit dubitatũ, col.2.eo. lib.quòd executori cui committitur certæ perſonæ prouiſio, videntur commiſſa omnia ſine quibus expediri non poſſet. & declarat deci.458.circa,col.2.eo.lib.quòd acceſſorium non præcedit ſuum principale,ſed ipſum ſequitur, & in pulcherrima.q.Bono.in.c.vnico,col.38.de re.permu.in.6. quòd acceſſorium non recipit diuiſionem à principali.& Areti.conſi.83. quia multa,col.2.quòd habens iuriſdictionem ſuper re locata, habet etiam ſuper intereſſe,quod eſt dependens à re.& ibi ad propoſitum alia multa.& à ſimili oſtenditur, quia ſicuti non poteſt eſſe effectus abſque cauſa,& motus ſine termino,ita eſſe non poteſt acceſſorium ſine principali, vt not.in.l.in prouinciali,in.§ j.ff.de no.o.nun.& in.l.Pomponius, in.§.acceſſiones.ff.ad Treb.Eſt verum,vltra ſupra dicta,& finio, quòd pœna acceſſoria non dinumeratur ex tempore pœnæ principalis,& annotatu dignum dicit Bal.in.l.quid ergo, in.§.pœna grauior,in lectu.in fi.ff.de his qui not.inſa.

## Ad regulam quod ſemel placuit, de reg.iu.in.6. Dialogus. 94.

MVTATIO VOLVNTATIS.

P.N. QVANDO volũtas eſt obligatoria,quod hoc ſemel placuit amplius diſplicere non poteſt, nec admittitur variatio.c. quod ſemel,de regu.iu.in.6.c.horrendus,30.q.5. plene Anch. conſi.214.Franciſcus,col.2.&.4.nonnihil conſi.156.propter tria,colum.j.

MAN. Immo dicit Ro.conſi.345.circa,col.3. quòd ipſum naturalis ciuiliſque ratio dictat,niſi iuſta cauſa ſuperueniat, & not. vltra eum in.d.regu.quod ſemel,& glo.partibus,ad propoſitũ in cle.ſæpe,de verbo.ſig.quòd ſi de conſenſu partium Iudex ſeruauit ſolẽnia iudiciorũ,poſtea velint quòd ſine figura procedat,poterit eiſdem inuitis nihilominus primo modo procedere,prout conſenſerunt.& Rota deci.450.ſi pubes,in nouis, quòd pubes matrimonium contrahens per verba de præſenti cum



cum impubere,tenetur eam expectare,donec pubeſcat.nec poteſt ipſum pœnitere,& interim cum ſecunda cõtrahere, quoniam matrimonium alias non valeret, etiam carnali copula conſumatum.

P.N. Vellem ſcire,certum etenim eſt,quòd mutatio voluntatis permittitur in pluribus caſibus & præſertim in vltimis voluntatibus,quæ obligatoria,non eſt.l.4.ff.de adi. lega.l. ſi quis in principio teſtamenti.ff.de lega.3.l.non vſque adeo.ff.ſi quis à pa.fue.ma.nunquid poſsit cautela inueniri, qua hoc caſu etiã variare non liceat?

MAN. Poteſt vtique,ſi iuret teſtator non reuocare teſtamentũ, neque eidem contrauenire,& maxime ſi in eo inſtituti ſint venientes ab inteſtato,de quo tamẽ per Bar.in.d.l.ſi quis in principio teſtamenti & Veronen. in caute.ſuis. 117. ſi pater, colum.1.&.2.

P.N. Aliquis præſentatus eſt & inſtitutus ad aliquam eccleſiam, intra tempus excipiendi nihil dictum eſt,an mores eius approbari videantur,& ipſe,tacito non excipientium conſenſu?

MAN. Crederem,quòd ſic,& ſine controuerſia quidem, & ita poſt multa decidit etiam Fede.de Sen.conſi. 102. nobilis quidam,col.2.Quid,quòd ſemel voluiſſe ſat eſt,in prælati nominatione,in conſtitutione condenda.in voti emiſsione, in beneficij collatione,& in contractus negociatione, & ſimilibus, ſi quæ ſunt.c. in iſtis.4.diſ.viduas, 27.q.j.c.ſi illi. 24.q.3.c. ſunt qui.17.q.4.l.ſicut.C.de ac.& ob.Archi.in.c.ſi. col.2.8.q. 2.plenius Vlp.Zan.in.§.hic ergo,col.30.inſti.de iuſti.& iu.& variatio in prælatis,maxime eſt reprehenſibilis,quando etiam foret licita.Vnde Grego.„Iniuriam facio, ſi fratrum meorum „priuilegia perturbo,& ad propoſitum probatur in.c.cum illuſio,de renun.in.6.& quòd aliquando etiam permittatur,vt in vltimis voluntatibus,ſupra licet videre, in ob. annis.l. ſi fieri lis.§.fi.& ibi Bar.ff.de ac.emp.& in caſu.l. cum qui certarũ.§. fi.ff.de verbo.ob.&.l.diuus.§.licet.ff.de vſu & ha.&.l.pater.§. fi.ff.de condi.& de.&.l.pe.§.penul.ff.depo.&.l. cum hi.§. qui tranſigit.ff.de tranſac.&.l.de rebus.ff.re. amo. inducendo, vt per eundem Vlpia.in loco præallega.col.33.34.

P.N. Video etiam quòd ordinarius delegat,& tamen poteſt cõmiſsionem reuocare,etiam lite conteſtata.l. iudicium ſoluitur.ff.de iudi.

MAN. Sed illud ideo eſt,quia non abdicat à ſe iuriſdictionem, niſi renun-

ſi renunciet in manibus ſuperioris.l.legatus .ff. de off. præſi. Bal.in rub.de off.de.col.2.Ad materiam etiá facit, quia quod ſemel reprobaui amplius approbare non poſſum, quantũ ad actionem conſequendam tamen,non quantum ad exceptionem,quia poſſum ſine dubio, vt per Bart.in.l.diſpenſatorem, col.2.ff.de ſol.& fallit etiam regula in filio repudiante,qui poteſt adire,& fideicommiſſario vniuerſali,ac alijs caſibus vltra ſupra dictos,de quibus in.l.ſicut, vbi idem Bar.C.de repu.hę.

P.N. Si Medicus ſemel approbatus ſit, poteſt ne poſtea reprobari?

MAN. Ex cauſa (vt iam dictum eſt) poteſt.l.ſed & reprobari,in pri.ff.de exc.tu.l.vt gradatim.§.reprobari,de mu.& ho.& idé in aſſeſſore,vt no.in rub.ff.de of.aſſ.& Doctoribus nõ vtiliter legentibus,licèt conniuentibus oculis quandoque Mecœnates tranſeant,vt ſcholares mala imbuantur doctrina,& probatur in.l.2.C.de profeſſo.& Medi.lib.10.& idem in Imp.vt ſentit Bar.in.d.l.ſed & reprobari,in fi.& male, quoniam hodie eſt populo maior.l.Barbarius.ff.de offi.præto.& quia dixi alibi, hoc idemque tenui audacter,nunc tranſeo.

## Ad regulam qui facit per alium, de regu.iu.in.6. Dialogus. 95.

SVBROGATVM.

P.N. QVOD dicitur in.c.qui facit per alium, de regu.iu.in.6. & in.l.quod iuſſu.ff. eo.& in.l.j.in fi.ff.de procur.ſeruit ad.q.ſi quis per alium ſibi ſepulturam elegerit,perinde eſt ac ſi per ſe ipſum elegiſſet.

MAN. Veriſsimum eſt,& ſeruit ad ea quæ habentur in cle.dudum,in.§.huiuſmodi,de ſepul.Sed ad quid hoc ipſum dixiſti?

P.N. Quia euenit his diebus.q.hæc,& inter quoſdam religioſos erat contentio.

MAN. De lana Caprina erat,cum inueniantur deciſiones apertiſsime,quando etiam regulam non haberemus.

P.N. Vt ingenue fatear,nullam ſum recordatus cùm interrogatus fuiſſem.

MAN. Nimirum ſi quandoque bonus dormitat Homerus, vt eſt in prouerbio,nec tu hac de re reprehenſione es dignus.

P.N. Dic pater,ſi placet,vbi hoc ipſum probari poſsit.

MAN.



MAN. Si bene ſum memor.q.in terminis ponit Anchara. conſi. 214.Franciſcus,col.2.qui ad propoſitum dicit etiam conſil. 89.deciſio,in fi.quòd ſi teſtator fideicommiſſarijs mandatum dederit de vendendo,& ipſi vendiderint,perinde eſſe, ac ſi teſtator vendidiſſet.& in ſimili Corſe.in ſingu.commiſſarius, ꝙ illud quod fit per commiſſarium,fingitur eſſe factum per committentem optimus tex.in.c.in cauſis,& ibi Abb. de elect. & in citatione Bal.in rub.de reſcrip.col.2. quòd quando citatio fieri debet,non eſt neceſſe quòd fiat per reſcribentem, ex quo ſatisfacit qui per alium citat.

P.N. An iſtud vere ſit,vel interpretatiue,& per fictionem?

MAN. Quòd ſit per fictionem,indicat verbum perinde, poſitũ in.d.regula qui facit Bononien.in.c.vnico, colũ.51. de rerum permu.in.6.bonus tex.in.l.fi.iuncta glo.C. vbi & apud qué, & in.l.j.in.§.deieciſſe.ff.de vi & vi ar.& incidenter dictum eſt proxime.& ad propoſitum,ſcriptura authoritate mea per aliũ ſcripta,à me ſcripta videtur l.Diuus.§.item Senatus.ff.ad legẽ Cor.de fal.ideo male dicunt aliqui, quòd tex.in.l. cum præcũ.C.de lib.cau.fallat ſi libellus ſit aliena manu ſcriptus, quia non eſt verum,vt per Iaſ.in.§.ſi minus,col.2.inſti.de ac.& nouiſsime,an qui per alium facit, faciat proprie vel improprie, bonam diſtinctionem tradit Bal.in.c.j.in.§.ſi quis deceſſerit,ſi de feu.ſuc.contro.inter Do.& agna.in vſib.Qui dicit etiam in c.cauſamque,in prin.de elec.quòd qui per alium facit,proprie facit per ſe ipſum,quantũ ad legis veritatem, ſi ille habeat ſpeciale mandatum,vel æquipollens,quia ſecus ſi generale.c. vt circa,de elect.in.6.interpretatiue vero,vt ſupra & in.d.§.deieciſſe,quandoque nec vere nec interpretatiue,quando eſſet factum contra naturam,vt in adulterio. Quæ fiunt & per amicos,per nos fiunt,& à Centurione impetratum per nuncios, ab ipſo impetratum dicitur, Matth.c.8.ſecundum vnam expo.aliter adhuc idem Bal. (vt omnem lapidem moueamus) hoc tempore præſertim,quo.

Sole ſub ardenti (vt ille ait) reſonant æſtate cicadæ. in.l.ſed eximendi,in.§.prætor.ff.ne quis eum qui.& in.l. omnes populi,col.10.ff.de iuſti.& iu.quòd qui per alium facit, quod in ſe reſidet,puta quòd alienetur fundus mandantis, vel ſeruus eius manumittatur,vere fecit,aliàs non.l.pater ex prouincia. ff.de ma.vin.

P.N. Sed an qui per aliũ facit,periculo ſuarum facultatũ faciat?

MAN.

**MAN.** Videtur tex. clarus quòd ſic, in.l. nullus.3.& ibi Bar.C. de decu.lib.10.quod ad maſſarios & officiales ſacri mótis pietatis infertur,ut non aliter admittantur, niſi præſtent fideiuſſionem,quoniam per alios ſeruiunt,& male,ex quo periculo ſuarum facultatum ſeruiunt. d.l. nullus. & hæc regula maxime locum habet in muliere petente ueniam ætatis, ne ſe cœtibus virorum immiſceat.l.2.C.de his qui ve.æta.impe.

**P.N.** Sed quare non in maſculo?vel in eo qui venit adoptãdus? his enim duobus caſibus,vt notum eſt, requiritur eorum præſentia,& per alium,nec is adoptari poteſt, nec ille ueniam ætatis petere.

**MAN.** Id enim eſt propter mores, & ne minor natu maiorem adoptet, & propterea præſentia deſideratur, habet tamen regula locum in eo qui legitimatur, quia abſens legitimari poteſt,vt per Bar.in.§.ſi uero,in fi.& ſeq.in authen.quib.mo.na.eſſi. ſui. dixi ego aliquid in.l.imperium.lectu.2.ff.de iu.o.iud.

**P.N.** Quid in manumiſſione?

**MAN.** Nec iſta per ſimplicem procuratorem, & ſic per alium, fieri poteſt.l.nec mulierem.C.de uin.liber.

**P.N.** Ratio?

**MAN.** Quia manumiſſio non eſt in adminiſtratione patrimonij,vel quia dicit manumiſſor,manumitto te, & abſoluo à poteſtate dominica,& verba ſunt, quæ in Domini perſonam cócipiuntur,& vt ibi ſuſius not.

**P.N.** Quare eſt rurſum, quòd in tutelis excuſatio per alium nó admittitur,vt not.in. l.excuſare.ff.de excu.tu?

**MAN.** Neſcio tibi aliud dicere, niſi quòd id pupillorum fauore inductum fuerit,argu.in.l.ex pluribus, in fi.ff.de admi.tu.tradit Bar.in.d.l.excuſare.

**P.N.** Dixiſti etiam neſcio quid de adulterio,vellem adhuc ſcire, quare per alium explicari non poteſt.

**MAN.** Quia eſt actus cohærens perſonæ, ſicuti febris corporis afflictiua, vt inquit & bene Bal.in.c.audita, col.2.de reſti.ſpo. aliquid Io.Pariſien.de primogenitu.par.2.q.3.núc eſt, nu.33. Et ad regu.ſcias etiam vltra ſupra dicta,ꝙ uera eſt & procedit in his, quæ propria authoritate competunt.l. eos, in fi.C.de vſu.l.j.in.fi.ff.ſi men.ſal.mo.di.l.ſingularia.ff.ſi cer.pe.l.3.§.fi. ff.de do.int.vi.& vxo.l.licet.§.j.l.nuptura.ff.de iu.do.l. quod ſtatuliber, in fi.ff.de do.cau.mor.l.ſi procuratori præſentis.ff. de uerbo.ob.l.qui autem. §.fi.ff.de cóſti. pecu.l.fi.C. de ſponſ. Alex.



Alex.in.l.fi.col.2.C.de procu. non ad propoſitum priuilegiata,vnde quæ in ſpeciale priuilegium magiſtratibus maioribus conceduntur,non delegantur, neque per alium expediuntur, quæ uero iure magiſtratus competunt ſic.l.j. ff.de offi. eius.c. fi. §. fi. & ibi Hoſti.alias duas declarationes ponit, de offi.de. quòd habet locum in temporalibus commiſsis, non in ſpiritualibus.quòdque in contractibus eſt generalis, ſpeciale uero contrarium in cæteris.

**P.N.** Audiui te ſæpe allegantem tex. in.l.certe, in.§.j.ff.de præca. & ſi aliter ex méte Bal. diſtinxeris ſupra quòd qui per aliũ facit, per ſe ipſum facere uidetur, non ficte & interpretatiue, ſed proprie & uere.

**MAN.** Et ad idem eſt ſingularis,quod etiam habetur in.l.j.in.§. nunc autem. C. de ca.tol.& in.c.accedens, de præben. exquo tunc, ac in caſibus prædictis acquiſitionis factum uertitur, & fuit dictum Bal.in margari.in.§.qui uel qua,nu.3. per iura prędicta.alias & adhuc ad corticem redeuntes,dicere, quòd qui ꝑ alium facit,perinde eſt,ac ſi faceret per ſe ipſum, quoniam omnino melius nos,quàm alius nomine noſtro,facimus, iuxta illud(Aeſopi Phrigij apologus de Caſsita auicula notus eſt)
„ ne quid ab amicis expecta,quod tu per te agere poſsis.de quo
„ Gel.fuſius, noc.Atti.lib.2.c.29.Qui ridiculum cuiuſdam etiã reſponſum recitat, cum à cenſoribus interrogaretur, cur ita eſſet,quòd uideretur curatior, quàm equus,nimis ſtrigoſus & male habitus, quia(inquit)me ipſum curo,equum autem Statius ſeruus meus, lib.4.c.20.Multos caſus etiam ad ſaturitatẽ enumerat, in quibus actum per ſubſtitutum explicare non licet, Afflic.in.c.j.in.§.j.col.2.&.3.de benefi.fœmi.in vſib. qui tamẽ in.c.j.poſtea,in.§.ſi à Iudice, col.j.de conſue.rec.feu.co. lib.iſtud notandum ponit,quòd miles nihilominus cum ruſtico pugnat per ſubſtitutum.

**P.N.** De duobus ſolum,poſt hæc, pulchra certe,delectabilia, & frugifera, reſolui cupio. Si quod Princeps per ſe poteſt,poſſit etiam per alium?

**MAN.** Indubitatum eſt iſtud.c.paſtoralis,de offi.ordi.c.ſanè, de offi.dele.not.in.d.l.j.ff.de offi.eius. & quotidie uidemus ĩ Comitibus Palatinis, è quorum numero ego quoque ſum, licèt indignus,munificentia Caroli.V. Imperatoris inuictiſsimi,& gratia Reuerendiſs.D.D.Antonij Perenoti, Epiſcopi Attrebaten.D.mei obſeruandiſsi.motu proprio Principis, hoc munere

nere

nere cohoneſtatus,& probatur ad propoſitum in.d.l.pater ex prouincia ſupra alleg.1.ff.de ma.uin.Bal. in terminis coſi.267. ad euidentiam,col.2.vol.j.

P.N. Tranſeat quoniam aliud maius dubium habet, idq́ue eſt, an adultera uxor poſsit per alium interfici,quàm per maritũ.

MAN. Et ad iſtud quoque dico quòd manu mariti debet interfici,alias incideret in legem Corne.de Sica. tenereturq́ue ipſe & mandatarius.

P.N. Non memini alicubi legiſſe.

MAN. Eſt caſus(intellige eam in adulterio inuentã) in.§.is quoque,in authen.vt li.ma.& auiæ.tradit Bal.in.c.j.in.§. ſi quis vero, de pa.iu.fir.in vſib. Afflic.in.c.j.in fi.an ma.ſuc.in be.vxo. co.lib.& iſta erunt ſatis, ſuperq́ue ſatis.

## Ad regulam vtile pro inutile, de reg.iu.in.6. Dialogus 96.

### VTILE.

P.N. IN inſtrumento donationis cuiuſdam mulieris, repertæ ſunt multæ cauſæ obligatoriæ,& promiſsiones eiuſdem, quæ nullæ erant,& nihil valebant,dubitabatur his diebus,nunquid donatio propter dominij tranſlationem ſuſtineretur.

MAN. Quid inter dubitantes deciſum eſt?

P.N. Nihil,aliqui dicebant, quòd ſic, multi contrarium.

MAN. Prima opi. verior eſt,vt dixiſti, propter dominij tranſlationem,& quia in his quæ ſunt ſeparabilia, diuerſamq́ue rationem habent,vtile per inutile non vitiatur, declarat Bar.in.l.ſi vnius, in.§.pactus ne peteret.ff.de pac.& in.l.Græce, in.§.illud.ff.de fideiu.in terminis Areti.conſi.54.in cauſa,col.j.&.2.

P.N. Ergo ſecus,ſi actus eſſet diuiduus, vt ad materiam.d.c.vtile,aliqua dicamus.

MAN. Et bene,arguitq́ue ex theo.Bar.in præallega.§.illud,Roma.conſi.66.vir eximie, in fi.& dicit, quòd vbicunque reſpectu formæ, actus eſt indiuiduus & inſeparabilis, licèt ſit diuiduus reſpectu eſſentiæ, ſemper vtile per inutile vitiatur.& ad regulam facit, quod habetur in.c.ſi confirmationem, de elec. in.6.quòd ſi confirmatio inutilis ſit,non propterea viciat electionem vtilem,ſuper qua fit, quod etiam refert Ancha. conſi.215.ſcripſit,col.3.Qui dixit quoque conſi.295.pro clariori,col.3.



ri,col.3.quòd error modicus hac de re non vitiat gratias, præſertim fauorabiles,& idem Ro.conſi.245. ad primum, col.2. quòd idem eſt determinandum quoque in libellis,verba ſcilicet trahi debere extra proprium ſignificatum, vt eorum contingat ſaluatio & validitas,& conſi.506.in re præſenti, col.3. quòd admixtio inhabilis cum diſpenſatione habilis,ipſam inualidare non debet,vbi ad idem pulcherrima iura etiam inducit,& D.de Rota,deci.68.licet,in nouis,quòd ſi plura capitula in commiſsione narrentur,quorum aliqua falſa ſint, aliqua vera,ſi ex veris poteſt ſequi effectus concluſionis,valet commiſsio. Et in charitatiuo ſubſidio Bellen.q.46. dictum eſt ſupra,col.2.quòd ſi quantitas debita ab indebita eſt facile ſeparabilis,vtile per inutile vitiari non debet. Et Abb.in.c.j.colu.4. de iudi. ſi remotis ſuſpectis remanet ſynodus in perfecto numero,qui requiritur ſecundum qualitatem cauſæ, quòd propter ſuſpicionem quorundam non poterit tota ſynodus recuſari.Et per iſtam regulam pulcherrimum decidit caſum etiã Bal.in vltimis volũtatibus,vt ſcriptura imperfecta, perfectam non viciet,in.l.fi.col.3.C.fami.her. Et in duobus mandatis, quorum vnum habeat raſuras, aliud vero non, vt præualeat iſtud,in.l.falſus,col.9.C.de fur. Matrimonium etiam hac de re,in caſu.l.pactum.C.de pac. valet, licèt pactum vicietur. Et donatio reſpectu præſentium, licèt reſpectu futurorum non valeat, vt not.in.l.fi.C.eo. Et ſi curator datus adultæ ad dotẽ conſtituendam, ſi promiſerit plus, quàm facultates ipſius patiantur,promiſsio viciabitur in eo tãtum, quod ſuperflua eſt. l.ſi vt generalis.ff.de iu.do.Et idem in donatione dicitur, in.l. ſancimus.C.de dona. quòd vltra legitimam diffinitionem trecentorum ſolidorum, in eo quod ſuperflua eſt,viciatur,nõ in totum. Et licèt quis acceptauerit beneficium inutile, in vtili tamen quod obtinet ſibi non præiudicat.l. qui dotem, & ibi Bal.ff.ſolu.ma. Dicens etiam,in.l.legitimos, in prin.ff.de legi.hæ.quòd vbi ponuntur verba apta & inepta, apta attẽduntur, nec inepta viciant.Et not.in.l.ſed & ſi quis, in.§.quæſitum.ff. ſi quis cau.ſi aliquis exprimendo aliquos caſus,renunciaret illis,& poſtea generalem clauſulam ſubijceret, quòd hac ratione valeret renunciatio in ſpecificatis. Ad idem correcta eſt.l. fi.C.de edic.di.Ad.tol. quo ad vigeſimam,& tamen quo ad aliud remanet. & prædicta omnia intelliguntur,quando inutile adijcitur vtili, non quando ſimul proferuntur, quia tunc

vnum corpus conſtitueretur,& totum viciaretur, ſecundum
Iaco.But.quem refert & ſequitur Bal.in.l. per ſeruum, in.§.1.
ff.vſuf.quemadmo.ca. & ad regulam redeuntes probatur opti
me etiam in.l.cos,in.§.1.C.de vſu. & in.l. certi condictio, in
§.quoniam.ff.ſi cer.pe.& in.l j.in.§.pe.ff.de verbo. ob. Odof.
in.l.iubemus.C. de teſta. Proceſſus ſimiliter factus ex proba-
tionibus falſis & veris, ex iſtis ſuſtinetur.l.pe.C. ſi ex fal.in-
ſtru.c.cum inter,de re iudi.Inno.in.c.in præſentia, de renun.
Iaſ.late in.l.admonendi, ſol.101.col.j.de iureiu. ſi quis etiam
portaret merces licitas & illicitas,illicitæ tantum publicaren-
tur.l.dotem.§.dominus, & ibi Bar.ff.de publica.& facit, quia
ſubſtitutio pupillaris patriam poteſtatem deſiderat, & tamen
ſi fiat extraneo,valet in vim tacitæ vulgaris, quia vtile &c. vt
per Bar.in.l.1.in fi.prin.ff.de vulga. & pub.ſub. & in perſonis
à ſimili dicit Bal.in.l.Imperator,col.3.ff.de ſta.ho. quòd vtilis
per inutilem non viciatur. Et Abb.in.c.examinata,col.pe.de
iudi.quòd iudi.quòd inutilis actionis expreſsio libellum non
viciat,de quo etiam in.l.edita.C.de eden. eſt verum quòd vti-
le per inutile viciatur etiam vltra ſupra dicta, ſi ſit expreſſum.
c.pura,iuncta glo.3.q.9.& in caſu.c.1.16.diſ.& propter aſſum
ptam formam iuri contrariam,vt in electione, cõpromiſſo,&
ſimilibus,& tradit Bal.in.c.maſſana, de elec. & pro perfectiori
intelligentia dici poſſet ẽt ſic, quòd qñque vtile venit ad adij-
ciendum,qñque ad minuendum,qñque ad exprimendam ſpe-
ciem contractus. Primo caſu, ſi non valet quod ago in totũ
valet in parte,in qua valere poteſt. Secundo caſu, non valet in
aliquo. Tertio quia non conſentitur in ſpecie contractus, a-
ctus non valet,fallit aliquando ad excipiendum, vt per Bal.cõ
ſi.475.quidam, col.3.vol.j.& ad regulam rurſum confert ſci-
re, dum dicimus quòd vtile per inutile non viciatur, quando
ſunt ſeparata vt ſupra hoc idem maxime,quòd tres ſunt caſus,
ꝗ́que quandoq; vtile ab inutili eſt ab ipſo principio ſeparatũ,
quandoque ſeparabile,quandoque nec ſeparatum nec ſepara-
bile, & vt per eundem fuſius in.d.loco, col.vlti.& in authen.
ingreſsi.C.de ſacroſan.ec.& eſt materia brocardica,vt in.d.cõ
ſi.teſtatur,& conſequenter difficilis,igitur tranſeo,& tu quo-
que interim quieſcas.

P.N. Et ita vt iubes faciam,præſertim quia hæc fuere,quæ à te di
cta ſunt,quàm maxime copioſa.





## Ad cle.1.de ſeq.po.& fruc. Dialogus 97.

### IVRISDICTIO.

P.N. EXCEPTIO nullitatis, proueniens ex defectu iuriſdi-
ctionis, huiuſmodi eſt, vt ſemper & quandocunque opponi
poſsit, glo.eſt not.& allegabilis multum, in cle.1.de ſeq.po.
& fruc.& certe (vt inquit etiam Purpu.Doc.Illuſtris,in.l.pri-
ma in princi.ff.de offi.eius) nullus eſt maior. diciturque iudi-
cium peccare in forma, ſecundum Bal.in.l.exceptionem, col.
vlti.C.de proba.

MAN. Veriſsimum eſt, ſed tu id vnum etiam addas, quòd licèt
ad agendum de nullitate trium ſententiarum non admittatur
ille,contra quem latæ ſunt, antequam fuerint executæ, iuxta
not.in cle.j.de re iudi.admittetur tamen ſi nullitas ſit, quæ ſur
gat ex defectu iuriſdictionis,vt per Alex.conſi.77.in cauſa co
ſum.4.volu.2.& Ro.in.l.de pupillo,in.§. qui opus, ad fi.ff.de
no.om.nun.inducit Ancha.conſi.164.de iuribus,col.3. quòd
licèt omnis exceptio & allegatio tollatur,non tamen tollitur
incompetentia Iudicis.& idem dicit in ſtatuto,quòd quamuis
tollat per dictiones vniuerſales,omnes exceptiones,hęc tamẽ
incompetentiæ ſublata non videbitur,conſi.167.viſis,in prin
ci.& idem conſi.271.de titulis criminum, col.vlti.& Bal.ante
cum,in.l.generaliter,col.2.C. de ep.& cle.idẽ Areti.conſi.68.
excellen.domine,col.3.& Rui.conſi.16.habita, nu.25.vol.2.
Deci.conſi.8.viſo puncto,col.j.volu.j.Corſe.plene, in ſingu.
ſtatutum.1. Et forte hoc eſt etiam quod dicit idem Bal.in.l.cũ
mulier,col.8.ff.ſolu.ma. quòd prius & ante omnia de iuriſdi-
ctione conſtare debet,& in.l.ſcire oportet, in.§.fi.per illũ tex.
ff.de excu.tu.quòd ſi detur terminus ad omnem defenſionem
faciendam,poſt terminum non excluditur nullitatis allegatio
proueniens maxime ex defectu iuriſdictionis. multa Seyſel.
in.l.vt vim,in repe.col.8.ff.de Iuſti. & iu.Ro.in.l. de pupillo,
in.§.qui opus,in prin.ff.de no.o.nũ.& conſi.42.viſis, in prin.
Et quòd ſententia nulla, ex defectu iuriſdictionis,exequutio-
ni mandari non debeat,declarat idem Bal.conſi.313.proponi
tur,in fi.vol.5.

## Ad cle.paſtoralis,de re iudi. Dialogus 98.

### DEFENSIO.

**P.N.** DEFENSIO eſt de iure naturali, & tolli non poteſt,
etiam per Principem, ne dum per ſtatutum municipale, cle.pa
„ ſtoralis.§.cæterum, ibi, Cum illa Imperatori tolli non licue-
„ rit,quæ iuris naturalis exiſtunt.de re iudi.l j §. cum arietes.ff.
ſi quad.pau.fe.di.l.3.§.ſi ad diem.ff.de re mili.Bal.in.l. ſeruum
quoque,in.§.publice,col.7.ff.de procu.& conſi.111.qui mor
tem,in prin.volu.4.Scyſel.multa,in.l.vt vim, in lectu.& repe.
col.j.de iuſti.& iu.vbi ante cum Bal.Deci.& alij,in.2.Sed quid
ſi fiat compromiſſum in aliquem,vt poſsit procedere,nulla iu
ris ſolemnitate ſeruata, an per iſta verba tollatur defenſio?

**MAN.** Nullo modo, vt per.d.cle.inquit Corſe.ſingu.compro-
miſſum.2.Ancha.conſi.167.viſis,in prin.

**P.N.** Stat ſtatutum, quòd in criminalibus appellari non poſsit,
an valeat?

**MAN.** Minus, quoniam appellatio eſt ſpecies defenſionis, quæ
tolli non poteſt.c.ſuggeſtum, de ap.argu.in.l. non tantum.ff.
co. in terminis Albe.in ſtatu.par.3.q.54. item quæritur.Abb.
in.c.j.col.j.de reſcrip.

**P.N.** Quid in citatione?

**MAN.** Quia huiuſmodi eſt, defenſio ſcilicet, & iuris naturalis
quidem,nec ipſa tolli poteſt, & ſignanter tex.in.d.cle.paſtora
lis,in citatione loquitur, & primum hominem Adam, citauit
„ Deus dicens, Adam vbi es? declarat Bar. in extrauagan.ad re-
primen.in verbo & figura,col.2.Abb.in.c.j.colu.3. de conſti.
Iaſ.plene in.l.certum,in pe.col.C. vnde legi. Ancha.cõſi.211.
de iure communi,col.2.& conſi.270.in primo dubio,col.j.&
conſi.277.ex prędicta,col.3.& conſi.209.videtur,col.j.& ſi in
conſtitutione dicatur, quòd Iudex poſsit prout voluerit etiã
de facto ſe informare,verba hæc ſolum operantur, vt procedi
poſsit abſque ſolennitate iuris ciuilis,non autem omittere ea,
quæ ſunt iuris naturalis,vt eſt citatio,& vt ad ſententiam ſine
citatione procedi poſsit,& pulchre declarat Rom. conſi.248.
hæc ſententia,in fi.dicens etiam conſi.487.in cauſa, in prin.q
defectus citationis ſententiæ nullitatem inducit.& conſi.521.





circa,col.2.quòd non eſt Princeps tantæ potentiæ,quòd cita-
tionem & defenſionem oppreſſo valeat auferre, multa Bal.in
l.omnes,in.§.ſin vero, col.1.C.de ep.& cle.Deci.in.c. quæ in
eccleſiarũ, col.13.de cõſti.Abb.in.c.inter, col.j.de ma.& obe.

**P.N.** Nunquid Princeps poſsit cauſam committere ſuſpecto,de
plenitudine poteſtatis, ſine facultate recuſandi?

**MAN.** Non, quia hoc modo defenſio tolleretur, & male. & ita
per.d.cle.paſtoralis, decidit Abb.in.c.ad hæc, in fi.de reſcrip.
Bal.in.l.fi.C. de legi.in citatione & defenſione adhuc Gui.Pa.
de reſcrip.col.2.Areti.conſi.165.ſicut,col.11. & ad plenitudi
nis poteſtatis propoſitum,etiam quòd Papa reſcribat ex certa
ſcientia, &.d. clauſulam de plenitudine poteſtatis apponat in
reſcripto,non tamen verba ipſa contra ius naturale aliquid o-
perantur,vt pulchre inquit idem Bal.in rub.de reſcrip. in prin
ci.Fede.de Sen.generalius loquutus,dicit,quòd quomodocũ-
que loquatur,nunquam defenſionem tollere videtur, conſil.
55.per viſitatores,col.j.Nel.de ban.in.j.par.j.tempo.q.8.for-
matus,col.j.&.2.par.1.q.49.Sempronius,in princi. Et hoc eſt
quod dicitur etiã in.c.j.& ibi Abb.in.j.not.de cau.po. & pro.
quòd Princeps parte non vocata cauſam non diffinit. Aliquid
Nath.in cle.Sæpe,in.§.j.col.8.de verbo.ſi. & in pratica docet
Bal.in.l.milites,col.2.C.de mili.teſta. quòd licèt in iudicijs da
tum ſit arbitrium Poteſtati, quòd non teneatur obſeruare le-
gis ſolennitatem in aliquo, non propterea poterit reum con-
demnare,niſi ſibi de crimine conſtet, vt Iudici, & niſi ſibi data
fuerit defenſionis copia.

**P.N.** Nunquid naturalis defenſio poſsit tolli ex cauſa?

**MAN.** Credo quòd ſic.l.ſi ſeruus.C.de his qui ad ec.confu.l. an
tepe.vbi glo.ff.ex quib.cau.ma.Alex.conſi.2.viſis,col.7.volu
mi.1.Ange.in.l.ſi ſic.ff.de lega.j.plene Deci.in rub. de ap. col.
6.aliàs non,& de citatione dicit idem Bal.in.l.cum fratrem,co
lum.2.C.de his quib.vt indi.quòd etiam in notorio requiri-
tur,& quòd vbi non eſt,ibi non eſt,nec reus,nec iudicium,nec
hermodicium contrahi poteſt,nec ſententia ferri,maxime ca-
pitalis.aliquid in.c.bonæ.1.col.4.de elec. Areti.conſi.165. ſi-
cut,col.8.Et quòd nec pactum nec ſtatutum valeat,quòd quis
regulariter non poſsit ſe defendere, tradit idem Bal.in.l. cum
mulier,col.6.ff.ſolu.ma.& in.l. filiusfamilias, in fi.ff.de dona.
quòd nullus eſt in orbe, qui Imperatore habeat maius impe-
rium, immo quòd orbis eſt Dominus.l. deprecatio.ff. ad legẽ

Rho.de iac.& tamen non condemnat abſque citatione,vt ibi, & conſi.365.col.j.vol.3.

**P.N.** Sed nónne citatio tollitur in.l.ſatis, & in.l. plærique.ff.de in ius vo?

**MAN.** Non,quia citandus latitabat. Vel quia in ſententia interlocutoria erat minime neceſſaria. Vel quòd citatio fuerat facta per proclamationem,& adhuc quòd citatio fiat ad finé defenſionis,quòdque prætermitti non debeat, tradit Bald.conſi. 186.ad euidentiam, col.2.vol.2. immo quòd non ſolum non poteſt tolli,verum etiam nec Diabolo denegari debet,vt in.d. cle.paſtoralis,not.& in.c.quæ in eccleſiarum,de conſti.Caſſane.conſi.58.licet,nu.32. Et adeo ſauorabilis eſt, vt nec defendens ſatisdare teneatur, immo quòd inhabilis etiam admittitur,minor,mulieri,& ſimiles, de quibus Alexá.in.l. exigendi, col.2.C.de procu.quòdque defenſioni renunciari nó poteſt.l. defenſionis facultas.C.de iur.fi.lib.10.Barto.in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iu.Calde.conſi.8.an ſententia,in prin.de re iudi.

**P.N.** Quid ſi ſit ſententia Regis?

**MAN.** De nullitate dici poteſt,ex defectu iuris naturalis,id eſt citationis,vt per Inno.in.c.in cauſis,de re rudi.Abb.in.c.propoſuit,de conce.præben.Bal.in.l.fi.C.de legi.Franc.in.c.dilecto,de ap.Feli.in.c.eccleſia Sanctæ Mariæ,col.4.de conſti.Grámma.deci.19.lata,nu.15.Plus dico, quòd in non citante præſumitur dolus,quia facit contra ius naturale,& fuit verbú Bald. conſi.55.quæritur,col.2.vol.3. & quòd ſententia Principis ſine citatione nulla ſit,& Imperatoris vt ſupra qui eſt orbis Dominus, & proceſſus factus contra non citatum nullus, tradit idem Bal.conſi.58.factum,col.2.lib.3.& conſi.122.vtrum,colum.2.co.lib.& conſi.21.proceſſus,in prin.vol.4.& ne minutatim omnia dicamus,iſta quoque erunt ad prædicta ſatis.

## Ad.c.quanquam de vſu.in.6. Dialogus 99.

### VSVRARIVS.

**P.N.** ESTNE verum, ſi vſurarius non mandauit vſuras reſtitui,quòd ſibi confeſsio non prodeſt,quo ad ſepulturam?

**MAN.** Veriſsimum in vſurario manifeſto.c.quanquam, de vſu. in.6.Ancha.conſi.189.tribus,col.2.

P.N.



**P.N.** Ponamus quòd appareant ſigna contritionis, & pœnitentiæ,nec præſtet cautionem de reſtituendis vſuris, eritne teſtamentum eius irritú, ita vt ſibi etiam ſepultura eccleſiaſtica interdicatur?

**MAN.** Erit, & interdicetur, præterquam in relictis ad pias cauſas,vt idem Ancha.inquit,conſi.429.pro euidentia,col.j.&.2. in fi.Pau.de Caſ.conſi.13.ſuper primo,columna vltima,volumine primo.

**P.N.** Prædictum.c.quanquam, loquitur in teſtamento, quid in codicillis,vel dona.cau.mortis?

**MAN.** Idem,quoniam.d.conſtitutio circumueniri facile poſſet. l.j.§.fi.ff.de calum.l.Iulianus.§. mutui.ff. ad Macedo.l. filium habeo.ff.co.Stepha.Fed.de int.iu.par.j.col.9. diſputat Rui.in. l.ſciendum,col.18.ff.de lega.j.& Bal.conſi.298.quæritur, colum.j.vol.2.

**P.N.** An teſtamentum eiuſdem reconualeſcat per ſubſequétem cautionem præſtitam de reſtituendis vſuris?

**MAN.** Cy.in.l.j.in.§.filius.ff.de lega.j.dicit,quòd nó,& Bal.poſt eum,in.l.poſthumo, col.3.C.de bo.po. contra tabu. contrarium tenet in.l.ſeruis,in fi.C.de lega.& in.l.Gallus, in.§.etiá, col.2.ff.de libe.& poſthu.& in.l.filio præterito,col.4.ff.de iniuſti.rup.teſta.& in.l.j.col.6.lectu.2.C.de ſacroſan.ec.nónihil Seyſel.in.d.l.Gallus,in.§.fi.in prin.

**P.N.** An hæres vſurarij teneatur ad reſtitutionem vſurarum?

**MAN.** Non ſecus ac hæres furis, qui tenetur ad reſtitutionem rei furatę.l.ſi pro fure.§.fi.ff.ſi de condi.fur.Bald.in.l.j.col.pe. C.ex del.defunc.& in authen.ad hæc,col.5.C.de vſu.

**P.N.** Ponamus quòd confiteatur ſe extorſiſſe certas vſuras à certis,& conualeſcat,poterítne confeſsionem hanc reuocare?

**MAN.** Non.l.generaliter, & ibi Bal.not,colum.4.C.de non nume.pecu.

**P.N.** Hæres qui tenetur,tenetúrne vltra vires hæreditatis?

**MAN.** Non.

**P.N.** Facto vel non facto inuentario?

**MAN.** Indiſtincte.l.furti.C.de fur.l.ſcimus, & vtrobique Bald. C.de iu.deli.Stepha.Fede.de int.iu.in princi.quali.lex reſtringatur,colum.19.& quòd teſtamentum vſurarij acceptari non debeat, niſi caueat, vt ſupra & manifeſta ſigna pœnitentiæ oſtendat,nouiſsime tradit idem Bal.in.l. falſus, columna quarta.C.de fur.

O 4 P.N.

P.N. Filius poteritne impugnare teſtamentum patris, allegando ipſum fuiſſe vſurarium manifeſtum?

MAN. Signo.conſi.182.factum ſic ſe habet, in fi. & Feli. in.c.lator, col.2.de re iudi.dicunt, quòd ſic, Burg.in.c.ad noſtram, co lum.10.de emp.& ven.multa.

P.N. Si teſtamentum ſit militis, publici tamen vſurarij, valebitne ſine cautione.d.c.quanquam?

MAN. Non quia hoc ipſum fauore creditorum inductum eſt, l.in fraudem, & ibi Bal.ff.de mili.teſta.

P.N. Vſurarius impetrauit à Papa, poſſe teſtari, an poterit ſine cautione, de qua in.d.c.quanquam?

MAN. Non .l. ſi quando .C. de inoffi. teſta. & ibi Bal. ſignanter, colum.2.

P.N. An regula Catoniana in vſurario locum habeat?

MAN. Bar.in.l.j.col.2.ff.de regu.ca.dicit, quòd non, & in.l.regula, in princip.ff.eo.

P.N. Pulchra omnia ſunt, & optime à te pater optime reſoluta, ſed multa adhuc reſtant.

MAN. Dic omnia, quoniam præſto ero tibi, eaque reſoluam quàm prontiſsime, ne dicam libentiſsime.

P.N. Dicam, poſtquàm tibi hoc ipſum gratum eſſe video, addocendum ſemper paratiſsimo, eritque mihi non ingratum intelligere, an deciſio.d.c.quanquam, ſæpius allega. locum habeat in Iudæo.

MAN. Magna eſt quæſtio, diſputata ab interpretibus in.l.j.C. de eden.& prima facie videbatur dicendum, quòd ſic, quia ſi eccleſia, quoad vſurarum reſtitutionem, vtitur ſua iuriſdictione contra Iudæos.c.quia fruſtra, de vſu.debet eos etiam comprehendere generalis conſtitutio.d.c.quanquam. Tamen contrarium verius eſt, & ad argu.pulchre reſpondet Areti.conſil. 158.copioſe, col.3.multa Alex.conſi.6.ſuper præmiſſa, col.j. &.2.volu.6.

P.N. Sed vellem ſcire quis dicatur vſurarius manifeſtus.

MAN. Manifeſtus eſt per notorietatem facti, ideſt publice diffamatus. Vel confeſſus in iudicio. Vel per ſententiam declaratus, ad diffam eius, qui non manifeſtus eſt, ſed manifeſtandus, vt per Bal.conſi.175.caſus, vol.3.

P.N. An poſsit hæres inſtitui?

MAN. Crederem, quòd ſic, cum nulla lege probetur contrariũ, & ita ſignanter tenet idem Bal.conſi.142.queritur, in fi.vol.3.

P.N.



P.N. De vſurario manifeſto dictum eſt, quid in non manifeſto?

MAN. Teſtamentum valebit, Bal.conſi.311. quidã col.2.vol.2.

P.N. An credens quòd manifeſtus poſsit facere teſtamentũ, vel ſi Princeps faciat ſtatutum, hoc ipſum ſibi concedens, eritne vel ille, vel iſte hæreticus aut ſchiſmaticus?

MAN. Hui, quæ nam interrogationes ſunt iſtæ? non ſolum nõ erit, verum etiam nec ſtatutum valebit, contra formam iuris, & rationem aſsignat idem Bal.conſi.334. præmittendum, in prin.volu.2.

P.N. Diœceſanus poteſt ne habere ratam cautionem præſtitam ab vſurario, de vſuris reſtituendis, ita vt ratificatio æquiparetur mandato?

MAN. Sine controuerſia dicendum eſt, quòd ſic, quoniam ſatiſfactum eſt menti & rationi conſtitutionis.d.c.quanquam, & ſignanter ita concludit idem Bal.conſi.128.cum quidam, colum.2.vol.3.

P.N. Volo aliud intelligere, & finiam ſtatim, an vſurarius poſsit committere declarationem fieri poſt mortem.

MAN. Credo quòd non, ex ſupra dictis, & decidit adhuc Bald. conſi.447.ad euidentiam, col.pe.co.lib. Multoplura dici potuiſſent, ſed quia neſcire manum de tabula tollere, vicioſum eſt, cùm reſpondenti, tum interroganti, tacẽdum pro nunc eſt, nec amplius loquendum.

## Ad.c.ſi pater, de teſta.in.6. Dialogus 100.

### SVBSTITVTIO.

P.N. VERBVM moriatur, ſubſtitutioni adiectum reperitur, eritne directum, vel obliquum?

MAN. Directum, & Canoniſtæ habẽt ſingularem tex.in.c.ſi pater, de teſta.in.6.nos vero in.§.pe.in authen.de inceſ.nup. tradit Ro.conſi.158.circa, in fi.

P.N. Pater poteſtne ad pias cauſas filio directo rurſũ ſubſtituere poſt pubertatem in bonis?

MAN. Aliqui dixerunt, quòd ſic, ſed eſt opi.phantaſtica. contrarium igitur ex multis oſtendit eſſe verius Bal.& potiſsimum per.d.c.ſi pater, in.l.j.in.7.col.in repe.C.de ſacroſanc.ec.

P.N. Si adhuc filium in legitima inſtituat, & vltimo relinquat

cum

eum vniuerſalem hæredem, eique ſubſtituat in hac forma, quãdocunque deceſſerit, talem ſubſtituo. filiúsque decedat pubes, qualiter veniet ſubſtitutus? ſeu qualis erit iſta ſubſtitutio?

MAN. Videretur dicendum in pupillari ætate, eſſe pupillarem, poſtea fideicommiſſariam. d. c. ſi pater. Tamen idem Bal. tenet, quòd omni tempore hoc caſu ſit fideicommiſſaria, in. l. ex tribus, col. 2. C. de inoffi. teſtamen. reſpondendo ad tex. in. d. c. ſi pater, quòd verum eſt id, quia verbis et perſonis conueniebat, hoc autem non conuenit verbis, ex quo verbum ſubſtituo, reputatur, fideicommiſſarium, vbi non eſt facta temporum diſtinctio, aliquid in. l. centurio, col. 2. de vulga. & pu. ſub. multa Areti. conſi. 155. periculoſum eſt, col. j. 2.

P.N. Pater rurſum inſtituit filium pupillum, eique extraneum ſubſtituit pupillariter, certum eſt, ſi moriatur in pupillari ætate, quòd ſubſtitutus admittitur, excluſa matre, etiam à legitima. d. c. ſi pater. & eſt opin. quam tenet totus orbis, ſecundum Bal. adhuc in. l. humanitatis, col. 7. C. de impub. Gui. Pap. deci. 533. teſtator, in fi. an ſit dare cautelam, quòd admittatur ad ſucceſsionem omnium bonorum?

MAN. Veronen. in ſuis. 117. ſi pater, in prin. dicunt, quòd ſic.

P.N. Quæ cautela erit iſta?

MAN. Quòd filius detur in arrogationem alteri, quoniam ſtatim tolletur ſubſtitutio. l. nec ei. ff. de ado. & vt per eos fuſius.

P.N. Quid de verbo inſtituo?

MAN. Quandoque ponitur pro ſubſtitutione fideicommiſſaria, ſed hoc idem non eſt ſecundum propriam ſignificationem ex quo verbum inſtituo, adhuc infert in iure directã, nec debet obliquari, nec tranſire ad ius vtile, niſi vt not. in. l. verbis ciuilibus. ff. de vulg. & pup. ſub. & in. d. c. ſi pater, Bal. in. l. j. col. 2. ff. de teſta.

P.N. Certum etiam eſt, quòd verbum moriatur, de quo in. d. c. ſi pater, & dictum fuit ſupra directum dicitur, quæro nunc, an poſsit iudicari vt commune.

MAN. Aliqui in. d. l. centurio, ſentiunt quòd ſic, & male, quia ſi vniuerſitati bonorum apponatur, ſemper ſubſtitutionem directam inducit, & fuſius vt per Areti. conſi. 155. periculoſum, citato etiam ſupra col. 7. oſtendentem manifeſte, verbum directum iuregentium & commune differre. & de intellectu. d. c. ſi pater, ibidem, quoad aliud tamen, col. 9. & 10.

P.N. De ſubſtitutione fideicommiſſaria vnum verbum dictum eſt etiam



eſt etiam ſupra nónne in dubio fit ſemper interpretatio, vt ſit potius directa, quam obliqua, & fideicommiſſaria?

MAN. Fit vtique, & eſt caſus in. d. c. ſi pater, firmat Bal. cõſi. 422. ſtatutum, col. 2. vol. 3. Seyſel. in. l. moribus, col. 3. de vulgar. & pupilla. ſubſti.

P.N. Aliud ſcire deſidero, mittentes cætera de induſtria, de quibus in locis ſupra alle. & quia Peruſi. ſoléniter etiam. d. c. ſi pater, repetierunt, an verba pupillaris ætatis, in ſubſtitutionibus ſemper repetita intelligantur.

MAN. Si cõnexæ ſint, crederem quòd ſic. d. c. ſi pater, non ſi omnino diuerſæ, & ſentit Bal. adhuc conſil. 190. præmittendum eſt, in fi. volu. 3.

Marci

# Marci Mantui, Bonauiti, Patauini,

## IVRISCONSVLTI, CAESAREI'QVE COMITIS minimi Dialogorum.

### LIBER SEXTVS.

### COGNITIO.

### Ad cle. ſæpe, de verbo. ſigni. Dialogus 101.

BARTHOLOMEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS MAN.

SI TANTVM prodeſſe ſtudes poſteritati, præceptor mi honorandæ (vidi enim poſt multa alia, quæ edidiſti tractatus ad.l.tranſigere,& ad.l.ſi quis maior. C.de tranſac.& ad.l.edita,de eden.co. li. vnà cum alijs,nec non dialogos, ac locos communes nunc primum impreſſos,in quibus tantum laboris impendiſti,vt nõ poſsimus oẽs, niſi tibi multum debere) non eſt ratio, cur nobis etiam, chariſsimis diſcipulis tuis,hoc loquendi genere non reſpondeas aliquando,ſi interrogeris.

MAN. Immo quòd mihi optatius nihil contingere poteſt, niſi vobiſcum loqui,deq́ue rebus,in quibus diu verſati poſſumus modico temporis interuallo,vos diſcendi deſiderio captos, doctiores reddere. libere igitur dic tu & Vlyſſes hic noſter, meq́ue ipſum interrogate,quoniam actutum reſpondebo,deſiderioq́ue veſtro,pleno(quod aiunt) copiæ cornu, ſatisfacere curabo.

V.B. Nec nos aliud reſponſum præſtolabamur, interim agentes tibi gratias quàm poſſumus maximas.

MAN. Fuitne vnquam auditum, quòd ego interrogatus, tametſi

etſi



etſi doceam cotidie in ſcholis,laboribus pene obrutus, ne dicam fractus,quòd vobis non reſponderim?

B.G. Nunquam,immo ad ſatietatem ſemper reſpondiſti.

MAN. Quid eſt igitur quòd nunc dubitetis,an reſponſurus interrogantibus vobis ſim,néćne?

V.B. Modeſte egit tecum Griſantius, amantiſsime præceptor, non quòd de te dubitemus,déque humanitate tua.

MAN. Recte quidem fecit,ſed cum amico & præceptore paulo liberius agendum eſt,dicẽdumq́ue ex animo quid cupiamus, quoniam ipſe præſto eſt à quo ſeparare omnia poſſumus nos conſecuturos. Verum miſsis his parum ad rem facientibus, quid hoc eſt,quod à me ſcire cupitis?

B.G. Multa ſanè,ſed in præſentiarum id vnum maxime, ſi cauſa commiſſa ſit,vt de plano cognoſcatur, ſine ſtrepitu ac figura iudicij,an ob hoc ſublatæ probationes intelligantur.

MAN. Eſto quòd prima facie.d.verba cõmiſsionis, dubium faciant,non tamen ſublatæ intelliguntur,nec ea,quæ defenſionẽ concernunt,vt in cle.ſæpe,& ibi not.de verb.ſi & in.l.de ſummerſis.C.de nauf.lib.11.tradit Bar.in extrauagan.ad reprimẽ. in verbo ſummarie.& in verbo ſine figura.& Doct.in.l.filiusfamilias.ff.de dona.& in.l.j.ff.de mili.teſta.But.in.c.2. in prin. de iu.cal.Bal.in.l.nemo.C.de ſen.& in.l.iuſtitia.ff. de iuſti. & iu.& in.c.j.de no.fo.ſi.in vſib.feu.& in.l.ne quicquam,in.§.de plano.ff.de off.procon.Alex.conſi.79.viſo proceſſu,col. vlti. vol.4.Ro.conſi.191.inſtabo,ad fi.& conſi.519.in caſu col.2.

V.B. Verum ponamus,quòd Iudex ad idem liberum arbitrium habeat procedendi de iure & de facto,debebítne credere teſti, dicti ſui non concludentem rationem reddenti?

MAN. Bal.in.l.ſolam,in fi.C.de teſti.quem refert & ſequitur Alex.conſi.præallega.concludit,quòd non,& bene.

V.B. Tamen dubito, & declarari hoc ipſum mihi à te poſtulo, quia teſtis non tenetur ſui dicti rationem reddere,ergo ſi reddiderit,& minus concludentem,dictum valebit, eíque Iudex credere tenebitur,argu.in.l.vnica,in princi.C. de rei vxo.act. Gulicl.in.l.edita,in prin.C.de eden.& ad propoſitum noſtrũ not.in.d.l.ſolam.

MAN. Non tenetur reddere non interrogatus,aliàs ſic,& ſi minus concludenter,dictum ipſius(vt dixi)vitiabitur, & ita ibi not.ſuſius Caſsiodo.deci.3.ad hoc,nu.7.de proba. poſt Bal.in d.l.ſolam,& Pau.in.l.proprietatis.C.de proba.& Inn.in.c. cũ

cauſam,

cauſam,de teſti.multa Bellame.deci.64.depoſitio.

B.G. Forte prædicta in ciuili cauſa procedunt.

MAN. Verum eſt.

B.G. Sed quid ſi ſit criminalis?

MAN. Hoc caſu dico,quòd etiam non interrogatus, dicti ſui ra
tioné reddere tenetur.l.fi.& ibi Saly.declarat .C. de proba. et
quòd prætextu abſoluti arbitrij,non poſsint defenſiones tol-
li,per not.in.d.cle.ſæpe,& in cle.paſtoralis,de re iudic. & aliàs
ſupra dicta,maxime in his quæ ſunt grauis præiudicij, tenuit
idem Alex.conſi.65.plura,col.j.vol.j.& conſi.41.habita,col.
j.volu.2.dicens plus ibidem,& ante eum Pau.de Eleaza.in.c.
grauis,col.vlti.de depo.quamuis Iudex liberum habeat arbi-
trium,quòd tamen ſine indicijs reum torquere non poterit.

V.B. Si ſtatutũ diceret,ſententiam ferri poſſe contra abſentem,
etiam non citatum,valebítne lata?

MAN. Nec ſententia nec ſtatutum valebit ex prædictis, & quia
nec Imperator,qui eſt orbis Dominus,quique habet plenitu-
dinem poteſtatis.l.bene à Zenone .C. de quad.præſcrip.l.de-
precatio.ff.ad legem Rho.de iac.c.cuncta per Mũdum .9.q.3.
„ hoc idem facere poſſet,præallega.cle.ſæpe,ibi, non tamen ſic
„ litem abbreuiet,vt legitimam defenſio nem tollat.d.cle. paſto.
„ Ancha.conſi.160.viſis,in prin.& conſi.270. in primo dubio,
col.j.Areti.conſi.62.ex facto,col.j.in fi.

V.B. Statutum Lucanum dat Iudicibus ampliſsimam poteſta-
tem procedendi,etiam ſine petitione,quid iuris erit hoc caſu?

MAN. Scito qualem qualem de iure deſiderari,ita idem Ancha.
conſi.267.pro declaratione,in prin.& hoc eſt quod generali-
ter dicebat conſi.280.viſis,ad fi.quamuis ſtatuto cautum ſit,
procedi debere ſimpliciter, de plano,ſine ſtrepitu & figura iu-
dicij,quòd tamen non ex toto ſubuertitur ordo iudiciarius,
ſed in aliquibus tantum relaxatur. Aliquid Nel.in tracta. ban.
in.2.par.2.tempo.q.45.an bannita,col.2.

B.G. An per dicta verba ſummarie &c. vt ſupra videatur receſ-
ſum à monumentis & confectione actorum.

MAN. Non,caſus eſt in.d.cle.ſæpe,Areti. conſi.68. excellentiſ-
ſime Domine,col.3.volo etiam ſcias ad materiam aliqua, cer-
te annotatu digna,ſi ſtatutum adhuc dat poteſtati liberum ar-
bitrium procedendi ſuper maleficio,quòd licèt intelligatur re
miſſa ſolénitas iuris,vt non teneatur ſeruare ordinem iudicio
rum,non tamen per hoc poterit iniquum æquo præferre, &
auferre



auferre ius parti.d.cle.ſæpe.l.in fraudem.ff.de mili.teſt. & hoc
idem,quia ab omni libero arbitrio ſemper intelligitur exce-
ptus dolus,quòdque fiat quod agitur bona fide,& non per do
lum.l.creditor.§.Lucius.ff.man.ſi dictũ etiam ſit rurſus, quòd
poteſtas non poſsit ſyndicari , eidem leuis culpa & leuiſsima
tantum remiſſa videtur,non dolus.d.§.lucius.l.ſi ſeruus veti-
tus,& ibi Bal.& omnes.ff.de lega.j.tradit idem Bal. in ſtatutis.
in.§.arbitrium.ver.15.

V.B. In arbitro arbitrium habente liberum, habebit ne locum
partium conuentio,dans ei formam procedendi, puta vt lau-
dum ferat,ad conſilium Sapientis?

MAN. Prima facie videretur dicendũ quòd ſic, quia ſtatutũ hoc
caſu ualeret,vt per Bal.in.l.qualem,lectu.j.in fi.ff.de arbi.ergo
& conuentio, vulga.glo.in rub.C.de decre.decu.lib.10. Ta-
men contrarium verius eſt, poteſtque plus ſtatutum quàm pa
ctum & cõuentio, vt idem Bal.dicit in.d.loco,& in ſtatu.in.§.
arbitrium, præallega.ver.25.

B.G. Cle.prædicta, ſæpe, de verbo.ſi. habétne locũ generaliter,
& in quibuſcunque perſonis?

MAN. Non,ſed aliquo caſu limitatur.

B.G. Si placet,dic vnum tantum

MAN. Limitatur,vt locum non habeat, quando contẽtio eſt in
ter epiſcopum et clerum, ſuper charitatiuo ſubſidio, quoniã
tunc cauſa plenarie agitari debet, & non(vt in.d.cle.contine-
tur)ſummarie & ſine ſtrepitu ac figura iudicij, cle.diſpendio-
ſam, vbi Car.Imo.& omnes, eſtque cõmunis opi.de iudi.idẽ
Car.in cle.ſi beneficiorum,in.2.q.de deci.Eſt verum quòd ibi
Stepha.tenuit contrarium, ſed à communi diſcedendum non
puto.l.j.ff.de offi.quæſto.c.capellanus,de fer.Vel opi.concor
dandas ſecundum Bellen. in tracta.de charita.ſub.q. 39. nu.2.
vt prima vera ſit regulariter. 2. vero in charitatiuo ſubſidio,
pro epiſcopi ſuſtentatione, quæ cauſa alimentorum cenſetur,
& ſic fauorabilis ac ſummariæ tractanda.l. ſi quis à liberis.§.ſi
uel parens.ff.de libe.agno.Spe.in.§.poſtremo. ver.dicendum,
de offi.Iud.Bar.in extrauagan.ad reprimen.in verbo ſumma-
rie,ad medium,& ſuſius idem Bellen.in loco præallega.& hæc
ſunt quæ nobis dicere poſſumus,quo ad intellectum.d. cle.ſæ
pe,ſi non ſuccurrat aliud,quo poſsimus, quantum ſit ſatis rur
ſum vobis ſatisfacere,ſcire deſiderantibus.

V.B. Eſt inquam & aliud, dum poſitionum mentionem facit,
quod

quod ſcire cupimus, ad quid inuentæ fuerint.

MAN. Inuentę ſunt, vt ponens releuetur ab onere probandi, ſi is contra quem fiunt, poſita confiteatur, ut ibi, & per Bal. in l. j. col. 8. C. de confe. & ſic propter neceſsitatem, & utilitatem expediendarum uel abbreuiandarum litium, in ſuffragium & releuationem probationum, quod idem eſt. c. dudum 2. vbi idem Bal. col. 2. de elec. & eſt poſitio, (ſi neſcis) oratio ſiue pro poſitio, aliquid eſſe, nõ eſſe enuncians. & regula quod niſi ponenti patrocinetur, non eſt reſpondendum. l. in contractibus. §. illo. C. de non nume. pe. idem Bal. in d. c. dudũ, col. 3. & ideo impertinentes admitti non debent. l. ad probationẽ. C. de proba. c. cum contingat, de offi. de.

V.B. Sed dic quæſo præceptor, quo modo cognoſcatur quòd impertinentes ſint.

MAN Cognoſcuntur, quando ex eis nullus effectus ſequi poteſt, vt not. in l. momentaneæ. C. qui legi. per. & in l. ſi duo patroni, in. §. idem Iulianus. ff. de iureiu. & in l. ſi quis libertatẽ, in. §. fi. ff. de peti. hę. Bal. conſi. 143. ſuper quæſtione, col. 2. vol. 2. Sauilia. conſi. 5. tria ſunt, in fi. vol. j. ſunt etiam inuentæ ad propoſitum de quo ſupra (& fuit verbum Cy. in. l. 2. in. §. qđ obſeruari, col. 4. C. de iura. cal.) ut ampliaretur facultas probationum, & bene. l. quoniam. C. de hære.

V.B. Hoc ſolum ultimum reſtat, & interrogationi ſit finis, niſi aliud dicat Griſantius.

B.G. Quo ad me hæc erunt ſatis; tu, ſi dubitas, cura id tibi à præceptore declarari, quod nec mihi auſcultaſſe nocebit.

V.B. Nec eſt certe prætermittendum.

MAN Quid inquam hoc eſt, quod ex his ſolui non poſsit iam dictis.

V.B. Iſtud breuiter, quare poſitiones admittantur in cauſa matrimoniali, præbeaturque via, vt vincula quæ indiſſolubilia ſunt. c. inter corporalia, de tranſla. præla. ſoluantur tamen, exquo vir & vxor, facile confitebuntur ſe matrimonium haud contraxiſſe, ſecundum Bal. in l. j. col. 8. C. de confe. & tamen in criminalibus reijciantur, ut in d. cle. ſæpe, in. §. & quia. in glo. j. & eſt communis opi. not. in l. qui iuraſſe, in. §. ſi pater. ff. de iureiu. & in l. controuerſia. ff. de tranſac. & in l. ſi à te. ff. de excep. rei iudi.

MAN. Pulchra ſine dubio eſt difficultas, breuioribus uerbis reſoluenda, hoc ideo inductum fuiſſe, ne in criminalibus quis ſe ipſum.


ipſum. prodat, caſus eſt in. c. quis aliquando, in. §. non tibi, de pœni. d. j. niſi tamen crimẽ notorium ſit. Vel ex officio Iudex reſpondere debentem cogat. vel aliter iudicium ordinari non poſsit. Vel ſi poſitio tendat ſolum ad iudicium dilatandum. Vel ſi ſecũdum ius ciuile loquamur. Vel ſi quis interrogatus locupletetur cum iactura alterius, niſi cogatur reſpõdere. Vel ſi crimen ponatur ad finem purgationis. Siue, & ultimo loco (vt finiamus) ad litis Inchoationem, quia tunc ſecus, & not. Car. in. d. §. & quia, in prin. & Abb. in. c. 2. in fi. de confeſ. & Ange. in. l. ampliorem, in prin. C. de ap. & Bal. in. d. §. quod obſeruari, & in. l. accuſationem. C. de accu. & ſpe. in. §. ſeptimo, in ver. qđ ſi probo, de poſi. & Albe. in. d. l. 2. C. de iu. cal. & Bar. in. d. §. quod obſeruari, & in. l. Marcellus. ff. de ac. re. amo. & de materia etiam in. l. preſenti. C. de his qui ad ec. confu. & in. c. qualiter & quãdo de accu. ſingula ſingulis reddẽdo. & ut ordinate tradit quoque Nath. in. d. §. & quia, col. vlt. & iſta vobis mihique nunc ſufficiant, dicturi alia quoad aliud tamen, aliàs, quoniam uaria delectant, bonumque melius eſt, quanto ſui ipſius eſt diffuſiuum.

## *Fratres minores.*

## Ad cle. exiui de verbo. ſigni. Dialogus 102.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

V.B. FRATRES minores, præceptor, ſũtne capaces hæreditatum?

MAN. Non, caſus eſt in cle. exiui, de verbo. ſi. ſi tradit in ſpecie Bal. conſi. 399. de principali inſtrumento, col. j. volu. 5. & Bar. conſi. 5. viſa quadam petitione, col. j. & in. l. fi. in prin. C. quando & quib. quar. pars debe. lib. 10. inferens ibi amplius, quòd ſi pater cum filio, fratre minore, moriatur, videtur ſine filijs decedere, ita vt conditio fideicommiſsi, ſub dicta conditione, videatur purificata. quæ illatio tamen dubitabilis eſt, & confundi videtur per tex. in. l. ex facto, in. §. ex facto. ff. ad Treb. vbi ſubſtitutio facta alicui, ſi deceſſerit ſine filijs, euaneſcit, ſi deceſſerit cum filio, qui nolit eſſe hæres, ergo idem & pari ratio-

tione,ſi cum filio,qui ſuccedere non poſsit,& forte Barto.pedem non fugiens.in.d.l.fi.ſi remittit ad ea,quæ dixit in tracta. minorica.& per Specu.in ti.de ſta.mo.in ver.tertio quæro.

**B.G.** Ampla eſt materia hæc.

**MAN.** Ampliſsima profectò,ſed ea à nobis tantũ tangenda ſunt quæ ſint communiora,quæq́ue mihi magis ſuccurrant,vt deſiderio veſtro ſatisfaciam,quantum ſit ſatis.

**B.G.** Nec aliud flagitamus nos,dum modo lucis aliquid afferatur his,quæ firmo pede neſcimus, nam ſi fratres minores ſunt incapaces,cui deuoluentur bona,quæ ipſi capere nõ poſſunt?

**MAN.** Aliqui voluerunt applicari Romanæ eccleſiæ,vt not.in.c.fi.de pac.vbi Io.And.in nouella,& alij, & male, quia debentur venientibus ab inteſtato,& hæc opi.verior eſt,& communior,authen.bona.C.de bo.proſcrip.Bal.conſi.438.viſo,col.j.vol.2.Bar.in.l.2.C.de his quæ pro non ſcrip. ha. Quod tamen adhuc verum eſt,ſi non ſint relicta ingredienti,ſub conditione,ſi deceſsiſſet ſine liberis, quia tunc erogarentur ad pias cauſas.§. ſed & hoc præſenti, in authen.de ſanc.ep. & dictum egregium eſt,quod obſeruat,& ſingu.dicit Ro.in ſuis.434.heri conſului, ad fi.

**V.B.** Singulare dictum eſt certe,ſed à te præceptor aliud quæro ego,ponamus quòd Syndicus inſtituatur, ad vtilitatem eccleſiæ nouæ S.Franciſci,valebítne inſtitutio talis,an vero erit cõtra deciſionem.d.cle.exiui?

**MAN.** Valebit vtique,ex quo in hoc non eſt vtilitas monaſterij & fratrum,ſed eccleſiæ & ciuitatis.c.exijt qui ſeminat,lib.6.& declaratum eſt hodie in extrauagan.Ioã.ad conditionem,firmat Bar.in præallega.conſi.5.

**B.G.** Quare ſic de minoribus dictum eſt,nónne hoc idem etiam locum habebit in alijs,prædicatoribus,heremitanis,& carmelitis,qui ſunt mendicantes?

**MAN.** Non,etiam quòd mendicãtes ſint (vt dixiſti) & not.in.l. Deo nobis.C.de ep.& cle.& per Bal.ſignanter conſi.371.ſi elapſum eſt,in fi.vol.2.& conſi.475.caſus, in prin.eo.lib.& Calde.conſi.46.an bona,per totum,de teſta.

**B.G.** Forte,ad minorum propoſitum, hinc eſt, quòd antequam religionem ingrediantur,de bonis ſuis diſponunt,ne in præiudicium venientium ab inteſtato diſpoſitio nulla poſtea ſit vana & eluſoria.

**MAN.** Immo quòd ita docet Barto.in.d.tracta.minorica.in fi.et

Abb.



Abb.in.c.in præſentia,col.17.de proba.

**V.B.** Si non ſunt capaces hæreditatum,debent ſaltem poſſe capere relicta ſibi facta pro alimentis.

**MAN.** Verum eſt,dum modo annua non ſint, quia aliquid proprietatis habent tunc,& fieret fraus legi, & ita declarat Bar.in l.legatum.ff.de cap.di.Bal.plenius conſi.438.viſo, ad fi.vol.2.

**V.B.** Sed nónne legatum annuum factum pauperi,in cauſam alimentorum factum videtur?

**MAN.** Vtique, ſed tamen quia rationibus ſupra dictis regula vetat,& reſiſtit lex, capaces non ſunt, & ita limitatur quod dicit Bar.in.l.ſi ſtichum,in.§.fi.ff de verbo.ob.

**V.B.** Ponamus, quòd relictum fiat conuentui & monaſterio, quid iuris eſſet hoc caſu.

**MAN.** Relictum,ſecundum Bar.valeret, in.l.ſeruos.ff. de ali. & ciba.le.ſentit Deci.conſi.299.in cauſa, col.vlti.volu.2. tamen contrarium verius eſt,ex quo (vt diximus) fieret fraus legi, repugnatq́ue eorum regulæ,& in ſpecie hanc caute.reprobat,& bene,Io.duran.in tracta. de arte teſtan.ti.j.caute.11. nec ſecus Deci.in loco præallega.ſpeciali caſu loquutus,quando relictũ erat factum eccleſiæ,& teſtatus amplius ad idem extare priuilegiũ Sixti quarti,& ita firmiter tenere debemus, à verbis.d.cle. haud recedentes, & nouiſsime tradit multa etiam Soci.in tracta.de obla.libel.8.nu.36.

**B.G.** Vellem ego adhuc ſcire, his acquieſcens, quid eſt id, quod dicit Bar.in.l.ne quicquam,in.§.obſeruare,in fi.ff.de offi. Procon.quòd licet relictorum non ſint capaces,conſulitur tamen eis per Iudicis officium.

**MAN.** Nil aliud, niſi quòd Iudex officium ſuum impartitur.d.caſu,etiam non requiſitus,vel ad petitionem cuiuſcunque,vel ſi ab ipſis miſericorditer imploretur,iuxta glo.in rub.ff.de interroga.ac.cum petere ſeu agere non poſsint.d.cle.exiui, pulchre Iaſ.in.l.j.col.6.ff.de iu.om.Iudi.

**V.B.** Si non poſſunt inſtitui, poterúntne ſaltem conſtitui teſtamenti executores?

**MAN.** Certe actus pius eſt,ſed tamen nec conſtitui poſſunt, nec ſi conſtituti fuerint,munus hoc ab ipſis eſt obeundum.l.j.§. ſi plures,vbi Bar.nu.8.ff.de exercito.ac.idem conſi.5.viſo teſtamento,in prin.Bal.in.l.id quod pauperibus, col.2.C.de ep.& cle. & hinc legitur, alijs mendicantibus non eſſe prohibitum.c.fi.de teſta.Bal.in loco præallega.

V.B. Nónne poſſet ſaltem cum licentia ſuperioris?

MAN. Non, alij autem (vt diximus) ſic, & ita debet declarari tex.in.d.c.fi.tradit idem Bar.in.l.à filio,nu.3.ff.de ali.& ci.le.

B.G. Potéſtne fratribus minoribus cauſa committi?

MAN. Si non poſſunt eſſe executores,multo minus erunt Iudices,legis permiſsione,quia ſemoti eſſe debent à iudiciali ſtrepitu,præallega.cle.exiui,Areti.conſi.58.diligenter,col.j.

B.G. Mirum mihi viſum eſt ſemper,quia exercent etiam ea,quę ſunt fori pœnitentialis.

MAN. Exercent,priuilegio conſtitutionis prædictę cle.ſed non ſequitur, ergo Iudices eſſe poſſunt, quia nec dicto caſu curati ſunt cenſendi,vt per glo.in.c.dudum, de ſepul.Abb.in.c.ſignificaſti,de fo.compe.& in.c.omnis vtriuſque ſexus,de pœni.& re.Staphi.in tracta.de quali.& ſtatu bene.nu.28. Et quòd non poſsint ſe immiſcere actibus litigioſis, etiam ſi diſpéſationem, habeant à ſuo præſidente, oſtendit ex multis Bald.conſi.313. proponitur,col.2.vol.5.

V.B. Legimus aliàs in lib.quem vulgaſti, & enchiri. rerum ſingula.inſcripſiſti,ni fallor.c.4. quis dederit cauſam edicto,& qua' de cauſa edita fuerit conſtitutio prædicta exiui,à Clemếte quinto in concilio Vien.vt finem faciamus,& ne dicas amátiſsime præceptor, nos eſſe pica dicatiores, ea de re id non repetemus amplius,hoc ſolum ſcire à te cupientes,& ad.d.clem. propoſitum de quibus minoribus intelligatur, quoniam ordo S.Frãciſci multiplex eſt,vt per glo.in cle.j.de reli.do.& ibi Imo.col.2.

MAN. Expeditiſsima res eſt, de minoribus proprie hoc *ipſum* intelligendum eſſe,qui tria illa ſubſtantialia profitẽtur,de quibus in.c.cum ad monaſterium,co.ti.de ſta.mo.caſtitatem ſcilicet,obedientiam,& paupertatem, quia nec particulariter,nec in communi,aliquid habere poſſunt, ſecludentes alios, ſororum S.Claræ,& tertij ordinis S.Franciſci,quoniam eſto quòd ſorores prædictæ tria illa profiteãtur quoque, poſſunt nihilo minus proprium habere,in communi tamen, nec qui ſunt tertij ordinis aliud promittunt,quàm obedientiam,habentes regulam non propriam,quo ad dicta tria ſubſtantialia,ſed viuendi quodam modo, approbato etiam per ſedem Apoſtolicam, & fuſius ibi latiſsime Capici.deci.115.Americus, col.4.&.5. & iſta vobis pariter ſatis ſint.





## Lex.

## Ad.c.erit autem lex.4.diſ. Dialogus 103.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

B.G. SI placet,amãtiſsime præceptor,de lege dic nobis aliqua.

MAN. Dicam,ſi mihi loquendi argumentum præbeat chariſsime Bartholomæe,vel quid velit diſcendi ſtudioſus interroget Vlyſſes.

B.G. Vterque noſtrũ ſcire cupit multa, & potiſsimũ (ego prius loquar,cui primum etiam loquẽdi anſam dediſti, quæ tua fuit ſemper erga tuos auditores humanitas) ſi ad eſſe legis,inter alia,quæ deſiderantur,neceſſaria ſit generalitas(legis etenim appellatione,intelligo etiam municipalem, & volo omnino ſub eo verbo comprehendi)an vero facta ſi perſonam tantum reſpiciat,legis nomen habere mereatur.

MAN. Quòd debeat lex eſſe generalis, nemo ſanè dubitat.l.leges.C.de legi.c.erit autem lex.4.diſ.etiam ſi ſit municipalis,vt tenuit Abb.in.c.conſuluit,col.2.de ap.ſed an legis nomen habere mereatur,quoniam teſtamentum à ſimili, etiam nullum, teſtamentum eſt,cauſa falſa,cauſa,& ſimile.l.2.in prin.ff.quemadmo.teſta.ape.l.Paulus.ff.de verbo.ſi.dubito.

V.B. Erit(vt credo ego)lex,ſicut de teſtamento & cauſa dicitur in locis præallega.abuſiue,non proprie,lex.

MAN. Hoc ipſum indubitatum eſt,vt in.d.iuribus,& in.l.j.ff.ad municipa. & in.l.bona ciuitatis.ff.de verbo.ſi.& in l.item prętor,in prin.ff.de ſuis & legi.pulchre Bal.in.l.fi.in pe.col.C. de edic.di.Ad.tol.Alberi.in.l.falſus,in.§.j.ff.de ſur.figuraque eſt, quam catachreſin appellamus, deque vſu diſputandum eſt, nõ de abuſu,vt inquit Valla,elegan.j.c.j.ſed dubito ego, quia ſtipulatio,licèt inutilis,habens formam ſtipulationis, ſtipulatio eſt,& ſimili modo pactum.l.pacto ſucceſſorum, & ibi Cy.C. de pac.& in materia,ſtatutum valet,quia poteſt reuocari,& ab eo appellari,vt inquit Abb.in.d.c.conſuluit,& Bal.conſi.361. verba Bartoli,in prin.vol.5.Bar. & omnes in.l.fi.ff. de ap.reci. regulariter igitur(& omnis dubitatio tolletur)lex, vel ſtatu-

tum(vt dicebam)generalis,ſeu generale eſſe debet, aliàs nō va
leret,quamuis impropriè ſtatutū,ſeu lex dicatur,iuribus præ-
allega. & nouiſsime probatur etiam in.l.totiens, in.§.fi.ff.de
pollicita.& in.l.ſi priuatus.ff.qui & à quib.Bar.conſi.172.du-
bia,in prin.Alex.conſi.108.viſis,col.4.vol.3.& conſi.190.ma
ture,col.4.vol.2.niſi iuxta aliqua cauſa ſubſit, quia tunc vale-
ret,ſecundum Bar.in.l.Anthiocenſium.ff.de priui.cre.& in.l.
venditor,in.§.ſi conſtat.ff.communia prædio.& in.l.fi.ff.ad le
gem Iuli.de an.cano.in.c.quæ in eccleſiarum, de conſti.Bal.in
l.quicunque.C.de ſer.fug.idem Bal.Ange.& Pau.in.l.j.ff.de le
gi.& non habet difficultatem, & licèt poſsit reuocari, vel ab
eo appellari(vt dictum fuit)id eſt quando fit.d.caſu,& iniqui-
tatem contineat,non aliter,vt in.d.locis not.& in.l.2.in.§.ſo-
lét.ff.quando ap.ſit.& in.l.omnes populi, vbi Bar.in vlti.q.ſ.
q.prin.ff.de Iuſti.& iu.Cano.in rub.& in.c.cum omnes, de cō
ſti.Ange.& Alex.in.l.2.ff.quod quiſque iu.nonnihil in.l.dam
nato.C.de hære.& in.l.amiſsione,in.§.qui deficiunt.ff.de ca-
pi.di.& non ſolum generalis eſſe debet verum etiam honeſta,
iuſta,ſecundum noſtram,& rationem naturalem, aliàs non eſ
ſet lex pariter,nec ſeruari deberet.d.c.erit autem, Abb.in cap.
cum omnes,col.2.de conſti.etiam ſi in ea reperiretur iuramē-
tum appoſitum,quia vinculum iniquitatis eſſe non debet cap.
quemadmodum.c.quintauallis,de iureiu.

V.B. Nónne omne iuramentum ſeruandum eſt.c.quamuis, de
pac.in.6.c.cum contingat,de iureiu.c.mulieres,eo.ti.in.6?

MAN. Eſt vtique, ſed non ſi ſit contra bonos mores, & contra
ſalutem animæ, quæ omnibus rebus proferenda eſt.l.ſanci-
mus.C.de ſacroſanc.ec.immo omne malum pati debemus po
tius,quàm conſcientiam lædere, quia nihil prodeſt homini ſi
vniuerſum Mundum lucretur,animæ vero ſuæ(vt Mat.c.16.
dicitur) detrimentum patiatur, & ſuſius Bonifa.Vita.in tra-
cta.maleſi.in prohe.in pe.col.nonnihil Io. And. in Mercu.in
regu.ea quæ,col.j.de reg.iu li.6.& ſcias, quòd debet etiam eſſe
fundata in æquitate, quam Iudex ſequi debet, & habere ſem-
per præ oculis.l.placuit.C. de iudi.cap.fi. de tranſac.l. quod ſi
epheſi.ff.de eo quod cer.lo.

B.G. Mirum mihi hoc videtur,cum dici ſoleat potius, quòd æ-
quitatem amplectatur,ſpreta iuris forma.

MAN. Et male, quoniam æquitas dici nō poteſt,niſi ſit informa
ta à lege, qua Iudex clementior eſſe non debet.§.oportet, in
authen.



authen.de iudi.Abb.in.c.ex parte.2.col.2.de offi.dele.

V.B. Dixiſti præceptor, quòd lex debet eſſe iuſta, & bene,quo-
niā tunc authoritate Dei videtur condita per miniſtros ſuos,
" iuxta illud, Per me Reges regnant, & legum conditores iuſta
" decernunt, Prouer.8.c.quo iure.8.diſ. Inno.in.c.quia plæri-
que,de immu.ec.ſed vellem ſcire duo, primum quando iniu-
ſta ſit,& an debeat ſeruari in foro pœnitentiali.

MAN. Quo ad primum ex multis cognoſcitur,vel ex fine,quia
non tendat in vtilitatem communem,nec ſit(vt dicebam) ge-
neralis.d.c.erit autem. Vel ex authoritate,quia excedat pote-
ſtatem condentis.l.fi.de iu.om.Iudic.vt animarum,de conſti-
tu.in.6. Vel ex forma, quia non diſtribuit æquè onera ſubdi-
tis,ſicut debet facere quilibet bonus pater familias.Quo ad ſe
cundum dico, quòd non, niſi vitandi ſcandali ratione.c.2.de
no.om.nun.c.nihil,de præſcrip.Bar.in.l.vectigalia.ff.de publi
ca.Abb.in.c.j.col.4.de conſti.

V.B. Dixiſti etiam,quòd rationabilis eſſe debet,ponamus quòd
ratio non ſit expreſſa in lege,quid agendum?

MAN. Nil aliud,niſi coniecturandum,qua legis lator fuerit mo
tus,& tunc ipſam extendere & reſtringere poterimus, ſi mate
ria fauorabilis fuerit,vel odioſa.

V.B. Admitto,ſi ratio poſsit coniecturari,ſed ſi coniecturari nō
poſsit,quid iuris?

MAN. Tunc à verbis,quando clara ſunt,nō receditur.l.ille aut
ille.§.cum in verbis.ff.de lega.3.ſi vero fuerint dubia, iſto ca-
ſu interpretatio fiet per alias leges,ſi fieri poterit, quia iura iu
ribus ſunt concordanda.l.j.C.de inoff.do. ſin minus ad con-
ſuetudinem recurretur.l.minime.l.ſi de interpretatione.ff. de
legi.& ſi de conſuetudine non appareat,ad ſimilia.l. non poſ-
ſunt.ff.eo.& in defectum vltimo loco,ad Principem,cuius eſt
interpretari,ſicut condere.l.fi.C.de legi.l.humanum, eo.titu.
c.inter alia,de ſen.exco.Abb.in.c.j.in vlti.col.de conſti. alleg.
etiam ſupra & nouiſsime in.c.ad audientiam,col.2.de deci. &
ad propoſitum redeuntes dicebat hinc Ancha.conſi.167.vi-
ſis,col.2.quòd ſi per legem animatam vel inanimatam,nō po-
teſt abſens & inauditus dānari,multominus poterit per ſtatu-
tum quod eſt pars iuris ciuilis,quòdque vtrunque eſſe debet
rationabile atque honeſtum.l.omnes populi.ff.de Iuſti. & iu.
c.j.de conſti.in.6.d.c.erit autem,& ad plenum ſubſtantialia le
gis ponit Io.Pariſien.in tracta.de primoge.lib.j.q.7.colū.6.&

P 4 ibi

ibi tradit intellectum ad.d.c.erit autem,& ſi non erit huiuſmodi,non lex proprie ( vt dictum eſt)ſed peſtis appellabitur,puta ſi ſit contra bonos mores,aut peccati nutritiua,vt per Abb. in.c.ad noſtram,col.j.de proba.& in.c.quoniam omne,col.2. de præſcrip.& quòd ſi ipſo iure nulla,tradit Bal.in.l.cum quis, col.4.C.de iu.& fac.igno.

B.G. Ponamus quòd lex,vel ſtatutum,aut conſuetudo, velit ꝙ credatur omni ſcripturæ mercatoris,valebítne?

MAN. Non,ex his,& quia præberet materiam delinquendi falſumque fabricandi,& male.l.conuenire.ff. de pac. dota.c.2.de conſuetu.in.6.& in ſpecie quia non eſſet iuſta, ac rationabilis, ita etiam tenet Alex.conſi.3.in cauſa,col.pe vol.2.& Bal.ante eum,in.l.j.col.4.C.de conſe.

V.B. Ergo nec valebit ſtatutū imponēs pœnā pecuniariā ꝓ homicidio vel adulterio,pro quibus eſt pœna mortis conſtituta,hac ratione.& tamen valet,vt ex multis probat Ro.ſingu. 706.Iudex.

MAN. Valet,ſi pœna non ſit contemptibilis,aliàs non,quia præberet occaſionem delinquendi , vt ſupra & per Abb.in.c.ex parte,in prin.de coſue.& ita loquitur Ro.in.d.loco, dum allegat tex.ī.l.illicitas,in.§.ne tenuis.ff.de off.præſi.& in.§.pœna, inſti.de iniur.& in.l.domini prædiorum.C.de agrico.& cen. libro.10.

V.B. Si lex de dictis loquatur,quo modo intelligetur,de vulgaribus,ſecundum conſuetudinem regionis, an vero de legalibus,prout computantur miliaria viginti pro quaque.l.j.ff.ſi quis cau?

MAN. De vulgaribus abſque dubio,quia lex debet etiam conuenire conſuetudini regionis.d.c.erit autem, tradit glo.in.c.nō nulli,in verbo vltra,de reſcrip.

B.G. Si vna perſona in lege tantum expreſſa ſit, reſtringetur ne ad illam,an vero ad omnes?

MAN. Si ſui natura generalis eſſe debet,vt ſupra ad omnes extēdetur,alias ( vt dixi) proprie non eſſet lex , nec officit vnius perſonæ expreſſio,quia gratia exempli facta videtur , non ꝙ reſtringatur,ita Abb.in.c.ſanè,in fi.de priui . & ideo nouiſſime ſcias,quòd hac ratione nunquam habet ſubiectum determinatum,ꝙ que nō requiritur copulatorum cōcurſus, ſi duo copulata in lege reperiantur,vt pulchre declarant Docto.maxime Seyſel.in.l.vt vim,in lectu.col.5.& in repe.10.ff.de iuſti. & iu.



& iu.debet etiam eſſe clara.immo ꝙ nihil eſt, quod ſit magis propriū in lege, quàm claritas, reprobeturque obſcuritas oī caſu,& maxime iſto.l.ſi legatario.§.fi.ff. de fideic.li.l. ita fidei. ff.de iu.fiſci.d.c.erit autē.c.fi.de conſti.§.nos igitur,in authen. de teſta.inperfec.plene Deci.in rub.de reg.iu.in prin.

V.B. Lex dictat rurſum,ſeu ſtatutum, quòd libris mercatorum credatur,certumque eſt ſi contentio ſit inter clericum & laicum,quòd clericus non ligabitur.c.eccleſia.S.Mariæ, de conſtitu.an è contra ligetur laicus in fauorem clerici?

MAN. Non,quia non eſſet æqua,ſi non eſſet communis.l.fi.C. de fruc.& lit.expen.d.c.erit autem, Areti.in ſpecie,conſi.45.viſis,col.2.& ſciendum eſt(vt dixi ſupra & repeto , alio tamen modo) quòd lex religioni congruere debet,vt ſit proportionata legi diuinæ,& diſcipline conuenire,in quantum eſt proportionata legi naturæ,& ſaluti proficere,inquātum proportionatur vtilitati communi,& quoniam recordor me alio loco etiam ſuſius dixiſſe,& fortaſsis legiſtis vos,trāſeo, & finio.

### *De lege non diſputandum.*

## Ad .c. in iſtis .4. diſtin. Dialogus 104.

VLISSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

V.B. ESTNE tanta legum authoritas, vt ferunt, & maieſtas tanta,quòd ſecundum ipſas iudicandum ſit,& non de ipſis diſputandum?

MAN. Quis dubitat? habemus enim text. ita expreſſe dicentem,in.c.in iſtis.4.diſ.immo quòd ſacrilegiū eſt, diſputare de poteſtate legis,ſicut de poteſtate Principis .l.2. de cri. ſacri. Bar.in.l.omnes populi,col.10.ff.de iuſti.& iu.

V.B. Forte hoc eſt,quod dicitur etiam vulgo,quòd lex quantūcunque dura,ſeruanda eſt,in.l.proſpexit.ff.qui & a quib.

MAN. Et bene,eſtque verbum Bal.ad idem,per illum tex. egregium,conſi.356.ſtatuto,col.j.vol j.& plus, quòd eſt ſeruanda (dictuque adhuc mirabile videtur ) etiam in foro cōſcientiæ. c.inquiſitioni,& ibi Abb.de ſen.excom.Dicimus hinc etiam , à verbis legis non eſſe recedendum,verbis edicti ſeruiendum , & licèt

& licèt legiſlator ſit æquitatis fautor, quòd tamen lex ſcripta, ad vnguem ſequenda eſt, eiusque determinatio generalis. l. ille aut ille. §. cum in verbis. ff. de lega. 3. l. j. §. ſi is qui nauem. ver. in re igitur dubia. ff. de exercito. l. j. ff. de legi. l. de precio, de Publicia Bal. conſi. 473. circa quæſtionem, col. j. vol. 5. & in ſimili in. l. ſi nauis, ad fi. ff. de rei ven. quòd cum Deus vſurā prohibuerit, non debemus inquirere cauſam, ex quo omnium eſt ſuperior, & ſignanter per. d. l. proſpexit. Sed melius facit text. in. d. c. in iſtis.

B. G. Nónne, quoad. d. l. proſpexit, ob. quod dicitur in. l. 2. C. de
„ custo. reo. ibi, ſed hæc interpretatio perdura nimium eſt, &
„ ſeuera, in eo qui eſt abſens &c.

MAN. Non, quia id in dubio verum eſt, ſecus quando cōſtat de mente legiſlatoris, vt in. d. l. proſpexit, & no. in. c. ſi quando, de reſcrip. ſimileque eſt in. l. nec enim. ff. de ſolu. declarat Barto. in authen. hoc amplius, in prin. C. de fideicom. & in authen. hoc ius porrectum, col. j. de ſacroſan. ec. & ſi ad propoſitum vultis, vt vobis aliud adducam, facit quoque Bal. dictum, in. l. nō omnium. ff. de legi. quòd à legiſlatore non eſt quærenda ratio, ſed voluntas, vt in. l. quia poterat. ff. ad treb. Ad idē facit quod habetur in. l. ſi non fuerit. ff. pro ſo. vbi glo. dicit, quòd quando lex determinate loquitur, non debemus aliud ſubaudire nos, quòdque vbi figit pedem ibi ſiſtere debemus, idem Bal. cōſ. 57. punctus, col. 2. vol. 5. & in. c. j. col. 2. ſi de inueſti. int. do. & vaſis oria. in vſib. feu. dicens etiam conſi. 99. proponitur, ad fin. eo. lib. quòd vbi tradit formam, non eſt neceſſe ei aliquid adiungere. & conſi. 466. ad intelligentiam, col. fi. eo. lib. quòd vbi eſt legum correctio, ibi cōtenti ſtare debemus verbis legis corrigentis, & non extendere nos vlterius, nonnihil Verone. in conſi. 15. circa col. j. cauſarum ciui. Nec prætermittendū eſt quod inquit Ancha. conſi. 268. iure diuino, col. vlt. quòd lex dicitur rationabilis, eo ipſo quòd eam talem putat legiſlator, neceſſe cus in ſtatutis conſuetudinibus & omnibus, quæ ſunt de Iuſtitia poſitiua, vſque adeo, & poſt legem conditam, non ſit de ea iudicandum, ſed ſecundum eam. Iudex etiam hac de re dicitur executor legis, non cognitor. l. j. §. fi. ff. ad Turp. multa Stepha. Fede. de interpreta. iu. col. 30. & ita in illa difficili. q. an mater excludatur à legitima per expreſſam pupillarem à patre factam, poſt multa ſe reſoluit Dec. in. l. præcibus, nume. 9. ad fi. C. de impube. quòd cum expreſſe habeamus deciſionem. c. ſi pater



pater, de teſta. in. 6. non eſt de ipſius veritate diſputādum, nec aliud dici poteſt, cumque Poe. Flo. tandem finiendum, in ſimili tamen, purga. can. 3. ſic.

„ Pazzo è chi ſpera, che noſtra ragione
„ Poſſa traſcorrer la infinita via,
„ Che tien vna ſuſtantia in tre perſone.
„ State contenti humana gente al quia,
„ Che ſe poſſut'haueſti veder tutto,
„ Meſtier non era partorir Maria.

## *Genus.*

## Ad. c. in nouo. 21. diſtin. Dialogus 105.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

B. G. HOC mane vidi glo. dicentem, genus ſua ſpecie eſſe dignius ac nobilius.

MAN. Vbi nam?

B. G. In rub. inſti. de fideicom. hæ. quam tu præceptor, & quam ſæpiſsime quidem, exclamaſti in multis locis, præcipue, ni fallor, in. l. imperium, de iu. o. Iudi.

MAN. Omnium habere memoriam (tritum iam factum eſt ſermone prouerbium, & experientia docet) diuinitatis eſt potius, quàm humanitatis. l. 2. §. ſi quid autem. C. de vete. iu. enu. verumque eſt id (nuncque mihi ſuccurrit glo. illa) quoniam prius ea ratione, de fideicōmiſsis generalibus dicit legiſlator, quàm de ſpecialibus.

V. B. Tamen hoc ipſum nō arguit propterea, quòd ſit dignius, nam cognitio & tractatus realium actionum præcedit cognitionem & tractatum perſonalium, vt per glo. in rub. ſi cer. pe. & tamen perſonales ſunt digniores, vt ibi not.

MAN. Eſt dignius forte, quia eſt maioris comprehenſionis. c. in nouo, & ibi adhuc glo. 21. diſ. quam commendat Deci. in rub. de off. eius, in prin. & in rub. de off. dele. col. j. & videri poteſt etiam in iuriſdictione ordinaria & delegata, quarum illa dignior eſt iſta, in adminiſtratione qua fuit Petrus Apoſtolus alijs maior, & Archipresbyter Archidiacono, & ſic de ſingulis.

lis.& quia anſam mihi loquēdi præbuiſtis, volo vobis aliquas (vt ita dicam) excellentias,ſeu dignitates,generis, explicare. nam videmus primum (vt dicebat Alcinous Platonicus) ꝙ diuiditur in ſpecies,ſicut totum in partes, vox in ſignificata, accidens in ſubiecta,& ſubiectum in accidentia,quòd declaratur,& non declarat,ſi inter ſpecies ponatur.l.quæſitum.§.fi.ff. de fun.inſtruc.Dy.in.c.generi,de regu.iu.in.6.Bal.conſi.192. quidam,col.2.vol.5.quòd habet formas,vt animal,hominem, & beluam.Virtus,prudentiam,Iuſtitiam, Fortitudinē & Temperantiam.quòd perire non poteſt,quia æternum eſt.l.in ratione.§.incerte.ff.ad legem Fal.idem Bal.conſ.135.pater,ad fi. vol.j.& quia non ſuſcipit paſsionem, cum non ſit quid materiale,ſed intellectuale.l.incendium,& ibi idē Bal.in fi.C.ſi cer. pet.quòd nullius eſt,nec ab aliquo poſsidetur,puta quia in genere quid debeatur.l.ſequitur.§.ſi viam.ff.de vſuca.Bal.adhuc conſi.319.quæritur,in fi.vol.j.quòd de genere eximitur ſpecies,non de ſpecie ſpecies,ſed diuiditur & laceratur potius.l. quæſitum.§.j.ff.de leg.3.l.ſi fortidianum.C.de lega.idem Bal. con.328.quæritur,col.3.eo.lib.quòd genus in vna ſpecie ſaluari poteſt,haud dicendum in vniuerſitate.l.ſicut,& ibi no.ff. quod cuiuſque vni.no.Bal.conſi.196.ſuper eo.col.2.volu.4. quòd prædicatur de pluribus differentibus ſpecie, non ſic vniuerſale,& ideo omni iuriſdictione conceſſa,non dicetur conceſſum merum imperium,in genere autem ſic, vt per Iaſ.in.l. imperium,col.6.ff.de iu.om.iudi.quòd non patitur exceptionem & inſtantiam,vt regula.c.venerabilem,& ibi Abb.col.j. notat,de elect.quòd in genere multa licent,quæ non licent in ſpecie.l.quædam.ff.de acqui.re.do.c.ne captandæ, de conceſ. præben.multa in.l.j.ff.de off.eius,& in.l.fina.C.de pact.quòd proprie eſt,ſi ei ſupponatur ſpecies ad diffām generis, quando pro cognatione ponitur,vel pro generationis principio, vt Oreſtes à Tantalo,& Romanorū genus Romulus,quòd generalis locutio,dicatur quid perfectum, quia continet oēs ſuas ſpecies.c.j.& ibi Bal.in prin.col.j.de no.for.fide.in vſib.feud. quòd eſt tanquam terminus communis,qui verificatur in pluribus,licèt non includat ſpecies limitatas.l. vxor.§. concubinæ.ff.de lega.3.Bal.in.c.cum ordinem,col.j.de reſcrip. quòd à quo remouetur,remouetur etiam quælibet eius ſpecies.l ſi ſtā cognita.C.de tranſac.l.j.in prin.ff.de ſu.& legi. idem Bal.in.l. omnes populi,col.2.ff.de Iuſti.& iu.& in.l.ſeruū quoque, in §.publice



§.publice,col.2.ff.de procu.& in.c.j.in.§.j.per quos ſi.inueſti. in vſib.feu.quòd ampliat,non autem determinat, ſi poſt ſpecies ponatur.l.ea tamen adiectio.ff.de lega.3.not.in.l. quæſitū in.§.fi.ff.de fun.inſtruc.idem Bal.in.l.ſed & ſi quis,in.§.quæſitum,ce.l.pe.ff.ſi quis cau.quòd eſt quoddam ſignificatum, & non materiale.l.cum incertus,& ibi idem Bal.in fi.ff.de legat. j.& quòd denique vnicū eſt,& quaſi principium omniū, quæ ſub eo continentur.l.3.§.genera.ff.de acquirē.poſ.Galliau. in rub.de verbo.ob.in.2.col.

B.G. Profecto pulchra hæc omnia ſunt,nec quantum ad prædicta,à te præceptor optime,pro nūc, aliud ſcire deſideramus.

## *Vicegerens.*

## Ad .c. præcipimus. 93. diſ. Dialogus 106.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

V.B. VICEGERENS, qui idem imperium habet, vt ille cuius vices gerit,habétne ex delegatione, an vero ex Principis commiſsione?

MAN. Ex commiſsione Principis, qui ipſum cōmittere poteſt, vt vult.l.j.§.à præfectis,& ibi Bal.not.ff.de lega.3.l.j.in fi.C. qui pro ſua iu.Melius Bar.in.d.§.à præfectis, quem legit cum §.hi quibus locutus eſt,pulcherrimam diſtinctionem tradens, & veram,quòd quandoque quis gerit vicem alterius,ex mandato eiuſdem,tanquàm delegatus eius,vel vicarius,& tunc nō tranſeunt ea quæ ſunt meri vel mixti imperij.l.j.ff.de offi.eius §.prohibemus,in authen.de colla.quandoque quis gerit uicē alterius,ex mandato Imperatoris,vel vniuerſitatis, quia Poteſtas mortuus ſit,commune autem prouidet, quòd ille gerat eius vices,& tunc omnia quæ habebat ille,cuius vices gerit,in eum tranſeunt.d.§.à præfectis.l.2.& toto ti.C.de off.eius qui vi.al.ge.& dixi ſatis,in.d.l.j.& in rub.eo.titu.

V.B. Placet mihi Bar.diſtinctio,ſed ponamus,quòd Prīceps, ſeu Papa,cauſam committat,quid erit hoc caſu dicendum?

MAN. Nil aliud,niſi quòd delegatus,& is cui commiſſa eſt, gerat vices delegantis,quòdque honorari debeat, vt delegans, cuius

cuius perſonam repræſentat.l.fi.ff. de off.eius .c. præcipimus. 93.diſ.c.ſanè,& ibi Abb.de off.dele.ſubijciens amplius, quòd communis ſtylus delegatorum eſt dicere,cum ſcribunt partibus,Mandatis noſtris,immo verius Apoſtolicis, firmiter pa-
„ rere.quaſi mandatum delegati,ſit ipſius delegantis,ex quo (vt
„ dixi) vices illius gerit.

**B.G.** Nunquid hoc idem etiam locum habeat,ſi quis gerat vices alterius,puta rectoris.

**MAN.** Idem,& ſignanter Abb.in.d.c.ſanè, ad vicerectorem ſtudij infert,quòd ita ſit honorandus,vt rector.

**V.B.** Anno elapſo fuit maxima altercatio inter rectorem artiſtarum,& vicerectorem noſtrum.

**MAN.** Scio quidem,& fui etiam cõſultus, præualuitque opinio vicerectoris,vt honoraretur,locumque rectoris teneret,& rectorem artiſtarum præcederet in actibus publicis.

**B.G.** Videtur mihi, quòd contra hoc ſit caſus clarus,in.l.filius. ff.de lega.& in.l.Vicarius,co.ti.vbi Bar.in his terminis,et præciſe in vicerectore dicit,quòd ĩmunitatẽ non habet, vt rector.

**MAN.** Verum eſt,ſed non indiſtincte, nam.d.iura procedunt in uicerectore ab ipſo rectore conſtituto,quo caſu rector per eũ gerere videtur,& nullam habet immunitatem,ſecus in eo,qui propter receſſum,vel mortem rectoris, creatur ab vniuerſitate,& tunc gaudet.l.fi.in fi.C. vt di.or.ſer.d.l.2.& toto ti.C.de offi.eius qui vi.al.ge.l.j.C. quib.mu. excu. hi, qui poſt impe. mi.lib.10.Bar.in.d.l.filius.Car.in cle.j.in.6.oppo. de offi. vi. vel dici poteſt,quòd quamuis ſit de iure id quod ais tu, de facto tamen & de conſuetudine ſeruetur contrarium, etiam qđ ab ipſo rectore cõſtituatur, vt idem Car.teſtatur poſt multa, in loco præallega.cui,vt Doctori Illuſtri, omnimodo credendum eſt,quando etiam non probaretur, iuxta not.in.l.de quibus.ff.de legi.in.4.q.Bar.Ci.in.l.j.C.qui pro ſua iu.& ita quoque tranſit Feli.in.c.mandata, in prin.de præſump.& pro prædictis facit tex.in.l.oſſa,in.§.fi.ff.de religio. vbi prohibens habentem à me mandatum,dicitur me prohibere.& hoc eſt, qđ dicebat in not.q.Bal.in.l.j.in.2.col. C.de ſer.fu.quòd vbi animus eſt,ibi corpus eſſe videtur,aliquo organo mediante,& in l.ſed ſi hac, in.§.fi.ff.de in ius vo.quod qui offendit vicarium, vel nuncium epiſcopi,ipſum epiſcopum offendere uidetur.Et in.l.non cogendum,in.§.ſi procurator.ff.de procu.quòd iniuria facta procuratori, interpretatiue facta videtur domino, & conſi.268. nihil commune,vol.2. quòd vaſſallus,odio Domini, fratrem ipſius, uel adhærentem offendens, in dominum peccaſſe uidetur. & conſilio. 291. ad euidentiam, col. 4.eodem lib. quòd licèt imago naturæ ueritatem non habeat, ſubſtitutus tamen imago eſt ſubſtituentis.Immo quòd perſona humilis,vt Caſtaldus,Dominum etiam repræſentat,inquit idem Bal.conſi.143.ſuper quæſtione,ad fi.eo.lib.



**V.B.** Si quis interficiat oratorem Principis,vel cum aliter offendat,incurrítne crimen læſæ maieſtatis?

**MAN.** Abſque dubio,caſus eſt in.c.j. & ibi idẽ Bal.not. in prin. de offi.de.refert ſimpliciter Fel.in.d.c.mandata, multa Corſe. in.c.grandi.nu.78. de ſup.negli.præla.in.6.

**V.B.** Nodus tamen adhuc diſſoluendus eſt,quòd immo non ſemper delegatus fungatur vice delegantis, quia video, qđ ſi quis in ius vocatum vi eximat,punitur.l.j.ff.ne quis eum qui. & tamen ſi quis in ius uocatum à pedaneo Iudice, qui delegatus eſt.l.placet.C.de peda.Iudi.eximat, edicti pœna ceſſat.l. 3.§.ſi quis.ff.eo.

**MAN.** Forte id eſt propter uilitatem Iudicis, cum ſit pedaneus, l.placet.C.de peda.Iudi.& patet,quia poteſt recuſari.l. apertiſsimi.C.de iudi.& quia eius ſententia non infamat.l. quid ergo.§. ex compromiſſo.ff. de his qui not.infa. Vel dici poteſt quod puniatur ex alio edicto,de eo per quem factum erit. Vel quod ſit ſpeciale dicto caſu,propter mulctam,& ſuſius, ut ibi per Docto.

**B.G.** Ego quoque aliud ſcire deſidero.

**MAN.** Et ego tibi chariſsime Bartholomæe rem gratam facere, ſi dixeris,quid iſtud ſit,quod ſcire cupis.

**B.G.** Nil aliud ſcire deſidero,niſi hoc vnum, an ſit bona conſequentia dicere in materia,uices gerit Titius, ergo eſt uices gerens aut vicarius.

**MAN.** Licèt vnicuique prima facie dicẽdum videatur, quod ſic, tamẽ contrarium uerius eſt in his nominibus quæ ſunt dignitatis,vel officij,vnde & alias imperat quis,& docet, nec tamen eſt Imperator,uel Doctor, ut per Bar.in prohe.ff.orum,nu.9. multa Alex.& Moder.in rub.ff.de offi.eius.

**V.B.** Quid eſt hoc dictum etiam vulgatum, ſeu quid ſibi vult, ꝙ Delegatus Papæ, eſt maior quocunque ordinario, de quo in.d.c.ſanè,& in.c.ſtuduiſti,de offi.le.& in.c.paſtoralis, in.§.j. de offi. ordi.

MAN.

**MAN.** Nil aliud, niſi iſtud, quod nullus ordinarius de cauſa ſibi commiſſa, poteſt ſe intromittere. d. c. ſtuduiſti.

**V. B.** Sed an maiorem iuriſdictionem habeat in ea, quam ordinarius in ſuis.

**MAN.** Nequaquam, authen. ad hæc, & ibi Alex. col. 2. C. de iudi. & eſt in ſimili tex. in. l. præſes. 3. ff. de offi. præſi. & in. l. & ideo. ff. de offi. procon.

**V. B.** Quia de delegato vtrinque mentio facta eſt, & cum hoc ſi niam, ac ſilebo, quæro adhuc. cum ſit regulariter Iudex extraordinarius. l. ait prætor, & ibi Iaſ. ff. de re iudi. c. quoniam contra, de proba. & pedaneus, vt ſupra dictum fuit, nihil proprii habens. l. j. §. qui mandatam. ff. de offi. eius. Immo nec territorium, vt per Bal. in. l. j. in. §. in initio, col. 2. ff. de offi. præfec. vrb. inque multis ab ordinario differens, an ſententiam per violentiam exequi poſſit.

**MAN.** His rationibus eſt breuiter dicendum, quòd non, quòdque verbum manu militari, poſitum in. l. reſtituere, vbi de materia. ff. de rei ven. intelligi debet in ordinario, & ita ibi Ange. declarat, & bene, pulcherrimaque eſt declaratio, memorię ſemper commendanda.

*Cui credendum.*

## Ad. c. nobiliſſimus. 97. diſ. Dialogus 107.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**DICTV** mirabile eſt, quòd vni ſoli non credatur, quamuis honeſtæ vitæ fuerit, & præclaro curiæ honore præfulgeat, vt dicitur in. l. iuris iurandi. C. de teſti. & in. l. vbi numerus. ff. eo. & in. c. ſicut, vbi glo. not. de ſent. excom. & in. c. in omni, extra de teſti. & in. c. ego ſolis. 9. diſ. & tamen ſecus in caſu. c. nobiliſſimus. 97. diſ. vbi Cardinali etiam ſine literis creditur.

**MAN.** Forte illud eſt dicto caſu, quia nulli fiebat præiudicium, vt inquit glo. præallega. in. d. c. ſicut, quamuis reſponſio tuta non ſit, quia nec literæ hac ratione oſtendi deberent, in caſu. l. j. C. de man. prin. & tamen oſtenduntur, & idem in. l. prohibitum. C. de iu. fiſci, lib. 10. & in. l. j. C. de ſuperindicto, & in. l. probatorias.



probatorias. C. de diuer. offi. 12. & in. l. ſi qua per calumniam, vbi etiam Bal. C. de ep. & cle. Ro. plene, conſi. 59. ad diſcutiendum, col. 3. niſi replicetur, quòd. d. ratione oſtendũtur, vt pulchre per Ange. conſi. 182. mandatum, col. j. vol. j. Poteſt etiam aliter dici, id eſſe, quia in prouincia Cardinalis erat ſatis notus, & præcipue, quia non contingit ipſum abeſſe, niſi legationis cauſa, vt not. ibi. quod etiam non videtur tutum, quia verum eſt, quòd ei creditur in pertinentibus ad ipſum ex officio, & legationis iure, non quo ad alia mandatum ſpeciale requirentia, puta quia ſint de reſeruatis Papæ, vt per Pau. de Caſ. in d. l. j. de man. Prin. plene Ro. conſi. 387. in terminis, col. j. tamẽ Spe. in. §. ſupereſt, nu. 16. de lega. dicit, quòd indiſtincte ei creditur, quòdque raro petitur ſuæ poteſtatis copia. Vel &. 3. dicamus, quòd credatur, quia ita ſe habet conſuetudo, vt per Ro. conſi. præallega. 59. & plene in. c. cum dilectus, de fi. inſtru.

**V. B.** Sed quid, quando deponit in forma teſtimonij, ſeu tanquam teſtis?

**MAN.** Abb. in. c. cum à nobis, col. 2. ponit not. diſtinctionem, extra de teſti. quòd aut loquimur in Cardinali & Legato, & iſto caſu ſibi creditur in his, quæ non ſint multum præiudicialia. d. c. nobiliſſimus, d. ca. ſicut, & vtrobique not. in alijs autem ſecus, vt in. d. c. cum à nobis. Io. And. in. c. j. de offi. le. in. 6. & de materia etiam in. c. conſtitutus, in princi. de ap. aut in eo qui legatus non ſit, & regulariter ei credi nõ debet in alterius præiudicium. d. c. cum à nobis, niſi aliter ſe habeat ſtylus curiæ, vt ibi ſubijcit, & bene, quoniam tunc ab eo recedendum non eſſet, argu. in. c. quàm graui, de cri. fal. Bellame. deci. 628. Cardinali.

**V. B.** Neceſſe eſt, vt ad ſupra dicta redeamus, primum tuum verbum fuit Bartholomæe, quòd aſſertioni notabilis viri, credendum non eſt.

**B. G.** Fuit inquam lege comprobatum, ne in nos vulgatum illud regeratur. Sine lege loqueris, vt erubeſcamus. §. conſideremus, in authen. de trien. & ſe.

**V. B.** Tranſeat, quia dicit etiam Alberic. in. l. ſed licet. ff. de offi. præſi. quòd opinio puſilli Doctoris, lege roborata, ſequenda eſt potius, quàm magni, ſine lege, ſed quomodo cytharã hanc concordabimus, cum habeamus glo. dicentem contrarium, in l. Titio fundus. ff. de condi. & de. quam ad idem allegat etiam Bal. in. l. iudicia. C. de rei vẽ. & Ange. in. l. j. in prin. ff. de eo per quem

MAN. Q

quem fac.erit.& Cy.in.l.j.in.4.q.C.de ſerui.& Bar.in.l.de pu-
pillo, in.§.ſi quis ipſi prætori, in.8.q.in fi.ff. de no.o.nun.&
in.l.qui fundum,in.§.procurator.ff.pro emp.& in.l.cum inte
ſtati,co.ti.Inno.in.c.cum in iure peritus, de offi.de. & vltimo
loco Alex.conſi.28.viſis,col.3.vol.1.quòd immo dicto nota
bilis viri credendum eſt, quòdque iuſtiſsimam credulitatem
inducit.

B.G. Soluat cõmunis præceptor, ſitque ipſe ſolus inter nos Pa-
læmon,& vt ſignum ad ſagittas.

MAN. Ex ſupra dictis,ſatis ſuperq; nodus ſolutus eſt,quia pro-
bitas & meritum vitæ non facit,immo nec ſanctitas, vt receda
mus à regulis iuris communis,& præſertim vbi agitur de præ
iudicio tertij,& declarabitur quod legitur in.c.j.de Archiepiſ
copo Cantuarien vbi Bal.in fi.extra vt li.pen.& not.in.d.c.ſi-
cut,plene Iaſ.in.l.admonẽdi, in repe.col.76.ff.de iureiu.Abb.
in.d.c.cum in iure peritus,in prin.Deci.in.cap.prudentiam,in
prin.col.8.de offi.dele. ego aliqua enchiri.lib.12.c.283.ad fi.
dicit etiam in materia Bellame.deci.636.ſuppoſito, ad intelle-
ctum.d.cap.nobiliſsimus,quòd licèt Cardinali de rigore iuris
non credatur, in commiſsis tamen ſecus eſt, & præſertim vbi
alij Papæ in talibus non aſsiſtunt.

V.B. Quid in collectore Apoſtolico?

MAN. Multa eſſent dicenda, ſed quia à ſupra dictis pendent, nõ
inſiſto,concluſiue tamen dicens vobis,quòd ſtylus curiæ ſer-
uat,ei non credi ſine literis, à quo recedendum nõ eſt.d.c.qui
graui. & teſtatur Bellen.in tract. de charitati. ſub.q. 110.qua-
liter probetur,col.2.

V.B. Sed circunſcripto ſtylo,ponamus quòd literæ commiſsio
nis ſint amiſſæ,quid iuris?

MAN. Licèt Inno.in.c.cum olim.1.de priui.ſenſiſſe videatur,ei
omnimodo credendum eſſe, maxime ſi perſona honeſta ſit&
nota,tamen tutior eſt contraria,nec deciſio Innocẽ.procedat,
cum agitur de præiudicio alterius, & ita ſignanter per d.glo.
in.c.ſicut,de ſen.excommu. determinat Bellen.in loco præal
lega.& Archidia.in.d.c.nobiliſsimus.

B.G. Verum ponamus(ego quoq; iſtud dicere volo) quòd col
lector iſte ſit deputatus à Papa ad colligendas decimas in cu-
ria Romana,ſeu ab eccleſiis Romanæ Vrbis,Papa ibi exiſten-
te,an ſaltim probatio hæc poſsit fieri per teſtes, licèt regulare
non ſit.d.l.j.C.de man.Prin?

MAN.



MAN. Spe.in ti.de proba.in.§.videndum,& Archi.in.d.c.nobi-
liſsimus,ſentiunt quòd ſic,idque etiam Bellen.in loco præalle
ga.ad fi.& bene,quoniam vt plurimum hoc idem fit viuæ vo-
cis Oraculo,vt idem Archidia.dicit,in.d.capi.nobiliſsimus,in
prin. Vel & melius, ex quo etiam fit ſcriptura interueniente,
quia de facili recurſus haberi poteſt ad delegantem,& eſt ratio
Specu.in.d.§.videndum, nu.3.

V.B. Mittamus collectorem & reliqua, poſséſne præceptor mi
amantiſsime clariorem doctrinam tradere?

MAN. Neſcio an clarior eſſe poſsit vobis tradita ſupra.

V.B. Fac regulam ſi placet,& dic fallentias à regula,ſaltem in li-
teris ordinarij,an eiſdem credatur,ſine teſtium ſubſcriptione.

MAN. Regula eſt, licèt hoc ipſum à vobis diſcedere poſsitis, ꝙ
in his quæ ſunt grauis præiudicij non creditur.c. incerta.20.
q.5.tradit Inno.in.c.j.&.2.de fide inſtru. Fallit in ſententia ex
communicationis,in leuibus & non præiudicialibus,ſi ſint cõ
tra producentem, & vbi adeſſet cõſuetudo.c. poſt ceſsionem,
de proba.c.curæ.11.q.3.c.j.&.2.de ele.pe.c.2. de ſolu. Calde.
conſi.3.an literis,de fi.inſtrumẽ.In materia memini me legiſſe
etiam quòd literæ faciunt fidem probatoriam conſuetudinis,
inſpecta maxime qualitate ſcribentium, quibus multum fidei
debet adhiberi,& ſignanter ita dicit Bal.conſi.461. inter Ioan
nem,col.2.volu.j.& in iurepatronatus, ſi eſſet ſcriptura anti-
qua magni alicuius Abbatis,cum conſilio ſuorum facta,
quòd adminicularetur plurimum, cum nec veriſi-
mile ſit,eidem mendacium immiſcuiſſe, con-
ſi.310.an patronatus,col.2.volu.5.& ſi
de intellectu.d. capi.nobiliſsimus,
multa videre cupitis, videte
Barba. cum quo etiam
finio, in tracta. de
Cardina. Le
ga.à la-
tere,
in.1.membro primæ.q.
nume.10.& in
2.nu.6.
* *
*

## Fundamentum.

## Ad.c. cum Paulus.j.q.j. Dialogus 108.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

V.B. VVLGATA eſt adeo regula.c.cum Paulus.j.q.j.vt nulla,iudicio meo, poſsit eſſe vulgatior,quòd vbi fundamentum deficit ( & ipſa experientia docet ) ibi ſuperædificari non poteſt.

MAN. Adde tu tex.not.in.l.egi.ff.de excep.rei iudi.& dic, quòd vtrunque ad idem citat Bal.in.c.j.in prin.de lit.con. & ibi etiã glo.ante eum,& non ab re,locutus de lit.con.quòd eſt fundamentum iudicij,& lapis angularis ipſi us,quòdque eo deficiente,iudicium aliter corruit,& bene.

V.B. Nónne citatio fundamentum eſt iudicij?

MAN. Non, quoniam tunc incipit, à lit.con.vero formatur,ſine qua ( vt dixi ) nullum eſt aliàs.§.fi.Inſti.de pœ.te.liti.l.amplius non petitum.ff.rem ratam ha.l.prolatam.C.de ſen.& dato quòd ipſa quoque fundamentum ſit ordinis iudiciarij,c.e. paſtoralis,de re iudi.d.§.fi.attamen non ſemper eſt neceſſaria, ſicuti nec in omnibus caſibus lit.con.vt per Abb.in.c. eccleſia S.Mariæ,col.4.de conſti. Pulcherrimum verbum dicit etiam ad propoſitum, idem Bal.in conſi.Schiſma, quod eſt poſitum ſub titu.C. ſi quis aliquem teſta.prohi.col.4. quòd omnis electio Papæ ceſſat,dum libertas adimitur eligendi,quòdque fundamento conſenſus concuſſo, ædificium cõſtans præcipue ex hoc lapide fundamenti,totum in ruinam vertitur. Pulchrius in.l.qui bona,in.§.ſi quis iuxta.ff.de dam.infec.quòd vbi fundamentum eſt iniuſtum,ibi nihil iuſte peti poteſt.

B.G. Quadrat etiã,ni fallor,quod habet in.l.j.C.de impo.luc.deſcrip.lib.10. ꝙ ab exordio tituli poſterior formatus euẽtus.

MAN. Et bene, quòdque omnis deriuatio præſupponit virtutem deriuantis in alterum, ſine qua nulla fit deriuatio.l.2.§.j.ff.de ſtipu.ſer. quòd virtutes imperfectæ, non generãt aliquid perfectum,eiuſdem ſpeciei, & quòd denique deſtructo fundamento,deſtruuntur omnia.l. nam origo.ff. quod vi aut clam. l.lex



l.lex vectigali.ff.de pigno.Bal.conſi.386.in regno libero, col.j.vol.2.Sicuti etiam arborum altitudo ſine radicibus eſſe non poteſt,non poteſt eſſe pariter magna eloquentia ſine cognitione Grammaticæ,vt in lib.Orator,Ci.ait,ex quo omnium ſciẽtiarum eſt fundamẽtum,& idem opinionibus,quæ in lege, vel ratione fundantur,quæque,ſi hanc, vel illam, non habuerint, ruunt,nec probantur.§.conſyderemus, in authen.de trien. & ſe.præallega.l.nam origo.Sauilia.conſi.j.col.2.vol.j.

V.B. De lit.con.dictum eſt,quid in libello,ſi in eo ſit defectus?

MAN. Idem, corruuntque omnia, etiam ſi probationes ſint factæ,& quidem ſufficienter,quoniã nihil proſunt.d.l.nam origo.l.hactenus, de aqua plu.ar.Pau.de Caſ.conſi.65.viſo, col. vlti.vol.j.

V.B. Certe libellum componere,& iudicium bene tractare,difficile eſt.

MAN. Immo periculoſum,& impoſsibile nõ errare,inquit Gof. in lib.iu.ciui.in prin.quem refert Abb.in tracta.de modo proceden.eſtque ipſius pratica,col.j.in fi.

B.G. Ponamus excellentiſsime præceptor, quòd aliquis ſit ſuſpenſus ab officio & beneficio ſimul, talis ſuſpenſio, priuabit ne ipſum facultate exerci iuriſdictionem ſpiritualem?

MAN. Dęmonium habes,quomodo ſic cogitaſti officium & beneficium?

B.G. Quia fundamentum eſſe videntur omnium.

MAN. Et bene,ſi ergo ſuſpenditur à fundamento(vt tibi reſpõdeam)videtur abſque dubio ſuſpẽſus ab omni ædificio, quod eſt ſupra fundamentum,& ita ſignanter dicit Abb.vbi alia etiã multa.c.cum dilectus,in pe.col.de conſue.

V.B. Aliud etiam ego ſcire volo, ſi quis miſſus ſit in poſſeſsionem ex ſecundo decreto, primumque ſit nullum, an miſsio teneat?

MAN. Non, quia nil aliud eſt ſecundum decretum, niſi ſecunda Iudicis aggrauatio, in odium contumacis, quæ fundantur ſuper exiſtẽtia primi.l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de dam.infec.ſed primum,quod eſt fundamentum ſecundi,eſt nullum, ergo, & ita decidit Ro.conſi.454.iure,col.4.

V.B. Ergo,à ſimili,ſi aliquis eſſet iniuſte detentus & carceratus, non poſſet etiam ibi pro vero debito, ante relaxationem, & ad inſtantiam veri creditoris,recommendari.

MAN. Non,& quia difficile eſt,vt bono peragantur exitu, quæ

malo ſunt inchoata principio.c.principatus.j.q.j.Ancha.conſi.292.videretur,col.2.& conſi.230.præſupponitur,columna prima,Ro.conſi.præallega.

**B.G.** Forte hinc eſt etiã,quòd in Decretalibus,præmittitur, pro operis fundamento,de ſumma tri.& fi.ca.

**MAN.** Abſque dubio, & ita ibi Abb.& omnes,illum titulũ ſubordinant ad ſeq.& bene,ſuadetq́ue nos Apoſtolus,vt in initio cuiuſlibet operis,auxilium à Deo imploremus,ad Col.3.& facit quod habetur in.§.j.in authen.quomo.opor.ep. idemq́ue Ancha.conſi.151.mulier, in prin.pulchre Bar. in rub.de iure fi.in prin.lib.10.& regu.prout iacet, ponit Bald.per illum tex. in.l.ſi fundum,in.§.qui fundum.ff.de lega.j.& dicit glo. quòd clericus per ſaltum promoueri nó debet,in.l.nemo, vbi etiam ego,in collecta.C.de aduo.di.iudi. & alibi quòd non poteſt eſſe qs epiſcopus,niſi prius fuerit Sacerdos,in.c.ſollicitudo.52.diſ.& ſic eſt regu.quæ exceptionem non patitur. Immo quòd principium & fundamentum in vnaquaque re omnimodo eſt neceſſarium,vt principiata ſubſiſtant,& ſic ( vt dicitur in.l.j.ff. de ori.iu.)vniuſcuiuſque rei pars potentiſsima,& ad propoſitum inquit Bald.in.l.nominationes,col.j.C.de ap.quòd ordo totius deſtruitur,ſi principium legitimũ non ſeruatur, quodq́ue deficit cauſatum,vbi non eſt cauſa,& ordinatum denique, vbi deficit ordo,& in prima conſti.ff.vete.in.§.itaque,in prin. quòd quemadmodum natura ab elementis incipit,ita facit ars, vt Grammatica à literis,nos à primis legũ cunabulis: & quòd aliàs in rebus eſt materia,in tempore inſtantia, & in factis motus cum inchoatione,in.d.l.j.col.j.de ori.iu. & poſtea in fi.ibidem,quòd qui non intelligit principium caſus, non intelligit caſum,& quòd hac de re debet edi à capite ratio.l.argentarius. §.edi.ff.de eden.& in.l.qui procuratorem, in princi.ff.de procura. quòd principium trahit ad ſe medium & finem. & Bar.in.l.de ætate, col.4.ff. de mino. quòd qui ignorat principium, à quo numeratio fieri debet, numerationẽ ignorat, & Ro. vltimo loco in.l.quanq̈,in.§.j.col.2. ff.de aqua plu.ar.ꝗ agentis principium, tanquam potiſsimum,inſpiciendum eſt.

Inſtantia.



## Inſtantia.

## Ad.c. ſicut vrgeri.j.q.j. Dialogus 109.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLISSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** ESTNE verum, quòd data inſtantia argumentum corruat?

**MAN.** Eſt vtique.c.ſicut vrgeri.j.q.j.§.pauonum,Inſti.de re.diui.vulgatumq́ue verbum eſt,de quo etiam per glo.in.l.manumiſsiones quoque.ff.de Iuſti.& iu. & Imo.in.l.is qui reus, in j.col.ff.de pub. iudi. & in.l. creditori ad fi. ff. de no.o.nun. & in.c.cũ contingat,col.28.de iureiu.& fortaſſe ſenſit Bar. quando dixit in.l.quamuis.C. de pigno. quòd eſt dare regulam, & inſtantiam à regula. & glo.in authen.vt ſi.prohi.mat. debi.in prin.idem Barba.in.c j.nu.69.de mutu. pe. Tamen aduertendum eſt,quia Saly.in.l.2.C.de impube. contrarium ſenſiſſe videtur, ex quo non licet per caſum ſpecialem à communi regula recedere,ſubijciẽs,miſeros Canoniſtas,ita dicere ſolitos. Dicit etiam Iaſ.in.l.ex facto, col.2.ff.de vulga.& pup.ſub.quãdo duo caſus æquiparantur,licèt detur diuerſitas, & inſtantia in quibuſdam,quòd tamen licitum eſt arguere de vno ad aliũ, concurrente identitate rationis, quamuis dici ſoleat, quòd ad tollendam conſequentiam,ſufficiat dare inſtantiam.

**B.G.** Sed quæ opi.verior?

**MAN.** Non facile elici poteſt.

**B.G.** Nec diſtinctione ſaltim concordari varietas hæc?

**MAN.** Non,niſi dicamus ſic, quòd quando fundamentum ſit in regula communi, tunc non ſufficiat dare inſtantiam ad regulã ſimpliciter, niſi detur ſpecialiter in caſu de quo agitur, aliàs autem locum habeat quod dicitur in.d.c.ſicut vrgeri,cum ſimilibus,ita egregie Mathe.in ſingu.ſuis.19.nota quòd ſententia, late Deci.in.c.translato,in.2.lectu.col.2.de conſti.

**V.B.** Ergo his ſtantibus,bonum erit habere regulam pro ſe.

**MAN.** Immo optimum, quia qui habet regulam pro ſe, dicitur certus,ſecundum Bar.in.l.quotiens.ff. qui ſatisda.co.& in.l.2. in.j.col.ff.ſi quis in ius vo.non ie.Inno.in.c.præterea, de dila.

Deci.in loco præallega. & ad idem inquit Bal.cõſi.468. factũ, col.j.vol.5.quòd non errat,qui fundamentum facit in regula, & glo.trita in.l.omnis diffinitio.ff.de regu.iu.quòd eidem inhærere debemus, vt Bononien.Carotio. & magis in terminis Afflic.in præfa.tracta.iuris protho.in prin.quòd non debent, propter caſus ſingulares,qui diſcunt,regulas deſerere,& ſcitote,quòd regula idem eſt quod canon. & œconomus idẽ quod regula, à quo regitur vniuerſa domus, & quòd Dialectica per ſimilitudinem . Primo rem ambiguam facit . Secundo diſtinguit. Tertio regulam tradit , qua falſum vel verum dijudicamus.Et quòd optimum ſit habere regulam pro ſe,probatur in l.ab ea parte.ff.de proba.& in.c.in fidei fauorẽ,vbi glo.not.de hære.in.6.inducit Seyſel.in.l.ſi quis id quod , col.5.ff.de iu.o. Iudi.& in.l.qui iuriſdictioni,colum.2.ff.co.Bal.in.l.3.ad fi.C. fi.regun.

**V.B.** Etiam Abb.in.c.conſtitutus,in.j.not.de ap.ad dicta hic,& in.d.c.ſicut vrgeri,declarationem tradit , quòd inſtantia tollit conſequentiam,ſi fiat in materia de qua agitur.

**MAN.** Et poſt eum omnes in.d.l.creditori,aliquid Galliau.in.l. 2.in.§ & harum , col.pe.ff.de verbo.ob.& in repe.l. centurio, col.37.ff.de vulga.& pup.ſub. Sed iam dictum eſt ſupra, & ita declarari debet, & dici , quòd aliàs non ſit verum ſimpliciter, quod nouiſsime dicit Fede.de Sen.conſi.4.teſtator,col.2.Car. in cle.ne Romani,in verſi.irritum, col.j.de elec.Iaſ.in.l.ſi pro fundo,ad fi.C.de tranſac.Caſſane conſi.32. ſtante conſuetudine, nu.13.Igne.in authen.ex cauſa , colu.24.C.de libe.præte. Cro.in.l.Gallus,in.§.& quid ſi tantum,colum.37.ff.de libe.& poſthu.Bononien.in.l.ſi Inſulam,col.42.ff.de verbo.b.

## *Littera occidit.*

## Ad .c. Marchion.j. q.j. Dialogus 110.

VLYSSES BASSIANVS BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

**V.B.** LITERA occidit,ſpiritus autem viuificat.inquit Paul. 2.ad Corinth.c.3.quid hoc idem eſt dicere?

**MAN.** Nil aliud,ſecundum nos, niſi mentem verbis potiorem eſſe,quoniam quæ ſunt ſimilia melioribus, potiora ſunt his , quæ ſunt ſimilia deterioribus,at mens animæ ſimilis eſt,verba corpori.c.ſedulo.38.diſ. anima autem præſtat corpori,& cunctis rebus eſt precioſior.l.ſancimus.C.de ſacroſan.ec.ergo. & probatur ad propoſitum in.l.Labeo,in.§.idem Tubero.ff. de ſup.le.& in.l.ſcire leges.ff.de legi.& in.c.intelligentia,de verb. ſi.Ancha.in.c.canonum ſtatuta,col.53.de conſti.& dixi alibi , nec repeto vobis amplius,quia debuiſtis vidiſſe.



**B.G.** Ponamus humaniſsime præceptor , quòd in diſpoſitione non exprimatur ratio,debemúſne eam conſyderare?

**MAN.** Vtique,& naturalem quidem , ſi poſſumus,quia nõ omnium,quæ à maioribus noſtris tradita ſunt,reddi poteſt.l. nõ omnium.ff.de legi.Bar.in.l.ex facto,numero.19.ff.de vulg. et pupil.ſubſtitu.

**B.G.** Etiam contra verba?

**MAN.** Etiam,dum tamen ſit (vt dixi ) naturalis.l.ſcire oportet. §.ſufficit.ff.de excu.tu.Cy.in terminis,in.l.non dubium , col. vlti.C.de legi.glo.in regu expectatiua.ver. alij vero nobiles, col.6.& vtrobique per tex.etiam in.c.Marchion.j.q.j.

**V.B.** Ergo qui facit contra mentem legis , punietur vt ille , qui facit contra mentem & verba?

**MAN.** Abſque dubio,præallega.l.non dubium,& ibi Iaſ. in prĩ. c.fi.de regu.iu.in.6.c.quanto,de priuile.quia (vt rurſum dixi) virtus legis non conſiſtit in verbis,ſed in mente, menſque & ratio,idem.& quia verba menti,non è contra deſeruiunt,& vt ille ſuſius.nouiſsime Ancha.conſi.96.ſuper dicto dubio , col. j.& conſi.112.ſuperſtite,col.2.& cõſ.150.in quæſtione,col.2.

**V.B.** Si verba legis habeant vnum intellectum , mens vero aliũ, quem tenebimus?

**MAN.** Illum,qui ſit ſecundum mentem ( & iam dictum eſt).d.l. ſcire oportet.§.aliud autem.præalleg.c.Marchion.Idem Ancha.in.c.j.col.148.de conſti.multa conſi.159.rationes , col.2. & conſi.200.in quæſtione,col.j.melius conſi.219.mirũ, colũ. 2.& conſi.281.in auxilium,col.3.ad fi.ad ſaturitatem Alexã. conſi.48.circa,in prin.vol.4.

**B.G.** Si teſtamentum nutu factum eſſet,valerétne.

**MAN.** Non,de iure ciuili.l.iubemus.C.de teſta.

**B.G.** Ad pias cauſas?

**MAN.** Vtique.c.cum tibi,extra de teſta.nec poteſt facere ius canonicum,quòd teſtamentum non ſolẽne valeat de iure ciuili.

B.G.

**B.G.** Sed quæ potuit eſſe ratio diuerſitatis?

**MAN.** Iſta, quia Deus verba non curat, nec vocem, ſed intentionem, & quam maxime quidem. d.c. Marchion. Bald. in.l.j.in.2. lectu.col.16.C.de ſacroſan.ec.

**V.B.** Quid differt ſenſus, & mens, ab interpretatione?

**MAN.** Multa dicunt Docto. ſed aperiam tibi, ac explanabo breuibus, quo modo hoc ipſum cognoſci poſsit. interpretatio regulariter capitur pro rudi expoſitione, ſenſus autem, & mens, pro vera expoſitione magis ad intellectum quàm ad corticem verborũ, & latius vt per Bal.in.l.3.ad fi.C.de lib.præte. Immo ſenſum alibi capit tribus modis, primo pro volũtate, vt in cõtractibus & vltimis voluntatibus. Secundo, pro ratione, quæ in legibus attendi debet, vt in.d.l.ſcire oportet, in.§.& ſi maxime, & in.l.milites, de re mi. Tertio, cùm abſurditas euitatur, in l.etiam.col.j.C.de iu.do.

**B.G.** In Iudice quid erit?

**MAN.** Eius mens præſumi debebit talis, qualis eſſe debet, & inhærendum menti potius, quàm verborum cortici pariter. vt idem Bal. dicit in.l.j.col.j.C.de nego.geſ.

**V.B.** In priuilegijs, ſi conſtet de intentione Principis, ſúntne verba eiuſdem curanda?

**MAN.** Minime, vt oſtendit Gui.Pap.conſi.65.viſo themate, colum.7.multa Veronen.in rub.de verbo.ſi.nu.22. licet de priuilegio non loquantur. & Guliel.Benedic.in repe.c. Raynucius, fo.295.col.j.nu.18.par.2.de teſta.Barba.in.c.j. nume.20. de lit.con. Dicit etiam Gamma.in.c.j.de re.per.in.6.col.12.q; ſtatutum odioſum, & contra ius commune, reſtringi debet ad id, quod veriſimiliter ex mente & ratione ſtatuentium cõprehenditur, ex quo in verborum cortice ambulandum non eſt. & Butigel.in.l.j.in.§.ſi quis ita, col.5.ff.de verbo.obl. quòd licèt teſtamentum nuncupatiuum, & in ſcriptis, differant ſpecie, vtrunque tamen eſt teſtamentum, quòdque nec minus differunt ſpecie ea, quæ idem nomen habent, quàm ea quæ diuerſis appellantur nominibus, quia non verborum ſuperficies, ſed radix & ratio ſolum attenditur.

**V.B.** Vellem ſcire, poſtquàm de ratione nonnihil dictum eſt, an ſit de ſubſtantia legis.

**MAN.** Non, præallega.l.non omnium.

**V.B.** Statuti?

**MAN.** Minus, immo quòd ad iuſtificationẽ ipſius, ſufficit rudis

laicorum



laicorum æquitas.l.j.C.vt nullus ex Vica.lib.12. vtrunque dictum ponit Bal.conſi.473.circa, col.2.uol.5. multa in.d.l.non omnium, bonus tex. etiam eſt in.l.proſpexit.ff. qui & à quib. & in.c.irrefragabili, de offi.or. & ibi Inno. eſt verum, licèt non ſit de ſubſtantia legis, quòd tamen virtus legis in ratione conſiſtit, ſi ſcripta ſit, vel vna tantum aſsignari poſsit.l.quòd dictũ ff.de pac.l.adigere.§.quamuis.ff.de iu.patro. idem Bald. conſi. 333.præmitto, col.2.vol.3. qui dicit etiam, quod regulariter, vbi non eſt ratio, ibi plantatum eſt in arido, & quòd terrenum non pullulat, in.c.fi.col.2.de conſue. & conſi.473.circa, col.j. vol.5. quòd ratio inquirenda eſt, ne nudum præceptum legis videatur, ſi maxime prohibitiuum ſit.

**B.G.** In arbitrarijs eſtne reddenda?

**MAN.** Non, ſed ſufficit pro ratione voluntas, ſatisque eſt dicere, ſic placuit legiſlatori.l.quia poterat, ad Treb.d.l.non omnium.§.furtiue, Inſti.de vſuca.glo.in.l.receptitia.C.de conſti.pe.Caſsiodo.deci.2.prout, de priui.ad fi.ſo.237.6.

**V.B.** Si ſenſum habeamus, licétne rationem quærere?

**MAN.** Non, immo quòd eſt imbecillitas intellectus.l.illam, & ibi Iaſ.col.3.C.de colla.Seyſel.in rub.ſolu.ma.in princi. idem Iaſ.in.l.Gallus, in.§.ſi eius, per illum tex.ff.de lib.& poſthum. exempli gratia, an nix ſit alba, cauſa in Deo, vel in materia prædeſtinationis, cur vnum ſaluum faciat, alium vero damnet vt reprobum, hæcque breuiter talia ſunt, vt vobis hodie poſsint eſſe ſatis.

## *Confeſſus.*

## Ad.c.nos in quenquam.2.q.j. Dialogus 111

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** SENTENTIA lata contra non confeſſum, vel conuictum, nulla eſt.c.nos in quenquam.2.q.j.c. eccleſia S. Mariæ, de conſti. forte quia continet iniquitatem manifeſtam, vt in.d. locis not. tradit pulchre Gui.Pap.conſi.61.rationibus, col.j. nu.6. vellem ſcire, in quo conſiſtat iniquitas iſta.

**MAN.** Conſiſtit in hoc, quia non debet cõdemnari quis abſens,

& in-

& inauditus,& legitimæ defenſiones eidem ſubtrahi, vt declarat Abb.in.d.c.eccleſia S.Mariæ,col.3.& Ancha.conſ.167.viſis,col.2.& Bal.conſi.102.omnis poteſtas,col.3.vol.3.& Areti.conſi.62.ex facto,col.j.

**B.G.** Pone quòd prælatus nec citatus nec conuictus,per quædã generalia verba,ex cauſis nobis innoteſcẽtibus. depoſitus ſit, erítne iuridica hæc depoſitio?

**MAN.** Non,immo expreſſe contra iura prædicta, & in ſpecie ita concludit idem Ancha. conſi. 188.viſis, col.vlti.multa ad propoſitũ Domini de Ro.deci.402.ſi actor, in prin.in nouis.

**B.G.** Si proceſſus eſſet nullus,& quis confiteatur crimen, poterítne virtute confeſsionis condemnari, quia dici etiam ſolet, quòd in confeſſum nullæ ſunt partes Iudicis, niſi in condemnando.l.proinde.§.fi.ff.ad legem Aqui.

**MAN.** Poterit,quia plus operatur confeſsio, quàm alia quælibet probationis ſpecies,vt per Inn.in.c.Piſanis,de reſ.ſpo.no. in.l.ſed & ſi poſſeſſori in.§.pen.ff.de iureiu.Bal.in terminis,in l.cum mulier,col.12.ff.ſolu.ma.Pau.de Caſ.conſ.17.poteſtas col.2.vol.j.eſt verum, quòd confeſsio debet eſſe probabilis, poſsibilis,& veriſimilis,& forte hac ratione dixit Bart.in.d.§. fi.quòd regula illa in ciuilibus locum habet,non in criminalibus,quia oportet quòd huiuſmodi ſit, de quo aliàs late Bononien.in.l.j.numero.61.ff.de quæſtio. & in .l. ſi confeſſus.ff.de cuſto.reo.& vt omnia intelligas,neceſſe eſt etiã quòd ſit certa, quoniam ſi incerta aliàs,ſecus.l.certum,in prin.ff. de confe.Bar.in.l.admonendi,col.7.ad fi.ff.de iureiu.

**V.B.** Si eſſet facta in carcere,vel in tormentis.quid iuris?

**MAN.** Non valeret,niſi ratificata.d.l.ſi confeſſus.

**V.B.** Ex confeſsione datúrne actio, perinde ac ſi ſententia lata fuiſſet?

**MAN.** Datur,caſus eſt.in.d.§.fi.& quia in iudicio quaſi contrahitur.l.3.§.idem ſcribit.ff.de pecu.l.de ætate.§.j.ff.de int.ac. Spe.in ti.de accu.in.§.j.nu.19.&.20.

**V.B.** Ergo extra iudicium facta,non releuabit?

**MAN.** Non,quia non eſt lit.conteſtatio tunc,nec confeſsio nec ſententia diffinitiua.l.fi.§.neceſsitate,& ibi glo.magna ad medium.C.de boniſque lib.c.dudum,de elec.

**V.B.** De qua confeſsione intelligemus,quoniam à te multotiẽs audiui præceptor,quòd eſt multiplex?

**MAN.** Verum eſt,oris euidentiæ rei,& contumaciæ, vt no.in.c.

nullus,



nullus,de præſump.ſed prædicta intelligenda ſunt proprie in confeſsione oris.

**B.G.** Si ſit facta lit.con.non per confeſsionem, ſed per negationem,quid faciet iudex?

**MAN.** Reum abſoluet.l.qui accuſare.C.de eden. ſicuti enim in confeſſum nullæ ſunt eius partes, niſi in condemnando.d.§. fi.ita erunt in abſoluendo,ſi neget.d.l.qui accuſare,Butigel.in l.ſciendum,in vlti.col.ff.de verbo.ob.& ad regn.videnda ſunt multa quæ congerunt Bononien.in ſingu.201.& cum ipſis ét finiemus,incip.in confeſſum,per totum.

### *Deliberatio.*

## Ad .c. ſi quis iratus.2.q.3. Dialogus 112.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

**V.B.** ESTNE verum præceptor optime,quod dicitur in.c.ſi quis iratus.2.q.3.quòd ĩ actu reiterato,ꝑſumatur deliberatio?

**MAN.** Veriſsimum,immo quòd qui bis, vel ſæpius quid facit, videtur velle contra id nihil opponi poſſe, quòdque ſæpe factum nitatur æquitate,nec poſsit retractari.c.non ſine, de arbi.c.olim,de reſcrip.Bal.in conſi.Schiſma.quod eſt poſitum in titu.C.ſi quis aliq.teſta.prohi.col.14.Cur.ſeni.conſil.50. memoriæ,nu.327.& in not.q.inueſtituræ,quòd ſi adſit ſermo duplicatus in ea,& clauſulãrum geminatio,ipſius effectus amplia bitur,conſi.49.memoriæ,nu.53.54.55.

**V.B.** Dubitatum fuit inter nos his diebus,ad propoſitum, ſi ſit facta geminata confeſsio extra iudicium, nunquid probet & præiudicet confitenti.

**MAN.** Et pulchra quidem fuit dubitatio, ſed quid à uobis poſtea deciſum?

**V.B.** Nihil,idque tuæ determinationi relictum eſt.

**MAN.** Vana igitur fuit diſputatio.

**V.B.** Immo non, quia hincinde rationes adducebantur, licèt quiſque ſibi ſapiat,& blandiatur,nec veritatem præpudore fateri audeat,etiam quòd conuincatur.

**MAN.** Si veritatem non ignoratis,ſic diſsimulantes,quid eſt, ꝙ

à me

à me ipſam ſcire deſideratis?

**V.B.** Quia ſic magis explendeſcit in lucem, vt not.in.c.cum Io-
annes, de fi.inſtru.& vt victus vinci non erubeſcat poſtea, gau
deatque victor quòd recte ſenſerit.

**MAN.** Faba igitur hæc in caput meum cudetur, quoniam ægre
fert ſemper is, contra quem dicitur.

**B.G.** Tu Dominus, pater, & præceptor, quicquid dixeris, qua-
lecũque id fuerit, bene erit dictũ, eueſtigioque ambo quieſce-
mus tuis dictis.

**MAN.** Si ſic eſt, dicã, verumque erit dictum ad idem, & preſertim
quòd quamuis facta extra iudicium parte præſente & ſine cau
ſa non probet.l.cum de indebito.§.fi.ff.de proba.no.plene, in
l.generaliter.C.de non nu.pe.& in.c.ſi cautio, de fi.inſtru. pro
bat tamen geminata, habetque vim confeſsionis iudicialis.l.cũ
ſcimus, & ibi Bar.C.de agrico.& cen.lib.10.ſed iudicialis va-
lida eſt, & probationem inducit, vt per glo.in.l.j.ad fi.ff.de int.
ac.& Bal.in.l.ſicut.C.de repu.hæ.& Ro.conſ.290.in caſu, co-
lum.vlti.ergo.

**V.B.** Si ſit facta poſt terminum deliberatiuum, poteritne præ-
textu erroris reuocari?

**MAN.** Non, prima facie, quia non cenſetur erratum, vbi delibe-
ratio præceſsit.d.c.ſi quis iratus.glo.in.c.ex literis, de diuor.
Archi.in.c.fi.de iureiu.in.6. Tamen aduertendum puto, quia
immo etiam deliberando quis poteſt errare.l. de ætate.§.ex
cauſa.ff.de int.ac.& quia ſi hoc eſſet verum, nec etiam confeſ-
ſio facta poſt lit.conteſtatam hoc prætextu poſſet reuocari, &
nihilominus reuocatur.l.error, cum ſimilibus.C.de iu.& fact.
igno.idem Ro.conſi.391.vt præpoſita conſultatio, col.j.late
Iaſ.in.l.j.col.2.C.de erro.cal.& ibi ante eum Alex.idem Iaſ.in
d.l.error, in fi.concludentes tamen in.d.locis, quòd non de fa
cili debet admitti erroris allegatio, niſi adhibita cauſæ cogni-
tione, & maiori quidem, quàm aliàs poſt Io.And. in.c.fin.de
iureiur.& But.in.c.fi.de confe.

**B.G.** Si placet, de iſta reiteratione, eò redeuntes vnde diſceſsi-
mus, ſeu geminatione, quia vtilis materia eſt, aliqua nobis di-
cere non dedigneris.

**MAN.** Libentiſsime, dummodo mihi ſuccurrant.

**B.G.** Cui ſuccurrere debent, ſi non tibi? qui multa vidiſti, mul-
to tempore, docuiſtique multa.

**MAN.** Ego bene vidi multa, & docui, ſed exciderunt, nec poſ-
ſunt



ſunt memoriæ omnia teneri.

**B.G.** Aliqua ſcire cupimus, non omnia, ſuccurrentque tibi, vt
alia, & ſine dubio quidem feliciter.

**MAN.** Poſtquàm ita putatis, idem facere non differã, & breuiter
dicam, quòd adeo verum eſt, huiuſmodi reiterationes & ge-
minationes, magnam propoſiti firmitatem arguere, vt ſi quis
ex interuallo bis confitearur pecuniam ſibi numeratam fuiſ-
ſe, non poſsit excep.non numeratæ pecuniæ obijcere.c. ſi cau
tio, & ibi Abb.in fi.de fi.inſtru. & ſi in venditione dicatur, qđ
venditor donat, ſi res plus valeat, illud plus, quòd non habe-
bit locum remedium.l.2.C.de reſcin.ven. quia reſultat gemi-
natus cõſenſus, vt per Abb.conſi.71.in hac cauſa, col.pe.vol.
j.& idem in quietationibus geminatis, ſeu reiteratis, inquit
Paul.de Caſ.vbi multa, conſi.387.factum ſic ſe habet, col.pe.
& fi.vol.2.& in verbis enunciatiuis regulariter non proban-
tibus.l.ex hac ſcriptura.ff.de dona.quæ tamen probant, ſi ge-
minata fuerint.l.cum ſcimus, allega.etiam ſupra & ibi Bar. C.
de agrico.& cen.lib.10.idem Pau.in.d.conſi. verba etiam ſta-
tutorum, vt habeatur quis pro ciue, fictioné important.c. cũ
haberet, de eo qui mit.in po.cau.rei ſer.l. ſi maritus.§. legis Iu
liæ, & ibi Bart.ff.ad legem Iuli.de adul.idem in.l.ſi is qui pro
emptore.ff.de vſuca.Bal.in prohe.ff.orum, in fi.prin.& tamen
ſecus ſi dicat, ſit & habeatur.l.2.§. furioſum.ff.de iu.codi.An-
ge.in.l.in negocijs.ff.de regu.iu. Feli.in.d.c.ſi cautio, col.10.
de fi.inſtru.ſed forte hoc idem dicitur communiter, quia ver-
bum illud ſit, ſubſtantificum eſt, & ſui natura veritatem impor
tat.l.mercis.ff.de verbo.ſi.Bar.in.d.§.legis, Bal.in conſi. ſchiſ-
ma.poſito.C.ſi quis aliq.teſta.prohi.col. 11.Iaſ.in.l.ſerui ele-
ctione, in.§.j.ff.de lega.j.& in.l.cætera, in.§.item quæritur, in
prin.ff.eo.melius igitur facit aliud ad ſupra dicta, quòd vidua
non perdit legatum, ſi nubat, quanuis dixerit teſtator dummo
do caſte viuat. c. Nicena ſynodus 31.diſ.tradit Bar. in.l. mu-
lier, in.§.cum proponeretur, ad fi.ff.ad Treb.& in.l.fi.in fi.C.
de indic.vidui.tol.& in.§. cum igitur, in prin.in authen.de nó
eligen. ſecun. nuben.in prin. & tamen ſi bis nupſerint, ſecus,
vt per Ange.in.§.hæc de Deo, in fi.in authen. quomo.opor.
ep.& Alex.in.d.§.cum proponeretur, & Feli.in.d.c. ſi cautio.
fuſius Bononien.in ſingu.nouis. 577. mulier, col.2.ad quod
etiam aduertendum puto, quia forte dictum Ange.adhuc pro
cederet, quando teſtator dixiſſet, ſi caſte & honeſte vixerit, ex
quo

quo tranſire ad tertia vota, non ſatis honeſtum eſſe videtur, immo ſignum incontinentiæ quàm maximum, ſed quando dixerit ſolum, ſi caſte vixerit, putarem adhuc nos eſſe in caſu. d. c. Nicena.

**V.B.** Ponamus (ſi te interrũpo præceptor, ignoſce, quoniam expedit hęc ſcire, quotidiana enim ſunt, nec ſiléntio inuoluenda, vt dicitur in.l.legaui. ff.de libe.le.) quòd teſtator dicat, ſi caſte & honeſte vixerit, ac vidualem vitam ſeruauerit, quid iuris erit in caſu iſto, poterítne nubere?

**MAN.** In ſcirpo nodum quæris Vlyſſes, quis dubitat, quòd hoc caſu legatũ amittet, ideo ne contriſtetur anima mariti (vt aiũt, & probatur in authen.cui relictum, & ibi Bal.col.pe.C.de indic.vi.tol.) per tranſitum ad ſecunda vota, verba pręditta adijciat, quia aliàs non priuaretur legato, poſſet nubere, & ſic anima mariti (vt diximus) cõtriſtaretur, & ad longum Bononié. vide in loco de quo ſupra.

**V.B.** Sequere, quoniam mihi perſuaſum eſt ſatis quod ſcire optabam.

**MAN.** Hæc ſufficiant, omnino enim finiebam, niſi me interpellaſſes, & præſertim quia de reiteratione & geminatione alibi etiam multa dicta fuere.

**V.B.** Dic ſaltim hoc vnum mihi, nudiuſtertius, hęreticus neſcio quis, paratus corrigi, non fuit in carcerem detruſus ad perpetuam pœnitentiam agendam, vt eſt regulare. c. excommunicamus.§.ſi qui, de hære.ſi relabatur, erítne audiendus?

**MAN.** Non, caſus eſt in.c.ſuper eo, & in.c.accuſatus, de hære. in.6. idem Feli.in.d. c.ſi cautio. Abb.in.c.at ſi clerici, in prin. col.11. de iudi. & facit quod habetur ultra eum, in.l.3.C.de ep.audi.& in.c.ad abolendam, de hære.& in.c.cum non ab homine, de iudi.& in.l.defenſionis facultas.C.de iu. fiſci.lib.10. Calde.conſi. 2. Iudæus, in prin.de Iudæ.Et in publicanis dictu mirabile eſt, quòd licèt pro extorſione pœna capitis haud puniantur.l.licitatio.§. quod illicite.ff.de publica. ſecus tamé eſt, ſi ſæpius & iterato hoc faciant.l j.& ibi Bar.C.de ſuperexacto. lib. 10. & ad propoſitum noſtrũ multa etiam tradit Soci conſi.15.viſis, col.8.vol.1.Gramma.deci.66.in cauſa, nu.56. Regien.conſi.128.factum, nu.13.vol.2.& alij, quos longum eſſet referre.

Laici



## *Laici Clericis infeſti.*

## Ad.c. Laici. 2. q. 7. Dialogus 113.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** SI PER tractum & inuitum coram Iudice incompetenti, confeſſio facta ſit, compelletur ne in ea perſiſtere?

**MAN.** Non, nec ex ea conſequenter indicium ſufficiens ſurget ad torturam, caſus eſt in.c.at ſi clerici, in prin.& in ver. ſi vero de iudi.inducendo, vt per Abb.ibidem, col.5.immo (vt ſubijcit) præſumptio eſt, quòd metu fuerit extorta.

**B.G.** Tamen metus, quantum ad iſtud, non præſumitur regulariter, niſi probetur.l.ſi cũ exceptione.§.in hac actione.ff.quod met.cau.l.tranſactionem.C.de tranſac.l.ſciendum, cum ſimilibus.ff.de verbo.ob.

**MAN.** Pręſumitur, quia laici oppido infeſti ſunt clericis.c.laicos c.laici.2.q.7.& hoc eſt quod dicit Abb.& bene, & ibidem etiã col.3.& in.c.de cætero, in prin.de teſti.quòd ſi de crimine criminaliter agatur, adhuc ratione prædicta, non teſtificantur cõtra clericos, idque etiam tex.in.capi.teſtimonium, iuncta glo. 11.q.prima.

**B.G.** Quid è contra?

**MAN.** Idem, ſi ingeratur pœna ſanguinis, aliàs teſtificantur clerici contra laicos, in defectum teſtium, ne malus vt bonus reputetur, & quia ratio ſupra dicta in clericis ceſſat, qui patres ſpirituales ſunt laicorum, præſumptionem ſanctitatis habentes, quod non eſt ſic in laicis.c.abſit.11.q.3.c.duo ſunt genera, 12.q.j.& fuſius idem Abb.in.d.c.de cætero.

**V.B.** Contra prælatum promouendum, admittetúrne laicus excipiens, ſi de crimine, vel alio defectu agatur?

**MAN.** Non, indiſtincte, niſi ſit patronus, vel parrocchianus, vt not.in.cap.vt circa, de elect.in ſexto, Innocé.in cap.ſuper his, de accu.

**V.B.** Ergo nec indiſtincte laici clericis præſumuntur infeſti, nec ratio generalis.

**MAN.** Immo ſic, hocque caſu admittuntur iſti, quoniam ipſorũ

MAN. R intereſt,

intereſt, habere bonum prælatum.c.audacter.c.qualis.8.q.j.c. nullus.61.diſ.& quia ſi admittitur laicus, proſequẽs ſuam, vel ſuorum iniuriam.d.c.de cætero, fortius admitti debet, quando inſtat pro ſalute animæ ſuæ, & ne eccleſia vergat in peiorẽ ſtatum, & quia parrochiani tenentur etiam alere rectorem in defectum.c.omnis Chriſtianus, vbi glo.not.de conſecra.diſ.j. not.in.c.j.& in.c.de his, de ec.ædifi. Abb.plene in.cap.ex parte Addæ, col.5.de teſti.& in.c.illa, in prin.de accu.

**B.G.** Ponamus, quòd Monachi alicui⁹ monaſterij Abbate mortuo compromittant in laicum, vt eligat, idque faciat & pronũciet, & ſtatim Monachi conſentiant, tenebítne pronunciatio & laudum?

**MAN.** Multis rationibus firmat Archi. quòd non, & potiſsimũ iſta, & bene, quia cum laici ſint oppido infeſti clericis, non debet eis tribui facultas nocendi, in.c.ſi ergo, col.2.8.q.j. alias nõ refero, quia non expedit.

**V.B.** Nunquid in donatione iuris patronatus, facta laico, requiratur conſenſus Epiſcopi?

**MAN.** Abſque dubio.

**V.B.** Ratio?

**MAN.** Quia laici ſolent grauare magis eccleſias (quod maxime facit ad propoſitum) quàm clerici, & ſenſit in terminis Ioan. And.in.c.j.col.2.de iure pat.in.6.& maxime mirandum eſt ad propoſitum, quòd ſectæ diuerſitas inducat odium inter eos, qui eſſe nihilominus deberent amore coniunctiſsimi, l.& ſi legibus.C.de epi.audi.l.fi.de ſponſa.Iſer.in cõſti.Neapo.de maleſi.clan.reſe.nu.10. Vnde legitur etiam in.c.j.de ſepul.refert Capici.deci.23.adhuc per literas, nu.6.quòd vita laicorum clericis eſt paſsio, mors vero conſolatio, & male, nec iſtud ibi legitur ſignanter, ſed eſt Abb.dictum, qui hoc ipſum notat, poſt Abb.antiquum in.d.c.j.in.2.colu. & ruditer facere videtur ad ſupra dicta, quoniam aliam interpretationem habet, quòd vita laicorum ſcilicet, clericis ſit paſsio, propter labores, quos ſuſtinent, ſed mors ſolatium, quia percipiunt etiam temporalia, vt in ſimili in.l.mater.ff.de iu.do. & in.l.fi.C.de inſti. & in.l.j. C.qui de his qui ante aper.tabu. Abb.plene in.d.cap.j.Sed pro complemento ſciatis velim, non ab re forte, laicos oppido infeſtos eſſe clericis vt ſupra quia eccleſiæ in dies ditantur, & laici ab oneribus ſtrangulantur, quorum eſt querela antiqua, & iſtud quidem quia eccleſiæ, onera non ſubeunt perſonalia, vel





mixta, aut extraordinaria.l.placet.C. de ſacroſanc.ec. authen. item nulla communitas, de ep.& cle.Bal.conſi.246.antiqua, in prin.vol.3.

**V.B.** Venit mihi vnum tantum in mentem, quod tua indiget reſolutione, poſtea tacebo, & finies.

**MAN.** Quid hoc eſt?

**V.B.** Iſtud breuiter, quia habemus quòd cõcubina, licèt ab vxore parum differat.l.item legato.§.parui refert.ff.de lega.3.non tamen mutat forum originis.l.cum quædam puella, & ibi glo. quam omnes not.ff.de iu.om.Iudic. an idem ſit in concubina clerici.

**MAN.** Eſt magna diſputatio in.d.loco.

**V.B.** Scio quidem, & tu etiam diſſeruiſti ſæpe.

**MAN.** Ergo ſcis quid tenuerim.

**V.B.** Non recordor præciſe, nec ſcripta eiuſdem legis habeo.

**MAN.** Impreſſa eſt cum alijs.

**V.B.** Tranſeat, dic tu nunc præceptor, ſi placet, quid tenendum.

**MAN.** Credo, ſepoſitis multis, quòd ſit ſemper de foro clerici, ſi non alia ratione, iſta ſaltem, ne per laicos ſcandalizentur, quibus (vt diximus ſupra) ſunt exoſi & oppido infeſti, & eſt opi. æquior & verior, & fuſius vt in.d.l.cum quædam puella, not. vbi in ſpecie Iaſ.colum.vlti.& alij poſt eum magis communiter ita tenuerunt.

## *Spoliatus.*

## Ad.c.reintegranda.3.q.j. Dialogus 114.

VLYSSES BASSIANVS BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

**V.B.** SI remedium.c.reintegranda.3.q.j.intentetur, erítne lit. con.neceſſaria?

**MAN.** Sunt opiniones.

**V.B.** Quæ verior?

**MAN.** Quòd neceſſaria ſit, vt per Archi.ibidem, Bar.in.l.naturaliter, in.§.nihil commune, in.3.q.vbi etiam Alexã.col.pe.ff.de acqui.po.Saly.in.l.fi.C.ſi per vim, vel alio mo.Deci.in.c.bonæ, col.8.de ap.Iaſ.in.l.naturaliter.§.nihil commune, col.24.

ff.de acqui.po.& videtur caſus in.c.2.vt lite non.con.

**V.B.** Quid debet lite conteſtata probare agens remedio.d.canonis?

**MAN.** Antiquiorem poſſeſsionem, quomodocunque poſtea ad aduerſarium abſque facto ſuo peruenerit, quia tũc re ipſa ſpoliatio probata dicetur, vt per Bal.in.l.pe.col.fi.C. ſi a non compe.Iudi.& in.l.ſiue autem, in.§.ſi duobus.ff.de pub.Abb.in.c.olim.j.de reſti.ſpo.& in.c.ſi diligenti, col.4.de præſcrip.Inno.in.c.ſæpe, de reſti.ſpo.plene Alex.conſi.6.circa, col.2.volu.3.Deci.conſi.49.& pro tenui, in.2.pariter, volu.j.& conſi.62.in cauſa, in princi.eo.lib.Pau.de Caſ.conſi.105.in quæſtione, in prin.vol.j.

**B.G.** Remedium prædictum habétne locum, tam in laicis agentibus pro rebus ſecularibus, quàm in clericis?

**MAN.** Quidam ſenſiſſe videntur, quòd non, maxime glo.in.c.cum ad ſedem, de reſti.ſpo.nec ab re, quoniam perſonæ eccleſiaſticæ & res, ſunt magis fauorabiles, & magis priuilegiatæ.c.2.de do.& con.c.j.de cle.coniu.in.6.

**B.G.** Tamen reſtringitur generalitas dicti canonis.

**MAN.** Verum eſt, & propterea Bar.in.l.ſi coloni.C.de agrico.& cen.lib.10.poſt Inno.in.c.ſæpe, vbi etiam Ioan.And.tenuit cõtrarium, idque etiam But.in.d.c.cum ad ſedem, ex quo vtroq; caſu eadem eſt ratio & bene, & fuſius Alex.conſi.præallega.& Corn.conſi.18.viſa, col.2.volu.j. & Alexandri.olim collega, conſi.4.ſeries, col.j.& communem opi.teſtatus eſt Seyſel.poſt multa, in.l.rem quæ nobis, col.2.ff.de acqui.po.& quòd detur antiquiori poſſeſſori, qui à poſſeſsione cecidit ſine vlla cauſa, & ad alium vicioſe peruenit, vel etiam ſine vicio, bona fide, nouiſsime tradit Calca.conſi.75.in prædicta cauſa, col.1.& hac ratione pinguius & generalius prouidet, quàm alia remedia, & eſt nouum, & à remedio.d.l.ſi coloni, maxime differens, vt per Corn.in.d.loco, col.1.nonnihil Bononien.in.c.in literis, nu.33.de reſti.ſpo.& nu.59.& Abb.in.cap.paſtoralis, col.4.de cau.po.& prop.

**V.B.** Ponamus quòd agens non habeat niſi vnum teſtem de poſſeſsione deponentem, poterítne deferri iuramẽtum in ſupplementum probationis?

**MAN.** Pulchra interrogatio eſt.

**V.B.** Tua reſponſione præceptor digna.

**MAN.** Multum mihi tribuis Vlyſſes.





**V.B.** Et cui tribuere debeo magis, quàm tibi, à quo didici multa, quæ neſciebam, immo ſi quid in me eſt, id totum tibi acceptum refero.

**MAN.** Moderationi animi tui eſt aſcribendum, agens enim aliàs non agit, niſi patiens diſpoſitum ſit, fruſtraque ſparguntur ſemina, niſi ſulcus fuerit præmolitus. Hor ad propoſitum noſtrum, miſsis his, vt aliqua ex parte tibi ſatisfaciam, dico quòd ſic, quoniam (vt inquit Bar.in.l.admonendi, in pe.col.ff.de iureiu.& not.in.l.j.C. ſi de mo.po.fue.ap.& in.l. momentaneæ.C.qui legi.perſo.ha.ſtan.in iudi.) cauſa poſſeſſorij non reputatur magna.immo plus dicit Alex.cõſi.91.in cauſa, col.j.vol.5.poſt Abb.in.c.fi.ĩ fi.de iureiu.quòd ſi agens à principio, petat ſibi ius & Iuſtitiam miniſtrari, poterit Iudex etiam non requiſitus hoc idem facere.

**B.G.** Dubitabam ego aliàs, nunquid remedium prædictum eſſet perpetuum.

**MAN.** Eſt vtique, & firmat Io.And.But.& omnes, in.c.ſollicite, de reſti.ſpo.Alex.cõſi.6.ſupra allega.col.5. Caſsiodo. deci.6. an poſſeſſorium, col.j.&.2.de reſti.ſpo.

**V.B.** Etiam precarium remedium eſt, & poſſet ad idem dubitari, nunquid cum eo iſtud.d.canonis concurrat.

**MAN.** Poſſet inquam, quoniam de ſingulis dubitare inutile non eſt, vulga.l.nemo.C.de ſumma tri.& fi.ca ſed iudicio meo res eſt ſatis clara, quòd non, quoniã cũ eo nec vllum aliud cõcurrit, & maxime quando actor vel ſuus author ab initio cecidit ab omni poſſeſsione ex proprio contractu, & vt plene Regiẽ. oſtendunt conſi.32.viſo, nu.8.volu.j.& conſi.21.lecta, nu.9.vol.j.Alex.in ſimili, iñ venditione, conſi.103.ſuper eo, col.2.volu.7.Caſsiodo.in permutatione, deciſio.4.fuit dubitatum, nu.6.&.9.de reſti.ſpo.& quia etiam.c.ſæpe, mentio à nobis facta eſt, eo.ti.ſcire debetis, quòd.c.illud, & canon.d.c. reintegrãda, ſunt fundata in æquitate, requirentia etiam ſpoliationem in principio, vt declarat Bal.conſi.489.proponitur, col.2.vbi alia ad idem etiam multa, & maxime quo ad intellectum. d.c.reintegranda, vol.j.nonnihil conſi.323.proponitur, col.2.pariter, vol.2.& conſi.321.ad euidentiam in prin, vol.3.

**V.B.** Certum eſt (vt hincinde dicunt Docto) quòd aliquando agitur interdicto vnde vi, aliquando actione quod metus cauſa, & nonnunquam remedio.d.canonis reintegranda.

**MAN.** Hoc idem in ſpecie dicit Bal.in.d.conſi.321.

V.B. Et bene, ſed cui ex his eſt magis ſimile?

MAN. Actioni quod met.cau.

V.B. Ratio?

MAN. Quia eſt in rem ſcripta, & in terminis firmat idem Bal.in conſi.præallega.col.2.vtilitaſque eſt (vt ſubijcit) quia ſicut in actione quod met.cau.à ſententia in eo iudicio lata appellatur l.ſi cum exceptione.§.hęc autem actio,& ibi not.ff.quod met.cau.ita appellatur à ſententia lata in iudicio poſſeſſorio, & canonis.d.c.reintegranda.

B.G. De rebus corporalibus planè expeditũ eſt, quòd in eis datur reſtitutio, verum de incorporalibus nihil dicitur, immo quòd tex.prædictus de corporalibus tantum loquitur, quid iuris igitur?

MAN. Licèt dicat corporalium reſtitutionem fieri, non tamen negat, quin fieri poſsit etiam in his, quæ ſunt incorporalia, quandoquidem ſit alio iure deciſum.c.nullus.2.q.2.l.pe.in fi.ff.de ſerui.Abb.in.c.cum eccleſia Sutrina, colum.8.de cau.po.& proprie.

V.B. Negligentia ſua quis à poſſeſsione cecidit, habebit ne locũ adhuc deciſio dicti canonis?

MAN. Soci.in.l.rem quę nobis, allega.etiam ſupra in.5.q.2.prin.ff.de acqui.po. quem referunt & ſequuntur Regien.conſi.69.circa, ad fi.volu.j.concludit quòd non, & bene, idemque vult But.in cap.cum ad ſedem, de reſti.ſpo.& in negligentia decem annorum exemplificat Caſsiodo.deciſio.5. in vna, columna 2.eo.titu.

B.G. Si bona fide rurſum poſsideat, & iuſto titulo, dabitur ne contra eum remedium.d.canonis?

MAN. Non, ſecundum Bar.in.d.l.rem quæ nobis, & Alex.conſi.118.in cauſa, col.2.vol.2.multa Alexandri.conſi.167.nu.9.vbi communem opi.etiam hanc eſſe teſtatur, & Afflic.in.c.j.in §.ſi Vaſallus, nu.43.ſi de feu.ſuc.cõt.inter do.& agna.in vſib.feu.Regien.conſi.49.ſi probatum, nu.11.vol.4.Tamen dubitat Caſsio.& aliter dicit, deciſio.7. concluſerunt, de reſti.ſpo.

B.G. Quid ſi errore cadat, eritne idem, quod eſt, quando cadit negligentia vt ſupra?

MAN. Non, immo ei ſuccurretur, quoniam errans non conſentit.l.ſi quis per errorem.ff.de iu.om.Iudic.Cur.iuni.conſi.131.circa, ad fi.& in ſimili, quòd eccleſia probare teneatur, ſe poſſeſsionem ex aliqua iniuſta cauſa amiſiſſe, poſt Innocen.





in.cap.ſæpe, de reſtitu.ſpo.determinat Bellame.deciſio.17.ſecundum.

V.B. Dixiſti inter loquendum humaniſsime præceptor, quòd eadem eſt ratio in priuatis, quæ eſt in clericis, quòdque deciſio prædicti canonis locum habet, vel pro rebus eccleſiaſticis agatur, vel pro ſecularibus, & ſic vtroque caſu vellem ſcire, quænam fuerit.d.canonis.

MAN. Non alia (credebam me dixiſſe, quod cum factum nõ fuerit, dicam nunc) niſi iſta, vt peccata corrigerentur, quẽadmodum in locis ſupra allega.legitur, & maxime in.d.c.cum ad ſedem, vbi But.& alij, de reſti.ſpo.ex quo æquum eſt, & conuenit, quòd in foro ſeculari etiam ſeruetur, vt ibidem, & in.c.poſſeſſor, de reg.iu.in.6.Veronen.conſi.59.omiſſa, nu 7.cauſarũ crimina.

B.G. De proprietate nihil diximus, igitur dubitaui aliàs ego, ſi articuli fiant, vel exceptiones producantur, tangentes ius proprietatis, nunquid admittantur.

MAN. Dubitatio eſt maxima, & opi.hincinde, Tamen affirmatiua videtur verior, & not.Bar.in.l.naturaliter, in.§. nihil commune, in.3. combina. plene Bellame.deciſio.36.contra agentem, per totum, & allegatur text.etiam ad idem in.c. paſtoralis, de cau.poſ.& prop.

B.G. In actionibus & remedijs competentibus nobis, habet locum præſcrip.toto ti.C.de præſcrip.30.anno.& in ſpecie in.l.omnes, & in.l.ſicut, & in.l.cum notiſsimi, eo.titu.finiſque eſt ipſarum, ſeu ipſorum, vt in homine mors, quid erit hoc caſu.

MAN. Et iſtud quoque præſcribetur.

B.G. Quanto tempore?

MAN. Annorum triginta.

B.G. Quomodo hoc ipſum eſſe poteſt, nõne dixiſti ſupra quòd eſt perpetuum?

MAN. Dixi, ſed perpetuum intelligitur, ideſt vſque ad.d.tempus, vt in locis ibidem allega.nouiſsime Soci.in.l.rem quæ nobis, in.8.q.ff.de acqui.po.Regien.conſi.47.in cauſa, nu.7.volumi.4.fuſius conſi.103.viſo priuilegio, nu.7.vol.5.

V.B. Adeo lata & diffuſa eſt materia poſſeſſorii, & remedii canonis prædicti, vt non poſsim adhuc quieſcere, dixiſti igitur etiã num ſupra quòd neceſſaria eſt lit.cont. probatioque antiquioris poſſeſsionis, & bene, & iſtud vltimum quoque Regien. nouiſsime tradunt, conſi.48.videretur, in prin.vol.4.ſed videtur

mihi quòd etiam ſpoliationis probatio quàm maxime ſit neceſſaria.l.i.§.deicitur.ff. de vi & vi ar.not.in.c. conſultationibus,de offi.de.imo,inquit Inno.in c.ſuper literis,de reſcrip.niſi hoc ipſum factum ſit, ꝙ inde condẽnatio ſequi non poteſt.

MAN. Eo ipſo probatur antiquior poſſeſsio, ſatis apparere dicetur de ſpoliatione re ipſa,ita vt alia probatione opus non ſit.l.pe.& ibi Bal.C.ſi à non compe.Iudi.l.coloni.C. de agrico.& cen.lib.10.Regien.conſi.12.in quæſtione, colum.pe.volumi.quarto.Qui dicunt etiam conſi.49.ſi probatum eſt, in princi.co.lib. ꝙ eo ipſo quòd antiquior poſſeſsio probata eſt, fundata videtur agentis intentio.

V.B. Duo ſolum reſtant præceptor,quibus reſolutis,te hac moleſtia liberabo.

MAN. Quæ ſunt hæc?

V.B. Vnum,ſi facto Iudicis,aliquis,ſine iuſta cauſa,& ordine iuris nõ ſeruato, à poſſeſsione ſua cecidiſſet, an dictum remedium habeat.aliud vero,an poſsit per Principem tolli.

MAN. Quoad primum breuiter dico,quòd ſic, caſus eſt in.c.ex inſinuatione,vbi But.& Immo.& idem dicit Bal.& Ange.in.l.meminerint.C.vnde vi.Feli.& alij, in.c. dilectus.j. de reſcrip.Regien.conſi.102.viſo proceſſu,col.pe.volu.5. & idem quoad ſecundum.l.2.§.ex his.ff.de ori.iur.not.in.l. ex hoc iure.ff. de iuſti.& iu.& maxime quia in rigore fundatum eſt, vt per Bal.in.l.reſcripta,in fi C.de preci.Impe.offe. pulchre Regien.conſi.48.videretur,col.pe.volu.4.ſed volo dare vobis caſum, licèt non petatis,nec dictum ſit,in quo non habet locum remedium.d.canonis,& eſt ſingularis, ſi ſacerdos ſpoliatus ſit corpore iam ſepulto,quoniam non erit tunc reſtituendus,vt vexatio humati euitetur,& ita obtentum fuit in Rota,de quo tamen ad ſaturitatem Gramma.videndus eſt,deciſio.82.num.3.vſque in fi.Aliud etiam generalius addentes in materia,quoniam interdicti vnde vi,tu Vlyſſes mentionem feciſti, quòd licèt à praticis reintegranda nominetur,differunt tamen valde, quoniam illud datur contra omnes poſsidentes dolo,aut alio iniquo titulo,remedium autem.d.c.reintegranda, contra eos, qui violentia expulerunt,vel deiecerunt, vel fieri mandarunt, aut ratam violentiam habuerunt.c.cum ad ſedem.c.ſæpe, alle etiam ſupra de reſti.ſpo.& vtilius quàm vnde vi.& vltimo,ꝙ in Gallia loco quærele nouitatis.d.remedio vtuntur, vt Ioa.Foncher.in pratica ſua teſtatur.c.86.

Iudex



## Iudex *ſuſpectus.*

## Ad.c.quod ſuſpecti.3.q.5.
## Dialogus 115.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

B.G. GRAVE eſt,coram ſuſpecto Iudice litigare.

MAN. Immo quòd nihil gratius & amabilius quis inimico dare poteſt, quàm ei committere,vt iudicet, quem lædere forte volebat,inquit Nicolaus Papa,Michaeli Imp.ſcribẽs, in.c.quod ſuſpecti.3.q.5.& de materia aliàs in .l. apertiſsimi.C. de iudi.Abb.in.c.j.col.8.de iudi.glo.optime in.c.ſecundo requiris, in fi.de ap.& hoc eſt quod dicitur etiam in.c.cum inter, de excep.dictumque refert Areti.conſi.29.diligenter,col.14.& Roma.conſi.521.circa,col.2.quòd ſuſpectis Iudicibus non ſolet ſedes Apoſtolica cauſas committere ex certa ſcientia.

B.G. Sed nunquid vniuerſitas, aut ſynodus, ex cauſa recuſari poſsit.

MAN. Poteſt.c.licèt,de fo.compe.clem.paſtoralis.§. Piſana, de re iudi.ego in collegio,apoph.363.his diebus,verum eſt,ſi remotis ſuſpectis,remaneret in perfecto numero, requiſito ſecũdum qualitatem cauſæ.iuxta not.per Abb.in.c.3.eo. tit. quòd propter ſuſpicionem quorundam,tota recuſari non poſſet, argu.in.c.fi.de procu.& in.c.dilecto,de teſti.& in regu.vtile, de regu.iu.in.6.& in.c.gratum,de poſtula. præla. & in.l.ſicut .ff. quod cuiuſque vni.no.idem Abb.in.d.c.j.col.4.de iudi.

V.B. Si factum eſſet manifeſtum,quid iuris?

MAN. Diſtinguo,quòd aut eſt manifeſtum,prout differt à notorio,quia probari poteſt,& tunc Iudex recuſabitur, aut manifeſtum notorium,quod probatione non eget, & iſto caſu ſecus,ita glo.quam ibi etiam not.Abb.in.c.propoſuit,de ap.

V.B. Sed ad idem poſſet rurſum dubitari, cum ſit notoriũ actus permanentis,& actus tranſeuntis, quo caſu intelligatur deciſio.d.c.quod ſuſpecti.

MAN. Aperit pulcherrime Abb.& iuſtum paſſum declarat in loco præallega.in fi.quòd procedat in notorio actus trãſeuntis, quoniam tunc probationes recipiuntur.c.ſicut, de re iudic.c.manifeſta.

manifeſta.2.q.j.& in illis recipiendis Iudex poſſet partem grauare.ſubijciens,ſecus eſſe in caſu.d.c.propoſuit, quoniam ibi agitur de notorio facti permanentis,& vbi pœna determinata eſt à lege,quid ſit autem notoriũ facti permanentis,& actus tranſeuntis,vide Bar.in authen.qui ſemel, nu.16.C.quomo.& quando Iud.

**B.G.** Quia feciſti mentionem.c.propoſuiſti,nónne ibi no.quòd quis cogitur reſpondere,coram vno Iudice?

**MAN.** Vtique,ſed non quòd illum recuſare prohibeatur, vt per glo.in.c.ad hæc,de reſcrip.& Inn.in.c.ex tranſmiſſa, de ſo.cōpe.etiam quòd eſſet Iudex datus motu proprio, vel Legatus de latere,ſecundum Abb.in.c.cum olim.2.ad fi.de offi.dele.& in.c.nouit,de ap.plene Deci.in præallega.c.propoſuit,in prin.

**B.G.** Certum eſt,ſi Iudex,ſit conſanguineus partis,quòd poteſt recuſari.c.poſtremo,de ap.vellem ſcire,quomodo hoc ipſum intelligatur,quoniam conſanguinitas hodie vſque ad quartũ gradum non extenditur.c.non debet,de conſan.& affi.

**MAN.** Licèt non extendatur,puto tamen vltra recuſari poſſe, quia ſemper affectio & dilectio prima remanet, & quia modica cauſa,etiã ſi ſit ſimplex familiaritas,repellit Iudicem.c.inſinuante,de offi.de.Abb.in.c.ſuper literis,col.7.de reſcri.Cal de.conſi.7.an amicitia, de ap.glo. in terminis, in.d.c.poſtremo,in verbo conſanguineus.

**V.B.** Si Iudex eſſet conſanguineus vtriuſque partis, haberétne locum recuſatio?

**MAN.** Non,immo iſto caſu par affectio ſuſpicionem remouet.l.non ſolum.§.de vno.ff.de ritu nup.tradit glo.in præalleg.c.poſtremo.Ro.conſi.438.in cauſa,col.2.Spe.in.§.ſuper eſt,col.3.de Iudi.de.in ſimili Iaſ.in.l.generaliter,in.§.cum autem,col.2.C.de inſti.

**V.B.** Ponamus,quòd Princeps cauſam committat, recuſatione remota,poterítne recuſari Iudex,hoc non obſtante?

**MAN.** Videretur prima facie dicendum,quòd ſic,ſicuti quando committit appellatione remota, iuxta not. in.c.j.de reſcrip.Abb in rub.de ap.& probatur in.l.j.in.§.interdum .ff.à quib.ap.non li.Tamen contrarium verius eſt,ex quo hoc,idem eſſet tollere defenſionem,quæ eſt de iure naturali, & tolli non poteſt,clem.paſtoralis,de re iudi.& licet commiſsio ita facta ſit,intelligitur tamen de leui,non de iuſta & graui, vt in.c.ad hæc,de reſcrip.dictumque fuit virtualiter,ſupra tradit Spec.in ti.de



ti.de recu.in.§.j.multa Franc.in.c.poſtremo,de app.& Bononien.ſingu.292.nihil eſt,per totum,& idem dici poſſet ad obiectum,de quo tamen in rub.præallega.& in.d.c.j. Vel & aliter, quòd quamuis appellatio tolli poſsit, non tamen tolli poteſt recuſatio,vt per glo.Bar.& Docto.in.l.fi.C.de ſen.& in.l.j.C.ne li.ter.prouo.& in locis ſupra allega.& ad recuſationis propoſitum ſcitote,quòd eſt in ſcriptis porrigenda.

**V.B.** De hoc eſt caſus (ni fallor) in.d.l.apertiſsimi.

**MAN.** Verum eſt,& in.l.cum ſpeciali,co.ti.ſed quare eſt, quòd in ſcriptis porrigi debet?

**V.B.** Neſcio.

**MAN.** Hoc verbo nulla ſoluitur quæſtio,inquit Bal.in.c.j.in.§.fi.in fi.de lege Corra.in vſib.feu.ſed tamẽ iſtud ipſum tibi declarabo requiritur enim mi Vlyſſes peramate,quòd in ſcriptis porrigatur,vt validitas & inualiditas proceſſus iudicetur,quia propoſita recuſatione nõ debebit Iudex procedere ſuper principali,& vt per Abb.latius in.c.quoniam contra,col.7.de proba.nonnihil,quòd in ſcriptis dari debeat, licèt non per modũ libelli,idem Abb.in .c. prudentiam, in.§.ſexta, colum .3. de offi. delega.

**B.G.** Si quis in cauſa (ad materiam) daret aliquos ſuſpectos,nõne ſaltem omnes alios dare videretur confidatos?

**MAN.** Abſque dubio,& è contra.l.cum ita legatum,& ibi Bald. per illum tex.ff.de condi.& de.

**B.G.** Arbiter etiam,arbitrator,procurator,tutor,curator,teſtis, & ſimiles,deberent poſſe reuocari.

**MAN.** Quis dubitat?

**B.G.** Et tamen arbitri (mitto alios) communi conſenſu partium eliguntur.

**MAN.** Verum eſt,ſed nihil officit,quominus recuſentur .l. non diſtinguemus.§.cum quidam.ff.de arbi.c.ſuper quæſtionum.§.2.&.3.de off.de.Calde.conſi.6.an officiales,de ap.

**V.B.** Dixiſti,quòd in ſcriptis porrigenda eſt recuſatio, & ſuſpicionis cauſa alleganda,eſtne probanda aliter?

**MAN.** Non, vt not. in.d.l.apertiſsimi, & in.l.quia poterat, ad Treb.Bar.conſi.105.inquiritur,col.j.Bal. conſi. 472. ſtatuto, col.3.vol.j.loquẽdo maxime de iure ciuili,vt ibidem, & in.d.l.apertiſsime,& licèt omnia hæc vera ſint, & quòd regulariter recuſatio permiſſa ſit,notandum tamẽ puto pro ſigillo, quòd contumeliam facit Iudici,qui eo relicto,vadit ad alium,vt inquit

quit glo.in.c.placuit.11.q.j.quòdque ordinarius recuſari nō poteſt,ex quo recuſatur ſpeciali fauore,in caſu.l.j.C.quando Impe.int.pu.& vi.& ibi glo.& de materia in.d.l.apertiſsimè.

## *Falx in alienam meſſem.*

## Ad.c. ſcriptum eſt in lege.6.q.3. Dialogus 116.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

**V.B.** AEQVITAS naturalis,inuito Domino, prohibet tranſitum per agrum alienum, & ne quis ponat falcem in alienam meſſem.c. ſcriptum eſt in lege.6.q.3.c.2,j.diſ. Bal. in.l.j.in.§.j. in prin.ff.de rei uen,in not.q. Ancha.conſil.157.ſummæ prudentiæ, col.2.

**MAN.** Bene dicis Vlyſſes, pulchrioremque decidit idem, conſi. 320. primum dubium, col.2.quòd Imperator, ſiue eius Comites palatini, non poſſunt ſubditos alienos ad actus legitimos habilitare, & ad ſucceſsiones alios legitime uenientes ab inteſtato excludere,exquo negari non poteſt, quòd non exerceant iuriſdictionem in perſonam ſibi non ſubiectam,& male, vt in.d.iuribus,& in.l.extra territorium, de iu.o. Iudi.& hoc eſt quod in genere dicit etiam Bal.quòd vnus non debet ſe intromittere de iuriſdictione,vel officio alterius, vel ſit Iudex, vel notarius, vel quíuis alius officialis, in.l. repetita.C.de ep.& cle.Et idem Ancha. in repe.c.canonum ſtatuta,col.8. de conſti.quòd in his quæ ſunt commiſſa Doctoribus, puta in approbando & reprobando ſcholares,nihil poſſunt ſtatuere,tanquàm de iure alieno,& de aliena meſſe.& quia ſic darent magiſtris legem,quod omnino prohibitum eſt.c.cū inferior, de maio.& obe.c.qualis.8.q.j.cum ſimilibus, & Zancti.in.c.i. col.15.de accu.quòd ſolénitas authen.hoc ius porrectum.C. de ſacroſanc.ec.in alienatione rei eccleſiaſticæ,non eſt ſeruanda,ex quo non potuit Imp.ponere falcem in meſſem alienam idque etiam Abb.in.c.inter alia de immu.ec. & ego alias in.c. quæ in eccleſiarum,de conſti.ad id de quo ſupra quòd iuriſdictio vni conceſſa,non debet per alterum turbari,exemplo confirmari poſſe oſtendebam,quoniam Ozias Rex lepra à Domino



no percuſſus eſt,ex quo incenſum Deo adolere voluit, quod officium tamen erat Sacerdotum, & legitur Paralipo.2.c.26. necnon CHRISTI,cum ementes & vendentes de templo eieciſſet,temporalem iuriſdictionem exercens.& ſe ipſum ſacrificandum præbuiſſet,velut hoſtia,quæ ad ſacerdotem pertinet. c.cum beatus.45.diſt.c.eiciens.88.diſ.c.ex multis.j.q.3.c.accuſatus.j.2.q.7.c.requiritis.j.q.7.& Leui.c.14. Immo quòd nec prædicare poteſt quis in aliena parrochia,niſi inuitatus, vt in cle.dudum,in.§.ab olim,& ibi Car.not.colum.j.de ſepult.nec miſsio in poſſeſsionem fieri in aliena diœceſi,ex quo ſcandalū generatur,& offenduntur leges.d.c.ſcriptum eſt in lege.c. venerabilem,de elec.c.Imperium.10. diſt.l. ſicuti.§.Ariſto.ff.ſi ſerui.ven.Fede.de Sen.conſi.16.capitulum eccleſiæ cathedralis,colum.vlti.

**V.B.** Si impetraretur à Principe,poſſet ne tunc quis mittere falcem in alienam meſſem?

**MAN.** Poſſet vtique,& ita præciſe.q.decidit,& determinat Bal.filium ſcilicet ſui iuris non poſſe exemplariter ſubſtituere patri vel matri furioſæ,ex quo nulla lex permittit,& cum hoc idem non faciat, nec nos ( inquit ) permittere debemus, quoniam eſſet ponere falcem in aliená meſſem, & male,niſi à Principe impetretur.l.humanitatis,col.10.C.de impube.

**V.B.** Quarum rerum igitur periti ſumus,in his dūtaxat diſputandis,tractandiſq; verſemur,quarū vero ſumus rudes,eas Doctoribus concedamus,neque profeſsionem alienā nobis vindicemus,inque meſſem alienam (& ſic ad propoſitum) mittamus falcem,ne ſutores vltra crepidam iudicemus.

**B.G.** Eraſ.plene,chilia.2.centuria.2.quam quisque norit artem.

**MAN.** Chiron etiam,cum Herculem ſuſcepiſſet hoſpitio,armaque eius tractaret,ſagitta in pedem excidit,ex quo vulnere vlcus factum eſt inſanabile,ita vt mortem quoque obierit, & cū Ptholomæus philoſophus præſtantiſsimus, de cæteris diſciplinis ſcripſiſſet,theologiam,phiſicemque omiſit, quia ſupra ingenij ſui captum,eas artes iudicabat. Dixitque ſic diuinus ille Moſes,vt cum eo finiamus,quemadmodum cœpimus, Si
„ introieris in vineam proximi,comedes vuam, & implebis ani
„ mam tuam,nihil autē exportabis,& rurſum,ſi in meſſem pro-
„ ximi tui veneris,non immittas falcem, ſed ſpicas in manibus
„ tuis colligas.Deuterono.c.23.& poſt leges Platonis, Euſeb.
„ de euange.præpa.lib.13.c.vlti.

Renun-

## Renunciatio.

## Ad.c.quam periculoſum.7.q.j. Dialogus 117.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** PRIMOgenitura,quæ competit filio primogenito,etiá patre viuente,potéſtne in alium transferri,donando,vendendo, vel aliter tradendo,eidemq́ue renunciari?

**MAN.** Põt,& periculoſa eſt renũciatio quidẽ,qm̃ ad eã poſtea regreſſus non datur immo, ꝗ põt & ad hæredem tranſmitti.l.ſi ex pluribus.ff.de admi.tu.Ancha.conſi.82.dicta, col.3.de quo iure iſtius primogenituræ habetur Gene.c.j.& quòd periculoſa ſit renunciatio,ratione prædicta,probatur ex eo etiã, quod dicit Abb.in.c.j.col.2.de cle.coniu. quòd ius ſemel extinctũ, amplius non reuiuiſcit,licèt cauſa extinguens ceſſet,ſignanter per tex.in.d.c.quàm periculoſum,& in.c.quæris, de conſe.diſ. 4.& habetur vltra eum,in.c.cum pridem,vbi glo.de pact.& in l.cum proponas,& in.l.ſi quis iuſiurandum.C.de reb.cre.& in l.poſtquàm liti.C.eo.& in.l.quæritur,in.§.pe .ff. de ædi. edic. & in.l.qui res,in.§.arcam.ff.de ſolu.aliquid Ro.conſi.273.clarum,col.2.& conſi.326.in præſenti,col.2.

**B.G.** Dicit etiam Ancha.conſi.174.dominus, col.j.quòd adeo verum eſt,quem amittere ius ſuum renũciatione, vt habeatur pro mortuo,& conſi.180.viſa,in prin.& conſi.279.quæſtio, in fi.& conſi.339.pro maiori,col.pe.& quòd renunciatio debet inuiolabiliter obſeruari,conſi.433.poſtquàm,col.2.

**MAN.** Et bene,idq́ue à ſimili in iure hypothecæ,idem Ro.cõſil. 187.in re præſenti,in prin.& longe magis ſi ſit facta cum iuramento, authen. ſacramenta puberum,& in corpore vnde ſumitur.C.ſi aduer.ven.idem Ro.conſi.190.clarum,col.j.

**V.B.** Ponamus quòd ſit facta de omni iuris auxilio, comprehéd éturne tantũ auxilium à iure ciuile proueniens,quo vtimur, an vero etiam id,quod prouenit à iure municipali?

**MAN.** Vtrunque,ex quo indeffinita æquipollet vniuerſali.l.ſi pluribus.ff.de lega.2.Vel quia iuris appellatione ſimpliciter prolati, etiam ius municipale comprehenditur,vt per Bal.in.l.

illa



illa inſtitutio.ff.de hæ.inſti.& in.l.conſtitutionis .C. de bonis q́ue libe.But.in.c.Quintauallis,de iureiu.late Ro.conſil. 251. clariſsime,col.2.Beneficium ad propoſitum etiam vacans, per liberam reſignationem, non poteſt rehaberi,ſine noua collatione,immo permutans ius in eo vere perdidit, ſecundũ.D. de Rota,deciſio.23.fuit dubitatum,col.2.in nouis.

**V.B.** Si ſpoliatus renunciauit ſuo beneficio ſponte in manibus ſui iudicis,& prælati,amittit ne ſic renuncians poſſeſsionem, vel proprietatem?

**MAN.** Vtrãque,immo quòd obſtaret agenti poſſeſſorio, quod eſt magis priuilegiatum.c.acceptata, de reſti.ſpo.c.ſuper hoc, de renun.c.2.& fi.de ordi.co. & multo fortius agenti petitorio, ut ijdem D. de rota dicunt, deciſio. 352. ſi opponatur, in nouis.

**B.G.** De primogenitura mentionem feciſti, prius quam alia dicamus in materia,opto ego ſcire,an ſit dignitas.

**MAN.** Eſt ſine dubio,patet ex ſede,quia eam habet ad dexteram patris.d.c.quàm periculoſum,& ibi not.tradit Bal.in.l.ex hoc iure,col.3.de iuſti.& iu.

**V.B.** Ad rem noſtram redeuntes, volebat mater tranſire ad ſecunda vota,renunciauit tutelæ, poſtea pœnitet eam, an tutelam reaſſumat?

**MAN.** Fuit aliàs iudicatum,quòd ſic,& male, me clamante, q̃d contra ius hoc idem feciſſet,& eſt verum ex ſupra dictis, & in terminis ita decidit Bal. in .l. omnem, col.2.C.ad Tertulia.& in ſimili,in executore, in.l.deberi.C.de fideicom.lib.

**V.B.** Duo ſunt rurſus,quibus quis à beneficio remouetur,primum eſt periurium, ſeu periurij crimen.c.querelam, de iureiu.c.cum non ab homine, de iudi.c. peruenit, de fideiuſſo. ſecundum vero,ſpontanea renunciatio.d.c. quam periculoſum c.audita,de reſti.ſpo.an ex his alterum ſufficiat?

**MAN.** Non dubito,caſus eſt in.c.ex parte,& ibi Abb. in.j. not. de reſcrip.not.q.determinat etiam Fede.de Sen.conſi.5.quidã col.j.quod qui tranſit ad ſecundum monaſterium,uidetur iuri ſibi competenti quoad primum in totum renunciare.

**B.G.** Reuertor parumper ego ad ius primogenituræ,& quæro, quo modo Iacob conſequi potuerit benedictionis beneficiũ, & quo modo id perdiderit Eſau. cum Iſaac non intenderit ipſum benedicere,nam à ſimili conſecrans, & non intendens cõſecrare, non conſecrat.

MAN.

**MAN.** Nil aliud dici poteſt, vt ibi not.& ſirmat Leonar.de Vti-no, in ſermo.de Fortu.col.19. niſi quòd id fuerit non virtute benedictionis paternæ, ſed quia Eſau id poſtea ratificauit.& ideo aliter Bononien. male locuti ſunt, in. c.1. col. 30. de re. permu.in.6.& uariat Seyſel.in.l. ſtipulatio hoc modo concepta,col.6.ff.de verbo.ob.

**B.G.** Non diſplicet,ſed dic quæſo, quot priuilegia habet primogenitura?

**MAN.** Secundum glo.in.d.c.quam periculoſum,tria.

**B.G.** Quæ?

**MAN.** Videbis poſtea,nunc non recordor præciſe, quòd etiam declarant Docto.in.l.pactũ quod doctali. C.de colla.pleniſsime Bal.in.l. cũ antiquioribus, col.5.C.de iu.deli.& in.l.liberti,aliquid, col.7.C.de ope.lib.& conſi.389.cõſuetudo,col.2.vol.2.& Nath.in repe.c.quamuis, col.3.fallen, 5.de pac.in.6.& licet non recordari dixerim,ſuccurrere tamen nunc, quòd ea ſint, precedere, ſedere ad dexteram patris, & habere eſcam duplicatam.

**V.B.** Si placet preceptor, dic aliqua de primogenitura iſta, quæ delectant,& vtilia ſunt.

**MAN.** Dicam, & maxime, quòd eiuſdem conſuetudo in Gallia valet,propter pacem & quietem,quæ magis vni, quàm pluribus appropriatur,vt per Albe.in prohe.ſſorum,& in.l.ex hoc iure.ff.de Iuſti.& iu.Gui.Pap.conſi.131.circa,col.5.quòd iure à Melchiſedech, vſque ad ſacerdotium Aaron,omnes primogeniti erant ſacerdotes, & Deo victimas imolabant. *Et quod* denique hæc eſt primogenitura, quam vendidit Eſau fratri Iacob,vt in.d.c.quàm periculoſum,traduntque Hebræi,& ſtudetur Abb.Vrſpergen,quando de Regibus Aſsyriorum loquitur,regno Armanitris.& Bal.in.d.l.cum antiquioribus,col.5. Mirabile dictu etiam eſt,quòd ius primogenituræ non conſideratur,ex quo ea forma defertur,vt non diuidatur, argu.in.l.quædam mulier.ff. fami.her.& in.l. Carmelia pra.ff.de iu.pat.& in c.licèt,de voto,Bal.in authen.ex teſtamento,col.pe.C.de colla.Qui in propoſito inquit etiam conſi. 275. quod pro regula,col.2.vol.2.quod conſuetudo diſponere poteſt, quod primogenitus ſuccedat, quamuis in Iacob & Eſau fuerit ſeruatum contrarium.& plus, quod ſi non eſſemus in terminis diuinæ diſpoſitionis,poſſet dici,teſtamentum Iſaac non valuiſſe,veri vt ſupra tenuimus,id non ex benedictione patris eſt,ſed ex ratificatione



tificatione Eſau fratris.Et intellectum tradit Io.Pariſié. in tracta.de primogeni.in.3.q.primi lib·quòd in.d.c.quàm periculoſum,verba narratiua ſint, quòdque nõ diſponant,iuxta not. in.l.vnica.C.quando non peten.par.& male,ex quo in eis ſundata eſt principalis intentio legiſlatoris, cle.literis, de proba. & dixi late alibi, licèt præciſe memor non ſim nunc, quo in loco.

**B.G.** Hoc ſolum reſtat, filia renunciauit iuri ſibi competenti in bonis patris,& conſequenter legitimæ, cum iuramento, poſtea à patre inſtituitur,& onere fideicommiſsi grauatur,poteritne amplius legitimam petere?

**MAN.** Non, quoniam eidem ſemel renunciauit.c. quamuis, de pac.in.6.Bononien.in.c.Raynucius, col.24.de teſta.& ex ſupra dictis ſatis ſuperq; liquet,ideo nec in hoc, nec quo ad alia, aliter inſiſto.

*Vnus.*

## Ad.c.in apibus.7.q.j.
## Dialogus 118.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS MAN.

**V.B.** SICVTI ars,ſeu artificium,tanto melius eſt,quanto magis naturam imitatur.l.ſi pater, in fi.& ſeq.ff.de adop.ita ciuitas ſi ſic regatur,melius regitur,quia magis imitatur naturam. c.quoniam in plæriſque, de offi.or.c.in apibus.7.q.j.vbi apes, & grues,& multa,ratione carentia, ſibi Regem vnum conſtituunt,tradit Bar.in tracta.de regi.ciui.in.2.col.

**MAN.** Locuſtæ tamen non habent Regem, vt legitur Prouerbio.c.30. & ad propoſitum adeo verum eſt quod dixiſti, vt iuriſdictiones Regum,immo iuriſdictio ipſa in genere,ſit de iure gentium,ex inſtinctu quodam naturali,vt præſint hominibus,& male facta coherceant, licèt ea, quam habent magiſtratus, ſit de iure ciuili.l.2.§.poſt originem.ff.de ori.iu.l. ex hoc iure, & ibi Bal.in.j.col.ff.de Iuſti.& iu.idem Bal.in authen.habita,in.12.C.ne fi.pro pa.

**B.G.** Scirem libenter,quid velint ſibi verba,poſita in.d.c.in apibus,quòd grues vnam ſequuntur ordine literato.

**MAN.** Nil aliud,niſi quòd Y. literam,euolantes faciant, ſed quare ſic exorſus es tu Vlyſſes,argu.ſumpto ex.d.c.in apibus?

**V.B.** Vt te excitarem ad aliquid dicendum,quod ad declarationem conducat.d.canonis.

**MAN.** Profectò latiſsimus dicendi campus eſt.

**V.B.** Scio, ſed breuitate (vt ſoles) vti poteris,qua & tibi,& nobis,ſatisfactum ſit.

**MAN.** Et ita faciam,vt iubes, ſcitote igitur quòd Ariſto.3.politico.dicebat,principatuum ſex eſſe genera,Monarchiam,Tyrannidem,optimatum,quæ etiam ariſtocratia nuncupatur,Diuitum,politiam,& Democratiam.

**V.B.** Non intelligo,niſi exemplifices.

**MAN.** Faciam quàm libentiſsime,& quantum potero, breuitati ſtudebo, Monarchia ergo,eſt principatus vnius,& ita loquatur tex.in.d.capi.in apibus, & in quolibet Rege poteſt exemplificari, ſui regni monarcha,& maxime Siciliæ.cap.ſcitote.6.q.tertia.ca.duo iſta.23.q.4.l.poſt liminium.ff.de capti.& hinc eſt, quòd Roma condita ſimul duos Reges habere nõ potuit.l.fi.ff.de re.diui.Ancha.conſi.339.pro maiori, colum.2.& Old.conſi.69.conſueuit, colum.prima, & conſi.67.quæſtio, in princi. Dixitque Dario conditiones afferenti Alex. neque terram duo Soles,neque Aſiam duos Reges ferre poſſe, nec nihil Feli.in.c.quæ in eccleſiarum,col.36.de conſti.Bal.in authen.habita, col.10.C.ne fi.pro pa.Bar.in.l.j.col.2.C.de metropo.beri.lib.10.

**B.G.** Nónne quandoque tamen, duo fuerunt Imperium adminiſtrantes.

**MAN.** Fuerunt vtique, Seuerus & Antoninus,Diocletia.& Maximianus,& alij,ſed de facto,nõ de iure. Vel & aliter, vt per glo.in.§.nunc autem.21.diſ.latius Imo.in.l.fi.per illum tex.col.6.ff.de hæ.inſti.Cy.in.l.digna vox,in prin.C.de legi. dixi ego libro.1.c.11.enchiri. Si dubium quoque facti eſſet,quis primogenitus foret,apud ambos ſimul reſideret Imperij adminiſtratio,vt not.in.l.Arethuſa.ff.de ſta.ho.Bald.in authen.ex teſtamento, ad.fi.C.de teſta. & ad propoſitum hic princeps vocatur.c.1. & ibi multa Barba.colum.11.de proba. debetque potens eſſe,& iuſtus, vt audaces coherceat.ca.factæ ſunt.4.diſ.& innocentes tuti ſint,nec ab improbis vexentur,expilentur,opprimantur.c.regum.23.q.5.& ſcientia primum illuſtris,quoniam Rex ſapiens (vt dicitur Prouerbio.20.) ſtabilimentum

eſt



eſt populi.ex quo Alphonſum primum,olim Neapolis Regẽ interrogatum,cur literis,maxime ſacris,tam accurate operam nauaret,reſpondiſſe ferunt,Por que il Rei non lettrado,es aſno coronado.ideſt,quia Rex illiteratus,eſt quaſi aſinus coronatus, non ſecus ac malus medicus, vel imperitus Sacerdos, quorum vnus corpora perimit,alius vero animas, & ad idem ſciendum eſt,regnum virtute partum,glorioſius eſſe, quàm ſi hæreditate obueniat,magnique eſſe,naſci Regem,ſed maximũ ſe dignũ regno præſtare,& ſi vult tutò regnare denique ſumma ope niti debet, vt beneuolentia potius ſit,quàm armis,ſtipatus.& ita regnum adminiſtret,vt hoſpites (quemadmodum Iſocrates ait) non magis ipſum ob Imperium prædicẽt,quàm ciues fortunatos dicant, qui in tali regno viuunt.Sed ad inſtitutum redeuntes,tyrannides,quam Græcè φαλαρισμον appellamus,huic contraria eſt,& principatus peſsimus, de quo Prouerbio.29.Cum impij ſumpſerint principatum, gemit populus.&.28.Regnantibus impie,ruinæ hominum. Vnde forte diu viuere non poſſunt, feliceméque eum cenſebat Chilo Lacedemonius Periandro ſcribens,cui in ſua domo, abſque ſanguine mori contingat, & Thales mileſius,interrogatus, quid eſſet difficile vidiſſe,inquit Tyrannum ſenem.

**V.B.** Certe Tyranno nihil formidabilius, nec belua vlla nocentior.

**MAN.** Adeo odioſum eſt Tyranni nomen,vt crimen læſe maieſtatis in eum non committatur.

**B.G.** Eſto quòd ſit Tyrannus, dominium tamen habet.

**MAN.** Habet,ſed non eſt legitimum, & hac ratione in eum non committitur,vt per Archi.in.cap.felicis, de pœn.in.6.Pau.de Leaza.in clem.paſtoralis,de re iudica.Gramma.deciſio.6.Magnificus,colum.4.memini me legiſſe etiam, quòd pluribus populorum legibus,licebat Tyrannum interficere,quamuis fuiſſet pater.neminique ſtatuam erigi debere, niſi illi, qui patriam à tyrannide liberaſſet.Caligula Tyrannus fuit,quo neminem fuiſſe legimus,qui humilius ſeruiſſet,& crudelius imperaſſet,et nõ ab re tumultu populari perijt, & Ceſonia ſimul vxor cum filia,quam vnicam habebat, vt omnis eius ſtirps ſimul cum ipſo periret,& extingueretur. Abolitæque imagines Domitiani,edicto publico,& cautum amplius, de ipſo loqui non poſſe,vt ſimul cum eo memoria omnis aboleretur pariter. Ariſtocratia eſt(vt diximus)optimatum, & paucorum quidem,

 re-

regentium,& optimates dicti erant olim, quaſi optimi pro cõmunitate exiſtentes, alioque nomine, patres conſcripti, qui erant centum prius à Romulo conſtituti, appellati patres ſimpliciter, poſtea à Bruto alij centum adiecti, & hac ratione vocati patres conſcripti, author eſt Liuius.11. ad vrbe condita. Item Senatores à ſenectute, de quibus in.l.fi.C.de pe.hære.& in quibus (vt inquit Iob.c.12.) eſt ſapientia,& in longo tempore prudentia, ita vt Roboam, quia iuuenum conſilia audiuit, decem tribus etiam perdiderit, & certe ſenes ſunt ſemper honorandi, quoniam tempore præcedunt, vt in Mundo, ortus occaſum, in ſeculo, principium finem, & in vita, generatio corruptionem,& melius eſt vmbra ſenum, quàm gladius iuuenis.l.ſenium, & ibi Pau.de Caſ.in prin.C. qui teſtamen.fa.po. & poteſt in Repub.noſtra D. Venetorum exemplificari. Mala eſt diuitum gubernatio, vt olim Athenienſium, Oligartica ſcilicet, quoniam ciuitas depopulatur, extenuantur pauperes & opprimuntur. Politia virtuoſa, cum per multos mediocres pauperes & diuites, ſine perſonarum acceptione regitur,& Timocratia dicitur, quæ eſt in minoribus locis, appellaturque communitas,& de qua in.l.omnes populi.ff.de Iuſti.& iu. Democratia vero & vltimo loco, quæ huic opponitur,& eſt popularis poteſtas, quando per multos mediocres, adhuc ciuitatem regentes, ſolum commune bonum humilium intenditur, ita vt exinde contingat etiam, quòd abiectior plebs, & ignobile vulgus, in nobilitatem inſurgat, eamq; ſeditione non æſtuatem, opprimere tentet,& audeat,& de his ſatis, ſed ad exornationem.d.cap.in apibus, ſciatis pulchrum verbum dici ſolitũ, quòd ab Imperatore omnis iuriſdictio temporalis deriuatur, non ſecus ac riuuli multi ab vno fonte, vel à Sole radij, vel ab arbore rami, quorum omnium tñ vnitas in origine ſeruatur. c.loquitur.14.q.1. Ancha.conſi.310. tres domini, colum.5. quòdque non eſt in vniuerſo, niſi vnus Imperator, Romanus ſcilicet, ſicuti etiam vnus Papa, immo vnus Deus.l.2.§.nouiſsime.ff.de ori.iu.l. inter claras.§. omnes autem ſacerdotes. l.j.§.& quicunque.C.de ſumma tri.& fi.catho.c.ſolitæ, de maio.& obe.Roſel.de pot.Pa.colum.3. multa Afflic.de alie.feu.pa.in prin.nume.41.in vſib.feu.Pet.Iaco. Galliau.in tract.lib. de præiudi.ac.in rem per quam quæritur an aliquis ſit ſeruus, colum.7.hinc poſſet quæri, nunquid regimen hoſpitalis poſſit duobus committi, ſed me remitto ad not.per Lap.de caſtel.

in



in tracta.hoſpita.colum.5.aliàs numero ſexto.

V.B. Adeo plene locutus es præceptor, vt os aperire non audeamus, nihilominus dubitari adhuc poſſet, nam duo eliguntur Imperatores, vnus inuocat barones, vt ſecum Romam proficiſcantur, quia coronari vult, idemque facit alius, hij ſchiſma videntes, neutri obediunt, vnus ipſorum electorum coronatur, barones requiſiti qui coronationi intereſſe noluerunt, priuaríne poterunt vt culpoſi, ſuis feudis?

MAN. Credo quòd non, propter facti ambiguitatem, argu.in.l. duo ſunt Titij.ff.de teſta.tu.& in.l.in tempus, in.§.quotiens. ff.de hære.inſti.& in.l.de ſtatu.ff.de teſta.Afflic.in terminis, in c.j.in.§.fi.de pa.iu.fir.in vſib.feu.

B.G. Dixiſti ſupra & cum hoc finiemus, quoniam vere ſtateram tranſiliuimus, quòd quilibet Rex in ſuo regno eſt Monarcha.

MAN. Dixi & verum eſt.

B.G. Ergo Imperatorem non eſt mundi dominus, vt dicitur in l.deprecatio.ff.ad legem Rho.de iac.& in.l.bene à Zenone.C. de quad.præſcrip.

MAN. Licet Monarcha ſit in regno ſuo, non tamen eſt Imperator, vt dixi alibi, quoniam Imperium indiuiduum eſt, & ſicuti veſtis CHRISTI inconſutilis, ipſe vero ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis, ſecundũ Bal.in.c.j.in.§.fi.de prohi.feu.alie.per Fede.in vſib.feu.

*Ordinarius omnium.*

## Ad.c.cuncta per Mundum.9.q.3. Dialogus 119.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

B.G. DICI ſolet communiter, quòd Papa eſt Iudex ordinarius omnium ordinatoriorum.c. cuncta per Mundum.9.q.3. Abb.in.c.nonnulli, in princi.de reſcrip. & in.c.dilectus, col.3. eo.ti.& in.c.eccleſia S.Mariæ, nu.6.vt lite pen.& in pratica ſua col.4.Hoſti.in.c.nouit, colu.5.de iudic.eſtne verum etiam, ſi non recognoſcant ſuperiorem?

MAN. Eſt vtique.c.fi.de iudi.glo.in.c.ex tranſmiſſa, de fo.compe.Abb.in.c.nouit, de iudi.& in.d.c.fi.& in.c.j. de proba. Af-

S 3 flic.

flic.plene,in rub.quę ſint rega.nu.54.in vſib.feu.& in ſimili in Rege, idem dicitur, in.§.j.in authen.conſtitu. quæ de digni. Bal.in.c.j.col.5.hic fini. lex Corra. in vſib.feu. idem Afflic.in c.j.in.§.poteſtas,in prin.ti.præallega.quæ ſint rega. & in.ca.j. in prin.in.2.not.hic fi.lex Fede.co.lib. Et hac ratione ad propoſitum, cum ſit Papa Iudex & Dominus omnium, vt inquit etiam Hoſti.in ſumma,de cenſi.in.§.ex quibus cauſis, non mirum eſt,ſi quandocunque ſibi videbitur,exigere poterit charitatiuum ſubſidium,fuitq́ue deciſio Bellen.in tracta.de charitati.ſub.in.1.q.in prin.& ſi poterit eximere ſubditos ab ordinarii poteſtate,quod tenet Ancha.cõſi.132.in primo dubio,colum.2.Qui dicit etiam conſi.143.pro domina Paula, colu.2. quòd ſuper bonis eccleſiaſticis,quæ regulantur iure poſitiuo, pleniſsimam habet poteſtatem, idemq́ue etiam conſi.310.tres domini,columna ſecunda.Abb.conſi.57.in quæſtione,columna.1.volu.2.

**B.G.** Súntne Cardinales eidem ſubiecti?

**MAN.** Sunt, ſicuti omnes nationes, inquit adhuc Ancha.conſi. 281.in auxilium,col.2.

**V.B.** Si ſit facta generalis reſeruatio à Papa,certum eſt,quòd ordinarius non poteſt amplius ſe intromittere, reſeruata conferendo.c.ſi eo tempore,de elec.in ſexto,vellem ſcire,an reſeruatio valeat,quamuis conſiſtorialiter facta non ſit.

**MAN.** Glo.in.2.regu.cancella.in prin. tenet quòd ſic, & eſt verum,ratione prædicta, & etiam quia nulla lege cauetur,quòd conſiſtorialiter fiat.

**V.B.** Eſt rurſum regulare, teſtes repeti non poſſe publicatis atteſtationibus.c.fraternitatis,de teſti.quid in Papa?

**MAN.** Poterit ipſe hoc idem ſine dubio facere,vt ex multis oſtendit Soci.ibidem col.pe.46.caſu.

**B.G.** Cùm Deus ei dederit omnimodam poteſtatem in terris, dedítne ei poteſtatem peccandi?

**MAN.** Abſit à ſeculo,aliàs valeret lex, vel etiam conſuetudo tolerata, præbens materiam peccãdi, non dicendum.l.conuenire.ff.de pac.dota.Bononien. in tracta.de ſor.columna.13.vbi multa.

**V.B.** Fui interrogatus ego his diebus,an poſsit derogare iuripatronatus laicorum,quod habent ex mera gratia ſua.

**MAN.** Quid reſpondiſti?

**V.B.** Quòd poteſt.

MAN.



**MAN.** Et bene,eſtq́; in terminis deciſio D.de Rota, in ſuis.324. ſuppoſita,colum.2.in fi.in nouis.&.332.licet,colum.2.& pulcherrime declarat Car.in cle.ne Romani, in.§.irritum,col.3. de elec.quòd habet quãdam poteſtatem generaliſsimam, quæ fuit transfuſa à Chriſto in Petrum & ſucceſſores eius.

**V.B.** Si appelletur ad Papam,éſtne ius commune?

**MAN.** Eſt, de iure canonico,non ſpeciale.c. ad Romanam.2.q. 6.Iaſ.in.l.qui Romæ,in.§.Seia,nu.15.de verbo.ob.

**B.G.** Omnes eccleſiæ ſunt ſubiectæ Romanæ curiæ, quid in exemptis?

**MAN.** Exemptæ, ſunt ſpeciales Romanæ eccleſiæ.c.ſi Papa, de priuilegio.in.5.Abb.in.c.cum venerabilis, col.2.de conſue.ſi quis reſiſtat etiam Iudici delegato, ab eo puniri poteſt, cuiuſcunque conditionis & dignitatis ſit,quoniam repręſentat perſonam Papæ,cui totus orbis ſubeſt, & declarat idem Abb.in. c.ſignificaſti, nume.5.de offi.de. Qui dicit etiam in.c.paſtoralis,numero ſeptimo eodem titulo quòd delegatus gerit vices delegantis, quòdq́ue reſpectu delegati nullus clericus dici poteſt alterius fori,ex quo omnes ſubſunt Papæ,& in capitulo quia diuerſitatem,columna ſecunda de conceſsio. præben. quòd in collatione beneficij Papa concurrere poteſt cũ quolibet ordinario,Idemq́ue Ioan.de ſel. in tracta.de benefi.q.prima ſecundæ par.nume.10. Poſſet etiam ex priuilegio ipſius ſpeciali exigi charitatiuum ſubſidium,vltra taxam poſitam in extrauagan. Vas electionis,Benedicti.xij.vt per Bellen.in tracta.de charita.ſub.in.42.q.an valeat,colum.2.Et plus dicit Alexan.cõſi.70.viſo puncto, colum.vlti.volumi.4.quòd totus Mundus dicitur Papæ dioceſis,& poſt Bal.in.l.reſcripta.C.de preci.Impe.offe.ibidem,quòd omnia beneficia Mundi quo ad eum cenſentur eſſe manualia,& Bellame.deciſio.755.ſi rector, colum.2.quòd eſt ordinarius epiſcopus etiam immediatus,& non caſualis, vt Archiepiſcopus, & Innocen.in.c.inquiſitioni, ad fi.de ſenten. excommu. quòd nemini licet de eius factis iudicare. & Gemi.conſi.14.in hac cauſa, in princi. quòd licèt in eccleſijs ponantur ſpeciales prælati & adminiſtratores, remanet nihilominus generalis adminiſtratio penes Papam. Et Roſel.denique in tracta.de poteſta.Pa.quòd eſt vniuerſalis paſtor omnium populorum.

S 4 In

## *In bonam partem præſumendum.*

### Ad.c.abſit.11..q.tertia.
### Dialogus 120.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

**V.B.** GLO. in.c.abſit.11.q.3.quæ dicit,quòd ſi clericus amplectatur mulierem,debet id in dubio interpretari,vt benedictionis cauſa faciat,& meliorem partem, non in deteriorem,eſtne ſimpliciter vera,& ita ruditer intelligenda, vt iacet?

**MAN.** Non,ſed ad coniecturas recurrendum, ex quibus actus iudicetur licitus,vel illicitus,bonum vel malum.c.ex literis.c. tertio loco,de præſump.& maxime quia videmus alibi, quòd cum muliere confabulari prohibetur.in.c.clericus,& in.c.miniſtri.81.diſ.c.2.de cohab.cle.& mu.& in ſpecie declarat Abb. in.c.j.in fi.de cle.non reſi.in ec.& in.c.2.col.j.de regu.iu.& in c.quāto,col.3.de præſum.quòd tamē clerici ſanctiores, quàm laici præſumantur,& patres ſpirituales ipſorum,per.d.c.abſit, tenet idem Abb.in.c.de cætero,col.j.de teſti.quāuis aliter inducat Ro.in ſingu.ſuis.397.quis debet, &.d.declarationē ad propoſitum ponit etiam Deci.in.c.cum non ab homine,colū. 5.de iudi.& glo.prædictam irridet Ange. de maleſi. in verbo Che m'hai adulterato la donna mia,col.3.& Pic.in.l. Titia,in §.Titia,col.89.de lega.2.& ruditer intelligit,vt iacet, Gallia. in.l.Centurio,nu.216.ff.de vulga.& pup.ſub. & Io. Villema. in.l.diuus,nu.74.pariter.ff.ad legem Cor.de ſica.

**B.G.** De iſta glo.fit etiam mentio in rub.extra de iudi.in illa.q. an ex oſculo præſumatur adulterium,& in rub.C.de eden.vbi & tu præceptor quoque multa dixiſti.

**MAN.** Verum eſt,& concluſionem illam,ſecundum dictā gloſ. Docto.reſtringebant,quòd quamuis ad adulterium inferatur, & mulier dotem perdat.c.tuæ,& ibi Bal.de procu.non inferatur tamen,ſi cum clerico inuenta ſit idem facere,& male, ac ab omni rõne alienum in caſu illo,quoniam de oſculo luxurioſo intellexit Bal.& de mammillarum tractatione.c.j.§.j. & ibi gl. quib.mo.feu.amit.in vſib.feu.& quoniam vtrobique dixi ſatis,nunc de induſtria tranſeo.

Monachus



## *Monachus.*

### Ad .c. ſtatutum .18 .q.j.
### Dialogus 121.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** QVICQVID acquirit filius,acquirit patri de iure fforū l.placet,vulga.ff.de acqui.hæ.adeo vt nec momento acquiſitū apud eum remaneat,vt ibi dicitur , & in.l.frater à fratre.ff.de de condic.inde.& non ab re,quia cum non poſsit acquiri contrahenti,nomine proprio,acquiritur ei,cuius vicem gerit , & ipſe adiectus videtur ad ſolutionem tantum.l.fina.C.per quas per.nob.acqui.Bal.in.l.cum quidam,col.3.C.de verbo.ſig.ſed an idem ſit in Monacho?

**MAN.** Quis dubitat? cum nec ipſe proprium habeat,ſeu habere poſsit,caſus eſt in.c.ſtatutum.18.q.j. Abb conſi.88. facti contingentia,col.2.vol.j.Bal.conſi.298.hæc materia,col.j. volu.j. idem Abb.in.c.in præſentia,col.15.de proba.

**V.B.** Si monachus clauſtralis vnius monaſterij efficiatur prior alterius prioratus,reuocabilis tamen ad nutum Abbatis , vel ſuperioris,hæreditas ſibi delata,vel bona aliunde ſibi obueniētia,acquirentúrne monaſterio principali,an vero prioratui?

**MAN.** Si bona prioratus ſunt diuiſa à bonis monaſterij, prioratui acquirentur,& ita decidit Fede.de Sen.conſi.35.quidā Monachus.quem refert & ſequitur Abb.in.d.c.in præſentia.colū. 23.de proba.rationes non adduco,quia videbitis vos poſtea, ſatisque eſt quòd deciſionem habeatis.

**B.G.** Ponamus quòd Monachus ſit fugitiuus,acquiretúrne monaſterio,ſi ipſe ſtipuletur,& ab alio poſsideatur?

**MAN.** Prima facie videretur dicendum,quòd non,arguendo de ſeruo ad Monachum.l.j.§.per ſeruum.ff.de acqui. poſſ.tamen contrarium eſt verius,ratione monaſticæ poteſtatis, vt etiam in filio dicitur,quia non eſt bona æquiparatio ſerui ad ipſum Monachum.l.quicquid.ff.de acqui.po.Ange.Imo.Pau.de caſ. Ro.& Alex.in.d.§.per ſeruum,in vlti.q.Bar.gl.in.l. ſi longius ff.de iudi.nec habet dubium.

**B.G.** Religioſus promouetur ad Epiſcopatum poſt promotionem,

mobilibus requiritur ſolénitas.d.c.aliàs non valet alienatio,
vt per glo.in.c.tua,de his quæ fi.à præla.Idẽ Abb.in.c.ad hæc,
in primo not.de teſta.& ex his ſumitur argu. (vt inquit idem
Abb.in repe.c.cum eſſes,col.7.de teſta. quòd quando legatur
res eccleſiæ,non valet legatum,nec quoad rem,nec quoad æ-
ſtimationẽ,ex quo cum difficultate alienatur,ſicut dicitur etiã
in prædijs Cæſaris.l.apud Iulianum.§.fi.ff.de legat.j. Oportet
etiam,quòd non ſolum ſeruetur forma , verum quòd aliena-
tio fiat in caſu à iure conceſſo , aliàs conſenſus non eſſet
legitimus.

**B.G.** Iam dixiſti,ſupra pater hon.

**MAN.** Dixi,ſed voluit glo.in ſumma præalleg.& in.d.c.ſine ex-
ceptione,ſufficere,formam fuiſſe obſeruatam, licet alienatio
non ſit facta in caſu licito,& ideo nouiſsime videndus eſt à no
bis Abb.in.c.quæ iu eccleſiarum,in vlti.not.de conſtitu.

**V.B.** Ponamus quòd euidentiſsime ſeſe oſtendat vtilitas,requi-
retur ne ſolénitas.d.c.ſine exceptione?

**MAN.** Ancha.dixit,quòd non,& ex multis probat, conſil.197.
ſubtiliter,col.2.aliàs ſecus , vt per Archi.in .c. nullus.17.q.4.
aliquid Burg.in.c.cum dilecti,col.j.de emp.& ven.nec emptor
habere dicetur canonicum titulum,inquit idem Ancha.conſi.
274.ad declarationem,col.2.Nec quo ad vtile dominium po
terit fieri alienatio,niſi ſeruata ſolénitate prædicta.c.nulli, de
reb.ec.non alie.c.j.&.2.eo.ti.in.6.Alex.conſi.9.viſo themate,
colum.j.volumi.3.

**V.B.** Quid in dimembratione eccleſiæ facta etiam per legatum
de latere,erítne omnino neceſſaria.d.ſolénitas?

**MAN.** D.de Rota,deciſio.229.in dimembratione,in nouis,vo-
lunt & concludunt,quòd ſic.eſt verum,quòd neceſſaria non
videtur,ſicuti nec ſupra quando de euidenti vtilitate eccleſiæ
notorie appareret,ſi fundus relictus ſit fratribus minoribus,
vel ſi eccleſia ſit per fideicommiſſum grauata,vt ipſum alienet
Bar.& Bal.poſt Iacob.de Are.in.l.apud Iulianum, in.§.fi.ff.de
lega.j.& in.l.ſed ſi res,& in.l.fideicommiſſa,in.§. ſi ſeruo.ff.de
lega.3.Feli.in.c.in præſentia,col.26.de proba .Lap. allega.26.
diſputat primo Bononien.ſingu.132.in alienatione.

**B.G.** Cùm in rebus eccleſiæ alienandis,tam magna ſolénitas re-
quiratur,neſcio an decepta vltra dimidiam iuſti precij, habeat
remedia contractus reſcindentia.

**MAN.** Habet,ſecundum Alex.in.l.ſi quis cum aliter.ff.de verb.
ob.



ob.not.in.c.cum cauſa,de emp.& ven.& ad propoſitum.d.c.
ſine exceptione,dicit Bar.in.§.quæcunque vero , col.2.in au-
then.de alie.& emphy.quòd ſatis eſt quòd ſeruetur ſolénitas,
de qua ibi,ex quo authen.hoc ius porrectum.C.de ſacroſanc.
ec.ſublata eſt.

## *Exemplum.*

## Ad.c.mulier. 15. q.j.
## Dialogus 123.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** QVARE eſt,cum animalia & bruta ſenſu careant, & ra-
tione.l.j.§.j.ff.ſi quad.pau.fe.di.ꝙ nihilominus propter crimẽ
» aliquando puniuntur,vt in.c.mulier,ibi,& pecus morte mo-
riatur.15.q.j.& Leui.20?

**MAN.** Quia ſic flagitio contaminata, indignam facti reſricant
memoriam vt text. met dicit, in præallega.c.mulier, quod
tamen non perpendit Corſe.in ſingula.pœna , incipi. aliqui
diuidentes. nec qui tenuerunt in.l.imperium .ff.de iur. om.
iudi.quòd merum exerceatur in beluas.nec Barba.in tracta.de
præſtan.Car.in.9.q.j.par.col.3.& conſi.64.ſcribitur,col.3.vo
lu.j.nec in.c.quærenti,col.6.de offi.delega.nec in.c.at ſi cleri-
ci,in prin.nu.132.de iudi.& minus Guid. Pap.deciſio.238.ſi
animal,nec Bononien.in.l.j.col.7.ff.ad legem Cor. de ſica.&
in.l.vnius,in.§.cogniturum,col.pe.ff.de quæſtio.& in prati-
ca,in.§.diligenter.numero.167.nec Ro.in.l.ſi vero,in.§.de vi
ro,fallen.46.ff.ſolu.ma.nec Caſſane.conſi.j.col.40.47.48.nec
Bermon.choueron.in tracta.de pub.cõcubi.de fina. ſpecie for
ni.nu.11.& quòd crimen deteſtabile ſit,legitur etiam Deuter.
» 27.ibi,Maledictus qui dormit cum omni iumento.Solus Ar-
» chidiaco.igitur aduertit in.c.Cenomanenſem,col.2.56.diſ. &
» Nicola.de ly. in expo.c.9.Gene.ſuper illo verbo,Sanguinem
» enim animarum veſtrarum requiram de manu omnium be-
ſtiarum.& Baldui.elegantiſsimus interpres,Inſti.ſi quad. pau.
fe.di.col.2.vbi alia ſcitu digna etiam refert.& vltimo loco ma
gnus ille Theologus Fran.Geor.in lib. proble. ſec.7.de præ-
cep.ſecundæ tabu.nu.396.& prius nu.347.

V.B

V.B. Quamuis id (vt dixiſti præceptor) in deteſtationem criminis ſit,& in exemplum,omnino omni alio caſu eſt regulare,vt leges tranſcendantur.l.per omnes.C.de defen.ciui.

MAN. Veriſsimum eſt,et not.amplius Inno.in.c.j.de conſti.ſed quia diximus nos in multis locis,& ex adductis ſupra ad ſaturitatem hoc ipſum videri poteſt,tempus aliter vobiſcum nunc non conteram.

*Senatus.*

## Ad .c. Eccleſia. 16.q.j. Dialogus 124.

VLYSSES BASSIANVS, BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, MAN.

V.B. VOLO quòd hodie breuis ſit collocutio noſtra, familiariſque ſermocinatio ſolita,nam de Senatoribus aliquando dictum eſt à nobis,à quibus ſine dubio Senatus quoque eſt inde etiam appellatus,ſcirem libenter,an eccleſia Senatum habeat?

MAN. Hebet,caſus eſt in.c.eccleſia.16.q.j. vbi ad literã dicitur,
„ Eccleſia habet Senatum cœtum presbyterorum,ſine quorum
„ conſilio nihil Monachis agere licet.& paulo inferius,ibi,Se-
„ natum quoque Romani habebant,cuius conſilio cuncta age-
„ bant,& nos habemus Senatum noſtrum cœtum presbyterorum.& ad idem dicit Bellen.in tracta.de charitati.ſub.q.66.Papa,col.j.quòd Cardinales Senatoribus æquiparantur.Scyſel. in.l.j.col.4.ff.de off.eius.

B.G. Sed quomodo habet eccleſia Senatum,cum nõ habeat po.Ro.vt not.in.l.fi.C.de pe.hæ.& in.l.Imperium.ff. de iuriſdic. omnium Iudicum?

MAN. Licèt non habeat po.Ro.Senatum,habet tamen Senatorem,qui tantum poteſt hodie,quantum olim centum illi patres de quibus in.d.l.fi.vt ibi per Cy.Vnde cõſequens eſt etiã, quòd eccleſia omnino quoq; habeat,nec cauillari poteſt text. in.d.c.eccleſia.c.Conſtantinus.86.diſ.Barba.in tracta. de præſtan.Cardina.q.j.col.15.nu.44.45.

B.G. Quis eſt qui loquitur in.d.c.eccleſia?

MAN. Diuus Hieronymus.

B.G. Ergo fuit Cardinalis, quod tamen multi diſputant,& adhuc



huc ſub Iudice lis eſt,ex quo ponit ſe in numero Senatorum, quando dicit,& nos quoque Senatum habemus,& aduertit Barba.in loco præallega.

MAN. Et male iudicio meo,dixique in.d.l.imperium,in.2.lect. nu.45. quoniam non in numero Cardinalium ſe ponit, ſed presbyterorum,& dicit,ut etiam ſupra relatum eſt, & nos habemus Senatum noſtrum cœtum presbyterorum, nulli autẽ ignotum quòd diuus Hieronymus erat presbyter, igitur & rurſum male.

V.B. Senatus condítne leges?

MAN. Condit.l. non ambigitur. ff. de legi.not.in. l.j.ff. de officius.& in præallega.l.imperium. immo (vt ibi dicitur) quòd Senatui ſolum,Principi,& præfecto prætorio,hoc idem conceditur,& eſt meri imperij maximi,& plus quòd aliquando etiam Senatui aſcribitur, quando dicitur,Hæc oratio in Senatu recitata eſt. vt in.l.j.in prin.ff.de reb.eo.Senatus cenſuit. & ſimile. Vnde etiam Senatus conſulta appellata fuerunt, non ſecus ac olim in Græcis urbibus Geruſia,ideſt cõuentus ſenũ.

B.G. Senatuſcon.hæc,nitunturne æquitate, an uero rigore?

MAN. Quandoque æquitate,interdum etiam rigore.

B.G. Quæ ſunt hæc,& quomodo cognoſcuntur?

MAN. Hoc modo,Tertulianum enim æquitate nititur, quoniã à rigore & ſubtilitate legis. XII. tabu. receditur, in ſucceſſione matris.

B.G. Adhuc non percipio.

MAN. Dicam clarius, lex. XII. tabu.non cognoſcebat matrem defuncti, quia non erat agnata.Senatuſcon. prædictum vero, ſtatuit contrarium,naturali æquitate inſpecta,intelligíſne.

B.G. Etiam.

MAN. Et ſi fuſius hoc idem ſcire cupias, vide Bal.in.l apud hoſtes, col.2.C.de ſuis & legi.rigore vero illud,de quo in.l.non ſolum,in.§.j.ff.de ritu nup.

B.G. Nec iſtud ſcio,niſi ipſum exponas etiam dilucidius.

MAN. Caſus.d.legis, clarus eſt.

B.G. Tibi forte præceptor,nobis autem obſcurus.

MAN. Declarabo & iſtud quoque, nam dicitur ibi,quòd ſi auus tutelam neptis ex filio emancipato gerat, & nepotis ex altero,quòd neptem nepoti in uxorem dare poterit, quoniã eſto quòd Senatus con.in materia, cuius nomen non habemus, & de quo in.l.Senatus, co.ti.& in.l. j. C. de int. mat. ſtricto iure contra

contra omnes tutores nitatur, attamen.d.caſu nuptiæ concedendæ ſunt, ſummæ affectionis auitæ intuitu, & quia par affectionis cauſa, ſuſpicionis fraudem amouet. Et ad propoſitum ac pro complemento, ſciendum eſt, quòd antiquitus quęlibet ciuitas habebat Senatum, ut not. in.l.exactores, de ſuſcep.& Ancha. lib. 10.quòdq́ue à Senatu vt ſupra Senator dictus eſt, quaſi ſanator, quia vulnera & curas reipub.ſanat. Vel & aliter, vt per Archi.in.c. fundamenta, de elec.in.6. nonnihil Luc.de penna, in.l.omnes Iudices, col.3.C.de decu.lib.10. & in.l.Senatorum, & in.l.ius Senatorum.C.de digni.co.lib.

## *Clericus.*

## Ad. c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Dialogus 125.

BARTHOLOMAEVS GRISANTIVS, VLYSSES BASSIANVS, MAN.

**B.G.** FAVOR religionis magnus eſt.l.ſunt perſonæ. ff.de relig. l.ſi quis ad declinandam. C. de ep.& cle.Bar. in.l.quia, in.§.j. in prin.ff.de alic.iu.mu.cau.fac.

**MAN.** Immo maximus, vt in multis locis diximus aliàs, & nouiſſime hac ratione, ſecundum Abb.in.c.quantæ, in fi. de ſen.erco.deciſio.c.ſi quis ſuadente.17.q.4. largiſsime interpretanda eſt, vt eo ipſo quòd quis potuit obuiare, ne clericus percuteretur, & non obuiauit, præſumatur dolus, & ſit excõmunicatus.

**B.G.** Nónne habemus, quòd dolus non præſumitur, niſi probetur, quòdq́ue dolu m probare tenetur, qui ipſum allegat.

**MAN.** Immo trita regula eſt in.l.dolum.C.de dolo, & in.l.quotiens, in.§.qui dolo, & ibi ego multa.ff. de proba. ſed fallit (ut diximus) hoc caſu, fauore religionis. & quia omittit etiam id, quod ſcit ſe facere debere.l.dolus.l.ſi procuratorem.§.dolo. ff.man. Feli. in.c.ſi autem, in prin.de reſcrip. & eſt ad propoſitum argu.etiam in.l.ſi quis maior. C.de tranſac.vbi præſumitur dolus in contrauenientc tranſactioni iuratæ, abſque eo quod probetur.

**V.B.** Poſtquã mentionem feciſti. d.c.ſi quis ſuadente, quia materiam habet pulchram, & quotidianam, ſi placet, dic aliqua.

**MAN.** Dicam, ſi interrogaueritis.

V.B.



**V.B.** Interrogabimus, ſed ſi tibi ſuccurrerint aliqua etiam, te rogamus, ut ea nobis impertias.

**MAN.** Quam libentiſsime faciam, & ſine interrogatione dico vobis vnum, quod nunc nunc mihi ſuccurrit, vobis futurum non ingratum, deciſionem.d.canonis conciliaris, adeo fauorabilem eſſe clericis, vt frenum equi capiens, quem inſideat clericus, ne obambulet, ſit excommunicatus, perinde ac ſi manus violentas in eum inieciſſet.& idem ſi ei auferat, aut ſcindat veſtes, vt per Inno.in.c.nuper, de ſen.excõ.Bald.in.l.ſi qua per calumniam, col.j.C.de epi.& cle.Cano.in cle.j.de pœn. Imo. Alex.& Iaſ.in.l.Gallus.in.§.ille caſus, in vlti.colum.ff.de libe. & poſthu.Bononien.ſingu.188.capitulum.

**B.G.** Aliquis erat clericus, ſed nõ incedebat in habitu, ego eum vapulaui, ſum ne ob hoc excommunicatus maledictione.d.canonis?

**MAN.** Non, propter ignorantiam.l.ſi quis ignorãs.ff.loca. Bal. in.d.l.ſi qua per calumniam, & maxime mirandum eſt, quòd non allegauerit pulcherrimum tex.in.l. item apud Labeonem in.§.ſi quis virgines.ff.de iniur.plene Flo.in.l.ſi putator, in fi. ff.ad legem Aqui.& quia dicit, Suadente Diabolo, dolus requiri videtur, vt per Abb.in terminis, in.c.cognoſcentes, colum. 2.de conſti.

**V.B.** Ponamus quòd quis rurſum votũ religionis emittat, proprijs abrenunciet, aut mutet veſtes, manens in domo ſua, faciétne verberantes eum, reos edicti prædicti?

**MAN.** Minus, quia neceſſe eſt, quòd ſpecialiter habitum aſſumat alicuius monaſterij, cum profeſsione tacita, vel expreſſa, glo. eſt not.in.c.de viduis, iñ verbo proprijs, ad fi.27.q.j.clericus tamen animi deſtinatione, gaudet priuilegio.d.canonis, vt ibi Archi.ſentit, col.pe.fuſius Io.de Sel. in tracta. de benefi.par.3. q.6.col.2.

**V.B.** Deciſio prædicta loquitur in Monacho, an extendatur ad conuerſum?

**MAN.** Ibi dicitur, quòd ſic, inducit Io.Cro.in.l.ſi conſtãte, col. 31.ff.ſolu.mat.

**B.G.** Si Iudex laicus aliquam inferat cohercionem in clericum, vel Monachum, erítne excommunicatus?

**MAN.** Erit, nec abſolui poterit, niſi per ſedem Apoſtolicã, Gui. Pa.deciſio.65.licet, ad fi.& deciſio.73.Iudex, paulo poſt prin.

**B.G.** Vellem ſcire aliquam cautelam in materia vt debitor fa-

MAN. T cilius

cilius induceretur ad ſolutionem.

**MAN.** Quatuor tradunt Veronen.in ſuis.80.volo tibi,quas
refero,quia poteritis ad libitum poſtea eas videre.

**V.B.** Si puer percutiat clericum,ligabitúrne.d.canone?

**MAN.** Vtique,ſed punietur mitius.c.j.& fi.de ſen.excom.A
in.c.ſi.in fi.de delic.puc.

**V.B.** Si ſe ipſum vulneraret?

**MAN.** In pœnam incideret.l.liber homo.ff.ad legem Aquil.
in prohe.Rex Pacificus,col.4.& tamen dicitur in.§.iuris p
cepta,Inſti.de iuſti.& iu.quòd iuris præcepta ſunt hæc,ho
ſte viuere,alterum non lædere,& ius ſuum vnicuique trib
re. Vel dicamus,quòd puniatur, non quòd incidat in.d.ca
nem,cum verba ipſa non patiantur, & fuit opi.Io.fab.in.§
in fi.Inſti.co.Si vulneraret etiam quis clerici conſanguine
ipſius reſpectu,eſſet vtique excommunicatus,vt ex multis
dunt Bononien.ſingu.204.percutiens.

**B.G.** Certum atque indubitatum eſt,quòd propter enorme d
lictum amittit priuilegium prædicti canonis, vt not.in.c.p
pendimus, de ſen.excommu.an perdat priuilegium cleric
& fori?

**MAN.** Credo quòd nu...iſi inueteratus dierum malorum.

**B.G.** Ratio?

**MAN.** Quia priuilegium d.canonis procedit ab homine,cleric
le autem,& fori à Deo.c.Imperator.96.diſ.But.& Io.And.
c.perpendimus.Veronen.conſi.11.caſus talis eſt,col.pecrimi
nalium cauſarum.Gramma.ſuſius,voto.33.in cauſ.nu.14.er
go nimirum,ſi illud facilius perditur,quàm iſtud.

**V.B.** Antequam emanaſſet diſpoſitio.c.felicis,de pœn.in.6.de
ciſio.d. canonis comprehendebátne Cardinales?

**MAN.** Dubitabam aliàs valde, ſed abſolute teneo,quòd co

**V.B.** Qua ratione?

**MAN.** Quia fauorabilis eſt,& introducta in fauorem totius o
dinis clericalis.c.contingit.j. de ſen.excom. & quia cōſtit.
generaliter loquens,etiam Cardinales comprehendit,quan
eſt ipſis pariter proportionabilis, vt per Io.mo.in extrau
Bonifa.incip.excommunicamus,quem ſequitur Gemi.in c
ſuccidendas,de ſciſma.lib.6.late Bellen.in tracta. de charit
ſub.q.65.ſtante,col.5.

**B.G.** Ego etiam quæro à te nouiſsime præceptor,& eſt non
nus pulchra dubitatio quàm ſuperior, ſi pater filium incar
re



ret,an.d.pœnam ſubeat, qua nulla eſt maior in eccleſia Dei.l.hi
qui ſanctam.C.de apoſta.c.corripiantur.24.q.3?

**MAN.** Non, ſi cauſa correctionis id faciat,aliàs dubitarem, de-
clarat Bal.in tracta.carcera.colu.8. Monachus etiam nouitius
gaudet priuilegio.d.canonis.§.illud vero, & ibi Bal.in prohe.
florum.Immo & clericus, quamuis degradatus, vt per glo.in
c.degradatio,de pœn.in.6.Firmia.in tracta.de epiſcopo, in.4.
par.8.par.lib.4.de cau.fina. & effectu degradatio. in princi.&
quamuis percuſsio etiam facta ſit in ludo licito vel prohibito,
vt pulchre per Calde.conſi.7.clericus,de ſen.excom.

**V.B.** Dixiſti quòd.d.canon fauorabilis eſt.

**MAN.** Dixi,& addo,hocque forte volebas dicere tu, quòd non
tam fauore clericorum factus eſt,quàm odio etiam laicorum,
& eſt rationabile.c.contingit, de ſen.excom. ſentitque Archi.
in.c.quiſquis,ad fi.84.diſ.& cum myſterio inijcere manum di
cit,quoniam verificantur.d. verba quandocunque manus ap-
plicatur ad ſubiectum etiam incitatiue, licèt non perfectiue.c.
magnæ, de voto.Areti.conſi.79.diligenter,in prin.

**B.G.** Si quis à religione recederet ante monitionem,perderétne
priuilegium dicti canonis?

**MAN.** Non.

**B.G.** Si poſt?

**MAN.** Sine dubio.c.cos.22.q.4.multa Afflic. in conſti. Neapo.
de apoſta.in prin.nonnihil etiam ibidem, nu.8. Perdit ipſum
clericus quoque, ſi poſt clericatum aliquam artem exer-
ceat,puta hiſtrionicam,cum declaratione tamen,ſi pari modo
fuerit admonitus.c.j. de vi.& ho.cle.in.6.Caſſane. in conſue.
Burgun.fo.53.col.j.ver.7. fallit. Et omne priuilegium
clericale tam dicti canonis, quàm etiam fori, arma
deferens,ſi tertio monitus à ſuo prælato,non
deſtiterit.c.in audientia, de ſen.excom.
adeo vt non ſit opus alia degrada-
tione,quod ibi not.et eſt glo.
in clemen.j.de offi. or-
di. idem Caſſane.
in loco præ-
alle.fo.
52.
colum.4. verſi.
4.fallit.

# Marci Mantui, Bona-
# VITI, PATAVINI,
## IVRISCONSVLTI,
## CAESAREI'QVE COMITIS
## minimi Dialogorum.

### LIBER SEPTIMVS ET VLTIMVS.

### *Exhæredatio.*

### Ad.c.quicunque.17.q.4.
### Dialogus 126.

PAVLVS BIZANTIVS, SIMON
MAZARELLVS, MAN.

P.B. MAGNA quæſtio eſt, an per natiuitatem filiorum eccleſia ſubſtituta excludatur.

MAN. Immo parua, quoniam qui vult exhæ-
darere filium & eccleſiã inſtituere, aliũ
conſultorem quærat, quàm Auguſti-
num, vt ipſe inquit, in ſermo. de vita
clericorum. refert Gratia.in.ca. quicunque.17.q.4.not.in.l. ſi
quis ad declinandam.C.de ep.& cle.ſed ſi vis eam videre ad ſa-
turitatem, videas in.l.acutiſsimi, vbi Barba.late, colum.30.C.
de fideicom.

P.B. Ergo filijs, magis quàm Deo, eſt hæreditas relinquenda?

MAN. Quis dubitat? Immo quòd valet ſtatutum, liberam diſpo
nendi facultatem reſtringens pro anima, vt oſtendit ex multis
Ancha.conſi.25.videtur, col.j.& hoc eſt quod dicit Pau.Pic
in.l. Titia, in.§. Titia, col.40.ff.de leg.2. quòd magis fauet lex
in ſucceſsionibus aſcendentium deſcendentibus, quàm piæ
cauſæ, Deci.in.c.j.col.12.de proba.Abb.conſi.102.circa, col.
2.volu.2.& arguit Ro.in authen.ſimiliter, col.6.C. ad legem
Fal.quòd ſi non valet pactum de futura ſucceſsione factum fi-
lio



lio per patrem.l.pactum quod dotali.C.de pac. multo minus
valebit hac ratione factum in fauorem piæ cauſæ, licèt contra-
rium teneat Bal.in.l.fi.C.de pac.& Nath.in.cap.quamuis, col.
16.de pac.& eſt paſſus diſputabilis, de quo in.d.l.cum acutiſsi
mi, & in.c.Raynaldus, de teſta.

S.M. Tamen in hoc quid tenendum?

MAN. Vtraque pars teneri poſſet, ſed maiori ratione niti vide-
tur opi.Ro.vt etiam per Soci.conſi.26.cum ſuper, col.vlti.vo
lu 4.diſputat Iaſ.in.l.generaliter, in.§.cum autem, col.2.&.3.
C.de inſti.

S.M. Quare igitur mouebatur Bal.& ſequaces, ad tenendum cõ
trarium.

MAN. Quia volebant, quo ad legitimam tantum filij, Augu.au-
thoritatem eſſe intelligendam, non regulariter, & male, vt ple
ne Barba.docet, conſi.38.difficile eſt, col.2.&.5.vol.3.Fede.de
Sen.conſi.35.quidam, col.2.Ancha.conſi.266.iſte magiſter, in
prin.Ro.conſi.364.dũ ſecundo, in prin.Rota deciſio.18. fuit
dubitatum, col.j.in nouis.Deci.in.d.§.cum autem, in.4.&.5.
col.Galliau.in.l.centurio, col.82.ff.de vulga.& pup.ſubſti.So
ci.iuni.conſi.126.viſis, nu.26.vol.j.exemploque etiam com-
probari poteſt, quia cum Attalus Pergamenorum Rex, pop.
Ro.inſtituiſſet hæredem, forte quia Aſiam bello captam libe-
ralitate quadam vſus, ac munificentia, ei poſsidere permiſerat,
indignatus Ariſtonicus, Regij ſanguinis, ferox iuuenis, ciuita
tes relictas accepit, Craſſum interfecit, aliaque longe deterio-
ra peregiſſet, niſi Aquilius, victoria infami (author eſt L.Flo-
rus) ipſum viciſſet. Quod tamen ad legitimam tantum reſtrin
gatur, ſenſit etiam Corſe.in ſingu.donatio.poſt Bar.in.l. Titia
ff.de lega.2.& Bald.in.l.j.C.de inoffi. dona. Idque etiam
Iaſ.in authen. ſi qua mulier, col.2.C.de ſacroſanc,
ec.& in.l.ſi vnus, col.vlti. C. de teſta. & fuit
opi.glo.in.d.c.quicunque, ſed (vt dixi-
mus) generalitas.d.canonis, vio-
lari videtur, nec aliud pro
nunc vobis affirma-
re poſſum.

* *
*

### *Simplex locutio.*

## Ad.c.iuramenti.22.q.5.
## Dialogus 127.

SIMON MAZARELLVS, PAVLVS BIZANTIVS, MAN.

S.M. DEVS non facit differentiam inter iuramentum & loquelam ſimplicem.c.iuramenti.22.q.5.

MAN. Nec eccleſia, quæ ſe conſormat cum iudicio Dei.c.à nobis de ſenten.excommuni.in.6. Sed ad quid dixiſti hoc ipſum Simon?

S.M. Vt ſuſcitarer quid ex hoc pariter poſſet inferri.

MAN. Dicam libenter,& potiſsimum inferri poſſe, quòd ſicuti quis compellitur ad obſeruantiam iuramenti.c.debitores.capi.cum contingat, de iureiu.ita debet compelli ad obſeruantiam promiſsionis ſimplicis,ſeu pacti etiam non iurati.d.c.iuramenti.c.j.de pac.Gui.Pap.conſi.31.viſo, col.7.& conſi.32.circa,col.j.& hoc eſt quod dicit Io.And.in.c.vt animarum,de ſepul.in.6. quòd paria ſunt aliquid promittere ſub fide, vel iurare.

Zonch.

S.M. Profectò durum videtur,quòd ex ſimplici loquela,aliquis obligetur,vt ex iuramenti vinculo, quod præciſe & ſpecifice obſeruandum eſt.c.ad noſtram,de iureiu.l.ſi pecuniá, vbi glo. ff.de condic.ob cau.Bal.in.l.j.col.11.C.de ſen. quæ pro eo.

MAN. Vt ſciatis, quando ſimplex loquela continet perfidiam, ſeu mendacium, puta quia veniat ad decipiendum, ſeu fallendum,tunc inter vnum & aliud (vt dictum eſt) Deus non facit differentiam,& ita proprie loquitur tex.in.d.c.iuramenti, vbi autem iſta ceſſant,ſecus,quia tunc non obligat,quia non adfuit perſona,cui acquireretur obligatio.

P.B. Si promiſsio ſit facta intuitu Dei,exempli gratia, de dando centum puellæ abſenti,pro ea maritanda?

MAN. Iſto caſu promittens obligatur, quia promiſsio fit Deo, qui vbique præſens eſt.d.c.iuramenti.Abb. in prohe.Grego. in fi.Zaneti.in tracta.diffe.iu.ca.& ci.diffe.54.nu.87.& in.d.loco Abb.etiam dicit (& eſt verum) quòd hæc reſolutio aperit intellectum ad multa iura.nonnihil Ro.conſi.441.præſens, col.



col.3.Inter ſimplicem loquelam & iuramentum differentia non ſit,etiam vt promittens teneatur adimplere promiſſa, ſed in modo implendi omnimodo diſcrimen eſt aliquod.d.c.ad noſtram,Abb.in.d.c.j.de pac.glo.in.c.clericus, de iureiu.Bononien.in.l.2.nu.73.C.de pac.inter emp.& ven.clarius Zaneti.in loco de quo ſupra differentia.75. quòd non ſit differentia,quo ad obligandum promittentem,vel iurãtem ad aliquid, ex quo vterque peccat contraueniendo, ſed in qualitate reatus ſic, quoniam grauius peccat veniens contra iuramentum. c.pe.de iureiu.

P.B. Ni fallor, multa dixiſti præceptor, in.l.ſiquis maior.C.de tranſac.

MAN. Si non multa, ſaltem aliqua dixi ibidem, igitur de induſtria nunc,quo ad iſta,nil aliud dicemus.

### *Delictum.*

## Ad.c.non afferamus.24.q.1.
## Dialogus 128.

PAVLVS BIZANTIVS, SIMON MAZARELLVS, MAN.

P.B. QVOMODO cognoſcimus vnum delictum eſſe maius altero?

MAN. Ex impoſitione pœnæ,vt per Bar.in.l.leuia, in prin.ff.de accu.& eſt caſus in.c.non afferamus.24.q.j.

P.B. Tamen in cõtrarium facit glo.in.c.admonere.33.q.2. quæ ſignanter dicit, quòd conſequentia iſta non eſt bona, grauius punitur,ego grauius peccat.

MAN. Licet conſequentia non ſit ſemper vera,vt ibi, tamen regulariter procedit.c. propoſito, & ibi rurſum not.27.q. prima, Bal.in.l.j.in.2.colum.in.4.oppo.C.qui accu.non po.& in l.nemo, in fi.C.de ſumma tri.& fi.ca.& in.l.ſi fugitiuum, columna prima.C. de ſer.fugi.Calde. conſilio primo, columna ſecũda de accu.& probatur etiam in.c.quæſiuit, de his quę fi.à ma.par.cap.& in.c.felicis,in.§.illud, de pœn.in.6.& in.§.quia vero,in authen.vt fra.fi.plene Deci.conſi.65.& pro tenui, in prin.& col.vlti.vol.1.nonnihil Abb.in.c.at ſi clerici, col.2.& 3.de iudi.

S.M. Succurrit mihi vnum, quod dicebas tu aliàs præceptor, q hac ratione, quia ſcilicet peccat grauius veniens contra iuramentum, quàm fidei interpoſitionem, non ita ſtricte iſte ſecundus debet puniri, vt primus, nec priuari beneficio, vt periurus.

MAN. Et bene, veriſsimumque eſt, & idem dicit Archi.in.c.j.de ſepul.in.6. & in ſimili in .c.pe.de iureiur. Abb.ſignanter in.c. querelam, col.3.co.ti.ad materiam aliquid idem Abb.in.c.ex literis, ad fi.de conſtitu.& in.c.ſi quis, ad fi.de ſimo.gloſ.optima in.c.quid in omnibus.32.q.7.Cardi.in clemen.j.col.2.de teſta.plene Pala.Ruuios, in .c. per veſtras.§.87.aliqui tamen, col.2.de dona.int.vi.& vxo.

P.B. Ponamus quòd aliquis auferat rem non ſacram, nec benedictam, deputatam diuinis officijs, de eccleſia non conſecrata, punietúrne, tanquam ſacrilegus, qui abſtulit rē de conſecrata?

MAN. Non.

P.B. Ratio?

MAN. Quia minus peccat, & conuenit hoc caſu conſequenter, vt minori etiam pœna puniatur.c.fi.de conſecra.ecc. vel alta. not.in.l.ſi ſtatua.ff.de iniur.Bellen.in tracta.de charitati.ſub.q.92.ſi collector, col.3.

S.M. Sicuti pœne grauitas arguit grauitatem delicti, vnumque eſſe maius (vt dixiſti) altero, arguétne ita etiam eſſe maius odium?

MAN. Abſque dubio, quoniam delicta etiam ſunt odioſa, & pœnæ, ſui natura, ita vt conſequenter ex ipſius grauitate, reſultet inde etiam odij maioritas, & not.in.§.j.inſti.vi bo.rap.& in.l. eum qui.ff.de iureiu.Seyſel.in ſpecie, in.l.ſi inſulam, colum.j. ff.de verbo.ob.& ad propoſitum noſtrum, cognoſci etiam poteſt, quia in pœnis ſunt gradus, vt in dolo & culpa, quoniam quædam ſunt minores, quædam maiores, & quædam maximę l.reſpiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.Bal.plene conſi.143.ſuper quęſtione, col.2.vol.2.Iacobi.de S.Geor.in.l.quotiens, in.§.qui dolo, col.j.ff.de proba.Dicit etiam magiſter ſenten.lib.diſ.22. quòd maius peccatum fuit Euæ, quàm Adæ, quia maius punita eſt, vt in dolore pareret.

Excom-



## Excommunicatio.

## Ad.c.corripiantur. 24.q.3. Dialogus 129.

SIMON MAZARELLVS, PAVLVS BIZANTIVS, MAN.

S.M. AVDIO ſæpiſsime præceptor, te dicentem in eccleſia Dei, nnllam eſſe pœnam excommunicatione maiorem.

MAN. Dico, & eſt verum, immo non ego, ſed lex hoc ipſum dicit, in.c.corripiantur.24.q.3.& in.l.hi qui ſanctam fidem.C.de apoſta.& in.c.ſi quem, de ſen.excom.Iaſ.in .l. ſi quis id quod, col.9.ff.de iur.om.iudi.Deci.in.l.ſemper in obſcuris, col.vlti. de regu.iu.& eſt mors ſpiritualis, quæ ſeparat animam à gratia Dei, vt temporalis, quæ ſeparat eam à corpore.l.vltimum ſupplicium.ff.de pœn.Abb.in.c.per venerabilem, nu.2. qui fi.ſint legi.& adeo grauis excommunicato, vt ei prohibeatur communio actiua & paſsiua.c.illud, & ibi idem Abb.nu.6. de cle. excom.mi.& dictu mirabile eſt, quòd nec Galli etiam antequā eſſent Chriſtiani excommunicatos admittebant, quod oſtendit Cæſar in commen.lib.6.refert Caſſane.in conſue.Burgun. fo.67.col.j.quòdque literis ordinarij nō credatur, abſque teſtium ſubſcriptione, & tamen hoc caſu ſecus, vt per Calde.cōſil.vlti.an literis, de fi.inſtru.

S.M. Si ſic eſt igitur, qua de cauſa ducitur in contemptum?

MAN. Ducitur ex frequentia, & memini me etiam dixiſſe alibi, quia prælati noſtri temporis immediate pro qualibet cauſa cā fulminant, vbi aliàs à ſuſpenſione, & ab interdicto deberét incipere, demum venire ad ipſam excommunicationē, & fuſius Abb.in eos inuehitur, in.c.clericos, de coha.cle.& mu.

P.B. Poteſtne regulariter epiſcopus, ſine conſenſu capituli, hāc excommunicationis ſententiam ferre?

MAN. Non.

P.B. Quare non poteſt?

MAN. Quia (vt dixiſti, à me ipſo edoctus tamen) nulla maior pœna eſt in eccleſia, ita glo.in.c.j.de exceſsi.præla.pro qua facit quod habetur in.c.vbi periculum, de ele.in.6. & in.l.j.in.§. ſed & ſi quis.ff.de Carbo.edic.

S.M.

**S.M.** Vbi reperitur Iudicem eccleſiaſticum poſſe excommunicare, quid concluditur ex hoc?

**MAN.** Quòd ſua ſit iuriſdictio hoc caſu, probat Abb. ratione, in c. cum ſit generale, col. 4. de fo. compe. quia excommunicatio pœna eſt. c. ſacro, de ſen. excom. & in eccleſia Dei ( vt dictum eſt ) nulla maior, pœna autem non eſt niſi à ſuo Iudice infligenda, ergo.

**P.B.** Epiſcopus minatur excommunicationem presbytero, de cuius promotione erat ſpes, habebit ne iuſtum metum, ſiue timorem, ne promotio ſua impediatur?

**MAN.** Si excommunicatio eſt iuſta, nō excuſat, aliàs ſic, ratione ſupra dicta, & vt per eundem Abb. latius in. c. cum dilectus, colum. 2. de his quæ vi metus cau. ſi. Ro. conſi. 369. colū. 3. & ad materiam nota, quòd adeò grauis pœna eſt, vt veriſimile non ſit, legatum velle mandare alicui, puta Abbati, vt ſibi eam imponat, per quam traditur quis Sathanæ in interritum carnis, vt in pulcherrima. q. inquit Ancha. in. c. canonum ſtatuta, col. 148. de conſtitu.

**S.M.** Credo ego etiam quòd hac ratione poſsit dici excommunicatio, & ſententia cenſuræ, neruus eccleſiaſticæ diſciplinæ.

**MAN.** Et bene, quia quemadmodum hominnm vires in neruis conſiſtunt, ita in ſententia cenſuræ conſiſtunt vires eccleſiæ, & quia ſententia cenſuræ, eſt ſicut neruus qui flectitur, ſed non rumpitur, & notat Abb. in. c. cum inter, per illum tex. in princ. de conſue. Alibi excommunicatum æquiparat Tantalo, argu. ſumpto ex. d. l. hi qui ſanctam fidem. Guliel. Benedic. Gallus, in repe. c. Raynucius, fo. 409. nu. 281. par. 2. de teſta. & admiratur Cro. in. l. ſi conſtante, col. 30. ff. ſolu. matri. quòd diſpoſitio. c. ſi quis ſuadente Diabolo. 17. q. 4. fauorabilis ſit, & loquens in Monacho percuſſo, extendatur ad conuerſum, & nihilominus grauis hæc pœna ibidem infligatur.

**P.B.** Hoc ſolum à te peto magiſter, & poſtea hodie verbū non emittam amplius, Iudæus eſt ſubiectus Domino tēporali, poporali, poterítne per Iudicem eccleſiaſticum compelli ad aliquid faciendum?

**MAN.** Ex ſupra dictis, colligitur deciſio, quòd non.

**P.B.** Ratio?

**MAN.** Quia eccleſia non habet niſi excommunicationis pœnā, cuius ipſe non eſt capax. c. gaudemus, de diuor. vel & latius, vt not.



not. in. c. cum ſit generale, de fo. compe. & in. c. j. de offi. ord. & per Abb. in. c. poſtulaſti, de Iudæ.

## *Lex diuina.*

## Ad .c. ſunt quidam .25. q. j. Dialogus 130.

PAVLVS BIZANTIVS, SIMON MAZARELLVS, MAN.

**P.B.** PAPA poteſtne tollere ea, quæ ſunt iuris diuini?

**MAN.** Non, aliàs diceretur potius errare, quàm legem condere c. ſunt quidam. 25. q. j. c. ex parte. 2. de conuer. coniug. Abb. in c. ex publico, in vlti. col. eo. tit. Io. nico. gimon. in tracta. de beneſi. titu. 3. numero. 69.

**P.B.** Nónne habet plenitudinem poteſtatis, diceréque ei, cur ita facis, non ne ſacrilegium eſt. l. 2. C. de cri. ſacri?

**MAN.** Immo quòd poteſtas eius eſt à Chriſto, & de poteſtate Papæ dubitare, eſt dubitare de poteſtate CHRISTI. ideo Matt. 12. c. obiurgati à CHRISTO ſunt Phariſæi, cum dixiſſent, Ma„ giſter volumus à te ſignū videre. quibus ipſe, Generatio pra„ ua & adultera ſignū quærit, & ſignum nō dabitur, habet ergo plenitudinem poteſtatis in beneficialibus, & his quæ ſunt iuris poſitiui. c. 2. de præben. in. 6. cle. j. in fi. vt lit. pen. Alex. conſil. 2. viſis, col. vlti. volu. j. non vt ius diuinum tollere poſsit, clemen. ne Romani, de elec. c. cum inferior, de maiori. & obe. cum ſimilibus.

**S.M.** Ergo non eſt legibus ſolutus adhuc, nec verum quod dicitur in. l. Princeps. ff. de legi. & in. l. digna vox. C eo.

**MAN.** Verum eſt id, quoad legem humanam, non (vt diximus) diuinam, quam vſque ad ſanguinem ſeruare debet, vt inquit glo. in. c. à nobis, de deci. & in pulcherrima. q. Bononiē. in tracta. de ſorte, col. 13. declarant. quòd conſuetudinem materiam delinquendi præbentem, approbare non poteſt. Dicit ēt Abb. in. c. fi. in. 4. not. de præſcrip. quòd lex & conſtitutio, quæ non poteſt abſque peccato mortali ſeruari, eſt ipſo iure nulla, quia de ſubſtantia ipſius eſt, vt ſit iuſta & honeſta, & quia ſi peccatū contineat, vel quid inhoneſtum, lex dici non poteſt. c. erit autem lex. 4. diſ. Bar. in. l. omnes populi. ff. de iuſti. & iu. & in. l. fi.

C. ſi

C.ſi con.ius vel vti.pub.quinimmo ſubijcit (vt dictum etiam eſt) quòd promulgator talis legis, tanquàm contra ius diuinum diſponens, conuincitur potius errare, quàm legem condere, quòdque tali legi non debent ſubditi parere, ne obediant inferiori contra legem ſuperioris, ideſt Dei.c.qui reſiſtit.c.Iulianus.11.q.3.

**S.M.** Non quieſcit mihi animus, quia video, quòd in euangelio dicitur, In ore duorum vel trium, omne verbum ſtare, Matth.18.c.& tamen Papa id mutat.c.in omni, de teſti. Mutat & in decimis, quæ tamen ſunt de iure diuino.c.ex parte.c.à nobis, de deci.vt aliquid vltra ſortem recipi poſsit.c.j.c.ſalubriter, de vſu.diſſoluit matrimonium iam conſumatum inter Iudæos, ad quos tamen dictum eſt, Quos Deus coniunxit, &c.c.de infidelibus, de cõſangui.& affi.& ipſius authoritate denique ſpirituale ad tempus contrahitur.c.paſtoralis.7.q.j.

**MAN.** Ex prædictis ſolu.patet, ſeu ex not.in.d.c.ſunt quidam vt poſsit non euangelium tollere & deſtruere, & ſic ius diuinum, ſed illud ex cauſa diſpenſare, ſicut etiam dicitur de iure naturali, quod eſt immutabile, vt not. pariter in.§.ſed naturalia quidem inſti.de iu.na.& per Ang.in.l.ſi ſic.ff.de lega.j.pulchre Ancha.conſi.373.reuocatur, col.2.aliam ſolu. tradit etiã Fede.de Sen.conſi.34.quæritur, col.pe.& glo.ante eum, in.c.fin.de conſue.ſed præcedens eſt pro nunc tenenda. & nouiſsime declarat quoque Io.And.in regu.actus legitimi, in fi.de regul.iur.in Mercuria.ad longum Alex.de neuo, conſi.2.operæ nũc precium, col.2.& Io.de ſil.in tracta.de benefi.par.4.q.8.an Papa, nu.4.&.5.pleniſsime Feli.in.c.quæ in eccleſiarũ, in.6.&.7.col.de conſti.eſt verum, vt omnem moueamus lapidem (quod aiunt) ſuper quo poſtea cogitabimus, dicentes tantum ea nũc quæ nobis ſuccurrunt, quòd fuerunt aliqui tenentes, ampliſsimam ſibi poteſtatem datam fuiſſe à Deo, ligandi, ſoluendi, & cuncta omnia gerendi, dũmodo non faciat quid, quod ſit contra fidem, exinde ita intelligẽtes, quod dicitur in.d.c.ſunt quidam, vt per Ancha.conſi.præallega.373.col.vlti.in princi. idẽ Feli.in.d.c.quæ in eccleſiarum, col.7.poſt Archiep.Flo. in loco, de quo per eum. Quantum ad propoſitum noſtrum tamẽ, nec prætermittentes, quòd ſi Papa diſpenſet contra ius diuinum ſine cauſa ille cum quo diſpenſatur, non eſt tutus quoad Deũ.c.nõ eſt, & ibi Abb.col.2.de voto.& hæc dicta ſint ſatis.

Iudicantes.



*Iudicantes.*

## Ad.c. iudicantem.30.q.5. Dialogus 131.

SIMON MAZARELLVS, PAVLVS BIZANTIVS, MAN.

**S.M.** OPORTET iudicantem cuncta rimari, & ordinem rerum plena inquiſitione diſcutere, inquit text.in.c. iudicantẽ.30.q.5.dic præceptor, ſi placet, in quo conſiſtat inquiſitio iſta.

**MAN.** Tex.met in loco præallega.hoc ipſum tibi aperit, & non vidiſti, coarguendus reprehenſione iuriſconſul. in .l. in ciuile.ff.de legi.

**S.M.** Non recordor profectò, niſi verba ſupradicta, quid dicit?

**MAN.** Quòd cuncta rimatur, interrogando, reſpõdendo, obijciendoque præbita patientia ab eo, vt ibi actio ambarum partium illuminata ſit pleniter, nec litigantibus ipſe prius velit ſua ſententia obuiare, niſi quando iam peractis omnibus nihil habeant in quæſtione, quod proponant &c. & idem etiam Abb.in.c.j.col.2.de iudi.quòd poteſt interrogare non ſolum poſt litem con.circa tendentia ad deciſionem principalis negocij, vt in.c.cum Ioannes, de fi.inſtru.& in.d.c. iudicantem, verum etiam ante, ad ordinandum iudicium, & vt excludat materiam proponendi declinatorias fori, vt in.d.c.j.& in.l.penul.ff.de iu.cal.& in.l.j.& in.l.qui ſeruum.ff.de interro.act. & regulariter vbicunque ipſum æquitas mouet .l. vbicunque.ff.eo.d.c.cum Io.vbi glo.poſtquàm præallega.c.iudicantem, & quòd omnibus modis laborare debeat ad veritatem eruendã, tradit etiam Iaſ.in.l.admonendi, in repe.nu.127.ff. de iureiur. Ancha.conſi.194.in cauſa, col.vlti.& conſi. 191. de pluribus, col.j.& conſi.216.nos, col.2.& conſi.242.prius col.j.& conſi.255.in cauſa, col.j.& conſil.316.in cauſa, in prin.& dicit conſi.337.de efficacia, col.3.quòd contra doloſum debet perſpicuis coniecturis & indicijs informare motum animi ſui, & Roma. conſi.454.iure præſenti, col.pe.quòd licet æquitati cõueniat, & rigori, iurgantium controuerſias celeri ſententia terminare, non ita tamen acceleranda eſt, vt minus quàm deceat, iudicij merita diligenter rimentur.non nihil conſi.472. in eo.& Soci.

Soci.in.c.fraternitatis,col.9.de teſti.quòd quilibet bonus vir, ac iuſtus Iudex,conari debet,ne veritas occultetur,& cuncta rimari diligenter,vt Iuſtitiam,faciat ad inſtar diuini iudicij,& adhærere denique veritati ante dictæ,ac naturali rationi,vt in c.vnico,vt ec.bene.ſi.di.conſe.& in.c.j.de re iudi. in.6. maxime quia latere non poteſt.l.j.C.ſi vt ſe ab hæ.abſti. & Bal.in.l.ſi.in.4.col.C.de eden. quòd illuminatio veritatis debet eſſe ſemper in pectore Iudicis, quòdque ad illuminationem veri editio fieri debet,& quòd denique decretum dicit.Iudicantem adhuc omnia rimari debere,vt hic.& quòd celer eſſe non debeat,exemplo CHRISTI,admonetur,in cauſa adulteræ, qui accuſantibus eam non obtemperauit,ſed ſe inclinauit,& digito ſcribebat in terram.Io.8.bonus tex. ad idē in.l.Iudices.C. de iudi.Cuidam ſciſcitanti,quam ob rem ſeniores,apud Lacedæmonios plures dies ad cognoſcendum in cauſis capitalibus ſumerent,& ſi quis fuiſſet abſolutus, quòd nihilominus erat legi obnoxius. Ideo inquit Anaxandridas pluribus diebus cognoſcunt,quoniam ſi in capitis diſcrimine errauerint,non eſt corrigendi conſilij poteſtas.

P.B. Deus etiam optimus maximus,cum omnia ſolo verbo facere potuiſſet,intermiſsione tamen ſeptem dierum eadem abſoluit.c.j.&.2.Gene.vt ad idem nobis eſſet exemplum.

MAN. Et bene.c.ſignificaſti,de elec.conſiſtitque Iudicis prudētia in hiſce quatuor, primo,vt non credat facile.2.vt exquiſite diſcutiat.3. vt propoſita diligenter examinet.4. & vltimo, vt cum deliberatione pronunciet.& fuſius Luc.de pen.in l.j. C.de cur. publi. lib.12. Afflic.in.c.j.ad fi.col.pe.de ſeu.da.in ui.leg.commi.in uſib.feu.

## Vxor.

### Ad.c.admonere.33.q.2.
### Dialogus 132.

PAVLVS BIZANTIVS, SIMON MAZARELLVS, MAN.

P.B. QVARE eſt,quòd mulier ad accuſandum non admittatur regulariter.l. 2. ff. de iniur.& tamen in accuſante mortem mariti, ſecus, quòdque eidem hoc ſolum permiſſum eſt.l. qui de crimine.C.qui accu.non po?



MAN. Quia vxor eſt pars corporis viri, & ſocia diuinæ atque humanæ domus.c.admonere.32.q.2.l.aduerſus.C.de cri. expi.hę. Bal.in.l.j. col. 13.C.qui accu. non po.Signo.homode. conſi.63.Titius, col.2.

P.B. Ergo attentis his,nec maritus erit pro vxore, idoneus teſtis,nec è contra,vxor pro marito.

MAN. Nō,quia ſi domeſtici repelluntur.l.etiam.C.de teſti.multo magis repellentur iſti,& indubitatum eſt,probatque per locum à ſpeciali Alex.conſi.156.viſo proceſſu,col.2.vol.5.Grā ma.deci.34.in præſenti,nu.17.fuſius deci.45.in cauſa,nu.13.

S.M. Quid in concubina?

MAN. Idem, quoniam affectu indubitato ab vxore non differt. l.ſi.ff.de concubi.& ibi not.l.item legato.§.parui.ff.de lega. 3.

P.B. Ni fallor, aliqua dixiſti etiam in.l. cum quædam puella.ff. de iu.o.Iudi.

MAN. Dixi,& hac de re nunc erimus breues.

P.B. Vt lubet præceptor,dummodo aliquid dicas, etiam ſi ſimplex uerbum fuerit,id cuique noſtrum gratiſsimum erit, nilque nobis iucundius,niſi vt tibi mortem geramus, omnimodo hoc tempore nil aliud agendum eſt.

S.M. Dixiſti rurſum præceptor, quòd vir & vxor ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus, & idem etiam in. l. ſi rerum. iuncta glo.ff.de re iud. nunquid gaudeant priuilegio, ne teneantur, niſi in quantum facere poſſunt,ſicut ſocij.l.uerum.ff.pro ſo.

MAN. Gaudent vtique,vt per Alex. ſignanter ſupra dicta ratione,in.l.rei iudicatæ, col.2. ff.ſolu. ma.immo plus dico, quòd matrimonium appellatur ſocietas, in.l.per te allega.ſi rerum ff.de re iudi.But.in.c.præterea,col.2.de ſponſa. & fuit Pyndari verbum quoque,dicentis, nuptias humanæ uitæ & ſocietatis perfectionem apparare.

S.M.Tenetúrne vxor ſequi virum,alibi proficiſcentem,ſeque ad remotiſsimas quaſdam puta regiones conferentem?

MAN. Diſtinguo,aut loqueris de neceſsitate pręciſa,& tunc nō tenebitur,aut de conſecutiua,vt votum impleat,& liberos habeat,cum ſint(ut diximus)ſocij diuinæ & humanæ domus, & tunc ſecus.l.j.& ibi Cy.in prin.C. de vxo.mi. & quòd dicantur ſocij,legitur Gene.c.3.ibi Mulier quam dediſti mihi ſociā &c.Et quia marito maritas,nil aliud,ſecundum Grammati.dicere vult,niſi aſſocio.aliquid Bal.in.l.nulla.C.de iu.do. hac ratione

tione inueta eſt etiam bo.po.vnde vir & vxor, à pretore quæ
& olim & hodie locum habet,neceſſariaque eſt, quia ius ciuile cos non admittebat,ex quo non erant nec aſcendentes, nec
deſcendentes,nec tranſuerſales,ſed tantum principium affinitatis.l.non ideo minus. C.de hæ.inſti.& ex æquitate quidem,
qua ſemper mouetur.§.quos autem,Inſti.de bo.po.ex quo ſaltem ſunt ſocij diuinæ & humanæ domus, ita Ias.in.l.j.in prin.
C.vnde vir & vxor.

**P.B.** Dixiſti tu præceptor etiam in rub.C.qui admi.

**MAN.** Verum eſt,non in.j.lectu.tamen, ſed.3.ſatis,adeoque verum, vt vnus debeat etiam eſſe particeps infortunij alterius.
l.ſi cum dotem.§.ſin autem in ſcuiſsimo.ff.ſolu.ma.Seyſel.in.
l.ſi conſtante,in.7.col.ff.co.

**S.M.** Si vxor ſe obligaret pro excarceratione viri, teneret ne obligatio.

**MAN.** Sine iuramento nõ,alias ſic, & cum Bal.finio,nec loquor amplius hodie,qui ita tenuiſſe uidetur,omnimodo uidendus,
conſi.5.conſyderata cauſa,vol.5.

*Peccatum.*

## Ad.c.3.Corinth.1.Pau.
## Dialogus 133.

BERNARDINVS SCARDEONIVS,
IVSTVS, MAN.

**B.S.** SCISNE Mantua, quid ſibi velint illa verba Pauli.j.ad Co
„ rinth.c.3.ibi,Si quis autem ſuperædificat ſuper fundamentum,
„ aurum,argentum,lapides precioſos.ligna, fœnum, ſtipulam,
„ vniuſcuiuſque opus manifeſtum erit.

**MAN.** Nolo ponere falcem in meſſem alienam.

**B.S.** Dic quid ſentis,quia ſcriptura ſacra & ius canonicũ, quod vos etiam Iuriſcon.profitemini,affinitatem quandam habent,
nec eſt ponere,ſi dixeris,falcem (vt ais) in alienã meſſem, maxime quia de fide non diſputamus,nec publice, ſed quomodo
Pauli verba intelligenda ſint,ſcioque te his literis aliquando etiam operam nauare.

**B.L.** Addo ego,quòd ſacra ſcriptura,ſapientia appellatur, quòd
„ que opus meritorium facit, qui eam elucidat.c.24.Eccleſiaſ.





„ ibi,Qui elucidat me, vitam æternam habebunt.

**MAN.** Dicam,ſed non tamen vt elucidem aliquid,à te ex his verbis propoſitum, ſed quam interpretationem habeant ſupra dicta,pro vt à noſtris traditum eſt, eoque fiet, vt in alienam meſſem minime ponamus falcem, & tibi, tuæque interrogationi
pater Reuerende ſit quàm maxime ſatisfactum, ſed dic quæſo primum cur ſic à dicto Pauli capite cœpiſti, à verbiſque prædictis?

**B.S.** Quia ſuccurrère mihi,nec in hiſce collocutionibus quotidianis, quandiu hic manſerimus,ſum aliter facturus, vt nec tu
ſecus facias,ſed quicquid tibi in bucam venerit (quod in prouerbio) dicas.

**MAN.** Vicit facundia cauſam, poſtquam igitur mihi ſic perſuaſum eſt,dico verba illa,ſecundum aliquos,intelligi, igne peccata etiam mortalia purgari poſſe, vt poſtea ad vitam æternam,
qui ſic purgati fuerint,perueniant, & decipiuntur valde, quia de venialibus intelligi debet.

**B.S.** Diſsimulabas te nolle ponere falcem in meſſem alienam,
cum tamen videaris poſuiſſe in tuam.

**MAN.** Non diſsimulabam certe, immo dicebam id,quia omnimodo eam ratione eſt ab his abſtinendum, niſi iure canonum
quæ proponuntur poſsint reſolui, vt iſtud, quod ſi proba ueris,dicam vbinam reſolutionem aliàs legerim.

**B.G.** Cum ſit reſolutio iuridica & vera, non poteſt non probari.

**B.I.** Quis eſt igitur qui tam bene reſoluat.

**MAN.** Concilium Toletanum, de quo aliàs in.cap.vnum orarium,in.§.alias.25.diſ.cuius verba ſunt hæc.Multi ſunt,qui le
„ ctionem iſtam male intelligentes, falſa ſecuritate decipiũtur,
„ dum credunt, quòd ſi capitalia crimina ſuper fundamentum
„ CHRISTI ædificant, peccata ipſa per ignem tranſitorium
„ poſsint purgari,& ipſi poſtea ad vitam perpetuam peruenire,
„ intellectus iſte, fratres chariſsimi,corrigendus eſt, quia ipſi ſe
„ ſeducunt, qui ſibi ſic blandiuntur: illo enim tranſitorio igne
„ de quo dicit Apoſtolus, ipſe ſaluus erit, ſic tamen quaſi per
„ ignem,non capitalia ſed minuta peccata purgantur.

**B.G.** Hæc ſunt (ni fallor) verba Auguſti.in Omelia de igne purgatorio,exponentis illa Apoſtoli, in loco ſupra allega.

**MAN.** Verum eſt,ſed in.d.concilio approbata.l.prima.§.omnia
noſtra facimus.C.de vete.iu.enu.l.aſſe toto.ff.de hæ.inſti. au-

then.ſi quis in aliquo.C.de eden.

**B.S.** In quo Concilio Toletano hoc actum eſt, quoniam plura fuerunt.

**MAN.** Non dicitur in ſupra ſcriptione.d.canonis,ſed coniectura facile aſſequor, in.4.actum fuiſſe.

**B.S.** Verum,vt vos dicere ſoletis,nihil ad rumbum, authoritati concilij enim acquieſcendum eſt, pergamus ad alia,dum in eodem loco,auri,argenti,& lapidum precioſorũ ſit mentió,quid voluit dicere Paulus?

**MAN.** Declaraſti tu ipſe aliàs,

**B.S.** Vbi?

**MAN.** In libro de Caſtitate, à te edito ( ingenij & doctrinæ tuæ Chriſtianæ monumentum ampliſsimum ) quem mihi dono dediſti.

**B.S.** Profecto non recordor.

**MAN.** Eſt in.j.c.j. Auro ſcilicet ſtatum continentium ſignificari,argento coniugatorum, lapidibus vero Virginum.

**B.S.** Gratulor mea ab alijs probari,quæ tamen ipſe ſim oblitus, & maxime à te Mantua mihi chariſsimo, & amico quidem præcipuo.

**MAN.** Pulchra ab omnibus probanda ſunt, qualia tua omnia.

**B.I.** Miſſa hæc faciamus,vellem ego à vobis aliud ſcire.

**B.S.** Expecta pauliſper,non enim poſſum tibi non agere gratias Mantua, non quòd præmas me laudibus immodicis, quas nó agnoſco, ſed quòd ita me ames,vt iudicium tuum ſub amoris pondere vacillauerit.

**MAN.** Aliorum ſit iudicium, & præſertim Iuſti, modo dixerit quod inſtituerat,ne amplius contendamus.

**B.S.** Quid eſt igitur,poſtquam ita vultis,hoc idem,quod tu iuſte ſcire cupiebas?

**B.I.** Nil aliud, niſi in eodem.capi.adhuc, dum dicitur, Neſcitis quia templum Dei eſtis,& ſpiritus Dei habitat in vobis? &.c. 6.ibi, Neſcitis quoniam corpora veſtra membra ſunt CHRISTI? quibus loquatur,ſeu de quibus intellexerit.

**MAN.** Reſpondeat Scardeonius.

**B.S.** Credo de Sacerdotibus intellexiſſe.

**MAN.** Et bene,& ob hoc indignum eſt,eos cubilibus & immunditijs deſeruire,& ſi ſubdiaconus nupſerit,officio & beneficio carebit.c.decernimus.28.diſ.

**B.S.** Dicitur etiam ibi, Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere,



» ponere, præter id quod poſitum eſt, quod eſt CHRI-
» STVS IESVS. poteſtne ex his verbis aliquid inferri?

**MAN.** Poteſt.

**B.I.** Quid?

**MAN.** Quòd de pecunia Symoniaca non poteſt eſſe exitus bonus,etiam ſi pauperibus erogetur.

**B.S.** Ratio?

**MAN.** Quia vbi CHRISTVS non eſt fundamétum, ibi nullius operis ædificium ſupereſt.c. cum Paulus.j.q.j.l.egi.ff. de excep.rei iudi.& quia quæ malo ſunt inchoata principio,difficile eſt, vt bono peragantur exitu.c.nunquam, in fi.& tribus ſeq.prima.q.prima quod etiam teſtatur autor Prouerbio.cap.
» 15.his verbis, Quicquid enim in Dei ſacrificio offertur ex ſce-
» lere, omnipotentis Dei non placat iracundiam, ſed irritat, &
» hoſtiæ impiorum abhominabiles ſunt Domino, quæ offerun-
» tur ex ſcelere.

**B.I.** Et clarius capitulo tertio ibi, Honora Deum de tuis iuſtis
» laboribus.

**MAN.** Et rurſum bene, hæcque ſatis ſint, ne Theologum agamus.

**B.S.** Immo à tua diſciplina ( vt video ) non diſcedis, & tibi aſ-
» ſentio,vt finiamus, dummodo aliud explicemus,tuæ expoſi-
» tioni reſeruatum,quando etiam dicit,Ego plantaui,Apollo rigauit,Deus autem iuramentum dedit,quem ſenſum putas habere verba hæc in.d.loco poſita?

**MAN.** Quòd ſiue bonus ſiue malus ſit miniſter, per vtrunque effectus gratiæ confertur.c. ſi iuſtus.j.q.j.

**B.S.** Nec ego aliter ſentio.

**B.I.** Quem vero,illatio,quam poſtea facit ibidem?

**MAN.** In illis verbis,Itaque neque qui plantat eſt aliquid,neque qui rigat, ſed qui incrementum dat Deus?

**B.I.** Etiam.

**MAN.** Quod ſacramentum corporis & ſanguinis Domini noſtri IESV CHRISTI, ſacramentum eſt,ſiue à bonis, ſiue à malis miniſtris,intra eccleſiam diſpenſetur.

**B.S.** Placet,nec à ratione eſt alienũ,ſed quid in baptiſmate,chriſmate, & alijs?

**MAN.** Idem.c.multi.§.fine.j.q.j.c.omnia, eadem.q.& cauſa, & quia ferè omnia.d.c.verba,vt conijcio, ex his explanata ſunt, tranſeo.

## *Hortus concluſus.*

## Ad.c.quartum Cantico. Dialogus 134.

BERNARDINVS IVSTVS, SCARDEONIVS, MAN.

B.I. QVONIAM ſatis ſuperque à nobis dictum eſt, quo ad interpretationem & ſenſum verborum Pauli.1. ad Corinth. cap.3.ſcirem libenter, ad aliud tranſeuntes, quid ſibi velit ſcriptura, de horto concluſo locuta alibi, Cantico.capitu.quarto ibi, "Hortus concluſus,ſoror mea ſponſa,hortus concluſus fons ſignatus."

B.S. Ego Eccleſiam intelligo.

B.I. Et tu Mantua?

MAN Idem quoque ego.

B.I. Cur ſic eccleſiam intelligitis?

MAN. Ego hoc ipſum elicio, quia CHRISTVS in horto poſitus fuit,in horto captus, in horto crucifixus, & in horto ſepultus denique.

B.I. Et tu Scardeon?

B.S. Quia liberati fuimus etiam paſsione, à peccato, quod Adi in horto commiſerat,& quia denique eccleſia eſt per eius paſſionem conſecrata.

MAN. Igitur hortus concluſus erit, de quo in loco prælligato, quod ſi ſic eſt, cur nō etiam prælati pro ea vouere animā debent, ſicuti pro Roma Curtius, pro Thebis Menecthe, & pro Athenis denique Codrus, lubenti animo mortem tulerunt.

B.S. Poſtquam de Eccleſia loqueris, peroportunum erit etiam quærere,an aliter præfiguretur.

MAN. Dicat Iuſtus.

B.I. Immo tuum onus eſt Mantua.

MAN. Si onus meum eſt,quòd tibi ita videatur,pater Reuerende,libenter ſubibo,& exinde dicam,quòd ne dum in horto figuratur ex prædictis, verum etiam per nauiculam in medio Maris poſitam, & fluctuantem,cuius mentio ſit, Math.capitulo ſexto.

B.I.



B.I. Quare fluctuantem dixit Math?

MAN. Quia perſecutionem paſſa eſt, ab Abel, à quo exordium habuit, vſque ad CHRISTVM, & ſucceſsiue alijs temporibus,quod longiſsimum eſſet referre,interim tamen legi poſſunt multa in eccleſiaſtica hiſto.& in vita Petri,Clemētis,Euariſci, & Alexandri. Quid quòd in Senatu imperauit Tyberius (hiſto.nota eſt)ne CHRISTVS IESVS, Mariæ filius, pro Deo haberetur,nec obtinuit, immo graui morbo correptus, breuiſsimo temporis interuallo obijt, tantique ſceleris pœnam luit, quod etiam ex Pſal.119. ad Dominum cùm tribularer,liquet, facto in perſecutionibus Saracenorum. Paſſa eſt etiam ſub Nerone,Domitiano,Traiano,Marco Antonio, Seuero,Maximiano,Decio,Valeriano,Aureliano,Diocletiano. Immo quòd in quatuor partibus erant olim perſecutiones Eccleſiæ,eiuſdemque perſecutores Maximianus in Oriente,Seuerus in Italia, Maxentius Romæ, & Licinius Alexandriæ,quæ eſt in Aegypto. Paſſa à Vuandalis,perfidia Arriana deprauatis,à Gothis & Longobardis, à quatuor illis uiris, de Papatu contendentibus,hæreſis zelo, Laurentio, Simmacho, Anaſtaſio,& Theodorico, & ab Hæreticis generaliter, patieturque vſque ad conſumationem ſeculi, & ab Antichriſto pariter, hæcque omnes alias excedet, & breui tempore durabit, ſed nunquam periclitabitur.c.recta.24.q.j.Abb.in.c.maiores, colum.2. de baptiſ. Immo florebit in perſecutionibus longe magis,& creſcat felicius,vt crocus,quanto magis pedibus cōculcatur.

B.S. A propoſito inſtituto deuiaſti.

MAN. Interroganti Iuſto reſpondi.

B.S. Et bene,ſequere modo,& è diuerticulo in viam,in qua ambulandum eſt,reuertamur,potéſtne aliter Eccleſia figurari?

MAN. Poteſt.

B.S. Quomodo?

MAN. Per corpus myſticum CHRISTI, & cum dicimus,Tabernaculum Dei,& in rubo ac flamma,in qua apparuit Moyſi,cum paſceret oues Ietro,cognati ſui, ſacerdotis Madian. vt Exo.c.3. Deſignatur etiam per altare holocauſti,quatuor angulos & cornua habentis,de quo Exo.c.27.Per cœlum, Apolyp.c.4.per Mare,ratione baptiſmi, quia ſicuti Mare receptaculum eſt omnium aquarum,ita Eccleſia vna eſt, per baptiſmi ſacramentum, vt ibidem.c.8.per Lunam & aerem, in.d.loco.

c.5.&.9.& non ab re lumen habet à Sole vtrunque, ſicuti ecclesia à CHRISTO.

B.S. Hæc ſint ſatis, vt alia dici etiam poſsint, quæ ſuperſunt.

B.I. Addo ego aliud, quòd Eccleſia quoque, ciuitas ſancta dicitur, quia vnitas ciuium eſt, Spiritu ſancto congregata, & Mós Syon.

B.S. Verum eſt, & legitur Apocalyp.cap.11.&.14.

B.I. Sed ad propoſitum quæro, quo ad dicta de eiuſdem perſecutione, an fuerit gladio, vel aliter.

MAN. Primo, gladio, poſtea falſa doctrina Iudæorum magorū, & Chriſtianorum.

B.S. De Eccleſia loquimur, & neſcimus adhuc quod ſit.

MAN. Immo ſcimus.

B.S. Dic tu quid ſit ergo.

MAN. Conuocatio fidelium.

B.S. Quare non congregatio?

MAN. Quia infideles congregantur, Synagogaque congregatio proprie infidelium, & quia congregari etiam ſolent pecora, conuocari vero homines, & quia congregata impelluntur, conuocata autem veniunt. Abb.in rub. de conſecra.eccle.vel alta.col.2.

B.I. Vtiturne eccleſia legibus Imperatorum?

MAN. Vtitur pro ſe, & contra hæreticos, non contra ſe.capi.j. 10.diſtin.

B.S. Quæ nanque eſt mater & magiſtra omnium eccleſiarum?

MAN. Romana & Apoſtolica.c.denique.21.diſ. quam qui violat, abſque dubio fidem violat, eſtque hæreticus, qui ei priuilegium auferre conatur: & ideo in omnibus eam ſequi profitetur diuus Ambroſius.c. omnes.22.diſ.multa i.c.j.&.2.in 3.

B.S. Cur ſic magiſtra eſt omnium & mater?

MAN. Quia non ab Apoſtolis, ſed ab ipſo Domino & Saluatore noſtro primatum obtinuit, & quam beatiſsimi Petrus & Paulus etiam martyrio conſecrarunt.

B.I. Nónne eſt etiam Alexandrina, Antiochena, Hieroſolymitana, & Conſtantinopolitana?

MAN. Eſt vtique, ſed hæc primum obtinet locum, & vt fuſius legitur in ſumma.22.diſ.& breuiter ſponſa CHRISTI, adulterque ſpiritualis, ſi quis eam violauerit.c.20.Leuiti. & hic finem facio, & me ad alia, cum fuerit opus vobiſcum loqui promptius accingor.





## Idolatria.

## Ad capit. 20. Exodi. Dialogus 135.

BERNARDINVS SCARDEONIVS, IVSTVS, MAN.

MAN. In duobus mirabile mihi eſſe videtur, quod dicitur Exo.
„ capit.20. primum eſt ibi, Non concupiſces domum proximi
„ tui, aliud vero, in fine, ibi, Non aſcendes per gradus ad altare
„ meum, ne reueletur turpido tua.

B.S. Superficialiter intelligo quid ſibi primum velit, ſecundum vero, quòd inter perſonas diuinas non detur gradus, ſed ordo.

MAN. Dicam tibi Pater Reuerende, quid ſentiam, & ſpero futurum iri, vt meam opinionem probes, quam nec forte Iuſtus refellet.

B.S. Et nos te libentiſsime auſcultabimus.

MAN. Quo ad primum dico, quòd ſicut à lege veteri ordo iudiciarius comprobari videtur, quando Moyſes dixit, In ore duorum vel trium ſtat omne verbum, Deutoro.19.& in capi. in omni, legitur, de teſti.ita eo tempore dominia rerum erant diſtincta, duoque iſta nomina meum, & tuum. & hoc ex verbis prædictis elicitur, de quo late aliàs, in.l.ex hoc iure.ff.de Iuſti.& iu.

B.S. Placet mihi admodum iſtud, nec iudicio meo aliud dici poteſt.

MAN. Quod etiam comprobatur, aliàs non eſſet mihi credendum.§.cōſyderemus, in authen.de trien.& ſe. authoritate Specu.in prohe.ſui operis, nu.26.

B.S. Quis fuit iſte Specu?

MAN. Guliel.Duran.vir præclarus, & cui noſtri tantū tribuūt, vt nunquam ſatis laudatus videatur.

B.S. Tranſeat, quid dicis quo ad ſecundum?

MAN. Quo ad ſecundum, neſcio quo modo ſenſus iſte ad verba ſcripturæ poſsit adaptari, & maxime, quando dicit, Ne reueletur turpitudo tua.

B.S. Quomodo igitur intelligis tu Man?

MAN. Crederem ego potius, verba illa dicta fuiſſe in deteſtationem idolatriæ, quia ſacrificantes Priapo, verenda oſtendebant vt ibi expoſitores ſacri dicunt, & bene, quamuis nec ſit prætermittendum, primum ſenſum probari etiã poſſe, ex his quæ habentur in.c.in CHRISTO, ibi, Cur gradum quendam atque ordinem &c. de conſecra. diſ.2. ſenſit Albe. in dictiona. ſuo aureo, in verbo gradus, qm̃ vna perſona non eſt dignior altera.

B.I. Certe (vt dixiſti Man.) illa verba vltimo loco dicta, mihi etiam quadrant, vt de idolatria loquantur.

MAN. Et maxime quia nullum crimen eſt ita graue, quòd que tantum diſpliceat Deo, quantum iſtud, vt in.d.loco dicitur, c. c.34. & Deuto.29.

B.S. Quiſque noſtrum, ſenſum, qui ſibi magis placeat, cùm à eccleſia non ſit alienum, teneat, & quiſque abũdet in ſuo, iuxta no. in.c. certificari, de ſepu. interim quia de idolatria dixiſti, ſcis ne tu Iuſte, à quo cœperit, & quis primus fuerit Idolatra?

B.I. Non.

B.S. A Nino cœpit.

MAN. Immo tempore Enos, ſecundum aliquos, & multi dicũt à Nembroth.

B.S. A quocunque cœperit, iam nihil dici poteſt cœptũ, quod bonum ſit, ſed Diabolicum potius, & maledictum quiddam abſciendum.26.q.4.

MAN. In cuius deteſtationem adhuc addi poteſt, dictum fuit
„ in.d.loco, Exo.c.20. Altare de terra, deque lapidibus non ſciſſis fieri debere, inque vno loco tantum. Idolatra ſuperbus, ambitione æſtuat, & luxuria furit, nec ſubuerti aliter poteſt quàm humilitate, contemptu Mundi & caſtitate, & vt legitur Deuto.c.12. Idolatra Ieroboã, Nabucdonoſor, ... Ieroboan, Tyberius, Domitianus, Metellus Pius, & alij innumerabiles, & præcipuus omnium Alexander, & Darius, qui Dij coli voluerunt. mitto Aegyptiorum animalia. Ignẽ Caldæorum, & quòd Simon magus etiam, Claudio imperante, Deus decretus eſt, eique ſimulacrum erectum inter duos Ty-
„ beris pontes, literis in baſi poſitis Simoni Deo Sancto. quòd-
„ que idem Domitianus Herculis ædem magno impendio ædificauit, vt ibi rurſum per Deo coleretur.

B.I. Qua pœna punitur Idolatra.

MAN. Capitis, vel deportationis.l. capitalium.§. venerarij, ſecũdum vnum intellectum.ff. de pœ. melius exodi.32.c. non afferamus.



ramus.24.q.j. & quia memini me etiam aliqua dixiſſe nũc verbum amplius non facio.

B.I. Hoc ſolum ſcire cupio, ſi vxor virum cogat Idolis ſacrificare, an poſsit dimittj.

MAN. Quid dicis tu Scardeoni?

B.S. Credo poſſe, ſi poteſt cã fornicationis, vt legitur Deut.24.

MAN. Immo quòd fornicatio hæc, eſt ſpiritualis, & abſolute dici debet, non quòd ita credas dimitti poſſe, caſus eſt, vbi alia multa in.c. Idolatria.28.q.j.

B.I. Nunquid (& hîc finio, ne ſim moleſtus) cum Idolatris olim liceret comedere, ſeu cibum ſumere.

B.S. Non, & miror quòd Pau. non recorderis.1. ad Corinth.c.
„ 5. ibi, Si quis frater nominatur fornicator, aut Idolis ſeruiẽs,
„ aut auarus, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax, cum huiuſ-
„ modi cibum ſumere non licet, & ibi, Quid enim mihi de his
„ quæ foris ſunt iudicare? de his quæ intus ſunt, vos iudicate,
„ de his autem quæ foris ſunt iudicabit Deus.

MAN. Et ita eſt, refertque Auguſti in Omel. de pœnitentia regiſtrata in.c. multi.2.j.

*Veh ſoli.*

## Ad .c. 4. Eccleſiaſtes.
## Dialogus 136.

BERNARDINVS IVSTVS, SCARDEONIVS, MAN.

B.I. ECCLESIAST. 4. dicitur, Veh ſoli, quia cùm ceciderit
„ non habet ſubleuantem ſe.

B.S. Et factum eſt iam tritum ſermone prouerbium.

B.I. Verum eſt, ſed ad quid ſeruit nobis?

B.S. Si bene legiſſes locum, quem citaſti, hoc ipſum non quæreres à nobis, ſeruit ergo ad hoc, quòd melius eſt, eẽ duos ſimul, quàm vnum, habentes emolumentum ſocietatis ſuæ ſi vnus ceciderit, vt ab altero fulciatur, & etiam elici poterat ex verbis à te propoſitis prius.

B.I. Non ſum ita rudis & expers frater chariſsime, vt ſuperficialiter non intelligam, quid ſibi velint verba prædicta, ſed quia in eis myſterium aliquid latet, non ab re quæſieram, ſi aliud ex eis elici poterat, & ad quid ſeruiret, ideo dicat Mantua, ſi quid eſt

eſt ab eo dicendum, quod tu vel ego, neſciamus.

MAN. A me nihil expectetis, quod vſquequaque vobis inco-tum ſit, in ſacris literis quotidie verſantes.

B.S. Dic quid ſentias poſtque Iuſtus hoc ipſum exoptat, qui-cunque id ſit, quod dixeris, cũ non poſsit eſſe non bene &

MAN. Adulatio, peſtis eſt, qua nulla maior in amicitia cẽpo-inquit Cy. in Lælio. ſuadetque nos Diuus Hierony. vt Sy-narum cantus ſurda aure tranſeamus.

B.S. Abſit à ſeculo, quòd tibi velim adulari Man. mihi ami-mò, & præcipuo quidem, qui verum enim dicit, non adula

MAN. De his aliàs, iocor tecum Scardeoni, ſcioque omnia ſyncere, & amiciſsimo quidem animo, ac beneuolentiſſi-dicta fuiſſe, affirmo ergo, poſtquàm ita vultis, noſtros quo-idem ſenſiſſe, immo tex. habemus nos, in. c. 2. de ſta. mo. & inquit Abb. in. c. j. col. pe. de conſt. ſeruit ad id, quòd qua-dubium eſt poſitum in opi. Doctorum, ſi reperiatur com-nis, ab ea Iudex recedere non debet, ex quo maior pars mu-veritatem inuenit, & veh ſoli (ſubdit) quia cum ceciderit

B.I. Vide ſi alium ſenſum habent verba prædicta, quid dici

B.S. Nil aliud, dictis acquieſco, placent, & ſcire, ſi quid eſt, cupio.

MAN. Seruit etiam, quia non ab re hinc dicitur, quòd funi-triplex difficile rumpitur in. d. loco eccleſiaſt. & in. c. p. de treu. & pa.

B.S. Et rurſum bene, ſed vterque veſtrum dicat mihi, no-la Maria loquebatur cum Angelo, ſola quando in ea ſe-nit Spiritus ſanctus, ſola operata Mundi ſalutem? no-lus Petrus cognouit myſteria? ſolusque homo ad im-Dei factus, & ſolus dominus, quando Mundum redee

MAN. Vtique, ſed non tamen ſolus Adam præuaricatu-rum adiuncta muliere, mandatis Dei non obediuit, ne-etiam ſolus CHRISTVS Io. 8. peccatum donaturus, qu-valebat alijs eſſe commune, & ſolus etiam, quia ſuſtulit p-ta Mundi. negari tamen non poteſt, ſolum hominem, D-aut beſtiam, licèt Moſes Aegyptum relinquens, ſolus pl-ſaretur in heremo, & in deſerto genti Iudæorum præd-timumque ſocium habere, cum quo loqui omnia aude-quo, cadentes (vt dicebatur) ſubleuemur, non ſecus ac-Atlas ab Hercule, & quia ferrum ferro acuitur, exacuit-mo faciem amici ſui. Immo quòd nec iucunda eſt (vt no-



cunt) poſſeſsio abſque ſocio, & ſi naturalis virtus per ſe ad fi-nem peruenire non poteſt, extrinſeco ſemper eget auxilio, & cum nil aliud vobis dicere queam, finem facio.

B.I. Nunc erit finis Man. nõne. 2. feria poſt reſurrectionis feſtũ
„ dicitur, Tu ſolus peregrinus in Hieruſalẽ, & hæc ignoras? &
„ alibi, Solus hic ſeruabat vrbem, & mœnia longi ambitus.
„ Solo ſtabat Hectore Troia.

MAN. Dicitur, ſed non quòd alij excludantur. l. fi. C. de legi. op-tima glo. in. l. eum qui, in. §. ſi petenti. ff. de publicia.

*Immundus.*

## Ad. c. 34. Eccleſiaſti. Dialogus 137.

BERNARDINVS SCARDEONIVS, IVSTVS, MAN.

B.S. DVM Eccleſiaſti. 34. c. dicitur, Ab immundo quid mun-dabitur? quomodo hoc ipſum intelligis Man.

MAN. Nõ aliter, quàm tu, vel Iuſtus, quòd alterius ſordes mũ-dare non poſsit, qui ſordidus eſt.

B.S. Exemplum.

MAN. Exemplum eſt in ſacerdotibus concubinarijs.

B.S. Et bene, irritaturque Deus plurimum ex fornicatione ſa-cerdotis, quia non ſeruat continentiæ fidem, quam ordinatio-nis tempore promittit.

B.I. Quis melius ſcit, quàm tu Scardeonis, qui continentiam & caſtitatem, lib. ſeptem, nunquam ſatis laudatis, quos tota poſte-ritas admirabitur, tantopere extollis.

MAN. Immo quòd in concilio Toletano, ſtatutũ aliàs fuit. nul-lum in ſacerdotem recipi debere, niſi is, cuius caſtitas ante ſu-ſceptum ſacerdotiũ ſit maxime approbata, & teſtatur Bermõ. choueron. in tracta. de concubina. in prin. nu. 12.

B.I. Et in Chartaginen. cautum ſic, Clericus cum extraneis mu
„ lieribus non habitet.

B.S. Recordor etiam me legiſſe in decre. Pij, & Aniceti Pap. ſic
„ Clerici comam nõ nutriant, ſed deſuper caput in modũ Sphę-
„ ræ radant, quoniam laicis & ſimplicibus, virtutis, honeſtatis, pudicitiæ, & grauitatis exemplum eſſe debent. & de his ſuſius

P. Pierius

P.Pierius Valerianus,vir omnibus numeris abſolutiſſi[illegible] in tracta.de ſacerdotum barbis,conferuntque not.etiam [illegible] clericus,de vi.& ho.cle.

**MAN.** Mihi videtur ad.d.loci propoſitum redeũtes,quòd [illegible] me etiam faciat illud,de quo Luc.6.c. & Matth.7. Trabe[illegible] oculo prius eiciat quis,vt feſtucam alterius videat his ver[illegible]

» Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui,trabem [illegible]
» quæ in tuo eſt,non conſyderas ? Hyppocrita eijce prim[illegible]
» trabem de oculo tuo,& tunc videbis eicere feſtucam de oc[illegible]

fratris tui,vnde forte nobilis poe. Lyricus hauſit,quod [illegible] ſe ſic cecinit pariter.

» Ben ſi puo dir à me, frate tu vai
» Moſtrando altrui la via, doue ſouente
» Foſti ſmarito, & hor ſe piu che mai.

Et idem dicitur in.c.multi.j.q.j.& probat Ang. in.l.metum [illegible] §.proinde.ff.quod met.cau.ſubijciens adhuc,quòd qui obi[illegible] alteri turpitudinem,ab ea mundus ( vt dicebamus ) eſſe de[illegible] quia turpe eſt Doctori,cùm culpa redarguit ipſum.l.2.§.[illegible] uius autem Sulpitius.ff.de ori.iur.l.cum mulier.ff.ſolu.ma[illegible] & Abb.in.c.nouit,nu.40.de iudi.poſt Archi.in.c.ſi peccau[illegible] 2.q.j.quòd quãuis exiſtens in peccato non admittatur ad [illegible] nunciandum,actus tamen correctionis in eum cadere po[illegible] quia non eſt ſibi deletum ex toto iudicium rationis,regula[illegible] ter vero redditur indignus,ſi peccatum maius cõmiſit,[illegible] nus corrigat,ex quo videt feſtucam &c.& in accuſatione [illegible] dicit Imo.in.l.is qui reus,col.j.ff.de pub.iudi.quòd debe[illegible] prius ſe lauare,quàm alium inculpet,poſt glo.ibi.

**B.I.** Quadrat etiam quod dicitur Io.8.c.ibi, Qui ſine [illegible] eſt veſtrum,primus in illam lapidem mittat.

**MAN.** Optime quidem,verbúmque mihi ex ore Iuſte ab[illegible] quod ego quoque dicere cogitaram.eſt etiam vltra in p[illegible] bio,Loripedem rectus derideat Aethiopem albus,& cer[illegible] aliorum errores vident,ſuos autem ignorant. Promethe[illegible] bula ſunt coercendi,aiunt enim,formato homine, duas p[illegible] ipſi appenſas,malorum plenas accommodaſſe, alteram [illegible] maiorem vero poſt terga,vt aliorum errores videat,ſuos [illegible] ignoret,vt quoniam myſterium habent verba ſupra dict[illegible] qua ex tempore vobis dicam patres non ingrata.

**B.S.** Dic Man.quoniam te attentiſsime audiemus.

**MAN.** Credo quidem,poſtquàm mihi hoc ipſum cõcediti[illegible] nigni-



nignitate veſtra, etiam dictum de induſtria,ab immũdo quidquàm mundari non poſſe, quoniam munditics maxime placet Deo.patet primum ex eo,quod dicere ſoletis vos Sacerdotes,Munda cor meum.Beati mundi corde.& Dauid Pſal. 50. Miſerere mei Deus,& à peccato meo munda.Item, Aſperges me domine Iſopo,& mundabor,lauabis me, & ſuper niuem dealbabor.& Leui.melius quàm alibi.11.Nolite contaminare animas veſtras,nec tangetis quidquàm immundum .&.15. ibi,Vir qui fluxum ſeminis patitur,immũdus erit. & Luc.11. date eleemoſynam,& omnia vobis munda erunt,dictum ſanè pulchrum,& regiſtratum in.c.medicamentum, de pœn.diſ.j. quid quòd non licebat ẽt panes azimos comedere, niſi perſonis mundis,quòdque myſterialiter ex latere IESV CHRISTI etiam exiuit ſanguis & aqua,vt vnum eſſet ad redemptionem. ad abluitionem vero alterum,nec aliud ſibi vult quod dicitur Matth.7.nolite dare ſanctum canibus,neque margarittas miſeritis ante porcos.quoniam intelligitur,immundis ſpiritibus ſacræ communionis,non eſſe facile tribuenda conſortia, vt plene legitur in.c.nõnulli,de pœni.diſ.j. hinc exiſtimauit antiquitas,eum qui vidiſſet hominem mortuum pollui. ex quo forte in more poſitum fuerat,vt ramum cupreſsi ante mortui domum ponerent, ne per ignorantiam ingreſſus Pontifex pollueretur pariter. & quia cadauera immunda dicuntur & corrupta,quæ immunditics quædam eſt. Vnde fit vt lumine & aſperſione aquæ benedictæ Dæmones arceantur, qui hiſce cadaueribus quàm maxime oblectari ſolent.immo quòd aues & animalia,ex rapina viuentia, immunda cenſebantur quoque,nec ex eis,nec eodem modo captis, veſci populus ea ratione poterat.& ad idem inquit Gel. noctium Atti. lib. 10.c. 15.quòd Dialis mortuum nunquam tangebat. Iubebaturque rurſum in lege,leproſum inſpici,non tangi,quia tangens immundnm,immundus erat,Leui.15.et Exo.20.late Arch.in.c. fi.col.j.25.q.j.Scribit etiam.2.ad Corinth. Pau.c. 6. in fi.ſic,

» Immundum ne tetigeritis,& ego recipiam vos, & ero vobis
» in patrẽ, & vos mihi in filios & filias.pulcherrimaq; Malach.

verba.j.traduntur,quando dicit, Offerentes ad altare meum

» panes pollutos,non eſt mihi voluntas in vobis, & ſacrficium
» non accipiam de manibus veſtris,quia polluti eſtis, idemque

in.c.oportet vtrunque.81.diſ.Et ad Titum.j. & in.c. propo-

» ſuiſti.82.diſ.Pau.adhuc, Omnia munda mundis, coinquina-

tis

„ tis autem & infidelibus nihil eſt mundum.

**B.I.** Adeo plene dixiſti Man. vt nobis dicendi locus ...
ctus non ſit.

**MAN.** Ergo finem faciamus.

**B.S.** Vt lubet, oīno nihil aliud hac in re ſum hodie dicturus.

**B.I.** De homicidio tamen nihil dictum fuit.

**MAN.** Indubitatum videtur adeo deteſtabile eſſe, vt cum ... vir iuſtus, poſt diluuium impetraſſet veniam, dixerit ei D... alia omittens, abſtineant ſe homines ab homicidio, & m... ſint, quoniam ſi quid tale egerint, eos puniam. & Pilatus ... dus ſum ego à ſanguine huius. & actu. 20. mundus ſum à ... guine omnium, ſanguis etiam immundus, quia pro anim... & in Leui. ac Deutoro. eſum ipſius hac ratione phibuit D... 7. &. 12. c. & ad munera Abel reſpexit propter puritatem ... Cain non (hiſto. nota eſt) propter immunditiam. nec ad ... accedimus, niſi fide, intentione, remiſsione, & munditia ... mini me legiſſe, nunc non recordor quo in loco, dicat ... ſi velit, Aegyptios ſacerdotes, neque agninis, neque por... carnibus veſci, quia ſuperfluitate immunda abundant, ... guſtare, vtpote quia ex ſe impurum ſit.

**B.S.** Satis ſuperque ſatis dictū eſt à te, cui hoc ipſum cred... & omnia, dictiſque acquieſcimus.

## *Ieiunium.*

## Ad. c. 6. Matth. cum ieiunatis. Dialogus 138.

BERNARDINVS IVSTVS, SCARDEONIVS, MAN.

**B.I.** MATTH. 6. c. dicitur, Cum autem ieiunatis, noli... &c. vellem ſcire à vobis multa.

**B.S.** Quæ ſunt iſta?

**B.I.** Hæc breuiter, quare ſimpliciter ſic dixit Euangeliſta ... ieiunatis.

**B.S.** Dixit, quia tenemur, & ſumus obligati lege diuina ad ... nium, non autem hac ratione dixit, nos ieiunare debere.

**MAN.** Ego ſuppetias tibi feram, licèt non egeas Scardeon... ſecundum noſtros Iurecon. loquar, Supponit ieiunium ... ſar...



ſarium, & de iure diuino, quia tradit regulam ieiunandi, vt in ſimili in. l. Dominus teſtamento. ff. de teſta.

**B.I.** Placet vtrunque, ſed rurſum cur poſtea dixit in ſingulari numero; tu autem cum ieiunas, ratio enim recti ſermonis ſeruari debet. l. Plautius. ff. de au. & ar. le.

**MAN.** Figuratus modus loquendi eſt, & in vſu quàm maxime, cum numerus mutatur, vt plærumque perſona caſus & tempus, non nihil Bar. auriga noſter, in. l. j. nu. 6. ff. de teſta. & ad propoſitum dicebat Bal. quòd ſicuti debemus ſeruare ratioñe recti ſermonis, ita ſeruare debemus ratioñe rectæ intentionis, conſi. 205. præmiſsis, col. 2. vol. 4.

**B.S.** Cum his tuis allegationibus Man. inuoluis nos, iuris ignaros.

**MAN.** Mihi credere debetis, vt ego vobis Theologiæ profeſſoribus, & aliter quomodocunque loquentibus, cum dicta ſic, authoritatibus tantum fulciantur, & quoniam noſtræ etiam allegationes ſunt noui & veteris teſtamenti, & noſtræ pariter, & iuris cum Pontificij, tum Cæſarei, affinitatem habentiū.

**B.S.** Vtcunque, omnia recte à te dicta ſint, omnino criticos nō timemus, eſtné aliud Iuſte, de quo dubites?

**B.I.** Eſt inquam.

**B.S.** Quid hoc eſt?

**B.I.** Verbum illud tu, anne cum myſterio dictum videatur.

**B.S.** Credo ego quòd ſic.

**B.I.** Et tu mantua?

**MAN.** Ego quoque idem ſentio, immo nullum uerbum Euangelij eſt, in quo myſterium & arcana Dei non lateat.

**B.I.** Scio inquam, ſed interim velim dicatis, quod nanque iſtud ſit, ita reconditum, vt non facile, niſi aliquid lucis afferatur, intelligi poſsit.

**B.S.** Dicam ego, & probabit Man. poſtea, ſi rationabile dictum ſibi videbitur.

**MAN.** Nec ſecus faciam.

**B.S.** Credo igitur, vt breuiter quid ſentiam explicem, quòd tu, dictum ſit, quoniam loquitur nobis electis & iuſtificatis ſanctiſsimo, precioſiſsimoque ſanguine Ieſu Chriſti.

**MAN.** Dixiſti, verum eſt, & nil aliud addi poteſt.

**B.I.** Nec ſecus teneo ego, immo quòd hanc expoſitionem audiui aliàs, & à multis quidem probari.

**B.S.** Sciretis dicere ſummatim (miſſa hæc faciamus) vos, quid in

d. euan-

d.euangelio contineatur?

B.I. Vtique.

B.S. Quid continetur in eo?

B.I. Declinatio à malo, operatio boni, & contributio omni in Deum.

B.S. Vbi nam ſunt partes iſtæ?

B.I. Vna ibi, Cùm ieiunatis. alia ibi, Laua faciem tuam. vlti dum dicit, Theſaurizate autem vobis theſauros in cœlo &

MAN. Addo ego vnum, dum ibi ſubijcitur, vbi enim eſt theſa rus tuus, ibi eſt & cor tuum. noſtros argumentum ſumere, vbi quis ſe tranſtulit ad locum unà cum familia, & maiore p te fortunarum ſuarum, ibi domicilium contraxiſſe præſum tur. l. 2. C. vbi ſena. vel cla. l. nihil. ff. de capti. l. debitor. ff. de p gno. not. in c. ex parte, de fo. compe. Bal. conſi. 393. puncti col. j. vol. j.

B.S. De hypocrita nihil dicimus, de quo ibidem adhuc maxi facta eſt mentio?

B.I. Quid vis dicamus, niſi quòd à cimbalo tinniente Pauli n differat, quòd de virtute loquatur, nec recte viuat, Cythar ſimilis, quæ prodeſt alijs, ipſa vero nec audit, nec ſe quidquàm.

MAN. Quis eſt qui neſciat, vltra hæc, ipſius gaudium eſſe ad i ſtar puncti, quem lineæ partem minimam dicunt Geome Grammatici vero, ſupra, ſignificare, in medio diuidere, & ti ne terminare, & declarabitur quod legitur Io. c. 20. in prin quoniam hypocrita ſignificat id quod nõ eſt, diuidit ſcabr & in eo denique terminatur, & dixiſti Iuſte, quòd Cy ſimilis eſt, & bene, ſed dixiſſes melius, ſi picturæ cum co raſſes, vel hiſtrioni, quoniam oſtendunt id, quod non eſt,

„ ſibi vult aliud in euangelio CHRISTVS, quãdo dixit M
„ c. 7. attendite à falſis Prophetis, cum veniunt in veſtime
„ ouium intrinſecus vero ſunt lupi rapaces, deteſtabile vit
„ etiam authoritate Deutor. c. 22. ibi, Ne induaris veſté, quæ
„ lino & lana contexta eſt. Hypocrita altera manu fert lapide
(vt in Aulula. inquit Pau.) altera panem oſtentat. deque con tellexit poe. quandò dixit.

„ Vltra Sauromatas fugere hic libet, & glacialem
„ Oceanum quotiens aliquid de moribus audent,
„ Qui curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.

& Dant. Alige. can. 23. his verbis.

„ La



„ La giu trouammo vna gente dipinta,
„ Che giua intorno aſſai con lenti paſsi,
„ Piangendo, & nel ſembiante ſtanca & vinta.

B.S. Adde, quòd cum vidiſſet Sacerdotem, pœnitentiam diſſimulantem, & ſe percutientem, Paulus dixit, Percutiat te Deus paries dealbate. c. 23. Act. Apoſto.

MAN. De ieiunio etiam mentio facta eſt ibidem, & adhuc nihil diximus.

B.S. Satis eſt dixiſſe quæ ſupra enunciata fuerunt ad declarationem eorum, quę nobis propoſita ſunt, tu ſi de ieiunio aliud dicere vis, dicas, quoniam libentiſsime (vt ſolemus) te ipſum auſcultabimus.

MAN. Nec aliud certe dicendum eſt, quoniam quiſque noſtrũ ſcit, quòd eſt cibus animæ, & medicina ſpiritualis, armaq; etiã contra tentationes Diaboli, quòd ieiunium ſanctificandũ eſt, quia CHRISTVS. 40. diebus ieiunauit, Moyſes, & Elias, hique famem tolerauerunt, nec CHRISTVS eſurijt. quòd ieiunans eſurire debet tripliciter, cibo corporali, Iuſtitia & virtute, & cœleſti denique gloria, quòd ieiunans (vt diximus) hypocrita eſſe non debet, & quòd denique mundum & ſolemne offerendum eſt Deo. c. habeatur. 18. diſ.

B.S. Dictum etiam eſt, iure diuino inſtitutũ fuiſſe, & ex his, quæ diſcurriſti, liquet, éſtne mortale peccatum eius tranſgreſsio?

MAN. Non, ſi ex cauſa fiat.

B.I. Si ex contemptu, vt faciunt multi?

MAN. Quis dubitat, & notandum eſt, quòd obligat etiam lex naturæ, licèt quo ad modum & tempus, ſit de iure poſitiuo. & fuſius poſt diuum Thomam tradit Archi. noſter, in. c. j. col. 2. de conſecra. diſ. 3.

B.I. Quia ieiunium res eſt tam ſalutaris, tam frugifera & ſancta, rogo te Man. ne tam cito finiamus, neque moleſtum ſit tibi aliqua etiam num dicere, quæ ſcire maxime concupiſco.

MAN. Quid ſcire cupis amplius Iuſtæ?

B.I. Quare ſic Moſes. 40. diebus ieiunauerit.

MAN. Vt promereri videretur accipere legem Dei, Exo. c. 24. Sicut Niniuitæ, vt miſericordiam impetrarét, Ion. c. 3. & Elias (vt diximus) quia iuſſu Angeli peregrinatus erat. 40. diebus pariter, vſque ad Montem Horeb. 3. Reg. c. 19.

B.I. Ieiunauítne Adam, primus ille omnium parens?

MAN. Non, ſed bene pœnitentiam egit in aquis, aliàs ſi ieiunaſſet,

ſet, quia ieiuni hominis ſaliua (vt Plin. inquit) ſerpentes ne non fuiſſet à ſerpentes deceptus, ſed ipſum decepiſſet pot.

**B.I.** A quibus maxime ieiunium obſeruandum eſt?

**MAN.** A vobis. capitu. ſtatuimus. capitu. denique, quarta di cap, viliſsimus. j. q. j.

**B.I.** Cùm de ieiunio fit mentio, intelligitúrne de abſtinen cibis tantum?

**MAN.** A cibis & à vitijs, aliàs ieiunium non eſſet Deo grat quia oportet quòd ipſum comitentur opera pietatis, & e moſynæ, vt Zacha. ſeptimo legitur. Quid plura, ſicuti ol athletas roborat, ita ieiunium in via Dei ſe exercentes, ad dem pietatis opera ſeu ſtudia firmat & accendit. Ieiunio I dith vilis fœmina Hebræa, vicit Holofernem, eique capu cidit (hiſto. nota eſt) & vt dicitur, primo Reg. cap. ſeptimo uus exercitus magnum & numeroſum vicit, & quia gulæ que peccauit, reſerauitq; beatitudinis portas, ieiunium ca bis, aperuit, & peccatum prius correxit. Quod etiam qua genarium eſt, quoniam quadragenario numero quoque uia in diluuio exundauit, quo tribulatio pœnitentiæ & t nium deſignabatur, poſt quod tempus Noe feneſtram ap ſe ferunt, vt deſignaretur pariter ieiunantibus cœlum ape Vnde (vt paulo ſupra dictum fuit) nō ſine cauſa Moſes, E & CHRISTVS Saluator noſter, ieiunia. 40. dierum ſa crarunt, & non alia ratione, niſi vt declararent, tribus te ribus neceſſarium fuiſſe, ante legem, ſub lege, & ſub gra Gene. ſeptimo latius, Ieiunium, vltimo loco, à beato Pe ſtitutum eſt, vt in. cap. ſi inimicus. 93. diſtin. & non ab ni am poſt Babilonicam captiuitatem annis. 46. ædific templum Domini, vt pari ratione nos, poſt captiuitate lonis, ideſt confuſionis vitiorum, totidem diebus à cap iunij vſque ad paſcha per abſtinentiam & bona opera no ipſos ædificaremus, quia templum Dei ſumus, & CHRI STI membra, primo ad Corinth. tertio & ſexto, & ca tulo ſexto, & quia in veteri lege præceptum erat, decimas & primitias reddi, de omnibus bonis, vt & nos id ipſum romus de nobis capitu. quadrageſima, de conſecra. diſtinc ta, vt populum Iſrael, qui quadraginta annis fuit in deſert præſentaremus, & vt denique humiliaremur Diabolum pugnantes.

Ho



## *Homo à Deo factus.*

## Ad. cap. primum Gene. Dialogus 139.

BERNARDINVS SCARDEONIVS, IVSTVS, MAN.

**B.S.** IN cap. j. Gene. in prin. dictum eſt, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, de cuius dignitate & excellentia à te Man. dictum alibi eſt ſatis, ſed nunc ad propoſitum ſcire cupio, quare ſic dictum ſit.

**MAN.** Reſpondeat Iuſtus.

**B.I.** Tuum eſt onus Man. quia Scardeonius noſter etiam te & non me compellauit.

**MAN.** Compellauit me, quia dixit, de dignitate hominis me alibi dixiſſe, & eſt verum, libro. j. enchiri. ni fallor, ſed non plus me quàm te quo ad iſtud.

**B.I.** Quid tum, eſto quòd ita ſit, volo vt omnino reſpōdeas tu.

**MAN.** Ego non ſum Theologus.

**B.I.** Immo plus Theologiæ, quàm iuri operam dediſſe videris.

**MAN.** Legi multa fateor, non quòd me Theologum profitear, nec velle me, aut tecum, vel cū Scardeonio noſtro, cōtendere.

**B.S.** Non ſunt contentiones hæ noſtræ Man. ſed colloquia familiaria, & confabulationes, hoc tempore maxime, & ruri, ad leuandos æſtus.

**MAN.** Poſtquam vultis, me dicere, dicam, omnia ſummittentes tamen correctioni vniuſcuiuſque veſtrū, ego intelligo Scardeoni doctiſsime, verba prædicta Gene. vt imago ſit reſpectu animæ, ſimilitudo vero ad corpus referatur, ex quo etiā ſimile eſt, quantum ad figuram, ipſi animæ, glo. eſt in. c. hæc imago, ne credatis me ſine authoritate loqui. 33. q. 5.

**B.S.** Ergo Deus habebat corpus? non dicendum.

**MAN.** Habebat, cùm ſciret ſe incarnaturum in vtero beatę virginis, nec ab re, quia aer etiam corpus habet, cum tamen nec videri, nec tangi poſsit, & cum ſit factus ad imaginem & ſimilitudinem Dei, & de anima (vt dixi) imago intelligatur, inferri poteſt, quòd ſit impaſsibilis, immortalis, & incorporea, iuxta illud Luc. 24. c. Spiritus carnem & oſſa non habet. Immo

X 2 quòd

quòd tota eſt in toto,& in qualibet parte totius,vt ipſe Deus, habens tot nomina, quot virtutes diuerſimode operatur in corpore, ſubſtantia enim appellatur ab eo, quòd anima viuimus,cor,ſpiritus,intellectus,imaginatio,memoria,& ſimile.

B.S. Cùm dixerit, ad noſtram, videtúrne tibi, quòd concurrerint in creatione Angeli?

MAN. Nõ,cum ſit opus ſolius Dei, ipſíque à Deo etiam creati.

B.S. Quare ergo ad noſtram,& faciamus,propter patrem,filij, & Spiritum ſanctum.ternarius etiam numerus in decem præceptis primaque tabula,quæ continet ordinãtia ad Deum,ibi, Vnum cole Deum, Nec iures vana per ipſum, Sabbata ſanctifices,refertur ad animam,quia(vt dictum eſt) ad imaginem diuinæ trinitatis fabricata eſt.

B.I. Dixiſti Man.vnum,quod mihi declarari volo,quòd Deus creauit etiam Angelos, ergo de nihilo, ſecundum propriam verbi ſignificationem,quoniam creare,eſt de nihilo aliquid facere,& tamen de ſubtiliſsima materia,& ſic præexiſtenti,creati dicuntur,vt probare nititur diuus Auguſti.in ſermo.de natura Dæmonum,relatus à noſtris, in.c.ſciendum.26.q.5.

MAN. Non video quòd aliud poſsit dici, niſi quòd in creatione ipſorum, ſimul etiam creauerit ipſam materiam,vt in creatione cœli & terræ,& ideo in.d.c.j.Gene.in princi. ſic dicitur, In principio creauit Deus cœlum & terram.

B.I. Placet mihi reſponſio hæc, vera & Theologica, igitur ad alia perge,quia te auſcultamus.

MAN. Nil aliud volo dicere, ſi quid dicendum ſupereſt, vel tu, vel Scardeonius,in arenam deſcendat.

B.S. Poſtquam me inuitas,dicam,& à te aliud quęram,quare ſic prima die fecit Deus lucem, eamque diuiſit à tenebris.

MAN. Vt in reparatione hominis, radiante luce rationis, ſeipſum recognoſceret, qua de re(quod dicitur etiam Io.9.)cæci illuminauit, vt noſmetipſos cognoſceremus pariter, ſicuti & ipſe magnifaciens nomen Dei, filium viduæ ſuſcitauit, & vt rurſum ipſe reſedit,qui mortuus erat,Luc.7. Ita nos ſedentes faceremus.hacque reſponſione tibi ſatisfactum puto.At è côuerſo dic mihi Scardeoni,cur ſic in operibus quinque dierum dixit,& vidit Deus quòd eſſet bonum,Sexta vero ſic. Viditque Deus cuncta,quæ fecerat,& erant valde bona?

B.S. Quia cum omnia ab ipſo facta ſint (vt inquit Plato in Timæo)nefas eſt,exiſtimare aliquid malum.

MAN.



MAN. Scio hoc, & plus, quòd hac ratione in.2.de Repub.Heſiodum,Homerumque reprehendit,qui Iouem faciunt malorum cauſam, ſed nihil ad rem,quare bonum prius, poſtea valde bonum dixerit.

B.S. Dixit forte, quia omne bonum eſt magis bonum in toto, quàm in parte.

MAN. Et hæc eſt vera reſponſio,addo ego facere,quia ſicuti totum eſt ſua parte maius, ita bonum magis bonum eſſe debet (vt diximus)in toto quàm in parte,& iſta ſufficiant.

*Sudor uultus.*

## Ad capitulum tertium, Gene. Dialogus 140.

BERNARDINVS IVSTVS, SCARDEONIVS, MAN.

B.I. MAGNA verba ſunt,quæ dixit Deus Adæ.cap.3. Gene.
„ Quia audiſti vocem vxoris tuę,& comediſti de ligno,ex quo
„ præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo,
„ in laboribus comedes ex ea,cunctis diebus vitæ tuæ, ſpinas &
„ tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In ſudore
„ vultus tui, veſceris pane tuo, donec reuertaris in terram, de
„ qua ſumptus es,quia puluis es,& in puluerem reuerteris.

B.S. Immo maxima, & tremenda.

MAN. Et præſertim cum proueniant ab ore Dei, propter peccatum,qua de re volo vos ſcire, quando de Eccleſia peccatores eiciũtur, eici ſicuti Adam de Paradiſo eiectus eſt, extra ianuas Eccleſiæ,quos etiam proſequitur clerus,ſic dicens pariter, In ſudore vultus tui veſceris pane tuo,vt videntes ſanctam Eccleſiam pro facinoribus ſuis tremefactam atque commotam,non paruipendant pœnitentiam,& fuſius,vt in.c.in capite quadrageſimæ.50.diſtin.

B.S. Mittamus iſta, poſtquam ſic maledictus eſt Adam, & vt in ſudore vultus ſui veſceretur pane ſuo,cum prius eſſet in ſtatu innocentiæ,nec ex neceſsitate operaretur, ſed per liberum arbitrium, certum eſt à nobis omnino nunc laborandum eſſe.

MAN. Certiſsimum, quia cum in honore eſſet non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus illis.

Iumenta laboribus fatigantur, fame, ſiti, alijsque miſerijs, igi-
tur & homo, & hoc eſt quod dicitur Eccleſiaſtes. 2. cuncti dies
eius laboribus & erumnis pleni ſunt, nec per noctem méte re-
» quieſcit. conqueriturque Iob, dicens, Homo natus de mulie-
» re, breui viuens tempore, repletus multis laboribus & miſe-
» rijs, quaſi flos egreditur, & velut vmbra fugit, & nunquam in
» eodem ſtatu permanet. c. 13. & quòd ad laborem naſcitur, vt
ad volatum aues. c. 5. quòdque militia eſt vita hominis. 7.

B. I. Sed quare iumentis inſipientibus?

MAN. Quia ſenſu carent, quod noſtri dicunt, in. l. j. in prin. ff. ſi
quad. pau. fe. di. & ſi quod eſt huiuſmodi, eſt onager ad laborá-
dum iners, vt homo ad bene agendum, quòd autem laboran-
dum ſit experientia docet, nanque agricolæ niſi hoc ipſum fa-
ciant, omnia ruunt in peius.
» Non aliter, quàm qui aduerſo vix flumine lembum,
» Remigijs ſubigit, ſi brachia forte remiſit,
» Atq; illum in præceps prono rapit alueus amni. Immo Apo-
ſto. de ſe confidenter loquutus, ait, prædicaſſe euangelium, vt
neceſſaria ſibi ſuis manibus miniſtraret. j. ad Corinth. 9. cap. di-
cens alibi, quòd qui altari non ſeruit, non debet viuere de alta-
ri, in. c. cum ſecundum, de præben. non ignari etiam, quòd da-
tur beneficium propter officium. c. clerici. j. q. 2. quòd non mi-
ducat qui non laborat, inquit glo. in. l. quamuis. ff. de dam. in
fec. & miſit hac de re Dominus operarios in vineam ſuam, Ma-
th. 20. Archi. in. c. in nouo, col. 2. & 21. diſtin. & breuiter quo
quiſque eſt maior, magis laboret neceſſe eſt, vt Maximinus
Imp. dicere ſolebat.

B. S. Etiam quòd Adæ maledicens Dominus, hoc dixerit, labo-
randumque ſit, & in ſudore vultus quærendus panis, labo-
men, eſt quid, quàm maxime laudandum, area virtutum, & c-
pus apertiſsimus ad gloriam nobis comparandam.

MAN. Adde, quòd delitiæ molles & ignauos reddunt homines,
quòdque inde prouerbium ortum eſt, Cum Minerua manum
moue, admota manu Fortunã voca, & ſimile, quoniam pigris
& ocioſis numina haud fauent. Quid quòd Lacedemoniorum
eruditio erat, parère magiſtratibus, patientes eſſe laborum &
in prælio aut vincere, aut mori. Veneremque, quam μορφώ vo-
cabant, armatam colentes, quia nil turpius ignauia eſſe duce-
bant, bellica virtute vero nil pulchrius, virtutem etiam poſue-
re Dij (Heſiodique ſententia eſt) ſudore parandam. In quer-
bus



bus naturalibus videmus, ſolum, ſi incultum ſit, languere, cul-
tum vero, generoſos edere fructus, ſi arbores negligantur, ſte-
rileſcere, at vbi patrocinium aſſecutæ fuerint, fructuoſas reddi
pariter & fertiles, corporis fortitudo rurſum molitie frangi-
tur, exercitatione vero creſcunt vires, & augentur.

B. I. Laboremus igitur libenter & nos, ac in agone huius Mun-
di certemus aduerſus ipſum Diabolum & carnem curſum cõ-
ſummemus, quoniam in reliquio cùm inſteterit tẽpus reſolu-
tionis, repoſita erit nobis corona Iuſtitiæ, quam (vt. 2. ad Ti-
moth. c. 4. inquit Pau.) reddet nobis Dominus in illa die iu-
ſtus Iudex, & non ſolum nobis, ſed & ijs qui diligunt aduen-
tum eius.

B. S. In verbis prædictis, magna etiam verba illa videntur, Quia
puluis es, & in puluerem reuerteris.

B. I. Forte quia dixerat, in ſudore vultus tui, addita ſunt, ex quo
» ſudor labor eſt (vt diximus) & iuxta illud Hora. Multa tulit,
feci tque puer, ſudauit & alſit, verum eſt, nec puluis aliud ſibi
vult, quod & adhuc expreſsit Poe. dicens.
» Sunt quos curriculo puluerem Olympicum
» Collegiſſe iuuat, metaque feruidis
» Euitata rotis.
Et vulgo ſic loqui ſolemus, vſitatusque dicendi modus eſt,
quando aliqua in re non parum laborauimus, nec citra pulue-
rem, ſupple eam aſſecuti ſumus, vt Peleus Thetin, quam licèt
in varias ſe ſe mutaret figuras, non ſecus ac Proteus, nihilomi-
nus (vt apud Sophoclem in Troilo legitur) vicit, & aſſecutus
eſt pariter.

MAN. Bene verum eſt, puluerem pro ſudore poni, ſed nõn in. d.
loco, at ſolum vt hominis vilitas oſtenderetur propter pecca-
tum Adæ, & quia re vera nil aliud eſt, quàm cinis & puluis, &
ad idem audi Poe. Lyricum dicentem.
» Veramente ſian noi poluere & ombra;
» Veramente la voglia cieca e'ngorda;
» Veramente fallace è la Speranza.
Immo Dauid canentem, Pſal. 102. recordatus eſt, q̃m puluis
» ſumus, Homo ſicut fœnum dies eius, tanquam flos agri, ſic ef-
» florebit. Quoniam ſpiritus pertrãſibit in illo, & non ſubſiſtet,
» & non cognoſcet amplius locum ſuum. & 103. Auertente au-
» tem te faciem turbabuntur, auferes ſpiritum eorum & defi-
» cient, & in puluerem ſuum reuertentur. dicitur etiam Eccle-

„ ſiaſti.10.quid ſuperabit terra & cinis? &.17.Omnes homines
„ terra & cinis.

B.S. Prima die quadrageſimæ etiam,ex Eccleſiæ inſtituto,cinis nobis à ſacerdote capiti ſpargitur,dicente, Recordare homo, quòd cinis es,& in cinerem reuerteris,de quo.2.Reg.quoque c.13. & Iudith.4.& Heſt.4. & Iob vlti.& Mich.j.& Gene.18. & Iſa.55.& Hiere.25.& Ion.3.

MAN. Et bene,in ſignum humilitatis, Diabolum impugnantes, quoniam dicit adhuc eccleſia tunc,Humiliate capita veſtra. Flectamus genua &c.eſt verum quòd alibi puluis terræ, pro malis capitur.13.Gene.ſicuti pro bonis ſtellarum multitudo. 15.& Deutoro.j.& quòd cinere inter alia ſolet eccleſia recõciliari,in ſignum paſsionis Domini,vt declarat Abb.in.c.propoſuiſti,de conſecra.ec.vel alta.& ad propoſitum aliter dixit Bonifatius Pap.8.prima cinerum die, vt ſupra Procheto Ianuenſi Archiepiſcopo, ad pedes eius procumbenti, hoc eſt, Memento homo quia Gibellinus,es & cum Gibellinis in cinerem reuerteris.cumque in caput (vt moris eſt)non iniecit, ſed in oculos eius.

B.S. Et non immerito,intrauit vt vulpis,regnauit vt lupus, & mortuus eſt vt canis.Et iſte (ni fallor) lib.veſtrum ſextũ decretalium compoſuit,primumque Iubileum Romæ Iudaico more celebrauit.

MAN. Ille idem eſt,Malefacius potius appellandus, qui inſigni impoſtura Cœleſtinũ virum ſanctum decepit, ambitionis cauſa,dum cum magiſtratu ſe abdicare compulit, & quia Hiſtoria nota eſt,ſatisque dictum tranſeo.

*Ego ſum.*

## Ad capit. 18. Ioan. Dialogus 141.

BERNARDINVS SCARDEONIVS, IVSTVS, MAN.

B.S. SVM admiratus ſæpe,cur.j. Reg. c.3. cum Samuel dormiens ab Heli vocaretur,reſpondit,Ecce ego.& Moſes ſimiliter,quando eum vocauit Dominus de medio rubi,qui dixit, adſum,Exo.c.3.CHRISTVS autem Io.18.Ego ſum. & Mar. 6,Ego ſum nolite timere.& Exo.3.præallegat. Ego ſum qui ſum.& idem cùm ſtetiſſet in medio diſcipulorum ſuorum.c. 20.Io.& Luc.24.& etiam coram Pilato,vt Mar.14.legitur.



B.I. Admiratio ceſſet Scardeoni,quoniam verbum eſt,quod ſingulariter Deo conuenit,qui dixit etiam,ego ſum alpha, & .o, principium & finis, Apocalyp.22.

B.S. Qua de re hoc ipſum dicis?

B.I. Quia nullibi in ſacris literis inuenies, quòd alius, quàm Deus,hoc verbo fuerit vſus.conuenit igitur ſibi ſoli, ratione Deitatis æternitatis,quia ( vt dixi ) principium eſt,& finis ratione excellẽtis dominij,quia ſolus Saluator,quia verè reſurrexit,& ratione denique entitatis.

B.S. Dicitur ēt Exo.20.c. Ego ſum Dominus Deus tuus,qui
„ eduxi te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis.& adhuc ibidē.
„ Ego ſum Dominus Deus tuus, fortis Zelotes, viſitans &c.
„ & Pſal.33. Dic aĩæ meæ, ſalus tua ego ſum.&.49. Deus Deus
„ tuus ego ſum.&.80.Ego enim ſum Dominus Deus tuus, qui
„ eduxi te de terra Aegypti, dilata os tuum & implebo illud.&
„ Io.6.Ego ſum panis vitæ.Ego ſum panis viuus.&.8.Ego ſum
„ lux Mundi.Ego ſum qui teſtimonium perhibeo.&.10. Ego
„ ſum hoſtium.Ego ſum paſtor bonus, &.11. Ego ſum reſur-
„ rectio,& vita.&.14.Ego ſum via veritas & vita.&.15. Ego ſũ
„ vitis vera.& actu.9.ac.22.Ego ſum Ieſus Nazarenus.& Eſaię.
„ 43.Ego ipſe qui deleo iniquitates.&.22.Apocalyp. Ego ſum
„ genus & radix.

B.I. Ergo verum eſt,quod dicebam ex his etiam.

B.S. Veriſsimum,idque ſum poſtea coniectura aſſecutus, cùm primũ os aperuiſti.Sed hinc maior mihi exoritur difficultas, quare cum hoc verbum dixiſſet CHRISTVS, in Monte Tabor transfiguratus,diſcipuli qui erant ſecum,Petrus,Iacobus, & Ioannes, in faciem ipſius ceciderunt Matth.17.Marc.9. & Luc.9.& nihilominus Iudæi volentes ipſum capere, cum dixiſſet pariter,Ego ſum,abierunt retrorſum, & ceciderunt pariter,vt Io.18.quem locum etiam ſupra citauimus.

B.I. Credo primum indicium fuiſſe ſanctitatis,quia ſancti in faciem cadunt.impietatis vero ſecũdum, quia Iudęi impij ſunt, & retrorſum,non immerito abierunt,& ceciderunt.

MAN. Et ita Matth.Remigi.quoque declarat, ſed tu Iuſtæ per ordinem dic nobis,quare Deo ſingulariter conueniat.

B.I. Iam dixi.

MAN.

MAN. Dixiſti ſuperficialiter, non explicite.

B.I. Expoſitione non egetis.

MAN. Non egemus, ſed tamen tu ea clarius & latius dicere debes, ne ſermo mutilatus videatur.

B.I. Dicam, & ſi parum proſit vobis omnia intelligentibus.

MAN. Quandoque bonus dormitat Homerus. ſi enim omnia intelligeremus, eſſemus nimium felices & perbeati.

B.I. Vtcunque ſit, dicam, poſtquàm ita iubetis, ſoli Deo igitur conuenit, ratione Deitatis vt ſupra quia ipſius proprium eſt eſſe. patet quia ſic loquitur Iob. c. 14. Quis poteſt facere mundum, de immundo conceptum ſemine? nõne tu qui ſolus es? Item ratione æternitatis, vt Pſal. 101. ibi. Tu autem idem es, & anni tui non deficient. & quia iam dictum fuit, quòd eſt principium & finis omnis creaturæ. Ratione inſuper excellentis dominij, cum ipſe Dominus ſit, & hoc ipſum nomen ſuum. c. 42. Eſaiæ, qui ait etiam. 43. quòd non eſt ſine eo ſaluator, ratione quoque, quia ſolus ſaluauit nos, eidem pari modo ſoli cõuenit hoc verbũ, & vere reſurrectionis etiam, quia (vt adhuc dictum fuit) eſt reſurrectio & vita. ac vltimo loco entitatis, quia Deus, quique nec mutatur, nec alius eſſe poteſt quàm Deus & fuſius Malach. 3. legitur.

MAN. Profecto nil aliud dici poteſt.

B.S. Immo dictum eſt ſatis, ad alia tranſeamus.

MAN. Niſi à dicto verbo ego ſum, exordium ſumptum fuiſſe, cuperem aliqua alia, quæ in. d. c. Io. 18. continẽtur à vobis audire, quo modo intelligantur.

B.I. Quantum ad me, ſum contentus, dum modo Scardeonio placeat, & moleſtum non ſit.

B.S. Abſit, quòd audire verba mihi vllo vnquam tempore poſſit eſſe moleſtum, ſi tibi placet, mihi quoque gratiſſima erit Iuſte.

MAN. Profecto ſpernenda non ſunt.

B.I. Quæ ſunt igitur hæc?

MAN. Primum eſt, quando dixit CHRISTVS, Triſtis eſt anima mea. quæ nam triſtitia illa fuerit.

B.I. Ego intelligo ſic, quòd fuerit naturalis. volũtaria, rationalis & exẽplaris. naturalis, ex mortis horrore, ſeu genere mortis proueniens, quia non mors timenda eſt (vt Aeneas Virgilianus dicebat) ſed genus mortis. voluntaria, quia quantum & quando voluit, triſtatus eſt. rõnalis, quia ſuſcepta eſt (Ambroſio teſte) vt vinceretur. exẽplaris, ne deſperarẽt Martyres.



MAN. Et bene.

B.I. Eſt ne aliud?

MAN. Hui tam cito, eſt vtique.

B.I. Quid eſt iſtud?

MAN. CHRISTVS rurſum (vt ibidem dicitur adhuc) orauit ter, cur ſic?

B.S. Ego volo tibi ad hoc reſpondere, quòd ter orauit, quia ter ductus eſt etiam in deſertum à ſpiritu, & tentatus à Diabolo, Matth. 4. regulare etiam vt Deus impare numero gaudeat, ex quo fit, vt mirum non ſit hac de re etiam, ſi ter dixit Petro, amas me, vt ter confiteretur, quia ter etiam CHRISTVM negauerat, Io. 21. tres etiam diſcipulos ſecum aſſumpſit, Petrũ, Iacobum, & Ioannem, cùm aſcendiſſet Montem, vt ſupra. Tertia die reſurrexit à mortuis. Dixitque prius Matth. 26. Templum Dei poſſum deſtruere, & poſt triduum illud reædificare.

B.I. Ad alia.

MAN. Audi pauliſper, quia orauit tribus vicibus etiã alia rõne.

B.S. Qua?

MAN. Vt nos à præteritis peccatis veniam, à præſentibus malis tutelam, & à futuris cautelã oraremus. Vel vt nos met oratione muniremur, contra trinam tentationem, quæ eſt concupiſcentia carnis, oculorum & ambitio ſeculi. & ne vos amplius detineam, cum hoc finem facientes, quoniam paulo ante Scardeonius, quaſi nobis ſilentium indixit quæram tantum, quare dixerit latroni, Hodie mecum eris in paradiſo, cum tamẽ iuerit ad Limbum. & rurſum quare moriturus voce magna clamauerit, In manus tuas Domine commendo ſpiritum meum.

B.S. Ad primum reſpondebo ego.

B.I. Et ego ad ſecundum.

MAN. Quid dicis Scardeoni ad primum?

B.S. Quòd vbi eſt CHRISTVS, ibi eſt paradiſus.

MAN. Et optime quidem. addo ego quòd à ſimili dicimus etiã nos, quòd ibi eſt Roma, vbi eſt Papa, CHRISTI Vicarius, & Petri ſucceſſor. c. ego enim, & ibi Inño. de iureiu. Poſſet etiam dici, quòd promiſſione erat ſecum in Paradiſo, argu. ſumpto ex his, quæ habentur in. l. fi. C. ad legem Falci. & quia potentia propinqua actui, actus eſt. l. pe. ff. de mil. teſta. cum vulga.

B.I. Ad ſecundum dico ego, quòd illud ideo fecit, vt ſe verum Deum oſtenderet, ex quo vix homines in mortis articulo cõ-

ſtituti

ſtituti. loqui poſſunt, nec naturalis fuit, ſed miraculoſa.

**MAN.** Hæc reſpõſio ſicuti & proxima, legalis eſt, vt habetur in l.iubemus.C.de teſta.Poſſet etiam dici, quòd clamauerit, vt poſtea die tertia à mortuis reſurgeret, Clamauit etiam (& hic ſit finis) in ſuſcitatione Lazari, ſed tunc alia rõne, vt tali miraculo ſcilicet, ſignificaret cum clamore valido ſe moriturũ, & vt humanum genus, in morte ſepultum, ſuſcitare velle declararet, & quia voce magna moriturus erat, clamando, In manus tuas domine commendo ſpiritum meum vt ſupra.

**B.S.** Tamen volo, ſi placet Man.vt mihi vnum aliud reſoluas, de quo ibi, quare dixerit, Conuerte gladium in vagina.

**MAN.** Immo cupio, cum tibi & iuſto, tum mihi, rem gratam facere, & dico hinc ita dixiſſe, vt ab incurſu carnali diſtraheretur, ne ſe negotijs ſecularibus immiſceret, & ne denique ex humana ſuperbia rueret, ſed humilitate eleuaretur potius.c. quoniam.10.diſ.c.cum ad verum.96.diſ.

**B.S.** Certe omnia tam bene, tam apposite, & accurate dicta ſunt, vt nihil reliqui factum ſit, ſolum id reſtat, quare latro dixerit, Alios ſaluos fecit, ſe ipſum autem ſaluum facere non potuit.

**MAN.** Neſcio aliud dicere, niſi quòd figura ſit, quam Grammatici Sarcoſmos appellant, odio plena vel hoſtilis irriſio, auxiliante modo dicendi ſignata.

## *Exaltatus.*

## Ad capitulum . 12 . Ioan. Dialogus 142.

PETRVS F. ZINVS, STEFANVS CASTELLANVS, MAN.

**P.F.** AVDIVI te ſæpe, cum me ad ius ciuile perdiſcendum contuliſſem Man.eo anno.præciſe, quo me audiuiſti perorantem, in prælectione moralis, de philoſophiæ laudibus, dicentẽ ex verbi proprietate, trahere, nil aliud ſignificare, quàm inuitum ducere.

**MAN.** Verum eſt, & probatur in.l.j.& ibi Bar.in fi.C.de agrico. & cen.lib.10.& in.l.ſi quando, in prin.vbi etiam Bal.colũ.j.C. de teſti.Feli.in.c.dilecti filij, col.j.de excep. idem Bal.in.l.ſcire leges.ff.de legi.& in.c.monaſterium, de vi.& ho.cle.Abb.in.c.

2.in



2.in.2.not.& ibi plene Sicu.de lib.ob.Deci.in.c.at ſi clerici, in glo.non tenet, de iudi.Ro.conſi.197.Franciſcus, col.j. vulgatumq́ue dictum eſt Sene.ad Lucil.7.ducunt volẽtem fata, nolentem trahunt.Sed quid ex his Zine vis dicere?

**P.F.** Quòd non ita capitur, Io.12.c.ibi, Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad meipſum.

**MAN.** Non ita capitur, quia differt etiam verbum Dei à verbis hominum, & ſi ſciam quo modo capiatur, dic tu tamen Zine, quid ſentias, quoniam poſtea in opinione confirmabo, ſi mihi aliqua ſuccurrerint.

**P.F.** Ego ſanè elliciẽdo, intelligi debere ſentio, iuxta illud, trahit ſua quenque voluptas, nõ vi aut metu, ſed ſponte ſua, nul-
„ loq́ue imperio cogantur, dicens Matth.11.Venite ad me om-
„ nes, qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos, tollite
„ iugum meum ſuper vos, & diſcite à me, quia mitis ſum, & hu-
„ milis corde, & inuenietis requiẽ animabus veſtris, iugũ enim
„ meum ſuaue eſt, & onus meum leue.

**MAN.** Addo ego, probari firmius, Io.6.ibi, Nolite murmurare
„ inuicem, nemo poteſt venire ad me, niſi pater, qui miſit me,
„ traxerit eum, ecce alliciendo, & ego (ſubdit tex.) reſuſcitabo eum in nouiſsimo die.

**S.C.** Mihi mirum videtur eo in loco, quòd conditionaliter loquatur ſi exaltatus fuero.conditio enim, vt à te didici pariter Man.nihil ponit in eſſe.l.ſi quis ſub conditione dãdorum decem.ff.ſi quis omi.cau.teſta.& quòd dictio ſi, conditionem faciat, ex multis probat Bar.in.l.j.ff.de condi.& de.

**MAN.** Nihil eſt, quoniam ſi, exponitur, ideſt cum, vt abſurditas vitetur.l.has cauſas.vbi glo.ff.eo.l.nam abſurdum.ff.de bo.liber.ferè in terminis in.l.hæc conditio.ff.de condi. & de. & in l.libertas, in prin.ff.de ma.teſta.& maxime, quia futurum erat certum, ſicuti quando dicitur, ſi ſol cras orietur.l. demonſtratio.ff.de condi.& de.

**S.C.** Vellem ſcire à te Zine, qui primus Io.authoritatem citaſti, quo modo nos traxerit, ſeu trahat, CHRISTVS, exaltatus à terra.

**P.F.** Memini me legiſſe aliàs, quòd traxerit nos, ſeu trahat, quatuor modis philoſophicis, per ſimilitudinẽ, per vacuum, per calidum, & proprietate naturali denique.

**S.C.** Declara.

**P.F.** Libentiſsime, per ſimile, quia regulare eſt, & vulgo ita dici

ſolet,

ſolet, quòd ſimile appetit ſuum ſimile.

**MAN.** Et quòd in habentibus ſymbolum, facilior eſt tranſitus, addo ego. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei ven.

**P.F.** Quia ſimiles igitur ipſi ſumus Gene. c. j. per ſimilitudinem noſtræ humilitatis (iterato dixerim) traxit, & trahit nos, vnde in ſimilitudinem hominum factus, & habitu inuentus vt homo, humiliauit ſemetipſum, factus obediens vſque ad mortem. Per vacuũ paupertatis, quia pauper fuit in natiuitate, in
» vita, & in morte, vt notum eſt, ſatisq́ue erit, illud Matth. addu-
» cere. 8. Vulpes foueas habent, volucres cœli nidos, filius autẽ
» hominis, non habet vbi caput reclinet. Per calidum charitatis,
» vt Io. 15. ibi, Hoc eſt præceptum meum, vt diligatis vos inui-
» cem, ſicuti ego dilexi vos, maiorem hanc dilectionem nemo
» habet, quàm vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis. &
» per proprietatem naturalem pietatis, quoniam Dei proprium
eſt ſemper miſereri & parcere. Vel & aliter, ac clarius, dici poteſt, quòd tanquam homo trahit ad ſe hominem peccantem, quòdq́ue idem facit tanquam vacuum, habens virtutem attractiuam. & tanquam calor, reſpectu charitatis, trahens humores terreſtres, peccatores adhuc deſignantes. & breuiter qui exemplo eius qui æſtuat, quíq; veſtes abijcit, ſudat & ſitit, nudus, crucifixus, ſudauit ſanguine, & ſitiuit denique pietate.

**S.C.** Pulcherrimus diſcurſus certe fuit iſte, ſed, ſi placet, dic Zine, quem ſic, atque modis iſtis traxerit.

**P.F.** Traxit Petrum, qui ipſum ter negauerat.

**S.C.** Quando?

**P.F.** Cùm exore Angeli, ſedẽtis ad lapidem monumenti, dixiſſet, Dicite diſcipulis & Petro. aliàs non fuiſſet auſus inter diſcipulos venire.

**MAN.** Magna dubitatio eſt, quare Petrum nominauerit.

**P.F.** Immo non, quia (vt dixi) id fecit, vt venire inter diſcipulos auderet.

**MAN.** Eſt & alia.

**P.F.** Quæ nam iſta eſſe poteſt?

**MAN.** Vt ei Angelus deferret, tanquam vicario CHRISTI. Et etiam quia Petrus agnoſcens interpretatur, argumentum plane apertiſsimum, illos CHRISTVM veraciter agnoſcere, qui ſe cognoſcunt.

**P.F.** Et bene.

**MAN.** Igitur ſequere Zine, poſtquam rationes iſtæ etiam tibi placent,



placent, & mihi ignoſcas, ſi ſermo tibi interceptus eſt.

**P.F.** Traxit etiam Petrum adhuc, quando cantauit Gallus.

**S.C.** Quo modo traxit, ſi tunc cum negauit ter, & cum iuramento quidem?

**P.F.** Quia egreſſus foras, fleuit amare, vt loco ſuo dicitur, Matth. 16.

**MAN.** Sequere.

**P.F.** Traxit Paulum, quando dixit, Saule Saule cur me perſequeris. Actuum. 9. & Mariam Magdalenam denique, ut finiamus. quia nil aliud dicendũ (vt cõijcio) ſupereſt, his verbis, Matth,
» 26. Quid moleſti eſtis huic mulieri, opus enim bonum ope-
» rata eſt in me. Et Mar. 14. ibi, Sinite eam, quid illi moleſti eſtis,
» bonum opus operata eſt in me. Et melius, quàm alibi, Luc. 7.
» quando dixit Euangeliſ. & ingreſſus domum Phariſæi, diſcu-
» buit, & ecce mulier, quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cogno-
» uit, quòd IESVS accubuit in domo Phariſæi, attulit alabaſtrũ
» vnguenti, & ſtans retro ſecus pedes eius, lachrymis cœpit eos
» rigare, capillisq́ue capitis tergere, & oſculabatur, & vnguento
» vngebat. Et nimirum, quia ſi Polemon temulentum adoleſcẽ
tem, eius ſcholam ingreſſum, à philoſophia ad mores conuerſus & verecundiam, eum compeſcuit, & traxit ad ſe, vt inde modeſtiſsimus omnium fuerit iudicatus. Si Egeſias mala uitæ connumerans, effecit, vt multi voluntariam elegerint mortẽ. & de immortalitate animæ diſputans Plato, idem. Aeuerteritque Cicero Cæſarem, ne Q. Ligarium condemnaret, quanto magis putandũ eſt, CHRISTVM, diuina virtute, Petrum, Paulum, Magdalenam, & alios pleroſque, à morte ad uitam, à tenebris ad lucem, ab exilio ad patriam: à miſerijs peccatorum denique, ad ſummam felicitatem, reuocaſſe, & ad ſe conſequenter traxiſſe. quod vt nos quoque trahere dignetur nunc & ſemper.

**S.C.** Gratum mihi eſſet Zine, quãuis obiter de Maria Magdalena dictum ſit, quàm breuiſsime adhuc diceres, ſi placet, quare 7. Luc. nec nomẽ Phariſæi, nec mulieris, exprimatur, quæ cauſa fuerit peccati, & cur ſic dicatur, quòd ſtabat retro.

**P.F.** Credebam finem impoſuiſſe his, & nunc vis Caſtellane incipiam.

**MAN.** Cito abſolues Zine, mihiq́ue pariter gratiſsimum erit, paucula hæc, tua reſponſione digna, intelligere.

**P.F.** Dicam, poſt quàm cupitis, & ſi ſciam uos non ignorare

quæ

quæ ſum dicturus. Nomen Phariſæi nõ expreſsit igitur, quia non erat notus à Deo, non mulieris, propter peccatum, ſicuti nec epulonis Luc. 16. nec iuuenis, qui dimiſſa ſyndone aufugit, Mar. 14. & forte hoc ipſum etiam Poë lyricus ſeruauit, licèt ibi expoſito. non ſcribant, quando dicit.

» Ceſare, poi che'l traditor d'Egitto
» Gli fece il don de l'honorata teſta,
» Celando l'allegrezza manifeſta,
» Pianſe per gli occhi fuor, ſi come è ſcritto.

Cauſa peccati quadruplex fuit, Adoleſcentia, pulchritudo, libertas, & diuitiarum abundantia. ſtabatque retro præuerecundia, propter peccata, quæ tamen cùm multa eſſent, ſibi remiſſa ſunt, ex quo (vt dicitur ibidem. 7. ſcilicet Luc.) dilexit multũ.

MAN. Cito te abſoluiſti, vt putabam, honeſtæ petitioni amici ſatisfeciſti, & deſiderio meo pariter, tibique hac de re gratias ingentes agimus.

## *Accuſator.*

## Ad cap. octauum Ioan. Dialogus 143.

STEPHANVS CASTELLANVS, PETRVS F. ZINVS, MAN.

S.C. QVARE eſt Zine, quòd cum dixiſſet CHRISTVS Io. 8.
» in adulteram, Mulier vbi ſunt qui te accuſant, ipſaque reſpon-
» diſſet, nemo domine, confeſtim replicauit CHRISTVS, nec
» ego te condemnabo?

P.F. Quia nemo ſine accuſatore eſt condemnandus. c. de manifeſta. c. nihil. 2. q. 1. c. ſi quis poteſtatem. 23. q. 4. l. munerum. §. defenſores. ff. de mu. & ho.

MAN. Dixit etiam, ni fallor, quia eius actio noſtra eſt inſtructio. c. ſignificaſti, de elec. & quia non impartitur officium ſuũ Iudex, niſi requiratur, quod tamen in criminalibus dubitabile eſt, propter pub. utilitatem, iuxta not. in. l. 4. in. §. hoc autẽ iudicium. ff. de dam. infec.

S.C. Immo in iuribus à te allega. Zine, probatur contrarium, meminique me aliàs legiſſe, quòd ſine accuſatore ſcilicet, poteſt quis condemnari.

P.F. Speciale eſt. d. caſu, in quæſtione falſi, ſicuti quòd ſuſpicio pro veritate habeatur. l. iubemus. C. de proba. quòd ſi incidat in eo, pronuncietur. & conuictus denique ſtatim ſeculari curiæ tradatur. l. vbi. C. ad legem Cor. de fal. l. adite. C. de ordi. iudi. c. ad falſariorum, de cri. fal. Archi. in. c. in memoriam, in fi. 19. diſ. ergo in contrarium ius commune. l. ius ſingulare. l. quod vero contra. ff. de legi. c. præſenti. §. loca, de præben. in. 6.



MAN. In materia quoque ſciendum eſt, quòd viro non accuſante, alteri non licet hoc idem facere. l. quamuis. 2. C. ad legem Iuli. de adul. l. ſi conſtante. l. miles. §. voluit. l. ſi uc. ff. eo. ſi accuſaret autem & deſiſteret, ſic, poteritque aliàs Iudex ex officio procedere, licèt non accuſetur, vt ex multis probat Tho. Grãma. deci. 31. Caſſandra, per totum, & quòd accuſator neceſſario & regulariter requiratur, in vita Auidij legitur, ibi, adde quòd non poſſum reum facere, quem nullus accuſat, & Scipionis, qui cum cenſor creatus eſſet, vidiſſetque. C. Licinium prætereuntem, dixit, Iſtum hominem peieraſſe ſcio, ſed cum ipſum nemo accuſet, accuſator & Iudex eſſe non poſſum. Secus tamen Cæſar, qui libertum ſibi chariſsimum, ob adulteratam Equitis Ro. vxorem, quamuis nullo quærente, capitali affecit pœna. Auguſtus vero Proculum, forte quia (vt dictum eſt ſupra) vtilitas publica id ipſum ſuadebat, & hæc omnia ſatis clara breuiter mihi eſſe videntur, verum dubito ego poſt hæc, cur ſic in loco præallega. dicentibus Scribis & Phariſæis, mulierem ipſam in adulterio deprehenſam, CHRISTVS ſe inclinauerit deorſum, digito ſcribens in terram.

P.F. Vt qui ipſum decipere quærebant, deciperentur.

MAN. In quo erat deceptio hæc?

P.F. In hoc, vt ſi abſolueretur, abſolutio eſſet contra legem, iubentem adulteram lapidari, ſi damnaretur vero, gratia CHRISTI vacaret.

MAN. Quid ergo ſcribebat (iterato dixerim) digito inclinatus in terram?

P.F. Forte crimino ſos ab accuſatione repellendos, & à iudicio.

S.C. Addo ego, quòd hac de re dixit ibidem, qui ſine peccato eſt veſtrum, primus in illam lapidem mittat.

P.F. Faciebat id forte etiam, quia peccatores in terra ſcribuntur, iuſti autem in cœlo. Vel dicamus, quòd id ſcripſerit, qui ſine peccato eſt veſtrum, vt Caſtellanus ait, vel quòd terra abſorberet viros accuſantes. Vel quòd terra terram accuſabat. Vel vt oſtenderet Iudicem diſcrete ſe gerere debere, quia di-

gitus pro diſcretione ponitur, & non facile crederet delatoribus, & bis hoc ipſum feciſſe, vt gemina etiam eruditio CHRISTI oſtenderetur, carnis aſſumptæ, & pietatis exhibitæ.

**MAN.** Fuítne maius delictum tentatio Iudæorum, quàm adulterium mulieris?

**P.F.** Vtique.

**MAN.** Ratio?

**P.F.** Quia mulier fragilitate peccauerat, Iudæi ſeu Phariſæi & ſcribæ, odio.

**S.C.** Videtur etiam mihi dicendum, maius omnino fuiſſe, quia nitebatur ipſa contra fœdus & ſacramentum matrimonij, Scribæ autem contra vinculum charitatis, & quia mulier voluptatem quærebat, illi vero damnum proximo.

**MAN.** Mirum mihi maxime viſum eſt, vt finiamus, quòd mulier adulterium committens, lapidetur, cum tamen in lege Moyſis, ſimpliciter dicatur, mori debere, Leui. vigeſimo. capitu. & Deutoro. 22.

**P.F.** Ad hoc reſponderi poteſt, pœnam legis eſſe, quando altera non exprimitur.

**S.C.** Qua ſenes Suſanæ etiam afflicti ſunt.

**MAN.** Et magna (vt conijcio) erat.

**P.F.** Immo nulla maior, ſecundumque obtinebat locum.

**MAN.** Puniebantúrne alij, quàm adulteri?

**P.F.** Etiam.

**MAN.** Qui?

**P.F.** Blasfemi & filij inobedientes patribus, Leui. 20. & Deuto. vigeſimoprimo.

**S.C.** Hac de re forte cum dixiſſet CHRISTVS, ego & pater vnum ſumus, Iudæi ipſum lapidibus obruere voluerunt, Io. decimo.

**P.F.** Abſque dubio, tanquam blasfemum.

**MAN.** Lapidare eum etiam voluerunt alia vice, quando Io. 8. dixit, » Ante quàm Abraam fieret, ego ſum, ſed quare hic fugit, ibi autem perſtitit?

**P.F.** Prima fuit humanitatis infirmitas, ſecunda firmitas virtutis.

**MAN.** Quòd lapidarentur adulteri, blasfemi, & patri inobedientes, in lege veteri, ſatis conueniens fuiſſe videtur, quoniam lapis etiam peccato comparatur, ſubſtantia, loco, pondere, & immobilitate, quo nos CHRISTVM pariter lapidamus, hæreſi, ſuperbia, inani gloria, inuidia, ira, odio diſcordia, accidia, auaritia, luxuria, & gula, niſi remedia, quibus frangatur, adhibeamus, quod faxit ipſe CHRISTVS optimus maximus, digitoque tangat nos, quo ſcribebat in terrã, & ſcribat in cordibus noſtris, ne vllo modo ex his, non dico lædamus eũ, ſed ne quidem hoc ipſum cogitare audeamus.



**S.C.** Quomodo ſic comparatur peccato lapis, vt dixiſti?

**MAN.** Quia ſubſtantia terreus eſt, & peccatum huiuſmodi, terrenamque mentem noſtram efficit, vt cœleſtia deſeramus, loco, ex quo peccatum adhuc deicit nos à celſitudine proprię dignitatis, vt aliquando in viſceribus terræ cõcludamur, ibi perpetuis cruciatibus deputati. pondere, quia graue eſt rurſum, vt lapis. & immobilitate denique, quia peccator nec à malo recedit, nec ad bonum procedit, vnde (& bene) Exo. 15. dicitur quoque, quòd immobilis ſit, quaſi lapis.

**P.F.** Quia de peccato mentionem facis Man. ſuccurrit vnum, quòd mulieris adulteræ nomen ob id non fuit expreſſum.

**MAN.** Recte dicis Zine, ſicuti nec Mariæ Magdalenæ, vel Phariſæi. 7. Luc. nec diuitis epulonis. 16. & ſimilium hac ratione, quod & tu aliquando etiam declaraſti.

**S.C.** Quia hæc nota ſunt, finiendumque tandem, vt tu paulo antedicebas, non aliter repeti debent, vellem ego nunc ſcire (quod dictum nõ fuit) quæ remedia adhibeantur, vt lapis iſte frangatur, ideſt peccatum, de quo ſupra.

**MAN.** Frangitur fide, humilitate, charitate, dilectione proximi, concordia, caſtitate, ieiunio, & eiuſdem generis pluribus, & maius eſt quòd frangatur, quòdque peccator cõuertatur, hoc ipſumque notandum puto, vt nec aliud addatur, & colloquio finis hodie imponatur, quàm quòd Deus Mundum creauerit, quia id ſolo verbo fecit, dicens, Fiat lux, & facta eſt &c. vt Gene. 1. cap. at in peccatore ſecus, quia reſiſtit, & pugnat ſpiritus aduerſus carnem, donec conuincatur, vt in Samaritana, Ioan. c. 4. & ideo maius gaudium eſt ſuper vno peccatore, pœnitentiam agente, quàm ſuper nonaginta nouem iuſtis, qui non indigent pœnitentia, inquit Luc. 15. cuius dictum, Poe. Lyricus ſic vertit.

» Che piu gloria è nel regno de gli eletti,
» D'vn ſpirito conuerſo, & piu s'eſtima,
» Che di nouantanoue altri perfetti.

Bonum igitur eſt, ſi conuertatur, & beatus vir, cui Dominus

Y 2 non

non imputauit peccatum, vt ad Ro. Pau. inquit. 4. immo omnes quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata, quia ſicuti per vnum hominem, omni malo plenum, impium in Deum, peccatorem in ſe, & peſtilentem in proximum, cogitatione, actu, & verbis, quod Pſal. 87. etiam legitur, peccatum in mundum intrauit, & mors, ita, & multo magis quidem, abundantiam gratiæ, & donationis, & Iuſtitiæ, accipientes in vita (teſtatur idem Pau. in loco, de quo ſupra c. 5.) regnabunt per vnum IESVM CHRISTVM, qui ſit ſemper benedictus per ſecula.

### *Paſtor bonus.*

## Ad capitulum decimum Ioan. Dialogus 144.

PETRVS F. ZINVS STEPHANVS CASTELLANVS, MAN.

**P.F.** IOAN. 10. dicitur, quòd paſtor animam ſuam dat pro ouibus.

**S.C.** Et non ab re, quia qui gregem deſerit, & viſo lupo, fugam arripit, malus cuſtos eſt, & non cuſtos, ſed mercenarius vocatur, cui non eſt cura de ouibus, vt ibi dicitur.

**MAN.** Idem etiam à noſtris, in. c. ſit rector. 43. diſ. & licèt à noſtris dixerim, eſt tamen locus Grego. c. 15. ſui paſtoralis, ſed ad propoſitum, nec tu Caſtellane, nec ego, iam intelligimus, quid ex eo Zinus dicere voluerit.

**P.F.** Non certe, & verbum mihi præripuiſtis ex ore.

**S.C.** Mantua ridet.

**MAN.** Rideo, quòd nos imprudentiæ nota, Zinus, velatis verbis inuſſit, & merito, tibi enim Caſtellane imputandum eſt, quia cœpiſti, non mihi, tuam rationem confirmanti.

**S.C.** Dignus eſt reprehenſione qui agit, & qui agenti conſentit, igitur dicat Zinus, & vterque noſtrum taceat, quoniam tu & ego (quod aiunt) in eadem naui ſumus.

**P.F.** Interim ego quoque vobiſcum ridebo, poſtquàm video vos ridere, & iocis lenire amplius ſermones iſtos, alioquin grauiores.

**MAN.** Et bene, Zine, immo licet nonnunquam relaxare animũ curis fatigatum, ex quo ſignum Deo Riſui collocauit Lycurgus, vt teſtatur Soſibius.



**P.F.** Dico igitur, cum ſatis riſerimus, nobis argumentum id præſtare, quod Io. dicebat in loco præallega. & eò redeuntes vnde diſceſsimus, vt ſic clerici facere debeant, ſi eccleſiam ſuam rebus proprij ſpoliari videant, de facto ſcilicet reſiſtere, maxime cùm cenſuræ ſententia non curatur. c. dilecto, de ſenten. excõmu. in. 6.

**MAN.** Quod ex eo etiam probatur, quia ſi iniuriam propriam & coniuncti ſui, coniunctione carnali, tenetur quis propulſare, ita vt delicto conſentire videatur, ſi cùm poteſt non prohibet, vt in regu. culpa caret. ff. de regu. iu. multo magis tenentur clerici propulſare iniuriam ſuæ eccleſiæ, cum qua ſunt ſpirituali coniugio copulati. c. cum ſecundum, de præben. c. cum in officijs. c. requiſiſti, de teſta. not. in. c. quantæ, de ſenten. excommu.

**P.F.** Immo quòd in extraneis hoc idem dicendum eſt, vt poſſint & teneantur, ad iuſtam defenſionem alicuius, & rerũ ſuarum accedere. d. c. dilecto. l. 3. §. cum igitur. ff. de vi & vi ar. & ſic (vt dicebatur) multo magis in clericis.

**MAN.** In contingentia facti euenit aliàs, atque in electo, iniurias propulſante, & viriliter ab oppreſsionibus & violentijs Eccleſiam ſuam defendente, qui cùm clerici ipſum ſequuti non fuiſſent, nec auxilium præſtitiſſent, beneficijs, tãquam ingrati, ſpoliati fuerunt.

**S.C.** Milites quoque Rempub. à qua aluntur, defendere tenentur ab omni neceſsitate bellorum. l. milites. C. loca. Vaſallus Dominum, pater filium, maritus vxorem, & ſimiles. c. j. §. itẽ qui Dñm, quæ fue. pri. cau. be. ami. in vſib. feu. c. ſicut videtur c. ſcire debes. 7. q. j. not. in. l. vt vim. ff. de Iuſti. & iu. ferè omnia Ancha. conſi. 158. ex narratis, col. 5. & omnia bene. Sed ad paſtoris propoſitum, Io. 21. c. ex illis verbis, Petro Vicario dictis, Paſce oues meas, quid deſignatur?

**MAN.** Ego reſpondebo, deſignatur labor & miniſterium, non faſtus & ſuperbia, licèt ſibi honor maximus debeatur. cap. qui epiſcopatum. 8. q. j. c. j. 40. diſ. Abb. in. c. mandata, columna prima de præſump. Vnde Pontifex, à πόνος Græcè dicitur; quod Latinè labor ſonat, quoniam inter cæteros principes, labores maximos, maxime appetere debet, pro quiete ſubditorum, & Chriſtianæ Reipub. commodis, quemadmodum ſe præſtiturum

rum pollicetur, in prohe.6.& in.c.frequens, de reſti.ſpoli.eo. lib.multa Gomes, olim collega, qui poſtea ſacri palatij fuit auditor, & iure merito, in capitulo primo de conſtitu.eodem libro.

P.F. Ex dictis verbis deſignatur etiam, Pontificem habere gregis dominici curam.

S.C. Quare ter dicta fuerunt?

P.F. Vt intelligeretur non ſolum de ſaturatione ſpirituali, rei & exempli, ſed etiam de temporali, exemplo ipſius CHRISTI, cuius actio noſtra eſt inſtructio.c.ſignificaſti, de elec.cap.ſcriptura, de conſecra.diſtin.ſecunda.Roſel.plene, de poteſta.Pa. columna quinta.

MAN. An ſub dictis verbis, æterni paſtoris, agniq́ue cœleſtis, cóprehendantur Iudæi?

P.F. Videretur dicendum, quòd non, quia non ſunt ex hoc ouili, vt adhuc Ioan.10.dicitur, tamen contrarium eſt verius, protegendiq́ue ſunt ab Eccleſia, ex quo inter oues CHRISTI computantur, creatione, gubernatione, & redemptione, ex parte ipſius, paſcendiq́ue verbo, exemplo, & humanitate, nec impugnandi, nec permittendum vt lædantur.l.nullus.C.de Iudæ.l.chriſtianis.C.de pagá.pulchre Bal.conſi.428. inquiſitio, col.2.vol.5.

S.C. Verum & paulo poſt, ibidem dicitur, & vocem meam au-
„ dient, & fiet vnum ouile, & vnus paſtor, quomodo intelligun-
„ tur hæc verba?

P.F. Dicat Mantua.

MAN. Libentiſsime, vt noſtri intelligunt.

P.F. Quomodo intelligunt?

MAN. Quòd conditori Canonis, & Vicario creatoris, omnis creatura ſubiecta ſit.

P.F. Quis dicit hoc?

MAN. Inno.pater veritatis, in capitulo primo, in prin. de conſti.& authoritate iſta euange.ibi probat Abb.& eſt rationabile, cum ab hoc ouili neminem exceperit, nec à ſubiectione vnici paſtoris, & in ſimili idem Inno.in.c.quod ſuper his, de voto, vbi exponit aliam Matth.authoritatem.16.c.quodcunque ligaueris ſuper terram, & reliqua. Eamq́ue ſic generaliter intelligit, ex quo neminem excipit, & bene.c.ſolitæ, de maio.& obe.l.Iulianus.ff.de lega.3. & quantum ad prædicta pro nunc nihil aliud dicendum eſt.





P.F. Dixiſti tamen, & finiam ſtatim, quamprimum mihi aliquis veſtrum reſponderit, quòd Papæ, vt pote CHRISTI Vicario, honor maximus debetur, pone caſum, quòd coram eo citatio fiat, excuſabítne à comparendo alibi?

MAN. Quis dubitat?

S.C. Non excuſaretur tamen, ſi coram Pontifice citari procuraſſet.

MAN. Non iſto caſu.l.item hi.l.& qui data.ff.ex quib.cau.ma. multa Barba.çonſi.56.& quidem, per totum, vol.primo, & in terminis Gui.Pap.deci.443.quidam, ad fi.

## *Parentes honorandi.*

## Ad capitulum.15.Matth. Dialogus 145.

STEPHANVS CASTELLANVS, PETRVS F. ZINVS, MAN.

S.C. DIXIT Deus, Honora patrem & matrem, & qui maledixerit patri, vel matri, morte moriatur, teſtaturq́ue Matth.c.15.Et cum ſint verba, quæ proceſſerunt de ore Dei, dubitationem non habent, & ſunt infallibilia, verum quærebam aliàs, quænam ratio ſit, ꝙ ita acriter minetur mortem adhuc Deus, ſi patrem & matrem non honorauerimus.

P.F. Iudicio meo reddi facile poteſt, ſi tunc tibi reddita non ſit Stephane.

S.C. Reddita non eſt mihi concludens, dic tu tuam, ſi tibi eſt tam facilis.

P.F. Credo id eſſe, quoniam ſi præmium alibi promittit honoranti, vt ſit longæuus ſuper terram, mandatumq́ue eſt legis, Pau.6.ad Ephe. Conſequens eſt, vt maledicenti pœnam mortis minetur.

MAN. Ab oppoſitis arguit Zinus, & bene.l.j.ff. de his qui ſunt ſui, vel alie.iu.l.fi.ff.de lega.3.

P.F. Sed dico etiam aliter, & melius, quòd filius tenetur ad hoc ratione eſſentiæ, dominij, & beneficiorum. Eſſentiæ, quia eo mediáte natus eſt, & habet eſſe. Dominij, propter poteſtatem ſibi datam à lege, & beneficiorum, quæ à patre in ipſum filium conſeruntur.

**MAN.** Secundum tamen in matre verificari non poteſt.§.fœminæ,Inſti.de adop.l.in ſuis.ff.de libe.et poſthu.l.3.C.de pat.po. l.2.C.de pat.qui fi.diſ.

**P.F.** Nil refert,ſatis eſt quòd verificentur alia, vt in ſimili dicitur in.§.affinitatis,Inſti.de nup.& in.l.ſi ventri .§.in bonis.ff. de priui.cre.& nunquam oblitus ſum verba Eccleſiaſti.7.dic.
» Honora patrem tuum,& gemitus matris tuæ ne obliuiſcaris,
» memento,quoniam niſi per illos natus non fuiſſes, & retri-
» bue illis,quo modo & illi tibi.

**MAN.** Pater etiam quidam diuinus eſt,alius ſpiritualis, vltimus carnalis,de patre igitur loquens Matth.& Pau.in locis ſupra allega.quem intelligit?

**P.F.** Corporalem,quoniam diuinus eſt adorandus, ſpiritualis venerandus.

**MAN.** Nónne Deus creauit nos?

**P.F.** Vtique.

**MAN.** Ergo & ipſe pater noſter eſt, honorandus, amandus, & timendus.

**P.F.** Scio bene,& quòd dicitur Mar.etiam Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo. & Pſal.110. quòd initium ſapientiæ eſt timor Domini.ſed præcipuum quiddam eſſe dico,quamuis & ipſe pater noſter ſit,qui nos creauit, regenerauit ex aqua & Spiritu ſancto, & precioſo ſanguine ſuo redemit,vt adoretur,quoniam inde etiam diligitur & timetur.

**MAN.** Corporalis pater ad propoſitum in vita honorádus eſt, quid in morte?

**P.F.** Longe magis.

**MAN.** Exemplo?

**P.F.** CHRISTI, cuius actio noſtra eſt inſtructio .c.ſigni-caſti, de electio.

**MAN.** Quid fecit CHRISTVS?

**P.F.** Viuens dicebat,Honorifico patrẽ meum, qui in cœlis eſt, Io.8.In morte vero,matrem diſcipulo commendauit,de que cã curam habuit,ne triſtaretur.

**S.C.** Vnum ego tantum abs te ſcire cupio Man.& finiam,quantum ad me,quoniã hac in re ét locuti eſtis ſatis,quare pater dicatur,non Deus,Dominus,aut Rex,inque veteri lege, nullibi reperitur hoc verbum pater.

**MAN.** Quia vetus lex erat timoris, nuoua autem amoris.

**S.C.** Et bene,quia ſi pater,audit filios,ipſiſque largitur quæ petunt;



tunt.ſed quare noſter?

**MAN.** Quia communis fidelium,non vnius tãtum, duplexque deſignatur charitas, paternitatis & fraternitatis.& ſucceſsiue ĩ tota dominica oratione, ſi volueris rationes, inuenies, quas referre longiſsimum eſſet.triplici de cauſa etiam pater honorádus eſt nouiſsimè,vt in opuſcu.inquit Diuus Tho. de præcep.legis.& Ariſt.8.Ethic.quia (vt dixiſti Zine) dat eſſe filio alimentumque ſibi,& documentum. Immo quaſi Deus quidã colendus eſt,ex quo fit,vt non ab re etiam ſit, ſi ipſum interficienti pœna ſingularis fuerit conſtituta.§.alia deinde lex,Inſti.de pub.iudi.& nos fuſius alibi.& quòd ſit nomen honoris ac dignitatis,tradit Archi.in.c.præſens,in prin.20.q.3.eſt etiã pater ſecundum legem,& ſecundum carnem, ſiue ſecundum naturam.primo modo Adam,ſecundo qui filium generat, de quo nos ad præſens.quid quòd pater eſt etiam præceptor & magiſter.& patres Senatores illi centum,olim à Romulo conſtituti,de quibus in.l.fi.C.de peti.hæ.poſtea aucti à Bruto, & appellati conſcripti.& quia (vt dixi)pater alimenta ſumminiſtrat filio,æquè conuenit,vt vice mutua parentem alat, Ciconiaria lege.l.ſi quis à liberis,in fine prin.ff.de lib.agno.ex quo non eſt ſatis,ipſum reuereri,eique obedire,niſi meritum etiam reſarciat.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hæ. ĩmo quòd hoc idem facere tenetur,ſi exul ſit,& à patria profugus,vt per Bar. in.l.inceſtas.C.de nup.& hac de cauſa quoque religionẽ exire.l.qui cum vno.§.fi.& ibi Ray.ff.de re mili.ét ſi excommunicatus ſit,& hæreticus,quod eſt mirabile.c.ſacris, de ſen.excom.c.non ſatis.86.diſ.late Nel.de ban.q.48.an bannitus, per totum.& breuiter concludentes,inquit Bal.conſil.143. ſuper quæſtione,col.2.vol.2.quòd amicitia nulla eſt maior, quàm ea,quæ eſt inter patrem & filium.l. quidam cum filium .ff. de hæ.inſti.licèt maior dilectio comparatiue ſit patris in filium, quàm è contra.l.iſti quidem.§.fi.ff.quod met. cau .l. fin.C. de cu.fu.& nimirum,quia filius diutius victurus eſt,& quia in eo memoria patris conſeruatur,& poſteritas.l.liberorum, in fin. ff.de verbo.ſi.& quia (vt philoſophus ait) pater de ſuo habet in filio.& per ſimilitudinem Griſoſto. ꝙ arboris humor de radice tranſit in ramos & folia & fructus,non è conuerſo, & naturale eſt,nec negandum,& hæc ad ſatietatem dicta ſint.

cæcus

## *Cæcus.*

### Ad capitulum .9. Ioan. Dialogus 146.

**PETRVS F. ZINVS, STEFANVS CASTELLANVS, MAN.**

**P.F.** DE cæco agitur Io.9.c.vbi nodus quidã ſeſe offert, à vobis ſoluendus.

**S.C.** Gladio incidetur, ſi ſolui non poterit.

**P.F.** Irato conuenit hoc facere, non ſi quis ita ſedato animo ſit, vt ſperet ſtudio & diligentia ſe omnia facile conſecuturum, ex quo non mirum eſt etiam, ſi ille (hiſtoria nota) Montem fregit aceto.

**S.C.** Experiemur primum, argumentumq́ue mihi poe.ſumam, cùm dixit.

„ Flectere ſi nequeo ſuperos, Acheronta mouebo. eritq́ue gladius poſtea, vel Charõ, qui nodum hũc ſoluat, ſi à me ſolutus non fuerit, quia ſit Platonicis numeris (vt aiunt) obſcurior, Man. noſter.

**MAN.** Nec gladius, nec Charon, eſſe volo. nõ gladius, quia obedit corpori magis, quàm animæ, vt inquit Bal. conſi. 144. præſuppoſito, col. 2. vol. j. à clade vocatus, quia ad cladem etiã inuentus eſt. Minus Charon, qui defunctorum animas vehit, & inferni flumina quatit. & (vt ſcis) quia nauta peſsimum eſt hominum genus, cui ſemper imputatur culpa. l. 4. §. profectitiæ de offi. procon. & ad gladij propoſitum rurſus, nónne ſcis, q eo vtendo Petrus peccauit, vt Moyſes Aegyptum percutiens quòdq́ue Matth. dixit. 26. omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt. & pro defenſione eo vti licere, non pro vltione, quo modo id Io. etiam intelligitur. 18. ibi, Quem qui non habet, vendat tunicam, & emat, aliàs qui authoritate propria accipit, & non legis, pro defenſione ſcilicet, iram & pœnam legis incurrit.

**S.C.** Soluam igitur vt potero, nec gladio quoque ego vtar, nec Acheronta mouebo, dummodo dixeris Zine, quis nã ſit nodus iſte, à me ſoluendus.

**P.F.** Dicam, eoq́ue libẽtius, quo vos audiui quaſi gladijs in arena



na dimicantes, tum vel maxime, vt quæ vobis afferre inſtituimus, aliquando abſoluatis. In loco præallega. Io. ergo legitur, quòd cum vidiſſet CHRISTVS hominem cæcum à natiuitate, & interrogarent diſcipuli, quis peccaſſet, ipſe, vel parẽtes eius, reſpondit, neque hic peccauit, neque parentes eius.

**S.C.** Verum eſt, ſed quid tum?

**P.F.** Audias patienter Caſtellane, néue inaudita cauſa iudices.

**S.C.** Audio.

**P.F.** Et ego dico tibi, quòd ex his verbis elicitur, aliquem eſſe, qui peccatum non habeat, quod tamen eſt contra illud vulgatũ, Nemo immunis eſt à peccato. nemo ſine crimine viuit. ſepties in die cadit iuſtus. ſolus Deus bonus eſt, & ſine peccato inuentus.

**S.C.** Aperte video, mihi gladio opus non eſſe, & reſpõdeo, credoq́ue me tibi ſatisfacturum, quoniam peccarunt, cùm eſſent homines vt ſupra ſed non vt cæcus naſceretur.

**P.F.** Certe ſcopum attigiſti, teq́ue ſummopere laudo, nec aliud dici poteſt.

**S.C.** Ad alia igitur perge.

**P.F.** In eodem loco, cæcum dicit, & non quis fuerit.

**S.C.** Non dicit, quia neceſſarium non erat, ſi tamen ſcire cupias, Cedonius vocabatur.

**P.F.** Quo modo hoc ipſum ſcis?

**S.C.** Scriptum inueni.

**P.F.** Vbi?

**S.C.** In vita Mariæ Magdalenæ, quam ſcripſit magnus ille Theologus, Iacobus de Voragine.

**P.F.** Scitu dignum eſt certe, licèt minus neceſſarium, iſtudq́ue ego neſciebam.

**S.C.** Sapientes (vt Columel. ait) exiſtimati ſunt multa ſciuiſſe, non omnia, igitur nec mirum, ſi tu quoque hoc ipſum ignorabas, quia eſſe poteſt etiam, vt non ſemper feriat quodcũque minabitur arcus. Sed quæro (miſsis his) ego à te Zine, cur ſic fecerit CHRISTVS lutum ex ſputo, & linierit oculos eius, dicens, Vade laua in natatoria Siloe?

**P.F.** Quia oſtendere voluit, virtute oris eius, ipſum illuminaſſe, quòd non eſſet, ſi ex luto & aqua id feciſſet. Vel quia ſputum fluit à capite, caput autem eſt CHRISTVS, & nobilior corporis pars.

**MAN.** Ad hoc ego, ne mutus videar hodie, maxime quia Zinus nihil

nihil allegat,addo tex.in.l.cum in diuerſis.ff.de religio.& di-cit Pla.in lib.de iuſto,quòd eſt membrum diuiniſsimum,reli-quorum membrorum princeps,cui totum corpus connexũ, Dij ſubeſſe,& parere iuſſerunt.& in hiſce terminis de CHRI-STO,quòd eidem, vt capiti,omne iudicium datum eſt, legi-tur Ioan.5.

P.F. Nihil allegabam,quia omnes ſciunt,quòd caput eſt CHRI-STVS,quòdque membra reguntur à capite.c.cum non liceat, de præſcrip.c.non decet.12.diſ. ſic igitur ipſum illuminauit, eò redeuntes vnde diſceſsimus,vt oſtenderet etiam, quem de luto formauerat,Gene.j.luto pariter ſanaſſe.dicens amplius, vade,laua in natatoria Siloe,quia cæcitas Iudæorum (vt ſacri interpretes dicunt) vel quorũcunque infidelium, ſanari non poteſt,niſi doctrina aquarum CHRISTI, quæ ſine ſtrepitu & clamore verborum leniter fluit,hæcque aqua Siloe, eſt illa ad propoſitum,quæ cum ſilentio vadit,vt Eſai.8.dicebat.

MAN. Verbum hoc Siloe,eſt ne Latinum,vel Hebraicum?

P.F. Hebraicum.

MAN. Quam interpretationem habet?

P.F. Siloe,ideſt miſſus,interpretatur, vt de CHRISTO figurati-ue intelligeremus,qui ad ſalutem hominum miſſus eſt. Vel & aliter,de cathecumino baptizando,vt prius fide incarnationis CHRISTI,inſtruatur,fuſiusque vt in.c.ante baptiſmum, de conſecra.diſ.4.

MAN. Sed quare ſtatim,cùm ſibi dixiſſet CHRISTVS, Vade & laua,abijt cæcus,& lauit?

P.F. Vt fides eius notaretur,qui non cõtradixit,ſed credidit,& Deo laudem dedit,ſicuti notata eſt in Dauid, qui Reg.j.c.17.
„ dixit,Venio ad te,cum funda,in nomine Domini. & in Io-phat,qui Paralipo.20.dixit pariter exercitui, Credite Domi-no,& ſecuri eritis.ſic Centurionis commendata eſt, Matth.8. Mariæ Magdalenæ.Luc.7.& Abraæ omnium maxima,qui fi-lium ſuum vnigenitum iuſſu Domini imolare nõ diſtulit, hi-
„ ſto.nota eſt,Gene.c.22.cui Angelus Domini, per memetipſũ
„ iuraui,dicit Dominus,quia feciſti hanc rem, & non pepercisti
„ filio tuo vnigenito propter me, benedicam tibi, & multipli-
„ cabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli & velut arenam, quæ eſt in
„ litore Maris &c. Vidua Heliç credidit.3.Reg.c.17.Mulier ſan-guinis fluxũ patiens,CHRISTO,Matth.9.Chananea, Matth. 15.Samaratina Io.4. Martha. 11. Eliſabet beatæ Virgini de CHRI-



STI, incarnatione,Luc.j.& (vt ibi) ipſa met virgo bea-ta denique Angelo,quando dixit, ecce concipies in vtero, & paries filium,& vocabis nomen eius IESVM, hic erit magnus &c.& profecto nihil ẽ,quòd magis admiraretur CHRISTVS, quàm fides,quando & ipſe pariter dixit. O mulier, magna eſt fides tua,tãtam fidem non inueni in Iſrael vt ſupra Matth. 15. &.8.credamus igitur & nos,ſperemus,& fidẽ habeamus,quo-niam oculi domini contemplantur vniuerſam terram,& præ-bent fortitudinem ijs,qui perfecto corde credunt in eum.2. Paralipo.16.

MAN. Et ſi hæc ſatis ſint,ſuperque ſatis,volo tamen dicere ego vnum quoque,quod non dixiſtis vos.

P.F. Pudor non eſt (vt inquit Varro) perfecto ſpicilegio, fe-ſtuculas relinquere.

MAN. Videbis nunc Zine,ſi feſtucula eſt,quam mihi reliquiſti.

P.F. Ad rem.

MAN. Vellem ſcire, quaare ſic CHRISTVS præteriens vide-rit cæcum.

P.F. Vidit,quia oculos habebat,vt nos.

MAN. Iocaris Zine,quia de fide multa dixiſti.

P.F. Non certe,at id facio,quia mihi nunc non ſuccurrit aliud, quo poſsim & tibi & mihi ſatisfacere.

MAN. Ergo ne dixeris,feſtuculas nobis reliquiſſe, quoniã my-ſterium continent.d.verba,quàm maximum.

P.F. Omnia verba CHRISTI,huiuſmodi ſunt.

MAN. Et maxime iſta.

P.F. Quod nanque myſterium eſt iſtud?

MAN. Eſt,quia (vt ſcis,& experientia videmus quotidie) nul-la maior paupertas eſt,quàm carere lumine, ex quo dicebat
„ Tob.5.Quale mihi gaudium eſt,qui in tenebris ſedeo, & lu-men cœli non video.præteriens igitur IESVS, vidit cæcum, ideſt miſertus eſt,eaque ratione etiam non requiſitus, vt Mar. 10.& Luc.18.viſum ſibi reſtituit.& ad fidei propoſitum,haud eſt omittendum etiam, quòd ſicuti cæcus non videt Solem, credit tamen videntibus,ita de fide faciendũ eſt,nec de ea quæ-renda ratio.

Via,

*Via, ueritas, uita.*

## Ad capitulum. 14. Ioan. Dialogus 147.

IOANNES EZELINVS, PAVLVS ROSELLVS, MAN.

I.E. EGO ſum via,veritas,& vita,dicit IESVS, verbaque ſunt Io.14.c.cur non dixit,ego ſum conſuetudo?

MAN. Non dixit,quia veritati poſtponenda eſt,quamuis vetuſta & vulgata,& (vt dicebat Cyprianus) vſus, qui veritati eſt contrarius,abolendus,caſus eſt.in.c.ſi conſuetudinem.8.diſ.

P.R. Et videri poteſt,quia Petrus etiam,qui circũcidebat, ceſſit Paulo,veritatem prædicanti,& cũ (vt dixiſti Ezeline) CHRISTVS ſit veritas,ipſe potius ſequendus eſt,quàm cõſuetudo, aliàs qui contempta veritate præſumit conſuetudinem ſequi, contemnit CHRISTVM,aut circa fratres inuidus & malignus eſt,quibus veritas reuelatur,aut circa Deum ingratus, cuius inſpiratione eccleſia eius inſtruitur.c.qui contempta, ea diſ.

MAN. Heſdræ etiam.3.c.3.&.4.non ab re dicitur, quòd veritas vincit,inualeſcit,viuit in æternum,& in ſecula ſeculorum, & in.c.conſuetudo,adhuc diſtinc. præallega. quòd conſuetudo ſine veritate,vetuſtas eſt erroris,quòdque eo relicto, veritas ſequi debemus.

P.R. Dixit ſic etiam,quia omnia alia ſallacia ſunt,inque Diabolo veritas,& præſertim Aſtrologia, ſuperſtitioſorum hominum fallax coniectura, malorum Dæmonum inuentum, & idolatriæ genus.ex quo fonte hæreſis Manicheorum liberum arbitrium tollens,emanauit.& Baſilidis,qui cœlos ad anni ſimilitudinem.365.eſſe pronunciauit.& forte quodam in loco vectigal Balcenominõ,à ſtultitia ſic appellatum, hac de re Aſtrologi ſoluebant. Cohercuitque oportune Anaximenem ſerua,cum in foueam cecidiſſet,dum aſtra inſpiceret, qua ratione enim ſcire deſideras,ait quæ in cœlo ſunt, cũ tamen videre nequeas quæ habes ante pedes.ab Imperatoribus etiam olim prohibita,& à noſtris hominibus Chriſtianis, in cõcilio Toletano.& breuiter quicquid eſt artium & diſciplinarum, huiuſmodi eſt,totque ſententiæ (vt Comicus inquit) quot capita



capita abuntatque in ſenſu ſuo quilibet.c.certificari, de ſepul. & velle ſuum cuique eſt,nec voto viuitur vno.

MAN. Cum igitur veritas ſit CHRISTVS,pro ipſa nihil timendum eſt,omnia dicenda audacter,etiam ſi carcer,ſi exilium, ſi vincula & mors quoque nobis minitetur. meliusque eſt pro veritate ſupplicium pati,quàm pro adulatione beneficium.c. nemo.11.q.3.

P.R. Quis dubitat,eius enim tanta eſt vis,vt contra omnium ingenia,calliditatem,ſolertiam,contraque fictas hominum inſidias per ſeſe ipſa defendat & tueatur.

MAN. Et non ab re dicit alibi Bal. quòd honorari debet, conſi. 357.nota, in fi.vol.5.quoniam ſic honoratur CHRISTVS.

I.E. De via nihil dicimus.

MAN. Quia in veritate conſiſtunt omnia, nam nil aliud eſt adhuc,quàm rerum conſtantia,& firmitudo,baſis,& fundamentum Iuſtitiæ, eaque nihil præclarius dici, inuenirique poteſt. omnia vincit(vt dicit Ange.in.l.j. col.21. C.de iudi.)& quocunque tempore etiam eſt erroris correctio.

P.R. De via dici quoque poteſt,quòd cum multiplex ſit, plana, excelſa,dubia,polluta,communis,& tutta, hæc ſola ſit CHRISTI, in qua ambulandum eſt, planam tamen & excelſam humilitatis & charitatis ſcilicet,non deſerentes, quoniam ſemet ipſum humiliauit,factus obediens vſque ad mortem, ad Philipen.2.& charitate plenus,ſanguinem pro humani generis redemptione fudit.j.Io.c.j.& ad Ephe.Pau.j.

I.E. Quæ via eſt dubia?

P.R. Mundus.

I.E. Ergo Mundum non diligamus, neque ea, quæ in Mundo ſunt,quia ſi quis diligit Mundum(vt adhuc.j.Io. dicitur.c.2.) non eſt charitas patris in eo, ex quo omne quod eſt in Mundo, concupiſcentia carnis eſt,& oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ non eſt ex patre,ſed ex Mundo,& Mundus tranſit,& cõcupiſcentia eius.

I.E. Quæ polluta?

P.R. Vita præſens.

I.E. Ergo minus hæc ſequenda eſt, vt dicitur.j. Reg. c.21. ibi, Porrò via hæc polluta eſt.quoniam exclamaret Eſai.52.recedite recedite,exinde pollutum nolite tangere.

I.E. Quæ communis?

P.R. Mors.

I.E.

I.E. Et iſta optanda eſt, ſi in Domino moriamur, vt diſſoluti, cum CHRISTO eſſe poſsimus, quod quàm maxime optabat Paulus ad Philippen.j.ex quo inde vita reſurgit,& non ab re, à primo ad vltimum arguentes, CHRISTVS eſt via, veritas, & vita.

*Lazarus.*

## Ad vndecimum & duodecimum c. Ioan. Dialogus 148.

PAVLVS ROSELLVS, IOANNES EZELINVS, MAN.

P.R. HISTORIA & CHRISTI miraculum, in ſuſcitatione Lazari recitatur Io.11.& 12.c.vellem à vobis plura ſcire, primo in quo loco fuerit facta ſuſcitatio hæc, & tam magnum miraculum, quod ex eo apparet, quia eleuatis ſurſum oculis, gratias egit patri, quòd ipſum audiebat, vt etiam in panis multiplicatione,& in euchariſtiæ inſtitutione, Mar.26.ſecũdo, quare voce magna clamauerit. tertio cur ſic cũ proprio nomine vocauerit. quarto, an alios ſuſcitauerit à mortuis. quinto & vltimo, an ſit idem homo, an bona hæredibus acquiſita recuperauerit, vxorem, & filios, & quid hoc nomen Lazarus ſignificet.

I.E. Magnum hæc omnia theologum deſiderare vidẽtur, quod ſi ſic eſt Roſelle, quomodo vis vt tibi ego reſpondeam?

P.R. Reſpondeat communis præceptor Mantua.

MAN. Licèt Theologus non ſim, Dauus & non ædipus (vt comicus inquit) preſto ſum tamen, & tibi quàm promptiſsime reſpondebo.

P.R. Nec aliud opto ego hodie, quoniam ſcio te multo plura dicere ſolere, cùm ad dicendum es laceſsitus, quàm ſi ſponte loquaris.

MAN. Deus erit in ore meo, meque docebit, & ſuggeret, ac ſumminiſtrabit omnia.

P.R. Non dubito.

MAN. Dico ergo ad primum, agentes breuibus.

I.E. Et hoc ipſum à te ſignanter expectamus, ne dicam deſideramus.

MAN. Quòd fuit facta, ſeu factũ, in Bethania, prope Hieruſalẽ.

P.R.



P.R. Quo modo hoc ipſum ſcis? cum ſit Bethania etiam trans Iordanem, vt Io.j.

MAN. Scio, ex lectura vtriuſque loci, quoniam Io.11.dicitur, quod erat Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ, ſororum eius, quod erat prope Hieruſalem. Io. vero.j.quòd ea in Bethania trans Iordanem facta fuerant, ubi erat Ioannes baptizans.

P.R. Et bene, nec aliud dici poteſt. quoad ſecũdum quid ſentis?

MAN. Credo alibi dictum fuiſſe, ſed ad aliud, igitur id ipſum repetere quodammodo per tranſennam, uicioſum nõ erit, Magna voce clamauit ergo, vt tali miraculo ſignificaret, cum clamore valido ſe moriturum, humanumque genus, in morte ſepultum, ſuſcitare velle. Et quia voce magna moriturus erat, clamando pariter, in manus tuas Domine commendo ſpiritum meum. Luc. 23. Vel etiam vt magnus oſtenderetur affectus, ſicuti Apocaly.14. Vel vt à longinquo animam reuocaret ad corpus, & errorem eorum oſtenderet, qui dicunt, defunctorũ animas in ſepulchris latitare. Vel & vltimo, quia ſi ſummiſſe dixiſſet, potuiſſent accurrentes dicere, id magicis verbis factum fuiſſe.

I.E. Tertium nonnihil difficultatis habet.

MAN. Immo non.

P.R. Cur ergo vocauit cũ ſic proprio nomine, iterato dixerim.

MAN. Vocauit (vt inquit Auguſti. de verbis Domini) ne diuina virtute exirẽt alij, ibidem tumulati, & ſine temporis dilatione, portas æneas, vectesque ferreos confregit, & ipſum ad vitam reſtituit. & minime mirum, quia ſi ſolo verbo etiam Iudas, cæterique milites armati ceciderunt retrorſum in terram, velut mortui, non eſt ratio, cur diuina virtute non potuerit etiam Lazarum iam mortuum, & quatriduanum quidem, ad vitam reſtituere.

I.E. Bonum eſſet hic dicere etiam, priuſquam pergamus ad alia, quare ſic quatriduum expectarit.

P.R. Forte vt vere dici poſſet mortuus.

MAN. Nec aliud diceret Nico. de lyra, immo credo quòd ita declaret, & eſt rationabile.

P.R. Sed quomodo erat mortuus, ſi dormiebat, vt tex. ſignãter dicit, ibi, Lazarus amicus noſter dormit.

MAN. Dormiebat, ideſt mortuus erat, & ita intelligi debet, quod tum ibi apparet, ex quo poſtea mortis mentio facta eſt,

MAN. Z tum

tum ex verbis Pau. prima ad Theſalo. cap. quarto, ibi, Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent, Si enim credimus, qꝛ IESVS mortuus eſt, & reſurrexerit, ita & Deus, eos qui dormierunt per IESVM, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentum ipſius, non præueniemus eos, qui dormierunt, & bene dictum eſt, quoniam ſomnus quoque nil aliud eſt, quàm (vt Poe. inquit) mortis imago. & hæc ſatis ſint quo ad iſtud. Quartum etiam eſt ſine dubitatione, alios etiam ſuſcitaſſe, viduæ & Archiſynagogi, illius filium, filiam vero iſtius, & Lazarus fuit tertius, Matth. nono. Mar. quinto. Luc. octauo. Ioan. II. & ſic Deus impare numero gaudet, quia eſt etiam pater, filius, & ſpiritus ſanctus.

**P.R.** Et iſtud quoque veriſsimum eſt, ſed non poteris dicere, quòd vltimum ſit abſque dubitatione.

**MAN.** Immo omni alio eſt certius & clarius.

**P.R.** Dic tuam opinionem Mantua.

**MAN.** Dicam, eamq́ue probaſti ſæpe Reuerende pater, cùm me audires.

**P.R.** Non recordor.

**MAN.** Veriſimile eſt, ob temporis diuturnitatem, & quia hominum memoria labilis eſt. l. peregre. ff. de acquiren. poſſeſ. ſed tamen ita eſt, dicebam quo ad iſtud igitur aliàs, & nunc magis, quòd idem homo eſt, quòdq́ue bona hæredibus acquiſita recuperat, reſtitutione Dei, argu. in. l. fina. C. de ſen. pa. vbi hoc idem etiam operatur reſtitutio Principis, in quo eſt tamen minor ratio, non tamen vxorem & filios. l. cum duæ. ff. de capti. in terminis Bar. in. l. nam ad ea. ff. de legi.

**I.E.** Quo ad bona tamen idem Barto. ſentit contrarium, in dicta, in fi. ff. eo. quia qui ſemel eſt hæres hæreditate priuari non debet. l. ei qui. ff. de hæ. inſti.

**MAN.** Sed nõ firmat pedes, & ſe remittit ad not. per Cy. ibidẽ, & prima opi. videtur verior, quia (vt diximus) ſi hoc idem Principis reſtitutio operatur, quanto magis debet operari reſtitutio Dei, & ad propoſitum redeuntes, vt finiamus, dico etiam, quòd Lazarus, ideſt adiutus à Domino, exponitur, & interpretatur. Verum mihi alia ſuboritur dubitatio, quare lachrymatus ſit IESVS, vt in dicto loco dicitur.

**P.R.** Lachrymatus eſt, quia ei erat amicus, probat tex. præallega.



Ioan. ibi, Lazarus amicus noſter dormit, ſed vado vt à ſomno excitem eum, ad quod facit vulgatum illud.

Flet, ſi lachrymas conſpexit amici
Et iterum ſi dixerit, æſtuo, ſudat.

**MAN.** Colorata & pulchra eſt reſponſio hæc, ſed non vera.

**P.R.** Quomodo igitur reſpondes tu?

**MAN.** Hoc modo, quòd lachrymatus ſit forte, quia recordabatur de paſsione ſua acerbiſsima, quamuis à mortuis poſtea deberet reſurgere.

**I.E.** Tamen miſericordia motus eſt etiam, licèt nõ fleuerit, quãdo viduæ, de qua Luc. 7. dixit, Mulier noli flere.

**MAN.** Et bene, ſed illud ideo fecit quoque, quia recordatus eſt pariter, quòd in cruce dicere debebat, vt Ioan. 19. legitur, Mulier ecce filius tuus, ex quibus reſoluta omnia credimus, in quibus erat dubitatio, ſed quo ad id, Lazarus amicus noſter dormit, de quo ſupra reſtat ſcrupulus, quomodo amicus vocetur, qui nõ amat, cum ſit mortuus, & mors (vt dicimus nos) omnia ſoluat. §. deinceps, in authen. de nup. nec poſsit aliquid in perſonam mortui conſiſtere, inquit Pau. de Caſ. conſi. 104. viſis, columna tertia, volumi. j. l. pe. ff. quæ ſen. ſi ap. re. l. eius qui in prouincia. ff. ſi cer. pe. vbi tritum illud, Non entium nõ eſt qualitas.

**P.R.** Poſſet reſponderi, quòd ſit amicus, non quòd amet, cum (vt dicebas) mortuus eſſet, ſed quia ametur.

**MAN.** Non placet mihi hæc reſponſio.

**P.R.** Qua ratione?

**MAN.** Quia ſi mortuus erat, nihil erat, niſi cadauer immundum, nec amari poterat, ex quo omne pollutum & immundum, odit Deus, qui (vt inquit Pau. prima ad Theſaloni. c. quarto) non in immunditiam etiam nos vocauit, ſed in ſanctificationem. Poteſt igitur reſponderi, quòd ſit Lazarus amicus vocatus à CHRISTO, non inſpecto præſenti ſtatu, ſed præterito, & ſenſus ſit, Lazarus olim amicus noſter dormit. Vel futuro, quoniam eum ſtatim, & ſolo quidem verbo, ſuſcitauit, ſicuti Centurionis puerum ſanauit, Matth. octauo, & reguli filium, mori incipientem, ad vitam reduxit, Ioan. quarto, & quia dixit etiam Deus, fiat lux, luxque facta eſt, firmamentum, & cætera, ſex dierum opera, & fuſius vt in primo, ſecundo, & tertio. Gene. legitur.

Z 2 Diuiſio.

## *Diuiſio.*

## Ad capitulum vndecimum, Luc. Dialogus 149.

IOANNES EZELINVS, PAVLVS ROSELLVS, MAN.

I.E. DIVISIO mala res eſt, quoniam à CHRISTO dictum
„ fuit. 11. Luc. Omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur, & do-
„ mus ſupra domum cadet.

P.R. Immo peſsima, qua de re forte, prima ad Corinth. primo
„ ait Pau. ſignificatum eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab his
„ qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos, hoc autem
„ dico, quòd vnus quiſque veſtrum dicit: ego quidem ſum Pau-
„ li, ego autem Apollo, ego vero Cephæ, ego autem CHRISTI,
„ diuiſus eſt CHRISTVS?

MAN. Et bene, addoque ego hinc, quòd Numa Pompilius conabatur ciuitatem in vnum corpus redigere, ſeditionesque extirpare, ne alij Romuli, alij vero Tatij dicerētur, vel olim Gelphi & Gibellini.

P.R. Diſcordia monſtrum eſt, infeſtans humanam gentem, omnia incommoda & mala ſecum agmine quodam importans, idemque fecerat aliquando Hadrianus, cuius numiſma æneum indicat, habens mulierem à tergo, humi ſedentem, his verbis circumquaque appoſitis, Terra ſtabilis. ſedata ſcilicet ciuili diſcordia.

I.E. Elementa etiam ſunt quatuor, & amicitia copulantur (dicebat Empedocles) diſcordia vero diſsident, & conflictantur.

MAN. Adde, quòd ex diuiſione, Luciferi lapſus contigit, eiectio Adami, Troiæ deſolatio, euerſio Ro. Reipub. & breuiter, vt dicebat Roſellus, omnia mala inde proueniunt.

I.E. Seminatores diſcordiarum, vt non ſine ratione exordium à diuiſione cœpiſſe videar, debéntne Mantua, de iure puniri?

MAN. Debent.

I.E. Qua pœna?

MAN. Arbitraria, pro perſona, & conditione, & factorum varietate. l. agraria, in fi. ff. de ter. mo. l. j. C. de accuſa. Bal. conſi. 230. omne factum, columna ſecunda, vol. 3. memini me legiſſe etiã

T. Gracco



T. Gracco interfecto, C. Villium eius familiarem, tanquam ſeditioſum ciuem, culeo inſutum, cũ angue (quæ pœna erat parricidarum) mortem obijſſe.

P.R. Forte propter diuiſionem & diſcordias, Matth. 21. & Mar. 11. & Luc. 19. Hieruſalem vocant Caſtellum.

MAN. Veriſimile eſt, quamuis dicant interpretes, id dictum fuiſſe etiam, quia erat clauſa triplici muro, propugnaculis, & fortalitijs, ad modum caſtri, ſed primum magis placet, cum denominatio fieri debeat potius à natura rei, quàm ab accidenti iuxta glo. in. l. certi condictio. ff. ſi cer. peta. l. 3. ff. de tute.

P.R. Pater mandat filijs (& quotidianum eſt) vt non diuidant vſque ad certum tempus, ſub certa etiam pœna, rixis obortis inter eos diuidunt, potuítne impune hoc idem fieri? Vel & melius, minor maiorem ad diuiſionem prouocare non poteſt. l. inter omnes. C. de prædi. mi. prouocat prædicta de cauſa, an poſsit?

MAN. Poteſt abſque dubio, quia in quacũque diſpoſitione, cauſa ſemper excepta videtur. l. ſi hominem. ff. man. & in ſpecie tradit Por. in. §. item quæritur, columna prima & ſecunda, vbi ſignanter Euãgelij dictum citat, de quo ſupra. Omne regnum in ſe diuiſum &c. Inſti. loca.

I.E. Quo ad dictum ſuperius, mihi vnum ſuccurrit, obitérque dictum ſit, quòd immo poſsit fieri inter fratres diuiſio, etiam ſi rixarum periculum haud immineat, quoniam præceptum nudum teſtatoris eſſe videtur, & ſic non exequendum, iuxta not. in. l. filius familias, in. §. diui. ff. de lega. j.

MAN. Falleris Ezeline, quoniam ætatis fauor eſt in cauſa, eaque ratione factum. l. in hoc. §. ſi conueniat. ff. communi. di. l. ſecunda. C. de vſuca. pro emp. authen. minoris. C. qui tuto. da. po. Bal. conſi. 144. multa, ad fi. volumine tertio, & ne ſua facilitate quoque labantur. l. prima. ff. de mino. idem Bald. conſi. 72. factum, columna ſecunda, volumine ſecũdo, & ideo dicit, quòd facta contra præceptum ipſius, non valet, conſi. 144. præallega. Et ad propoſitum eò redeuntes, vnde diſceſsimus, ſchiſmatici, qui ſe diuidunt ab vnitate Eccleſiæ Roma. venientes contra illum articulum fidei, & vnam ſanctam catholicam Eccleſiam, ſunt hæretici & excommunicati. cap. inter ſchiſma. vigeſimaquarta. q. tertia, Abb. in rubri. de ſchiſma. dicimuſque vulgo hinc, quòd virtus vnita, eſt fortior ſe ipſa diſperſa, & quòd paruæ res creſcunt, concordia, dilabuntur vero quàm

 ma-

maximæ, diſcordia. Si negocium communi conſilio rurſum adminiſtretur, Rempub. erigi videmus, ſin minus quia diſtrahantur ciues, & ſeditionibus æſtuent, proſterni, & occumbere. quid quòd vnio amica eſt naturæ, & inimica neceſſario, atque odioſa diuiſio, quam ſequi non debemus, vt vnionem, cócordiam, & pacem deſeramus, quoniam ſic CHRISTVM deſerimus, eoque fit, vt qui eam, eumue deſerit, lætos plerunque exitus non habeat. l. æquiſsimum. ff. de vſuf. Bal. noſter. conſi. 218. petita venia, col. 2. vol. 3.

## *Bos ſenior.*

## Ad capitulum vigeſimum, Ioan. Dialogus 151, & vlt.

PAVLVS ROSELLVS, IOANNES EZELINVS, MAN.

P.R. EST prouerbialiter à nobis vſurpatum, diui Hierony. ad Auguſti. axioma, cùm ſenis alicuius prudentiam laudamus, vt confeſtim dicamus, Bos ſenior grauius figit pedem, vel quia tardius ad pugnam excitantur hi, qui iam ſunt ætate defeſſi, vt grauius ſæuiant, atque vrgeant, ſi quando ſenilis illa virtus irritata caleſcit, quod in Daretis & Entelli congreſſu, declarat Virgilius, Eraſ. fuſius, Bos laſſus.

I.E. Quadrat etiam illud Vale. Maximi memorabile dictum,
„ cum ait libro primo de neg. reli. Lento enim gradu, ad vindi-
„ ctam ſui, diuina procedit ira, tarditatemque ſupplicij, grauita-
„ te compenſat.

MAN. Primum generalius eſt, comprobádum etiá Io. authorita-
„ te. 20. c. ibi, Currebát autem duo ſimul, & ille alius diſcipulus
„ (Ioánem intelligit) præcucurrit citius Petro, & venit primus
„ ad monumentum.

I.E. Quàm ſcio, legi & noui, ſed quomodo ad propoſitum noſtrum facit?

MAN. Facit, quia dum illis eſſet nunciatum, de monumento Dominum ſublatum fuiſſe, credidit Ioannes iuuenis, & adhuc nó firmatus in fide, Petrus vero non, ſenex, & ſic grauior, & in fide firmior, ideo non ab re (vt dictum eſt) citius Petro venit ad monumentum.





P.R. Senectus certe laudabilis eſt, & magno in precio habita, & à ſenibus dicti etiam Senatores. Immo apud Lacedæmones, adoleſcentes obiurgabant, qui ſi id moleſte tuliſſent, infamiæ ſubibant notam.

I.E. Ea eſt quoque ratio, ſenectuti deferendum, quia (vt dicebat Chilon) ſic iuuenes, cum poſtea ſeneſcunt, honorantur ab aljs.

P.R. Omnino condimentum ſapientiæ eſt ſenectus, vſque adeo vt ex aliquo crimine maiori nota digni ſenes etiam exiſtimentur.

MAN. Nunquid ſubditus prælatum corrigat?

P.R. Dicerem ego quòd non, cle. ne Romani, de elec. c. cum inferior, de maio. & obe.

MAN. Et tu Ezeline Reuerende?

I.E. Idem dico ego, & addo, probari etiam Roſelli opi. ex his
„ quæ leguntur Exo. 19. ibi, Beſtia, quæ montem tetigerit, la-
„ pidabitur.

MAN. Hoc doctus Plato neſciuit, hoc (vt aiunt) eloquens Demoſthenes ignorauit, quoniam actus quidam eſt Iuſtitiæ, quidam autem charitatis, modo dico, quòd in quantum correctio eſt actus Iuſtitiæ, ſubditus prælatum non corrigit, in quátum vero eſt actus charitatis ſic, nó tamen temeritate, aut pro-
„ teruia, ex quo dicitur ad Timoth. quinto. Seniorem ne incre-
„ paueris, ſed obſecra vt patrem, fuſius in cap. Paulus dicit, ſecunda. q. ſeptima, ex quo fit etiam, vt aſina Balaam hominis voce loquens prophetę inſipiétiam prohibuerit. c. ſecuti ſunt, ea. q. & cau. originaliter Nume. 22. &. 2. Pet. c. 2. Abb. noſter in. c. nouit, col. 13. de iudi.

P.R. Volo obiter mihi vnum reſoluas Man. quomodo ſic aſina Balaam (vt modo dicebas) humana voce locuta ſit.

MAN. Magno precio emiſſem hanc tuam interrogationem, & ſi à via hac de re ſit pauliſper deflectendum, quia ſcit bene venator ceruis vbi retia tendat. Scit bene qua frendens valle moretur aper. Dico igitur, vt tibi ſatisfaciam, quòd lingua aſinæ per Angelum mouebatur, ſicuti virtute Dæmonis lingua ſerpentis, Gene. 3. & quòd ad idem Deus ſolet diuerſis per diuerſa media accommodata ſecreta ſua pandere, nam CHRISTO naſcente, Magis per ſtellam locutus eſt. Iudæis per oraculum, paſtoribus per Angelum, & huic per Aſinam. & ſi (vt dictum eſt) virtute Dæmonis aliquando etiam ſtatua locuta eſt, à mi

lite per iocum interrogata, an vellet ire Romam, quæ reſpondit, volo. & Romæ Gnei Domitij bos, dicens, caue Roma. cur virtute diuina, aſina hæc, hoc idem facere non potuit, & prophetæ inſipientiam non reprehēdere. ex quibus credo, me tuę interrogationi ſatisfeciſſe, ideo ad inſtitutum propoſitum reuertor.

**P.R.** Satis ſuperque mihi ſatisfeciſti, dic alia, quia te attente dicentem audio.

**MAN.** Eſt verum igitur, quòd ſenectus venerabilis ſemper fuit, quòdque plus valet vmbra ſenis (vt eſt pariter in prouerbio) quàm gladius iuuenis, & quòd denique ſenes eſt iuuene, præſumptiue, ſapientior, vt dicebatis. l. fi. de fi. inſt. Bar. multa in l. cum quid, col. j. ff. ſi cer. pet. & rurſum, quòd ſeniorum conſilium, ſequendum eſt, adoleſcentium vero reiciendū. c. ita Dominus. 19. diſ. vnde Comi. in Adelph. Hegionem laudans, eſt inquit homo, antiqua virtute & fide. pluraque loquuntur iuuenes, vtiliora ſenes. vt nouella vitis, quę copioſius vinum gignit, ſed vetuſtior melius. & hoc eſt quod dicebat Iob. 12. c. q in antiquis eſt ſapientia, & in multo tempore prudentia. & in Dæmone exemplificat tex. in. c. ſciendum. 26. q. 4. Io. Pariſien. in tracta. de primogeni. lib. 2. q. 2. col. 2. ad fi. ſapienterq; Antigonus interrogatus, quem præſtantiſsimum ſuæ ætatis ducē iudicaret, reſpondit Pyrrhum ſi ſeneſceret, ideſt ſi rerum experientiam ætas adiunxiſſet. quam ob rem hinc videmus, iuuenes facile errare, rerum expertes. Immo fama eſt, Platonem Phedrum primo ſcripſiſſe, inquē eo non nihil iuuenile etiam reperiri, quod in vita ipſius Laer. teſtatur, grauiſsimus author, & ferè omnes ita faciunt, qui non lambunt fœtus, vrſino ritu eduntque ante tempus, & veluti canes feſtinantes cæcos pariunt catulos, Poetæ īmemores, dicentis, nonum premantur in annum. ſed tamen, vt concludam tandem, ſenectus, quamuis hmōdi ſit, non eſt tamen diuturna, decipitur ille, ſic precatus. Da ſpacium vitæ, multos da Iuppiter annos. Vnde cū Cæſar ſtatuiſſet agros Cāpanos militibus diuidere, & L. Gellius diceret, non futurum ſe viuo. expectemus inquit Cicero, quia non poſtulat longam dilationem. Immo eam veteres malam ætatem dixerūt, & onus Aethena grauius. quid quòd morbus eſt etiam, licèt naturalis inſanabilis, cuius curſum, nec Aeſculapius, nec Apollo poſſet remorari. quòdque non ſecus ac ex amphora, quod optimū eſt, primū effluit, quodq; peſsimum, re

manet,



manet, in ætate dicendū eſt, optimū primum hauriri, vt indè ſola fex remaneat. quod ſic Poe. Mantua cecinit, Geor. 3.

„ Optima quæque dies miſeris mortalibus æui.
„ Prima fugit, ſubeunt morbi, triſtiſque ſenectus.
„ Et labor, & duræ rapit inclementia mortis.

Et plus, quòd inter incommoda quæ fert ætas ingraueſcens, non minimum eſt etiam, ſenes ferè cōtemptui eſſe, ac ludibrio, vt pauperes, auſuſque fuerit Græculus eſuriens neſcio quis, cauſam audienti Claudio dicere, Senex es & ſtultus. & impudenter Heliogabalus, cauillo militari vocatus catula, ob indomitæ rabidæque libidinis intemperantiam, Senatum, Senatoresq; Romanos, togata mancipia appellare.

**P.R.** Sano modo omnia intelligenda ſunt Man. quoniā ſcio ego etiam quòd deliri ſenes eſſe poſſunt, quòd tremulo gradu venit ægra ſenectus (vt dixiſti) quòd amiſsis dentibus balbutiunt, & quòd hac de re ad infantiam reuoluti eſſe videntur, iuxta illud Bis pueri ſenes. & q in eis deniq; Sphingis ænigma verificatur, quòd homo ſit animal bipes, tripes, & quadrupes. Scio inquam, quòd quatuor de cauſis etiā miſera ſenectus videtur, quòd auocet à rebus gerendis, quòd infirmū faciat corpus, quòd priuet omnibus ferè voluptatibus, & (vt dixiſti etiā tu) quòd haud ſit procul à morte. Sed de ſenibus intelligo, quibus ſenſus integri ſint, prudentia, authoritate, & conſilio polleant, & reipub. prodeſſe poſsint, vt Fabij, Pauli, Scipiones, Fabritij, Curij, Corūcaui, Claudij, & alij innumerabiles, gubernatori nauis ſimiles (vt inquit Ci.) qui clauum tenens, ſedet in puppi quietus, quicquam licèt non faciat ea, quæ iuuenes, multo maiora tamen & meliora facit.

**MAN.** Verum eſt, ſed tamen.

**I.E.** Nil aliud dicas Man. quia Roſellus ſcopum attgit, alias & tu, iam ſenex, inutilis, iners, ignauus, & ſonniculoſus eſſes, & nihilominus viridis adeo illa poetæ in te ſenectus eſt, ſtudijs ſtipata, & planè parum afflicta, vt non poſsis non omnia agere, quę hucuſque egiſti, iam annus quadrageſimus labitur. Bos igitur ſenior (vt dictum eſt) grauius figit pedem.

Hęc ſunt mi lector optime, quę ferijs huius anni. 1552. in ſuburbano, cum amicis familiariter à nobis tractata ſunt, quæ rurſum his ſermonibus, qui διαλόγι dicuntur, tibi dono damus, vt tu quoque aliquando feriatus, recrceris, vale.

Subur-

*Suburbani locus Baſſanellus uocatur, & hac de re ſic libro licet de iure loquatur nomen inſcriptũ eſt.*

## De locutione, ſiue de varijs loquendi modis apud Iuriſconſul. Dialogus 151.

PROSDOCIMVS PLATEOLA, MANTVA.

P.P. EGO pandectas percurri bis,aut ter.

MAN. Cum glo?

P.P. Non,quia vix tota hominis vita ſufficeret.

MAN. Ego quoque bis percurri eas,multaque vidi & legi,quæ plærũque me profecto in maximam admirationem traxerũt.

P.P. Certe magni fuerunt priſci illi veteres Iuriſcon. & genuinus quidam modus loquendi apud eos.

MAN. Tamen pluris facio Vlpianum,quàm cæteros oẽs ſimul.

P.P. Seruius Sulpitius etiam ſummus Iuriſcon.fuit,& eloquentiæ lumen.Trebatius,magnæ authoritatis. Papinianus, iuris aſylum,& oĩbus heroicis virtutibus præſtans, doctrinæ legũ theſaurus, & ex cuius ludo,tanquàm ex equo Troiano,innumerabiles ciuilis ſapientiæ proceres exierunt.

MAN. Immo quòd Seruius Sulpitius,iã prouectiori ætate,cœpit iuri ciuili operam dare,in eaque adeo profecit, vt ſi omnes qui in ciuitate Romana,ex omni ætate intelligentiam iuris habuerunt, fuiſſent collati,non potuiſſent ei facile comparari.Fuit etiam P.Sempronius longus à veteribus appellatus propter iuris prudentiam Sophos,quemadmodum & Acilius à populo ſapiens.Pegaſum Iuuena.poeta ad idẽ quoque ſanctiſsimum legum interpretem vocat,Saty.4.ibi.

" Quorum optimus atque
" Interpres legum ſanctiſsimus omnia quanquam
" Temporibus diris tractanda putabat inermi.

Mutius adoleſcens omni virtute præditus. Antiſtius Labeo Trebatij diſcipulus,& auditor,iuris quoque prudẽtia clarus, & ea præſtantis animi libertate,vt Octauio rerum potiẽte,nihil probarit,quod non iuſtum,ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.Paulus.Modeſtinus.Gallus Aquilius. Tubero.Proculus.Voluſius Metianus.L.Craſſus,oratorum iuriſconſultiſsi.& Iuriſconſultorum eloquẽtiſſ. alijque innumerabiles,nihilominus ſcribant authores quid velint, Vlpianum (iterato dixerim) omnibus antepono,egregium & nobilem.l.3.§.fi.ff.qui pe.tu.l.2.§.amplius.ff.de excu.tut. immo nobiliſsimum.l.diximus.ff.eo.



P.P. Comparationes ſunt odioſæ.

MAN. Immo iucundæ & delectabiles,quoniam oppoſita(vt inquit Philoſophus)iuxta ſe poſita,eluceſcunt magis, vulg.l.j. ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.melius in.l.ſi apud.ff.de mino. & facit (quod vulgo aiunt quoue) purpura iuxta purpuram nil aliud innuens.

P.P. Dic queſo Man.in quo Vlpianus hic tuus,alios antecellat.

MAN. In omnibus,vel elocutionem conſyderemus,vel verborum vim,vel elegantiam,vel Romani eloquij maieſtatem, vel rerum copiam,vel orationis artificium,quod non eſt in alijs, & breuiter omnes Veneres mihi cõplexus eſſe videtur. quod & fuſius oſtendam tibi,ſi loqui nobis vlterius contingat.

P.P. Intelligere mihi hoc idẽ erit gratiſsimũ, interim dic quæſo,nõnne fuerunt etiam noſtri Iuriſcon.cum antiquis, licet Vlpianum tantopere extollas,facile comparandi?

MAN. Non.

P.P. Falleris Man.nam à Bar.incipientes,auriga noſtro, nõnne dicitur vulgo,& ita receptum eſt,Bartoliſta non ſecus ac Vlpianiſta,optimus legiſta,quòdque veſtigia eius venerari debemus,quia diuino erat ingenio,& quia denique iuris illuminator fuit,ac ſupremus Doctor.

MAN. Dicitur inquam,& longe plura ſcribit Gramma.deci.63. honorabilis,nu.14.&.15.& Cur.Iuni.olim collega, quòd lucerna eſt iuris,con.14.vt veritas, col.2.in Luſitania (qd plus eſt) decreto cauetur,in dubijs opi.ipſum ſequendum eſſe, vt euangelium,quòdque inſcitiam oſtẽdunt, qui ei aduerſari cõtendunt,vt not.Tinda.in tracta.de teſti.c.9.colũ.2.& idem de Irne.quod de Bar.Cur.Odof.ante cũ dicit, quòdque primus gloſator fuit in.l.ius ciuile,in prin.ff.de iuſti.& iu.Moder.Bononien.in tracta.exten.col.3.& quòd Azo tuba veritatis eſt pariter,& vas electionis,vt Paulus,inquit Gui.Pap.conſil.63. circa col.vlt.& conſi.98.ex duabus,col.2.& Ioã.And. fons ac tuba iuris canonici Bal.conſi.236.reperitur,col.2.vol.j. & ibi de Io.

de Io.Calde.quòd fuit adhuc vir magnæ ſcientiæ & virtutis. & Iaſ.in.l.lecta,col.8.ff.ſi cer.pe.& in.l.quicquid aſtringendæ, in.4.ff.de verbo.ob.Alex.in.l.Gallus,in.§.etiã,col.4.ff. de lib. & poſthu.Deci.conſi.283.diligenter,col.2.vol.2.Ioã.Pariſiẽ. in tracta.de primogenitu.q.25.libri primi.vetus, col.1.& Pa. de Caſ.conſi.152.viſo puncto,col.fi.vol.2. quòd ipſe Bal.nullum tex.ignorauit.quòd ei nullus facile poteſt cõparari,quòd cum non habeat contradicentem in pratica ſeruari debet,ſubtiliſsimus iuris interpres,eiuſque authoritas magna in cauſis decidendis.appellatur quoque Alex.Doct.veritatis, vt appellat Iaſ.in.l.poteſt, quam legit cum.l.vel ſingulis.ff.de vulga.& pup.ſub.mitto Iaco.But.quem lumẽ iuris ciuilis appellat idẽ Bal.conſi.498.circa,col.j.volu.3.& tantum extollitur in eius vita Ro.vt nõ modo Roma dignum,ſed cœlo etiam dicatur, & cui nemo mortalium eſt facile comparandus. & plus quòd eius mors damnoſior fuit,quàm cuiuſuis Regis quippe quòd Regi hæres ſuccedit in regno viro autem docto nullus literarum ſuperſtes,ſed me ipſum non decipio,barbari enim omnes iſti fuerunt,non comparandi puritati Iuriſconſultorum veterum,quorum genuina lingua fuit,& materna.

**P.P.** Ergo Alciatus,Zaſius,& ſimiles, ſunt cum antiquis facile comparandi,qui hanc veterum puritatem ſectari conantur.

**MAN.** Sunt certe laude quàm maxima digni,& nõ ignobiles Iuriſcon.ſed nunquam idem aſſecutos fatebor, quod habebant veteres in quibus neſcio quid eſt & inuenitur,quod ad vnguẽ diſci,vel non facile imitari poteſt.

**P.P.** Volo, ſi placet (non diſputemus amplius,quis veterum maior fuerit, prudentior vel eloquentior, vel in loquendo purior,& an noſtri cum veteribus ſint comparandi,nécne) videamus hos loquendi modos,qui te in admirationem (vt dixiſti) aliquando traxerunt.

**MAN.** Libentiſsime,ordine tamen non ſeruato, & ſi in vnaquaque re neceſſarius ſit,& quàm maxime expetendus, quoniam eſſet propter rerum verborumque multitudinem impoſsibile,& breuius quò ad fieri poterit,ne (vt aiunt) elephantina fiat oratiò, & videamur longas condere ſeu etiam contexere Iliadas.

**P.P.** Et bene,aliter nunquam finiremus, dices enim tu, vt te legiſſe ſuccurrerit,egoque idem pariter agam,& in hiſce campis patentiſsimis expatiabimur,quantum ſit ſatis.

MAN.



**MAN.** Fiat igitur vt dicitur,& quid apud ipſos Iuriſconſultos legerimus,expromamus.

**P.P.** Incipe tu,tu enim maior, tibi me eſt equũ parere Menalca.

**MAN.** Moderationi animi tui eſt aſcribendum,obediam,& quia ſic iubes,iam iam incipio,& dico,me in pãdectis verba hæc legiſſe primum.Conſtitutionem intellectum expeditum habere,in.l.ſi ſeruum.in.§.ſequitur.ff.de verbo.ob.

**P.P.** Ego quoque legi,ſed quid.d.verba ſibi velint, non facile percipio,niſi vt ſuperficialiter ſonant.

**MAN.** Nil aliud iudicio meo,ſibi volunt,niſi hoc ipſum,de quo ibi,clarum & indubitatum eſſe,quòd vbi culpa ſcilicet debitori imputari poteſt,interitu ſpeciei non liberatur,ſed perpetuatur obligatio potius,ſicque id per circũlocutionem expreſsũ, vnde fit vt expeditus hinc dicatur etiam,ſolutus (author eſt Ci.academi.q.2.) liber,& nulla re prorſus implicatus.

**P.P.** Víſne vt de veteribus tantum loquamur?

**MAN.** Volo,deque alijs,ſi tibi,ſique mihi videbitur,& prout incidenter occurrerit.

**P.P.** Sequere igitur,quia mihi nihil adhuc ſuccurrit.

**MAN.** In.d.loco,id etiam probatur,ex verbis ſequentibus, ibi, Si vero moratus ſit tantum,hic hæſitatur.

**P.P.** Eo in loco (nunc ſuccurrit iſtud) ni fallor dicitur quoque q.illam eſſe de bono & æquo.

**MAN.** Verũ ẽ,& ita Pau.ibi refert Celſum adoleſcẽtẽ ſcripſiſſe.

**P.P.** In quo conſiſtit æquitas ibi?

**MAN.** In hoc,quòd qui promiſerit Stichũ ſoluere, poterit moram emendare poſtea offerendo.

**P.P.** Ergo moræ purgatio eſt in æquitate fundata?

**MAN.** Eſt quidem,& ad idem ille tex.allegatur.

**P.P.** Ergo Iudæus non poterit hoc facere,quia in Iudæis ſeruatur rigor,ſecundum glo.in.c.2.de Iudæ.

**MAN.** Immo poterit,quia ſcripta eſt,& ius commune cenſetur, quo Iudæi vti nõ prohibẽtur.l.Iudæi.C.de Iud.& de his alias.

**P.P.** Sum cõtentus,ne à ſemita diuertere velle videamur.ſed rurſum quæro,quare ſic dixit Celſus,& poſt eum Pau. de bono & æquo,nónne ſatis fuiſſet dicere,æquitatis eſſe?

**MAN.** Non,quia ius noſtrum etiam eſt ars boni & æqui.l.j.in prin.ff.de iuſti.& iu.

**P.P.** Ergo nihil in iure,quod non ſit bonum,& æquum.

**MAN.** Bene hoc ipſum inferri videtur,ſed tamen (quod copula indi-

indicat)duo hæc diuerſa ſunt omnimodo, vulga.glo.in rub. de iu.& fac.igno.& in.c.querelam,de ſimo.ex quo bonũ quid eſt,quod tamen non eſt æquum.l.j.ff.de vſuca.& è cõtra.l.hac lege.C.de pac.conuen.& bonum ac æquum ſimul,vt hic,& in l.ſi & me & Titium.ff.ſi cer.pet.& in.l.filio præterito.ff.de in-iuſ.teſta.plus dico tibi,quòd plerũque eſt quid æquius æquo.l.ſi ſeruus communis.§.quod ſi ſciens. ver. idque euidentius.ff.de fur.& bono melius.l.vbi auté non apparet.ff.de ver.obl.

**P.P.** Sollecismus eſt apud Rhetores,apud Poetas vero ſchema.

**MAN.** Bene dicis Plateo.hincque etiam cauſam ex comparatione conſtare aiunt,virtualiter Mantuanus vates æneí.8.ibi.

„ Mirabarque Duces Teucros,mirabar & ipſum
„ Laomedontiadem,ſed cunctis altior ibat
„ Anchiſes.

Vlpianique ornamenta incipiunt, in præallegat.l. vbi autem non apparet.

**P.P.** Hęc certe veriora veris ſunt,ne dicam pulchriora pulchris, de quibus dictum eſt ſatis, ac ſubinde ego quid ſibi velint alia verba,dubitaui ſæpe, quãdo Iuriſcon.dicit,Hoc iure vtimur. eoque iure vtimur. & ita vtimur. vt in.l. hoc iure. ff. de regu. iu.& in.l. eſt receptum.ff. de iu. o. Iudi.& in.l.ius dandi.ff.de tu.& cu.dat.ab his.& in.l.fundi partem.ff.de contrahen.emp. & in.l.qui habet, in prin.ff.de tute. & in.l. ſi libertus minoré.ff.de iu.pat.& in.l.2.in.§.fi.ff.de cu.bo.dan.& in.l.ſcire oportet, in.§.qui autem.ff.de excu.tu.& in.l.ex facto etiam in fi.ff. de hę.inſti.& in.l.Grece,in.§.& poſt.ff.de fideiu.& ſimillibus quæ iura referre,hoc ipſum dicentia, longiſsimum eſſet.

**MAN.** Dicebas tibi Plateo.nihil ſuccurrere,videtur mihi aliis quod multo plura ſuccurrant tibi,quàm mihi.

**P.P.** Facile eſt, volentem excitare, tu enim anxam mihi dedisti loquendi,eoque fit,vt intelligendi, diſcendique anxius(quod omnes facere debent, vt Ariſto.& Auguſtinus dicebant,à mulieribus, & ab anniculo diſcere parati)cupiam ex animo mihi omnia pariter ſuccurant, & obruar potius, quàm ab incepto deſiſtam,interrogem,reſpondeam, & nihil intentatum relinquam,recordatus ſæpe, dulciſsimos ſermones,quos in itinere in hoſpitijs, & vbique locorum habuimus, cum(iam annus quintus elapſus eſt)Romam proficiſceremur.

**MAN.** Suauis eſt certe recordatio iſta, qua ego etiam ſæpiſsime recreor, Hoc iure vtimur,ergo dicitur, vt inſtitutũ noſtrum ſequamur,& ne amplius dubites,quaſi id vſitatum ſit, & de cõſuetudine, non de ſtricto iuris rigore.l.iam hoc iure, in prin. & ibi no.ff.de vulga.& pup.ſub.l.ſi quis donaturus.ff.de vſuf. aliquid in.§.ſed hoc iure vtimur,Inſti.de Atti.tu.vel de ſtylo, qui maxime debet attendi.l.2. C.quæ ſit lon.conſue. c. quàm graui,de cri.fal.



**P.P.** Ego intelligerem potius, quando ſic dicit,nihil aliud dicere uelle, niſi quòd lex, de qua loquitur,eſt in uiridi obſeruantia,quòdque non exoleuerit.l. Arriani.C.de hære. l.2.§.exactis.ff.de ori.iu.l.ſi ſeruus ſeruum.§.2.ver.huius legis.ff.ad legem Aqui.melius quàm alibi,in l.qui plures,in.§.fi.ff.de vulga.& pub.ſub.

**MAN.** Vnaquæque placet,& tenẽda eſt, & longe magis vltima.

**P.P.** Sed dic quæſo pater,ſi in deſuetudinem abijſſet lex, nónne aliquando poſſet allegari?

**MAN.** Non, quia perempta diceretur tunc per non uſum. §.fi. ibi, quoniam non vtendo perempta eſt, in authen.quib. mo. natu.effi.ſui. Areti.in.§.igitur,col.vlt.in prohe.Inſti.& quod non eſt allegari non poteſt, argu. in.l. fi. ff. ad legem Corne. de fal.

**P.P.** Si igitur.d.verbum ita intelligendum eſt,quomodo intelligetur aliud,quando dicit,More maiorum ita compertum eſt? l.more maiorum.ff. de iu.o.Iudi.

**MAN.** Eodem modo, vt maiorum conſuetudo ſeruetur, ideſt fideliſsimæ vetuſtatis, quod explanatur in.l. teſtamenta omnia. C.de teſta. vt ſcilicet teſtamenta apud officium cenſuale publicentur,reſeruentur,nec vlla translatio eorum fiat. & fuſius ibi not. & in.l. conſulta diualia, co. ti. Ci. ad Atticum, in prin.

**P.P.** De circunlocutione dixiſti neſcio quid ſupra tenénſne memoria ſimilem locum?

**MAN.** Teneo plures, ſed aliquos tantum dicam tibi,vt breuitati conſulamus.

**P.P.** Immo quòd vno ero contentus.

**MAN.** Vlpianus noſter potuiſſet maiorem dicere, quem tamen circunlocutione verborum expreſsit, cumque dixit, ea ætate eſſe, quę caret reſtitutione,in.l.cum filio familias, in fi.ff.de lega.3.& Modeſti.magiſtratum, principem ciuitatis appellat,in l.Spadonem,in.§.j.ff.de excu.tu.

**P.P.** Ergo non ſolus Vlpia. his ornamentis (vt dicebas)vtitur.

MAN.

**MAN.** Comparatiue ſolus eſt,& videri poteſt, licèt alij etiam aliqua aliquando dixerint, quoniã Vlpianus ipſe omnia abſoluit,& ne vnum quidem reliquit,quod deſideretur.

**P.P.** Immo quòd etiam Imperator circunlocutione vtitur, in.l.2.C.de eden.ibi,Is apud quem res agitur,vel Iudicem, vel arbitrum intelligas, appellatque partem fugientem reum, in.l.properãdum,in.§.& ſi quidem.C.de iudi.& dicit, quòd libertatem quis nãciſcitur,cum Sole, ideſt ingenuus naſcitur, in.l.cum inter.C.de fideicom.lib.

**MAN.** Vtitur, ſed à veteribus didicit iureconſultis, & Vlpiano omnium magiſtro, qui(volo tibi aliqua nunc dicere de induſtria, ex quibus facile elicias vera eſſe quæ dico)alibi dialectico more etiam à genere cœpit quod eſt maxime neceſſarium, ſi ſpecies cognoſcere uelimus, in.l.j.ff. de Iuſti. & iu. & in.l.j.ff.ſi cer.pe.exorditur officiũ rhetoris exercens, & quale exordium eſſe debeat, ibidẽ docet,cum dicit, pauca de ſignificatione tituli &c.ne vicioſum ſit.enthimemate quoque vſus,argumẽtorum forma,vt eſt ſyllogiſmus,inductio,exemplum,coaceruatio. Videre licet etiam quomodo ordinatim proceſſerit diffiniendo teſtamentum,poſtea quæ requirantur, vt quis teſtari poſsit, docendo an teſtamentum ſit publici vel priuati iuris,an ſit à perſonis incipiendum, & qua ætate denique teſtamentum condi poſsit,in.l.prima,ſecũda,tertia,quarta,& quinta.ff.de teſta. & alijs, & ferè idem in noui o.nuncia.in.l.j.in.§.ſiue.ff.eo. plærunque tranſitum facit de perſona in perſonam,in.l.ſi quis ex argentarijs,in.§.pertinere.ff.de eden. nonnunquam arguit à partibus ſufficienter enumeratis,in.l.pater furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu. Quid, quòd in Vlpiani legibus agnominatio etiam reperitur.l.ſeruos, ad ſi.ff.de lega.3.& in ſimili in.l.ſi finita, in.§.fi.ff.de dam.infec. & figuratus modus loquendi, in.l.j.ff. de pac.ibi, placitum & conſenſus,hisque ſimilia adeo multa, vt ſint nobis nauſeam paritura veriſimiliter, ſi ſingula referre voluerimus,ideo ſtatui alia dicere,vel Vlpiani,vel aliorum Iuriſconſultorum fuerint, dum modo ſatisfactũ iri putemus his quæ à nobis propoſita ſunt.

**P.P.** Fac vt lubet, quoniam mihi pater es, Dominus, & magiſter,ſed primum ſcire cupio,quid ferè in eundem ſenſum,quo alia verba ſupra expoſita, ſibi velint,quando dicitur more iudiciorum.

**MAN.** Hoc non in pandectis dicitur,ſed in.l.2.C. de proba.





**P.P.** Verum eſt, ſed tamen dic, quid ſibi velint, conuentum eſt enim inter nos, ſi quid incidat etiam dicatur dum modo ſcitu dignum ſit,licèt non in pandectis dicatur.

**MAN.** Dicam, vt tibi morem geram, id intelligi ſecundum authen.offeratur.C.de lit.con.& not.in.l.prolatam.C.de ſen.& in.d.l.2.& veriſsimum eſt.

**P.P.** Sed ad pandectas redeuntes,quare ſic dolum malum dicũt.l.j.§.j.ff.de dolo.iam non alius eſſe poteſt dolus,quàm malus, iuxta illud.

Dolus an virtus quis in hoſte requirat?

**MAN.** Quia veteres etiam bonum dolum conſiderabãt, & pro ſolertia hoc nomen accipiebant.d.l.j.§.non fuit.ff.eo.& forte alibi hac ratione etiam malum contractum dixerunt, in.l.ſi rerum.ff.de re iudi.quia doloſus ſit,ad differentiam eius, in quo non ſit dolus.l.bonam fidem.C.de ac.& ob.tamen nec ibi cõtractus eſt,ſed delictum,nec alicubi contractus malus proprie ſcriptum inuenitur,vt dolus.

**P.P.** Inueni ego etiam ſæpe dictum,tribunali præeſſe, pro tribunali iudicare,& ſimile,maxime in.l.j.ff.de iudi. & in.l.naturali filio,in.§.j.ff.de confir.tu.& in.l.j.in.§.ſuſpecti.ff.ad Turpi. & in.l.2.ff.de re iudi.& in.l.2.in.§.j.&.2.ff.quis or.ĩ bo.po.ſer.& in.l.diuus.ff.de reſti.in integ.& multis alijs in locis, quid hoc eſt dicere?

**MAN.** Non aliud, niſi iudicem iudicantem ſedere debere,& iuris ordine ſeruato procedere, non de plano (vt aiunt) & ſine ſtrepitu ac figura iudicij, prout ex legibus à te allegatis colligitur,prima maxime,de iudi.& prima.§.abolitio. ad Turpi.

**P.P.** Etiam ſi ſit delegatus?

**MAN.** Non,immo ſolum tribunal eſt ordinarij Iudicis.d.l.j.de iudi.& ibi not.

**P.P.** Inueni etiam ferè ad idem,per libellum adiri Iudicem.

**MAN.** Non dicit tex.Iudicem,ſed diuum Adrianum ſic aditum fuiſſe,in.l.diuus.ff.de re iudi.nec ita intelligendum eſt, vt putas,ſed aliter, per libellum ſupplicatorium ſcilicet, quoniam alius eſt conuentionalis,alius citatorius, alius ſupplicatorius, de quibus ego in.l.edita.C. de eden. Bar.in.l.j.C. quando lib.prin.dat.& probatur in authen.offeratur.C.de lit.con.& in.l.fi.C.de anna.excep.& in.d.l.diuus, & in.l.cum precum.C. de libe.cau. hæc & alia multo plura ſunt ſimiles expoſitiones deſiderantia.

**P.P.** Immo infinita propemodum.

**MAN.** Profecto ſi ſingula verba ita minutatim diſquirere voluerimus, hoc anno non finiemus, melius eſt, vt tu quæ legiſti dicas, nec ſecus ego, vſquequo animus quieſcat, alio tempore poſtea reſeruantes, quæ dicenda ſupererunt.

**P.P.** Ego quoque breuitatis amator, non aliud ſentiebam.

**MAN.** Ergo dic tuas obſeruationes, quia ego dicã poſtea meas.

**P.P.** Tibi propter ætatem locus debetur.

**MAN.** Obtemperabo vt ſupra poſtquam ita vis faciam etiã nũc, & dicam proſequendo, obſeruatione dignum eſſe, quòd plærunque Iuriſcon. ponit etiam difficile pro impoſsibili.l.Stichum aut Pamphiliũ.§.quod vulgo.ff.de ſolu.melius in.l.mora, in prin.ff.de vſu.teſtatus amplius, me nolle aliter exponere, ſeu declarare, quæ ex ſe clara fuerint, & quæ declaratione non egebant.

**P.P.** Bene factum erit, & tuum conſilium laudo, ne tempus teramus, quo nihil eſt precioſius, ſequere igitur, & loquere vt lubet.

**MAN.** Inuenio adhuc, prætorem vrbanum clariſsimum appellari, cum tamen ſpectabilis ſit, forte quia ſi ſpectabilis eſt, eſt etiam clariſsimus, vt not.per glo.in.l.fi.C. de prin.agẽ.in reb. lib.10.dixi ego in.l.j.late.ff.de offi.eius. appellatur autem clariſsimus, in.l.j.ff de reb.co.vbi etiam aliud neſcio quid de obreptione dicitur, à ſurreptione differente, quoniam id eſt, cùm aliquid tacẽdo impetramus, quod exprimere neceſſe erat, iſtud vero cùm falſum ſuggerentes, ſimile extorquemus, de quibus aliàs in.l.pe.C. ſi contra ius vel vti.pub.& in.l.ſed hac, in.§.patronum.ff.de in ius vo.& in.l.ſi quis obrepſerit.ff. ad legem Cor.de fal.& in.l.3.in.§.puberi.ff. de Carbo.edic.& in.c.ſuper literis, late de reſcrip. Conſydero inſuper quãti iudicem faciat lex, & quibus verbis multa eius religioni relinquat.l.j.præallega.ibi, Tunc prætor vrbanus vir clariſsimus adeatur, qui pro ſua religione æſtimet quæ poſſunt &c.ff.de reb.co.& eſt argu.in.l.Herennius, in.§.Gaia.ff.de euic.& in.l.2.C.de offi.ci.iudi.& in.c.in præſentia, de renun. Alibi Vlpianus.in.l.3.in.§.fi.ff.eo.de reb.co. Lapicidinas, Cretifodinas, Argentifodinasq́ue memorat, quæ expoſitione non egent, & ſtipterias ſimul, quod verbum eſt bene declarandum, ex quo Accur. Græcarum literarum expers, ipſum ibidem non intellexit, Græcum igitur eſt, quod Latinè ſonat alumen, à ſtipto dictum,



dictum, quod eſt aſtringo, quoniam vim habet aſtringendi, eoq́ue frequentiſsime Gale. vtitur, Galeniq́ue interpres, & Nebriſſen. Grammati. ſignanter ſentit per iſtum tex. licèt ſeipſum non declaret aliter.

**P.P.** De quo ego quoque ſæpe dubitaui.

**MAN.** Hor vltra hæc dicit aliquando inconſulto prætore aliquid agendum non eſſe, ideſt niſi eo authore.l.magis puto.§. ſi fundus, & ſeq.ff.eo. plerunque pupillum pecuniam in numerato habere, vel in nominibus debitorum, vel in fructibus cõdictis, vel in reddituum atque obuentionum ſpe, quæ verba quid ſibi velint, planè intelligis.

**P.P.** Intelligo, præter illud, vel in fructibus condictis.

**MAN.** Sequentia ipſum tibi declarant, vt fructus iam per condictionem acquiſitos intelligas. Vel & melius, conditis, ſine c, vt alij Codices habent, ideſt collectis, & in horreo cõditis. priſci enim fruges in ſuis ſpicis cum ariſtis in granarijs cõdebãt.

**P.P.** Sequere, ſi placet, quia quod dicis veriſsimum eſt.

**MAN.** Volo videamus, quomodo etiam locuti ſunt in multis alijs, & quibus verbis vſi, vt eiſdem quoque nos vti poſsimus qui iuris prudentiam profitemur, nam in materia dicunt, receptam reuerentiam eſſe, quæ maritis ab vxoribus exhibẽda eſt. Cauſam pecuniariam. Matrimonium diremptũ, ſiue nuptias. Matrimonium reintegratum. Filiam probatæ vitæ. Filiam leuem mulierem. Vel admodum iuuenem. Vel nimiã circa maritum non merentem, intelligíſne hæc omnia?

**P.P.** Intelligo, ſed non quæ admodum iuuenis ſit, ſi maritũ habet, vel quæ nimia.

**MAN.** Primum, quòd nimis credula ſit exponitur, aliud vero, quòd nimis diligat maritum immerentem.

**P.P.** Maritus non tantum diligi poteſt, vt ſit ſatis.l.aduerſus.C. de cri.expi.hæ.l.j.ff.re.amota.

**MAN.** Ea verbi interpretatio eſt, & vera, ſi immeritus ſit. Dicũt inſuper, vt finiamus.

**P.P.** Nunc incipimus, & vis finire.

**MAN.** Oſtenſa via ex quampluribus finiemus omnino, niſi & tu alia, quæ obſeruaſti, dicere quoque volueris.

**P.P.** Videbimus, & (quod aiunt) cõſilium in harena capiemus, ſequere tu, vt cœpiſti.

**MAN.** Me legiſſe etiam memoria teneo, quando hominem frugi dicunt, quòd vtilem & neceſſarium intelligunt, à frugibus,

quæ,quod eis fruimur, ſic ſunt appellatæ.

**P.P.** Optime factum eſt,vt ſic aliqua exponas,ſi tibi tamen videtur,ne te loquentem interrumpam,& vt citius etiam abſoluamus omnia,quod tu optas quàm maxime.

**MAN.** Et ita faciam,& præſertim nunc, quando dicunt inſuper, Boni viri arbitritatu quid agendum eſſe.ideſt Iudicis, cuius arbitrio relinquuntur ea,quæ non ſunt à lege determinata.l.j.ff. de iu.deli. Hodie magis vſitatum eſt, humanius id compertum quis dixerit, quod cum reperitur in lege pariter, ad alium caſum extendi nõ debet.l.humanitatis.C.de impube.l.ſi ita ſcriptum.ff.de libe.& poſthu.Io.And.in.c.2.vt li.pen.in.6.& ſimili hoc,quod eſt benignus admitti debet, alibi vero ſic. Sed & ſi plærique negent,tamen propter æquitatem,Marcelli ſententia admittenda eſt,& alibi,Summam habet æquitatis rationem.Promercales impenſas dicunt inſuper, quòd ſunt nõ voluptuariæ,ſed vtiles.Intelligo in rebus, quæ venditioni exponuntur,deque his ferè in toto titulo.ff.ſolu.ma. Reperio rurſum dici,ius conſtitutum, ideſt apertum, in.l.j.ff.rerum amo. Edictum ordinatum,ab ordine,in.l.idem Labeo.ff.co. Vide Bar.in.l.j.in prin.per.d.tex.ff.ſi cer.pe. notat quòd licitum ſit ab ordine rub.arguere.proteſtari & conteſtato dicere,ideſt coram teſtibus.l.j.§.quemadmodum, & ſeq.ff.de libe.agno. Locum eſſe præiudicio,ideſt præiudiciali actioni,in.l.ſiue,in.§.j. ff.co.publicis locis aliquem exponere, ideſt hoſpitali,in.l.ex carc.ff.co.ſingulorum deſideria perpendere,in.l.ſi quis à liberis,in.§.vtrum.ff.co.Filium in facultatibus eſſe, ideſt abundare,in.§.non tantum,ea.l.Repertorium, inuentarium, inde tutor qui repertorium,in prin.ff.de admi.tu. Vſuras, grauiſſimas,legitimas, & pupillares, in.l.præallega.in.§.ſi depoſ.& ſeq.vbi glo.declarat, quæ ſint,& in quo, aut quomodo currant,& fuſius in.l.eos.C.de vſu.Honoraria, in.l.quoties,in §.ſicut.ff.de admi.tu.aduocatorum ſalaria intellexit, vt etiam alibi ſæpe, & diximus in.l.diem functo.ff.de offi.aſſe. Vulgo obſeruatur. De præda magis,quàm de damno ſollicitus.Puer inter moras ad pubertatem perueniens.Satis abunde ſufficere, Vel in vna ſpecie per amici laborem domino conſuli, in.l.vulgo,in.l.ſi minoris,in fi.in.l.ſi tutores,in.§.j.ff.co. Ne nummi diſpergantur,pecunia fœnerata,in.l.Titium, in.§.præfectum, eo.ti.Militias caligatas,in.l.non ſolum (pro manipulari etiam & gregario capit) .ff.de excu.tu. & de his etiam in.l.de militibus.



bus.ff.de cuſto.reo. Quid ſit primipilus,ſeu primipilarius (vt ibidem dicitur) haud ignoras.

**P.P.** Is eſt credo, qui maiorẽ dignitatem habebat inter milites.

**MAN.** Non alius. Callidum comentum dicunt etiam pro aſtuta fictione,& quando aliquid ſimulatur, in.l.quãuis.ff.de reb. eo.& alibi ſæpe, aliquando aqua & igni interdictum.deportatos.relegatos terra Italica. damnatos ad ferrum. ad beſtias.in cuſtodia defunctum,indemnatum,in.l.eius qui,in.§.j.ff.de teſta.quid quòd ornamenta in eorum verbis etiam reperiuntur, in.l.magis puto,in.§.item prætor.ff.de reb.eo.ibi, ne propter æs modicum,magna poſſeſsio diſtrahatur, & in.l.2.ff.de teſta. ibi,integritas mentis,non corporis ſanitas,exigenda eſt, & in l.qui in domini.ff.eo.ibi, Incertus de ſtatu ſuo, certam legem dicere non poteſt.

**P.P.** Neceſſe eſt te interrumpam, & ſi in votis hoc non habuerim,vt quæ dicis intelligam,quando ea non exponis,vt pollicitus es,quæ ornamenta ſint hæc,non video, nec quid ſit aqua & igni interdicere,aliaque ad idem multa.

**MAN.** Ornamenta ſunt hæc, modicum & magnum, integritas mentis,ſanitas corporis,incertus,certa lex,milleque huiuſmodi ſunt. Quo ad interdictionẽ aquæ & ignis dico etiam, quòd erat exilij pœna,in cuius locum poſtea ſucceſsit deportatio, à relegatione differens, quia deportatio fit perpetuo, relegatio ad tps.l.2.ff.de pub.iudi.l.3.ff.ad legem Iul.pecu.§.relegati,In ſti.quib.mo.ius pa.po.ſol. Damnatus ad ferrum, vltimo ſupplicio afficiendus.ad beſtias, ab his dilaniandus, & in loco ad idem allega.not.& in.l.ſi quis filio, in.§.ſed & ſi quis.ff.de iniuſ.teſta.& in.l.quamuis.C.ad legem Iu.de adul.& in.l.quicũque.C.ad legem Cor.de fal.

**P.P.** Omiſiſti damnationem in metallum,de qua ibidem.

**MAN.** Omiſi, quia nota eſt pœna, qua delinquentes puniebantur,& in metallum,vel in opus metalli, damnabantur ad eum fodiendum, differentia tantum in vinculis conſtituta, vt in.l. aut damnum,in.§.eſt pœna,& ſeq.ff.de pœn. Ornamenta ponuntur etiam ad ſupra dicta addentes, in.l.de ſtatu.ff. de teſta. ibi,dubitantes vel errãtes,& in.l.is cui,in.§.fi.ff.eo.ibi,inteſtabilis eſt,nec ad teſtamentum poteſt adhiberi,ideſt teſtis eſſe nõ poteſt,& in.l.qui teſtamento,in.§.quæcunque, ibi, prohibere vel inhibere,& dicunt alibi, vel nuncupat, vel ſcribit, duplex genus teſtamenti intelligentes,in ſcriptis,& ſine. Ad ſolemnia

& poſt ſolemnia,teſtamenti ſcilicet,in.l.qui teſtamento,in.§.
ſeruus,& in.l.hæredes palam,in.§.j.ff.co.item ſigna turbata &
impreſſa,in.l.ad teſtium,in.§.ſi ſigna, & in.§.ſignatas.ff.co.&
alibi in.l.Domitius Labeo.ff.co. ſtulta eſt cõſultatio tua. plus
quàm ridiculum eſt. Ad huiuſmodi ſentẽtiam humanitate ſug
gerente, decurſum eſt. Idemq́ue etiam ſupra alio tamen mo-
do.in.l.ſi ita ſcriptum, in fi. ibidem adhuc citata.ff. de libe.&
poſth.In omni ferè iure ſic obſeruatur, in.l.filio.ff.co.Ne ima
gine naturę veritas obumbretur.ideſt fictione.l.filio quem pa
ter.ff.co.Ruri agens,caleſcente cœlo, in.l.Titius, in.§.j.ff.co.
Minime eſt expaueſcendum,in.l.Gallus,in.§.forſitan.ff.co.&
in.§.ille caſus, ea.l. duobus quaſi capitibus legis commixtis.
Solemnia iuris defuerunt, in.l.j.ff.de iniuſ.teſta. Pulcherrima
Vlpia.noſtri elocutio,in.l.3.in.§.ex his.ff.co.quando dicit,Il
li iniuſtum faciunt teſtamentum,hi rumpunt,illi ſemper,hi ſi
naſcuntur,ſuperius per inferius,inferius per poſthumum.ali-
bi idem,Venundari ad precium participandum, in.l.ſi quis fi-
lio,in.§.irritum.ff.co.& ibidem in.§.eius,& in.§.hi autẽ,mo-
ri malunt,quàm damnari.Tædio vitæ,valitudinis aduerſæ im
patientia,vel iactationis,ſibi mortem conſciuit.Ob conſcien-
tiam criminis.Ob conſcientiam delicti.In quibus verbis varia
oratio eſſe videtur. certi incerti. pœnam remoratus eſt, latro
manifeſtus, ſeditio prærupta, factio cruenta, & in.§.quod ſi
quis,rata irrita.Memoria poſt mortem damnata,& in.l.poſt-
humus.ff.co.iuris ſcrupuloſitatem dicit. Nimiamq́ue ſubtili-
tatem,& in.l.poſthumorum.ff.co.ſubtilitatem iuris,& in.l.pri
ma.Vlpia.noſter.ff.de his quæ in teſta.de inconſulto deleta,&
inducta,ideſt cancellata, valere & conſulto non valere,quod
ad ornatam elocutionem adhuc ſpectat,& idem in.§.ſed con-
ſulto, ea.l.& in.l.cancellauerat, in prin.ff.co.ti. cancellare vel
inducere,quod iam declaratum eſt, quid ſibi velit, nouiſsime
eſt expungere calamo tranſuerſo. Ornatus eſt etiam loquen-
di modus, cum dubitatur,ſi dixerimus, in ambiguo ita inter-
pretandum eſt,vt dicit idem Vlpia.eloquij pater, elegantiarũ,
& ornamentorum,ibidem,in fi.Plerique exiſtimant, plærun-
que etiam dictum inuenimus, vt ſic regulam cõſtituamus,vel
maiorem ac ſaniorem partem ſequamur, in.l.proxime.ff.co.
& ibidem, quòd in re dubia non minus iuſtius eſt, quàm tu-
tius,benigniorem partem ſequi,de quo etiam ſupra alio tamẽ
modo. Addentes rurſum ad prædicta,quòd duplex eſt teſta-
menti



menti genus,hæredem ſic ſcriptum & nuncupatum dici.l.pri-
ma.§.primo.ff.de hæ.inſti.& ſimile,in.§.ſi ex fundo, ea.l.& in
l.quotiens,in.§.primo, eodem titulo, ibi, plus nuncupatum
minus ſcriptum. Varia lectio eſt etiam eiuſdem, in.l.ſuus quo
que,in.§.fina.ff.co.ibi fruſtra eſt, & paulo poſt, quando dicit,
quam inutilem aliter oſtendimus, & pulchrius in.l.ſed & ſi,in
§.fi.ff.co.quæ ſententia habet rationẽ, & in.l.quotiens, in.§.
primo in fi.co.quę ſententia nõ eſt ſine ratione,& in.§.ſi duo
Celſus expeditiſsimam Sabini ſententiam ſequitur.

P.P. Recordor Paulum citatum etiam ſupra fuiſſe,in.l.ſi ſeruũ,
in.§.ſequitur,ferè ad idem,ac in illis verbis, expeditum intel-
lectum habet conſtitutio.

MAN. Verum eſt,& addo eundem,in.l.ſi alterius.ff.de hæ.inſti.
ibi expeditius eſt quod Sabinus ſcribit. Sed audi aliud, dũ di-
cit,in.d.l.quotiens,in.§.ſi quis ita.Sententia hæc,mihi quoque
vera videtur.Paulo infra poſtea modeſte locutus ait.poſſe de-
fendi.& in.l.interdum,in.§.ſed ſi duos,co.cui ſententiæ aſſen-
tiendum puto.& in.l.item quod Sabinus,in.§.j.co.quam ſen-
tentiam puto veriorem.Alibi in.l.quæſitum,co. hanc eſſe to-
lerabiliſsimam ſententiam puto.& in.l.Trebatius,co.recte pu
tat.veriſsimum puto.& in.l.Titius per interrogationem ſic,
Idq́ue Proculo placet,quid tibi videtur? (Iabolenus loqui-
tur) reſpondi,vera eſt Proculi opinio.& in.l.Cornelius, co.
Solẽnis aſsis diſtributio fit in.xij.vncijs. Idẽ Vlpia.in.d.l.in-
terdum,in.§.j.& ibi, quòd poteſtas iuris in hoc reuoluitur.
Quandoque dicunt.Quam ſententiam etiam Iabolenus pro-
bat,& Pomponius,& Arrianus,& hoc iure vtimur.Quando-
que ſic.hæcq́ue eſt mens teſtantis quod & Iulianus probat, &
verum eſt.l.ex facto,in fi.l.quo loco.§.j.ff. eod. Quid quòd
notam pro reprehenſione etiam inuenimus,in.d.l.item quòd
Solinus,in fi.ibi,vt Labeo lib.4.poſteriorũ ſcripſit, nec Ari-
ſto,vel Paulus,vt pote probabilem notant.& eſt ſenſus, quia
probabilis eſt,nec Ariſto,nec Paulus improbant,ſeu reprehẽ-
dunt.melius in.l.id eſt,in prin.co.Pauli alibi lex eſt,& nihilo-
minus ſeipſum citat ſic,Paulus lib.quæſtionum eadem ratio-
ne in ſecundo aſſe,quæ & in primo,in.l.quæſitum, allega. ad-
huc ſupra eo.ti.Senatus cenſuit,in.l.idemq́ue.ff.eod. milleq́ue
huiuſmodi ſunt hoc idem dicentia.ſed audi,quòd plerũque hę
reditatem,dominam appellant,& defuncti locum obtinentẽ,
notumq́ue verbum eſt,nouum.d.caſu.in.l.non minus.ff.eod.

actionemque vulgarem pro directa dicunt, in.l.quidam.in fi.ff.eo. Filium aliquando impijſsimum, deque patre male meritum, in.l.his verbis, in.§.j.ff.eo. Quandoque veteres conſtanter aliquid decreuiſſe, in.l.illa inſtitutio, eo. Quo ad ornamenta vt ſupra palam aliquid eſſe. in obſcuro eſſe. rem non ita ſe habere, in.l.talem, in.§.j.& in.l.Lutius, & in.l.pater filio.ff.eo. Adiungentes nonnunquam, vitioſum inepto ſic. Quidam putant &c. quod totum ineptum & vitioſum eſt.l.liber homo.§.j.ff.eo. inſtitutionem alibi captatoriam, alibi inanem ſcribunt, in.l.captatorias, & in.l.clemens, in fi.ff.eo. quæ in alterius arbitrium confertur. Alibi, prudens teſtantis conſilium laudát, in.l.Lucius.ff.eo. integritudinem animi dictũ quoque inuenio in.l.j.ff.de mili.teſta.

P.P. Ego iam ſtomachari incipio, quamuis partibus meis fungi pariter decreuiſſem. ſed adeo multa dixiſti tu, vt nil aliud mihi dicendum ſuperſit, cupioque ne me verbis iſtis iuriſconſultorum amplius, neue aures mihi obtundas.

MAN. Maxime, quia via aperta eſt ſcrutari modos volentibus, quibus vſi ſunt, quo verborum lenocinio leges à ſe editas, nobis tradiderunt, vt libentius ad eas, cùm legendas, tum addiſcẽdas perduci potuiſſemus, ſed nõne ſaltim vis, vt aliqua de noſtris etiam Iuriſperitis dicamus? hæc enim facere etiam inſtituimus.

P.P. Dicamus.

MAN. Dubito, poſtquam cœpiſti ſtomachari multitudine & varietate tantarum rerum, quia hoc modo nobis euoluendum eſſet totũ iuris corpus, ne tibi ſtomachũ longe magis mouerẽ.

P.P. Patiar pluſquam potero, ſi videbo te breuitati ſtudere.

MAN. Ero breuiſsimus, ſi mihi onus iſtud iniungas. & ſi pataris rurſum me tibi dicere aliqua adhuc, quæ in pandectis legi, locis tamen non citatis vt ſupra vide ſi breuitati cõſulo, ſicque ſeruio tempori.

P.P. Cedo tibi omnes vices meas, & patiar etiã ſi toto hoc menſe loquaris.

MAN. Sapientis eſt mutare propoſitum. Scias igitur, veteres varijs modis etiam aliàs locutos fuiſſe, prout materia ſuggerebat, non enim omnia perſequar ſed delectũ habebo, & nõ multum te remorabor. ecce quandoque dixerunt, aliquem ignorãtia iuris lapſum, pro eo quòd errauit in iure. Rectiſsime alibi Iulianus diffiniuit. ex facto, incidit ſpecies talis. vſurarum onus. Ratio depoſcit. Ampliſsimas facultates, donationibus contulit, & modicum ſibi reſeruauit. ecce ampliſsimas dixit, poſtea modicum.



P.P. Vbi eſt locus iſte?

MAN. In.l.Titia Seio, in.§.Lucius.ff.de lega.2.

P.P. Recordor etiam ibi dici neſcio quid de teſſera frumẽtaria.

MAN. Verum eſt, ſed in prin.legis.

P.P. Quæ eſt teſſera iſta?

MAN. Menſura, qua numerus frumentorum deſignabatur. Vel ſigna, quibus exhibitis, frumentum à principe populo Romano dabatur. cuius etiam mentio facta eſt, in.l.ſed & ſi ſuſceperit, in.§.j.ff.de iudi.& in.l.mortuo boue, in.§.j.ff. de lega.2. quod cum Accurſius neſcierit, in.d.locis ridicule labitur, declarat Nebriſſen. Grammaticus, & bene. Video etiam quòd ab eiſdem dictum eſt. Imperator ſanctiſsimus. filij dilectiſsimi. Vxor chariſsima. prædiolum. alũna. fideicommiſſum vtile. inutile atque infirmum. prædium infructuoſum. diligentia nimia & miſera. voluntas teſtatoris perſpicua. Taberna ferraria. Cura condendi corporis. Calendarium.

P.P. Iſtud non intelligo quid eſſet.

MAN. Non ita ergo ſtomachari debebas, cum multo plura ſuperſint intelligenda, eaque neſcire, turpiſsimum eſt. Calendarium igitur dicitur, frater chariſsime, rationum liber, nõ quarumcunque, ſed earum tantum, quæ ad fœnus pertinebant.l.eius qui in prouincia, & ibi dixi.ff.ſi cert.petat.l. nepoti.ff. de ſun.inſtruc.l.qui filium.ff.de lega.3.l.nomen.§.filio.ff.eod. licèt dixerim me nolle locos citare, non poſſum tamen me abſtinere, quominus id aliquando faciam.

P.P. Immo mihi gratum eſt, & cum opus fuerit, te ipſum interpellabo.

MAN. Gratulor, quòd adhuc ſtomachatus non ſis.

P.P. Curioſitas hoc idem efficit, mihique placuerunt valde, quæ hucuſque dixiſti.

MAN. Ponunt etiam iudicia pro teſtamentis hoc modo, Iudicia ſubuerterentur ideſt teſtamenta. Alibi ſuprema his verbis, In ſupremis ordinandis ignauus. Miſsionem docent, honeſtã, cauſariam, ignominioſam, quid ſit vnaquæque.

P.P. Scire hunc locum expedit, niſi velis hoc idem nunc tu declarare.

MAN. Tempus non conteram, hoc idem eſt in.l.milites.ff. de re mili.

mili. nec iſtud ignorãdum puto, quòd notarium intelligimus tabellionem communiter, & tamen Iuriſconſulti quãdoque eum deſignant, qui per notas verba dictantis excipit, nomẽq; ambiguum eſt.

**P.P.** Vbi dicunt hoc?

**MAN.** In.l.Lucius, de mili. teſta. Alibi de milite loquentes, in numeros relatus eſt. In numeris eſſe deſijt. Tyrones. equeſtri militia exornatus. & ſicut ſupra dictum eſt more maiorum. Alibi more noſtræ ciuitatis plusquàm manifeſtum eſt. Conſilij capax non eſt. hoc enim ei fauorabiliter præſtatur, plus eſt in opinione quàm in veritate. Vulgo putant quidam. fuit quæſtionis. quæſtionis fuit. iuſta ratione ductus ſecũdum opinionem multorum. præſumptio cum veritate concurrit. finge. in re eſt, ideſt in veritate. Scit aut ſcire potuit. Sententia recte notata eſt. interponere ſuam beneuolentiam. Iure ciuili tenétur. generale edictum. Vtilitatis cauſa. Satis impiũ eſt. Calido animo & maligno. nemo dubitat. proculdubio. eo conſilio vſus eſt. neque momento aliquo ſubſiſtit. reus perduellionis. Vita deceſsit. Inteſtata vita deceſsit. Ariſto in decretis Frontianis. cauſa cognita. inſpicere deſpicere. deſcribere. locorum anguſtia ſeu prolixitas. Suprema hominum iudicia, vt etiam ſupra optimæ opinionis viri. Tabulæ exuſtæ, ſuppreſſæ, occultatæ. hæc res ſerpit. religio prætoris. pars exhauſta. non probe petit. directe indirecte. purgabiliter impurgabiliter.

**P.P.** Hoc idem verbum Iuriſconſultorum eſſe non debet.

**MAN.** Non, ſed noſtrorum (iudicio enim exquiſitiſsimo es) Bar. in.l. ita ſtipulatus, col. 11. iſtud dicit. ff. de verbo. ob.

**P.P.** Quod reliquum eſt perfice.

**MAN.** Dicunt etiam plærunque ſic. neque improbe, neque imprudenter. fraudis conſilio participato. non dubie. familia commixta eſt, & vna domus. Iugulatus, ſtrangulatus, præcipitatus, veneno necatus, interemptus, inſidiatus, venenum per vim infuſum. ſic eſt ſæpe iudicatum. Vox validior, vox exiguior. plusquàm iniquum ẽ. Solet hoc in vſu obſeruari, vt impuberes non torqueantur, terreri autem & habena, vel ferula cædi.

**P.P.** Scio quid ſit ferula, non habena.

**MAN.** Oportet me tecum Grammaticũ agere, vide ne te habena vel ferula cædam. habena lorum eſt, ſeu retinaculum, quo equi cohibentur, & ſcuticam intellexit, quæ è loris confici ſolet. l. j. §. impuberi. ff. ad Sylla. Pulcherrimo loquendi modo

quandoque



quandoque etiam dixerunt, dictis gratiam tulit. Clamor inanis. data opera. Surdus imbecillis eſt. cæcus veniam meretur. Detorſit crimen in alium. Ad accuſationem proſiluit. Acquiſſimum eſt. per imperitiam vel ruſticitatem. eleganter Scæuola ait. exploratum eſſe debet. vxor diem ſuum obierat. integrato iure debiti. Defunctoriæ. expirauit, deceſsit. ex vinculis cauſam dicit.

**P.P.** Nec iſtud vltimum intelligo, & minus ſcio in quo loco dicatur.

**MAN.** Dicitur in.l. lege Cornelia, in fi. prin. ff. ad Sylla. & in.l.2. ff. de cuſto. reo. & nil aliud eſt, quod adhuc non intellexit Accur. niſi dum quæſtio criminis peragitur, in carcere vinctum eſſe. quod Plini. lib. 7. & Bude. Pariſien. in præalle. l. 2. declarãt. Alibi dicitur ergo ad propoſitum redeuntes, hæreditas legitima, ideſt ab inteſtato. item ex teſtamento, codicillorum ius ſingulare. Quantũ repeto ideſt recordor. offenſam ægræ mulieris (cõſydera pulcherrima Pauli verba, in.l. fi. ff. ſi quis aliq. teſta. prohi.) maritali ſermone placauit vt fieri aſſolet. Collectio. obſeruatio. lex. In rebus humanis non eſt. Vt manifeſtius dicam. Animi affectus. & hoc puto rectius dici. Alibi vero vel quod eſt ſtultius. rerum vocabula. hominũ vocabula. Iulianus non inſubtili ratione motus. pecora, pecus, grex, bos, inſula, area, nauis, carina, annua, bima, trima die. Clauſula vulgaris. pondere, numero, menſura. prima facie. cloacarium. Vectigal tributum. Salarium. Furioſi eſt, talia legata in teſtamento aſcribere. mouet quæſtionẽ. cancelli, vela, fiſtulæ, caſtella, omẽtaria, canthari maxime impoſitij, per quos aquæ ſaliunt.

**P.P.** Omnia intelligo, præter cancellos, vela, & verbum illud omentaria.

**MAN.** Cancelli ligna ſunt, vt hæc quæ hic vides modicis hiſce interuallis inter ſe, ac in tranſuerſum etiam connexa. Vela vero, integumenta, ſeu inuolucra, quæ à velo velas deducuntur. & omentaria denique inſtrumenta ita ſubtiliter fabricata, vt ſua ſponte moueantur, quemadmodũ horologia, verſatileſq; aliæ machinæ. verum non omentaria, ſed automatoria legas potius, prout legitur in pandectis Florentinis, ex quo omentum aliud eſt, aliudque, ſignificat, & de his in.l. cætera, in. §. hoc Senatusconſultum. ff. de leg. j. & in.l. quęſitum, in. §. ſi domus. ff. de fun. inſtruc.

**P.P.** Quare non declaraſti ſupra cur ſic dixerint, annua, bi-

ma,

ma, trima dic.

**MAN.** Quia non petijſti.

**P.P.** Adeo abundas, vt plerunque obliuiſcar petere ea quæ cum mihi ſuccurrant poſtea, prætermitti non debent.

**MAN.** Maxime quia non facile hoc intelligunt omnes. Scias igitur, quòd dies in genere fœminino tempus ſignificat. Annuus autem, vnius anni, Bimus, duorum. Trimus, trium. ergo dicendo, annua bima trima dic, idem erit, ac ſi dixiſſet, anno, biénio, triennio. l. ſi legatum. ff. de an. lega. l. ſi ita. ff. de ma. teſta. Modo eò reuertendum eſt, vnde diſceſsimus, plus vltra aduertentes, quàndo dicunt. Inutile eſt legatum. particulatim. vti optimus maximusque eſt. ad iudicium itum eſt. non eſt iniquum. non eſt diſsimile. legatum deriſorium magis quàm vtile. & in ſimili etiam ſupra legato nihil decedit. legatum vtile eſt. legatũ inutile. vtiliter vel inutiliter legabitur. nullius momenti legatum erit. Quaſi viro bono. euidenti ratione. incerti actio. incerti condictio. nullam hæc verba recipiunt ambiguitatem. hoc iudiciũ bonæ fidei eſt. nec ad rem pertinet. Duriſsima ſententia eſt exiſtimantium. Manifeſtum fecit ius. Non dubiæ voluntatis erit quæſtio. Quia per eum non ſtat. Cum per eum nõ ſteterit. Eiuſdem generis vel ſimile. vera ratione dici poteſt. exequatio exæquata. Minime dubitandum eſt. Argumento euidẽti oſtendi poteſt. Multoque minus dubitandum. Viſitatũ ferè eſt. Vix ratio patitur. Vſuræ leuiores. fideicommiſſum vtile. ſecundum vulgarem formam iuris. Vulgaris cautio. Fortuni communem ſequuntur. ſiue in quid aliud. ſcrupuloſa inquiſitio. calumnia manifeſta. expenſis, ſumptibus. reliqui ſupercilij exactionem. Celſus pater meus referebat. In concilio ducenij viri. hi erant Iudices, qui de leuioribus rebus pronunciabant, dicti (vt fatentur omnes) à cenſu ducentorum, ſeſtertiorum, de quibus in. l. celſus. ff. de lega. 2. Iure antiquo, ideſt lege. xij. tabularum. Sineatiſis, agnoſora, villa eſt, ſic dicta. non eſt veriſimile. hoc nomine inquietari nolo. Paulina dulciſsima filia mea. Cuius rei quæſtionem fieri veto. & in nihilum moleſtari. Pegaſus ita ſolitus fuerat diſtinguere. Exemplo turpiſsimũ eſt. Non dubitarem quantum ad verborum ſignificationem, vt vulgo fieri ſolet. Licinius locuſta. Sempronius. L. Sempronius. L. Licinius. Dicunt noſtri quoque contractum vniformem & difformem, Bar. in. l. admonendi, col. 7. ff. de iureiurã. Legatum vberrimum priſci. Intereſſeque legatarij potius habere


bere fundum quàm centum. poſt multas varietates. voluntas precaria etiam dicitur. Familia vrbana. ruſtica. officium. miniſterium. lecticarij. pediſſequi. quadriga. non ineleganter probatum eſt. Verbigratia. res in expedito eſt. recte datum & minus ſcriptum. reſcriptum ſummam habet vtilitatẽ. honor tráſacti matrimonij. Fides omnium liberorum. Pater de matre præſumpſit. ita res temperari debet. puto iuſto deſiderari. ratione ſumma reſponſum eſt. Variæ ſententiæ iudicum extiterunt. Voluntatis ratio non patitur. In honoré nominis mei. coniectura voluntatis. errore lapſus. Pridem obſeruatum eſt. Dulciſsimis fratribus meis. nequaquam cum his controuerſiá habeas. enixa volũtas. vt quiſque de te meruit. Literas ad edituum miſit. à parentibus frugi fieri ſolet. optimus maximusq; princeps noſter. magis conſilium eſt, quàm neceſsitas. procliuior ſum. nõ. n. onerãdus é hæres in infinitũ, defenſum iri. nõ erit dubitandum. non dubium eſt. ambigendũ non eſt. Ampliſsimus ordo. iniuria domus. ab omni voluntate receſſum videbatur. Placuit humanius interpretari. Non ius vxorium, ſed verborum interpretatio ſequenda eſt. in maiore parte minor eſt. Vaſa oleagina. conclaue. concameratio. vetus conſuetudo patris. amplæ pecuniæ. exigua fortuna. Tribus ideſt progenies. Depoſitarius ideſt deponens. Placitis pro placito. De iuramento formiter præſtito, & informiter tradit ex noſtris Bar. in. l. actori. C. de reb. credi. Appellandi vſus. Procuratoris vſus. per manus traditum. ſublatis filijs, ideſt ſuſceptis. In iure ideſt in loco iudicij. Libertus nihil de me meritus. Lagenæ vini vetuſti. Stipulatus eſt pater, ſpopondit filius. Denaria decẽ millia. Titia honeſtiſsima fœmina. De nomine meorum exire veto. Veto ædificium de meo nomine exire. Vetuit venundari, donari, pignorari. De nomine veſtro nunquam exeat. Iulianus Agrippa primipilarius. prædium ſuburbanum, vt iſtud. Domus maior. nudum præceptum. prædiolum. taberna. Reſpub. Tuſculanorum. conſeruet ſucceſsioni ſuæ. Affectionem tuam perſpectam habeo. Satis inhumanum eſt. in ſimili ſpecie. in diſcrimine uitæ conſtitutus. Accerſitis amicis. Peto à te Domina vxor mea, beneficium affectionis & pietatis, quam tibi debui. Cellarium. Regio Vmbriæ Tuſciæ in Piceno. Fundus Gargulianus cum caſa. in Appia. Gadibus. Agriplaga. Appia alumna. Infans dulciſsima. prædia inuédita. Adulterium ideſt ſtuprum. Intereſſe, licèt aliqui vocem inſolétem dixerint. ſcio eam

eam rem aucturam potius quàm detrimento futuram.Certio
ratio,quod à quibuſdam non admittitur pariter, quòd verbũ
Latinum non ſit. Corpus meum uxori meæ tradi volo,ſepe-
liendum in fundo illo, & monumentum extrui vſque ad. 40.
aureos.Legatum vxoris cauſa comparatum. quod in vſu fre-
quentiſsime verſatur.hanc interpretationem obtinuit.Diffini
tio ideſt determinatio.Puellæ comatę mulieres exornant.Au
rum conflatum.iuxta ætas.Matura. Adoleſcentia. Viripotẽs.
Charta.membrana.Filiria.Vitalicia. Codices mẽbranei.Chat
taceni. membrana plura.liber malcatus. ornatus. conglutina-
tus.membranæ conſutæ.Scrinium.armarium.papyrus.biblio
theca eborea. Dactiliotheca. theca anulorum cauſa. Lectum.
Fulcrum.nuclei oliuarum.bolani.balneum.Diætæ.hypocau-
ſtum. Sarmenta.germina. lignum. naues lignorum ductrices.
Stroboli de pinu. Agaſo. ſeruus topiarius. ſeruus ſaltuarius.
aſinus machinarius.oues ſtercorandi fundi gratia. Opilio.ar-
tificium.Dãnas eſto dare.Dignum animaduerſione exiſtimo.
ſerui negociatores. ſerui cubicularij. ſerui obſonatores.ſerui
piſcatoribus prępoſiti.Coccus.textores.ſaſiani.ſaſianarij.ſal-
tus æſtiuus.ſtamen.ſubſtamen. Vacua poſſeſsio.de iure aper-
to reſpondit.Lana neta.ſuccida.lota. Tomentum.Veſtimen-
tum.valitudinis cauſa. & delitiarum.lana fomẽtationis gratia
parata. Lana leporina.anſerina.caprina.lignea.Verſicoles.de-
texta.contexta.Coccum.ſuccinum.Iachinum. opera piſtori-
ca.opera hiſtrionica.Venaliciaria vita. Vicarij ſeruorum.fun
dus Campanianus. Geneſia alũna mea. in ſua ſe redigi initia
poſſunt.Coccum Corratinum.Inſignium.Melinum. peculiũ
præſidij cauſa repoſitum. quod non puto fortiter poſſe defen
di.Sed alio iure vtimur.Taberna purpuraria.Tabularium.nul
lo omnino excepto.Collegium fabrorum.ferrum. pabulum.
palea.machina.Vaſa vinaria.Dolia in cella defixa. granaria.pe
riculi precium. vis maior. Caballi. res empta ſub aduerſione.
Venatores.aucupes.opus ruſtre. ſeruus lecticarius, de quo
etiam ſupra Verna.curſor.Vaſa Corinthia.baces.Lecti teſtu-
dinei pedibus inargentati.dulciſsima patria.lateralia.viatoria.
Cum per ætatem licebit. Vir bonus.amicus fideliſsimus.Ti-
tio viro bono, cuius obſequio gratias ago. ad ſollicitudinem
ſuam reuocauit.non poteſt abſolute reſponderi. Viri boni ar
bitrio dirimenda eſt.vinum falernum.Cullei ideſt vtres.Do-
mina ſanctiſsima.Gieroſilaco.Semiũcia.Siliqua. ſtudia libera-
lia.



lia.anniuerſaria.Die natalis ſui.penſitatio. Centum annorum
finis vitæ longiſsimus. Villa pro domo.alibi pecunia ideſt pę
na. ſpectaculum celebretur memoriæ defuncti conſeruandæ
gratia.Ludos edi voluit.errore labitur.imperitia lapſus.inter
dum plus valet ſcriptura, quàm quod actum eſt. iuriſdictio-
nes tẽporariæ.prætor ex iuriſdictione ſua id agere debet. Qui
vniuerſas prouincias regunt.ideſt vniuerſi qui prouincias re-
gunt.Diuine diuus Claudius cõſtituit.in concilio ponitur, id
quod ſit pro eo vbi ſit.Sabinus in aſſeſſorio, ideſt dum eſſet aſ
ſeſſor. Seruus communis meus & caſtrenſis peculij, ideſt filij
habentis peculium caſtrenſe.Dicuntur.ducantur, Agnomina
tio eſt vt ſupra coacto,ideſt coadunato.

P.P. Quare ſic non expoſuiſti multa alia à te dicta ſupra quę nõ
facile à nobis intelliguntur.

MAN. Quia video,licet ſecus dixeris, & pollicitus ſis te ad ſatie
tatem auditurum, te inquam omnino multitudine rerum te-
dio fatigatum,nec petijſti, & quia minimam partem adhuc nõ
diximus eorum quæ obſeruauimus, & dicenda ſuperſunt,ma
gna etiam & ampla commentaria deſiderantia. & quia nõ ſunt
ita paſsim & omnia, niſi maturo conſilio vulganda.

P.P Igitur in aliud tempus(vt dictum fuit)differamus.

MAN. Poſtquam tibi ita placet, nec mihi moleſtum erit votis
tuis annuere,factum ergo ita ſit,differamus, & quando videbi
tur,conueniemus iterum,nec(vt ſpero) intactum, ſeu indeci-
ſum,vel indeterminatum aliquid relinquemus. Interim Deo
optimo maximo gratias agamus, qui ſit benedictus in ſecula.

FINIS.

# INDEX EORVM QVAE IN HISCE ΔΙΑΛΟΓΙΣ POTISSIMVM CONTINENTVR.

## A

ACCESSORIUM. Dialogus. 93
Accuſator. 143
Alienatio. 122
Aliqua. 73
Altare. 27
Allegatio neceſſaria. 65
Aſſaßinus. 76

B

BOS ſenior. 150

C

CÆCVS 146
CHRISTI actio. 21
Circuitus litium. 91
Clericus. 125
Cognitio. 101
Coma. 61
Concordia. 71
Confeſſus. 111
Connexa. 6
Conſuetudo. 8
Contractus. 47
Crimen. 3
Cui credendum. 107
Culpa. 7

D

DANS accipiens. 34
Defenſio. 98
Degradatio. 84
De lege non diſputandum. 145
Deliberatio. 112
Delictum. 128
Dignum. 13
Diſpenſatio. 74
Diuiſio. 149
Doctor. 38
Dos pro monaſterij ingreſſu. 55

E

ECCLESIA. 40
Ego ſum. 141
Elocutio. 151
Emphyteoſis. 36
Equitas. 28
Exaltatus. 142
Excommunicatio. 129
Excommunicatus. 24
Exemplum. 123
Exhæredatio. 126
Experientia. 72
Extenſio. 70

F

FALSVM. 11
Falx in meſſem alienam. 116
Fauor. 82
Fœnus. 26
Forus. 75
Fratres minores. 102
Fundamentum. 108

G

GENVS. 105

H

HORTVS concluſus. 134
Homo à Deo factus. 139

I

IDOLATRIA. 135
Ieiunium. 138
Immundus. 137
Imperium. 23
In bonam partem præſumendũ. 120
Incorrigibilis. 29
Inferior. 69
Infinitas. 88
Inſtantia. 109
Intentio. 63
Iudex. 50
Iudex. 62
Iudex ſuſpectus. 115
Iudicantes. 131
Iuriſdictio. 97
Ius. 39

L

LAICI clericis infeſti. 113
Lazarus. 148
Lex. 5
Lex. 103
Lex diuina. 130
Libellus. 51
Litera occidit. 110
Loquens. 32

M

MALA fides. 44
Malus. 89
Mandans. 53
Matrimonium. 16
Matrimonij vis. 48
Monachus. 121
Motus proprius. 83
Mutatio voluntatis. 94

N

NEMO ſui ipſius Dominus. 35
Nihil ad nos. 17
Notorium. 15
Nuncius. 1

O

ORDINARIVS omnium. 119
Ordo iudiciarius. 77

P

PACTVM ſucceſsionis. 80
Papa omnia. 67
Papa. 10
Parentes honorandi. 145
Paſtor bonus. 144
Patria poteſtas. 78
Peccatum. 133
Pena. 33
Pena. 45
Plenitudo poteſtatis. 22
Prælatus. 41
Præſcriptio. 86
Præſumptio. 19
Proceſſus. 87
Procurator. 85
Prouincia. 56
Pupillus. 18

Q

QVARTA. 37

R

RENVNCIATIO. 117
Rex Franciæ. 49
Roma. 30

S

SCRIPTVRA. 68
Senatus. 124
Sententia. 57
Simplex locutio. 117
Solemnitas. 60

Specialitas



Specialitas. 92
Species. 90
Spiritualia. 42
Spoliatus. 114
Sponſus Eccleſiæ. 58
Spurius. 25
Statutum. 9
Stilus. 11
Subrogatum. 95
Subſtitutio. 100
Sudor vultus. 140
Superior. 31

T

TESTIS. 59
Tribunal. 66
Turpitudo. 52

V

VANA populi vox. 20
Variatio. 14
Veh ſoli. 136
Verba operantur. 81
Verba. 2
Verba narratoria. 79
Veriſimile. 43
Via tutior eligenda. 54
Via veritas & vita. 147
Vicegerens. 106
Vinum oleum. 46
Vnus. 118
Voluntas. 4
Vſurarius. 99
Vtile. 96
Vxor. 132

FINIS.

LAVS Deo optimo maximo, Mariæ uirgini, Proſdocimo, Danieli, Antonio, & Iuſtinæ, ſanctiſsimis protectoribus, & interceſſoribus noſtris.

## AD LECTOREM.

SI diſcendi cupiditate flagraueris, multa diſces, & ea quidem facile (ut Iſocrates ad Demonicum dicere ſolebat) quæ Man. magnis laboribus ſibi ipſi comparauit. Vale.

## AD M. MANTVAM IVRIS prudentiſs. Steph. Caſtell.

*MIRANTVR de te multum, de teq; loquuntur*
*Docta cohors iuuenum, docta cohorsq; ſenum,*
*Mirati ingenium, probitatem, ſenſaq; legum,*
*Diuitias, mores, egregium atque animum,*
*Ecquid tam clare fert urbis nomina ſecum*
*Mantua, quæſo aiunt, paruulus, atque ſenex?*
*Num ſolus uir habet, loquiturq;, & cogitat, & ſcit,*
*Quæ patria urbs magno pectore concipiat?*
*Id forte. At quanto melius iam contigit illi,*
*Vnus ait, mentem ex nomine colligite.*



APPIA.

# MARCI MANTVI, BONAVITI PATAVINI, IVRISCON. COMITISQVE

*Cæſarei minimi,*

locorum communium iuris

LIBRI TRES,

Nunc primum in ſtudioſorum *gratiam editi.*

M D LIII.

## AD LECTOREM.

LOCI communes, eum, qui argumenta inuenire cupit, ducunt, veluti manu apprehenſum, eò quo tendit, vt ferreæ manus, vel lapideæ, quas crucibus in Biuijs affixas videmus, indicant viatori, qua vertendum ſit iter.

*Seu quædam quaſi rerum notæ, nos admonentes, eorum omnium, de qua re probabiliter dici poſſit.*

*Vel quædam rei nota, cuius admonitu, quid in quaque re probabile ſit, inueniri poteſt.*

Liber



## LIBER PRIMVS.

AD.*l.non poſſunt.ff.de legi.*
Simile.1
Ad.*l.in rem.§.item quæcunque.ff.de rei ven.*
Symbolum.2
Ad.*l.merito.ff.pro ſo.*
Bonus.3
Ad.*l.cum de indebito,in prin.ff.proba.*
Homo diligens.4
Ad.*l.ſi filius.C.de peti.hæ.*
Diuturnitas.5
Ad.*l.2.C.de reſcin.ven.*
Deceptio.6
Ad.*l.Lucius.ff.de hæ.inſti.*
Conditio.7
Ad.*l.quotiens.ff.de vſuf.*
Ordo.8
Ad.*l.æquiſsimum.ff.eo.*
Rixa.9
Ad.*l.quod maior.ff.ad municipa.*
Maior pars.10
Ad.*l.1.§.ſi hæres, ad* Treb.
Ob.perſonalis.11.
Ad.*l.deprecatio,ff.ad legem* Rho.*de iac.*
Imperator.12
Ad *authen. ſed cum teſtator.*C.*ad legem* Fal.
Liberi.13
Ad *authen. ſimiliter.*C.*eo.*
Cauſa pia.14
Ad.*l.ſi.C.de anna.excep.*
Libellus.15
Ad.*l.1.§.denique.ff.de aqua plu.ar.*
Dominus in re propria.16
Ad *l.iubemus.C.ad* Treb.
Fructus.17
Ad.*l.1.C.de bonis ma.*
Adminiſtrator.18
Ad.*l.hoc iure.§.ductus aquæ.ff.de aqua quo.æſti.*

b 4 Con-

Conſuetudo.19.
*Ad.l.in ſeruorum.ff.de pœn.*
Pœna.20.

## LIBER SECVNDVS.

AD.l.Modeſtinus.ff.de dona.
Inſinuatio.21
*Ad.l.quotiens.C.de donatio.quæ ſub mo.*
Donatio.22
*Ad.l.quod ſi Epheſi.ff. de eo quod cer.lo.*
Aequitas.23
*Ad.l.Deo nobis.C.de ep.& cle.*
Monachus.24
*Ad.l.ſi.C.de edic.di.Ad.tol.*
Poſſeſsio.25
*Ad.l.cum vero.§. ſubuentum.ff.de fideicom.lib.*
Decretum.26
*Ad.l.cum oſtendimus.§.ſi.ff.de fideiu.tu.*
Iudicij calor.27
*Ad authen.præſente.C.de fideiu.*
Fideiuſſor.28
*Ad.l.Seiæ.§.Gaio.ff.de fun.inſtruc.*
Copula.29.
*Ad.l.librorum.§.quid tamen Caßius.ff.de lega.3.*
Communis vſus loquendi.30
*Ad.l.ſi.C.de acqui.po.*
Excuſsio.31
*Ad.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.*
Ambiguum.32
*Ad.l.ſi.C.de hære.inſti.*
Hæres.33
*Ad.l.quotiens.C.eo.*
Inſtitutio.34
*Ad.l.cum pater.§. filius matrem.ff.de lega.2.*
Iuramentum.35
*Ad.l.ſi.C.de in.emphy.*
Emphyteota.36
*Ad.l.1.C.de mulie.& in quo lo.lib.10.*

Collecta.



Collecta.37.
*Ad.l.1.ff.de vſuf.lega.*
Qualitas.38
*Ad.l.ſi vnquam.C.de reuo.do.*
Reuocatio donationis.39
*Ad.l.illicitas.§.veritas.ff.de offi.præſi.*
Iudex.40.

## LIBER TERTIVS.

AD.l.Barbarius.ff.de offi.præto.
Error communis.41
*Ad.l.Medicos.C.de profeſſo.& Me.lib.10.*
Doctor.42
*Ad.l.1.C.de probi.ſeq.pe.*
Sequeſtratio.43
*Ad.c.1.quæ ſint rega.in vſib.*
Regalia.44
*Ad.l.quotiens.C.de rei ven.*
Prior tempore.45
*Ad authen. ſacramenta puberum.C. ſi aduer.ven.*
Iuramentum minorum.46
*Ad.l.inter ſtipulantem.§.ſacram, de verbo.obliga.*
Triſtis euentus.47
*Ad.l.in ambiguo.ff.de reb.dub.*
Verborum impropriatio.48
*Ad.l. ſi quis maior.C.de tranſac.*
Periurus.49
*Ad.l.1.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de ven.inſpi.*
Agnatio.50
*Ad.l.placet.ff.de acqui.hæ.*
Seruus.51
*Ad.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb.*
Caſtitas.52
*Ad.l.ſi.ff.de reb.eo.*
Actus nullus.53
*Ad.l.nec adiecit.ff.pro ſo.*
Affectio.54
*Ad.l.cum precibus.C.de proba.*

Inſtru-

Inſtrumentum. 55
*Ad.l.non tantum.ff.de ap.*
Appellatio. 56
*Ad.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff. ad legem Iul. de adulte.*
Notorium. 57
*Ad.l.tutor qui repertorium.ff.de admi.tu.*
Inuentarium. 58
*Ad.l.fi.§.neceßitate.C.de boniſq; libe.*
Filius. 59
*Ad.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn.*
Latro famoſus. 60.
*Ad authep.ex cauſa.C.de libe.præte.*
Cauſa exhæredationis. 61.

FINIS.





# MARCI MANTVI, BONAVITI PATAVINI, IVRISCONSVLTI, COMITISQVE Cæſarei minimi. locorum communium iuris.

## LIBER PRIMVS.

### *Ad.l.non poſſunt.ff.de legi.* Simile. 1.

IVLIANI ſententia eſt, lib. 15. ff.orum. Quia nõ poſſunt omnes iuris articuli, ſingulatim, aut legibus, aut Senatuscon. comprehendi, cum qui iuriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere debere, atque ita ius dicere. Adde, quamuis multa in collectane.à nobis aliàs dicta fuerint, nouiſsime, illud eſſe magis ſimile, quod eſt magis proximum & coniunctũ in ratione ei, cui aſsimilatur.l.de quibus, hoc eo.ti.l.illud.ff. ad legem Aqui.l.à Titio.ff.de verbo.ob.Bal.conſi.432. an ſtatutũ, vol.3.& conſi.408.quidam, col.pe.vol.j.quòdque ſimilitudo nihil aliud eſt quàm extenſio quædam.c.inter cæteras, de reſcrip.Ioan.And.in.c.cum tanto, ad fi.vlt.q.de conſue.ita vt cũ extendatur potius expreſſum, quàm tacitum .l. perſecutione. C.de pigno.l.moſchis.ff.de iu.fi.de ſimilibus ad ſimilia procedatur (& eſt declaratio not.) in legibus, & non in conſuetudine, ex quo etiam ab ipſa lege hoc ipſum cõceditur, ne caſus indeciſus relinquatur.l.fi.in fi.C.vbi & apud quem.l.j.§. quicunque.C.de ve.iu.enu.in conſuetudine haud conſyderabile, quoniam caſus omiſſus tunc iuris communis diſpoſitione deciditur.l.commodiſsime.ff.de lib.& poſthu .l. ſi extraneus. ff.de condic.ob cau.Bar.in.l.Cæſar, nu.18.ff.de publica. Tamẽ aduertendum eſt, quia immo de ſimilibus ad ſimilia etiã in cõſuetudine proceditur, quando ſimile eſt bonum & efficax, vt per And.de Iſer.Afflic.& alios, in.c.j.in fi.prin.de feu.co.& in c.j.in.§.prædictis, quæ fue.pri.cau.be.ami.in vſib.feu. & quòd

deniqueſatis eſt,quòd ſimile ſit in eo,de quo agitur, ſecundũ Abb.& Moder.in.c.tranſlato,de cõſti.Bal.in.l.curatoris, col. 2.C.de nego.geſ.Iaſ.in.l.creditori, in fi.ff.de no.oper.nun.& poteſt oſtendi ſic,ſicuti in.c.cum eſſes,de teſta.vt ipſius deciſio locum habeat, neceſſario duo requiruntur, ita requiruntur in.l.milites C.de mili.teſta. hoc eſt quòd ægrotans ſit in extrema voluntate conſtitutus, quòdque in præſentia proprij curati teſtamentum fiat.& eſt ſimilitudo,quàm facit Gui.Pap. deci.543.vltimarum,col.vlti.teſtatus amplius, quicquid dicat glo.in.d.c.cum eſſes,hoc idem non ſolum in terris eccleſiæ ſeruari,verũ ẽt alibi.Ad idẽ,ſicuti ap.pecuniæ, tam aurũ,q̃ argentum cõtinetur, ita cõtinetur appellatione monetæ.l.pecuniæ. ff.de verbo.ſi.l.j.&.2.C.de fal.mo.idem Guid. Pap.deci.492. vtrum,in prin.Ad idem ſicuti lanæ ap.omnis lana continetur, ita ap.frumenti venit farina.l.quæſitum.§.illud,& ibi Bar.ff.de lega.3.immo quòd ad panem extẽdit etiã idem Gui.deci.373. vtrum.Sicuti etiam nutu legatum relinquitur.l.nutu.ff. de lega.3.ita inſtitutio particularis fit.l.quotiens.C.de hæ.inſti.l.j. §.ſi ex fundo.ff.eo.idem deci.459.hæres,colũ.j. Rurſus ſicuti donatio ante nuptias hodie ampliata ẽ,& propter nuptias appellatur, nec propter talem ampliationẽ eſt alterata pari modo iuriſdictio prorogata talis eſſe non deſinit, lata ſententia.l. fi.C.de do.ante nup.l. inter ſocerum .§. cum inter.ff.de pact. dota.Pau.de caſ.in.l.j.ff.de iudi.Gui.Pap.deci.462.vtrum, in prin.& ſicuti Papa non legitimat in terris Imperij,non legitimat Imperator pariter in terris Papæ.c.per venerabilem, qui fi.ſint legi.Bal.conſi.40.Imperator.col.2.vol.4. & ſimile pulchrum eſt,ſi probare velimus,quòd pater eſt de linea filij, & ẽt de propinquioribus,non dico ſua, quia nemo ẽ propinquior ſibi ipſi,cum nemo ſibi ipſi faciat gradum,idq́ue certum eſt, ꝙ eſt caput lineæ,quòdq́ue caput eſt de corpore,& ſic de corpore & linea propinquitatis,& idem in tranſuerſalibus aſcendentibus,quia ipſi ſunt capita lineæ, & appellatione lineæ continentur,item propinquorum ſiue proximorum, vt hominem in cruce fingamus, brachijs extenſis,ibi enim eſt caput aſcendens,pedes deſcendentes,brachia tranſuerſales,& ex vno trũco omnia,ita Bal.adhuc,& bene,conſi.339.quæritur, colũ.2. Qui dicit etiam ad materiam,quòd non eſt ſimilitudo, vbi nõ eſt æqualis iuris diſpoſitio,conſi.424.punctus,col.2.vol.3.Et Bar.clariuſque Ang.in.l.cum Aquiliana.ff.de trãſac. quòd acceptilatio



ceptilatio eſt de iure ciuili,quòdq́ue non poteſt tollere obligationem iuriſgentium, ſed quòd ſubintrat proditorio modo tanquam vulpis,obligatioq́ue in Aquilianam ſtipulationem deducitur,puta quod mihi debes ex empto promittis, & poſtea fit liberatio,& non ab re,quoniam in habentibus ſymbolum facilior eſt tranſitus.l.in rem.§.item quæcunque.ff.de rei ven.Sicuti etiam ſe habet genus ad ſpecies, ita ſe habet ſpecies ad indiuiduum.c.generi per ſpeciem,& ibi Dyn.de regul. iur. quem refert,& in not.q.inducit idem Bal.conſi.280. quæſtio, in prin.vol.4.Similia quoque dicuntur,quæ ſub eadem ratione includuntur,vt per glo.& alios,in.l.Gallus, in.§.nunc de lege Velleia,& in.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.idem Bal.in.l.qui liberis,in prin.& per illum tex.ff.de vulga.& pup. ſub.& in.l.ſi quis non dicam rapere.C.de epiſ.& cler.& in.d.l. curatoris.pulchre Seyſel.hîc,col.2.Stipulatio in diem etiã & conditio ſunt ſimilia.l.quod in diem.ff.de accep.vbi acceptilatio in quacunque facta extitit,cum dies vel conditio aduenit. Idemq́ue licet videre in repudiatione, & compẽſatione.l.ſi ita ſcriptum.§.ſub conditione.ff.de legat.2.l. quod in diem .ff.de compenſa.Signo.Homode.in.l.ſi inſulam,nu.29.ff.de verbo. ob.Similia locus,tempus,& perſona,deq́ue vno ad aliud ſæpe arguimus.l.vinum.ff.ſi cer.pet.l.qui plures.ff.de vulga.& pup. ſub.l.miles ita.ff.de mi.teſta.ad longum Bald.conſi.396. quod autem,col.j.2.vol.4.Dicens pariter à ſimili, conſi.352.in pũcto,co.lib.quòd ius canonicum deſeruit iuri diuino non humano,quòdq́ue ambulat vt pædagogus diuinæ legis, in iuſtificationibus diuinis,non in apicibus humanis.& conſ.428.inquiſitio,col.3.vol.5.quòd ſynagoga apud hæbreos, idem eſt quòd eccleſia apud nos,illa Iudęorum congregatio, iſta fidelium.& quòd quemadmodum in eccleſia conuocatur populus fidelis ad veram fidem.& ad conuiuium CHRISTI, ſic in ſynagogis congregantur Iudæi ad ſuas cærimonias exercendas,& ſic idem eſt iudicium de ſynagoga apud Iudæos, quod eſt de eccleſia apud catholicos,poſt Archi.in.c.eccleſia, de cõſecra.diſ.1.& Io.And.in.c.conſuluit.de Iudæ. & conſil. 427. quædam mulier,ad fi.co.lib.quòd ſicuti per motionem & veſtigia pedum,cognoſcitur qualitas luporum & vulpium, ſic ambulare de nocte,per loca ſuſpecta à perſonis ſuſpectis cognoſcitur delictum,quòdq́ue eſt indicium ad torturam ſufficiens.& Seyſel.in.l.manumiſsiones in vlti.col.ff.de iuſti.& iu. quòd

quòd ſicuti Sol in naturalibus format colores in materia quos tamen non habet, ſic formatur in ſeruo libertas, non auté datur, poſt eundẽ Bal.in.l.ſi qua illuſtris, in fi.C.ad Orfi. & gloriatur quòd glo.noſtræ hoc declarare neſcierint. Pulcherrimũ ſimile eſt etiam, cum dicimus, quòd idem tribunal eſt Epiſcopi & Vicarij, de quo alias in.c.2.de conſue.in.6.quòdque Epiſcopus, agens ſit, Vicarius vero, inſtrumentum agentis, non ſecus ac Faber Ferrarius, qui percutit malleo, & tamen percutiés vnus eſt tantum, vnaque percuſsio. quo ſimili vſus eſt ad idem Anto.de pre.in trac.iuriſdic.ep.c.7.nu.9. Quibus adde inſuper, quòd dictio perinde ſimilitudiné inducit per omnia, quoad modũ, quoad tempus, & quoad certas qualitates, & vt per Bar.fuſius in extrauagan.ad reprimen.in verbo perinde, & idé in cæteris aduerbijs & nominibus, vt ibi, non aliud ſignificantibus.l.à filio.§.teſtator.ff.de ali.& ciba.leg.Rui.præcep.conſil.169.in quæſtione, col.2. Dicimus rurſum, ſicuti homo nõ ſoluitur aut ligatur tempore, quòd ſic non eſt tempus modus tollendæ vel inducendæ obligationis.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de ac.& ob.Bal.in.l.illud, col.2.C.de lega. Item quòd ignorantia craſſa & ſupina eſt, ad ſimilitudinem hominis ſupini & pinguis, qui ſeipſum videre non poteſt, improbabilis in facto proprio.l.quiſquis.C.de reſcin.vẽ. ſicuti in alieno probabilis & excuſationem habens.l.fi.ff.pro ſuo.Cy.in.l.error, col.2.C.de iur.& fac.igno.Bar.in.l.non fatetur, col.2.ff.de cõfe.& in.l.ſi res obligata, in prin.ff.de leg.j.& in.l.ſi quis delegauerit, in fi.ff.de noua.idem Bal.in.c.ab excommunicato, col.j.de reſcrip. Ad materiam quoque verbum optimũ dixit Curt. in trac.nobilita.in.2.col.quem Tiraquel. Senator Regius in ſuo refert & ſequitur.c.25.nu.9. quòd ſicuti fides ſine operibus mortua eſt, ita eſt manca & mutila nobilitas ſine diuitijs, longo interuallo aliàs, omniũ ſententia, virtute inferior. Hinc videmus etiam, quòd lex municipalis, quæ olim erat.xij.tabu. trahitur potius ad legem municipalem, quàm ad ius commune, propter ſimile. & quia ſunt eiuſdem generis, & inter ipſas conſortium ac communicatio intellectus, inquit Bal.conſilio 408.quidam, col.vlti.vol.j.& eſt argu.in.l.nihil.ff. de coniungen.cum eman.libe.& in.§.fi.in authenh.de fi. ante do. inſtru.na.Bar.in.l.prætor, in.§.eritque dictã.in.2.col.ff.vi bon.rap.& in pulcherrima.q.conſi.310.aut mulier, col.2.eo.lib.quòd leue additum graui, facit illud magis graue, ſicuti in ponderibus & con-



& conſ.301.proponitur, col.pe.eo.lib.quòd Adam, idea, ideſt exemplar, fuit totius generis humani, veluti ſigillum, quo oẽs literæ ſignentur. & ad propoſitum legis municipalis, quòd ſicuti principalis naturæ intentio eſt generare, poſtea corrumpere, ita ſtatuentium mens eſſe debet, fauere agnationi, & maſculis, poſtea fœminas excludere, conſil.411.quidam col.j.eo.lib.& conſ.327.pridie, col.2.eo.lib.ꝙ Princeps debet eſſe ĩmobilis, ſicut lapis angularis, & ſicut polus in cœlo. Simili vtitur Ro.Pontifex in.c.cæterum, de iu.cal.& Iuriſcon.in.l.j.in princip.ff.de ven.inſpi.quòd nouis morbis noua antidota conuenit præparare. & Imp.in authen.hæc conſti.Inno.in prin.col.8.quòd id præſtant leges negocijs quod medicamenta morbis. Idem Bal.conſi.146.titulus, col.3.vol.j.in ſimili dicimus, quòd præſcribens, ſoluenti ſimilis eſt, quòdque teſtator mandans ſolui debere, non videtur mandaſſe id, quo ad debitũ præſcriptione ſublatum.l.ſi pupillus.ff.de admi.tu.l.fi.§.fi. ff.rem ra.ha.l.ſi is cui.§.Flauius.ff.de ſolu.Inno.in.c.cura.de iur.pat. Bal.conſi.180.præſuppoſitis, col.2.vol.j.& conſil. 315.ponitur, col.2.vol.3.& idem in compenſatione, conſi.317. ad euidentiam, in prin.quia dicit etiam lex quòd non intereſt, ſoluerit quis an compenſauerit.l.ſi debitor.ff.qui po. in pi.ha.l.inter tutores.ff.de admi.tu.late hoc anno de mero Imperio locuti ſumus in.l.Imperium, de iu.om.iudi.ter à nobis interpretata. Addo quòd per ſimilitudinem æquiparatur quatuor elementis, in aere.n. exerceetur, ſi ſuſpendatur fur. in igne, ſi cõburatur aliter reus. in aqua, vt parricida. vltimo vero ſupplicio, pro homicidio in terra, ità idem Bal.conſi.420.verba, col.j.2.vol.j.non eſt ignotum quoque, formam cum materia eſſe coniunctam, ergo & ſolénitas cum actu.l.fi.C.de teſta. Innoc.in.c.dudum, de reb.ec.non alie.Bal.conſil. 447. contrahentes, in fi.vol.j. Qui notabile verbum adhuc dixit conſi. 102. omnis poteſtas, col.vlti.lib.3.quòd ſicuti facies in ſpeculo conſiſtit, ita conſiſtit voluntas in verbis, à quibus hac de re non eſt diſcedendum.l.Labeo.§.idem Tubero.ff.de ſup.leg.l.non aliter.l.ille aut ille.§.cum in verbis.ff. de leg.3. Interrogarat me neſcio quis, vir alioquin doctiſsimus, an maritus teneretur molendinũ ſibi in dotem datum reficere. reſpondi, quòd ſic, amotoſq; lapides reponere per tex.in.l.j.in fi.ff.de impẽ.in reb.do.fac.idem Bal.not.conſ.145.caſus, col.2.vol.3.& plus dicebam vltra eiuſdem authoritate fretus ibidem, quòd ædibus eſt ſimile

ſimile,quòdq́ue reficiendo conſeruantur.immo homini, qui
non conſeruatur,niſi per reſtaurationem deperditi .l. propo-
nebatur.ff.de iudi.l.ſiue hæreditaria.ff.de nego. geſt.l. impen-
ſæ.ff.de verbo.ſi.Dico etiam,quòd quædam ſunt, ſimilitudinẽ
habentia entis,quæ tamen non ſunt ens, vt hypocrita , falſus
prælatus,& chymera.l.Paulus.ff.de ver.ſi.l.2.§.j .ff. quemad-
mo.teſta.ape.l.eleganter.§.qui reprobos.ff.de pi.ac.Bal.conſi.
9.factũ,col.vlti.vol.j.quòdq́ue in materia duelli de ſimilibus
ad ſimilia non proceditur,ex quo ſunt odioſa & reſtringenda,
vt firmat Iſer.& Afflic.in.c.j.in glo.capitalem, in prin. de pa.
tenen.in vſib.feu.& quòd ſimilitudo dicitur ſubauditus intel-
lectus,ſecundum Iaſ.in.l.de quibus,colũ.4.ff. de legi. Caſſane.
conſi.22.conſuetudine,nu.6.& nouiſsime quòd tripliciter ẽt
accipitur pro idẽtitate.c.inter corporalia,de transla. prælato.
pro paritate.l.veteris.C.de contrahen.& committen.ſtipul.&
pro conuenientia denique accidentiũ,ad ſpecies diuerſas .l. il-
lud,allega.quoque ſupra.ff.ad legem Aqui.l.à Titio.ff.de ver.
ob.Vel & aliter per coniunctionem ſcilicet.l.cum qui ædes.ff.
de vſuca.l.proponebatur.ff.de iudi.l.fi.ff.de fun. inſtruc.aut ſi
diuerſi caſus eundem effectum,ſeu cauſam, vel potentiam ha-
beant.l.Gallus.§.& quid ſi tantum.ff.de lib.& poſthu.Vel cõ-
uenientiam ad res diuerſas vt ſupra immo quòd eſt proprie
comparatio plurium caſuum ad res diuerſas , vt alterum ad
alterum,vel alterum in altero.exemplum , ſicuti ſe habet ſer-
uus ad dominum,ita habet ſe filius ad patrem . libertus ad pa-
tronum.Monachus ad Abbatem, quamuis alias argu . fallacia
contingat,ex multis.Ratione quoque oſtenditur,aut per ima
ginationem,ſi dicam,Patarus eſt audentior,quàm leo, ego ti-
midior quàm lepus,& ſic ſecũdum proprietatem corporis &
naturæ.aut per comparationem,ſecũdum proprietatem cor-
dis,vt puta,Petrus ingenio præditus eſt vt Paulus Iuriſcon.
vel Ariſtoteles,Seius vero ſtolidus,vt Aſinus. Aut exemplo,
quia CHRISTVS,cuius actio noſtra eſt inſtructio.c. ſignifica-
ſti.de elec.adulteram ſine accuſatore dimiſit,vt & nos quoque
diſceremus,non eſſe quem,licet delinquentem,facile,niſi præ-
cedat accuſatio,condemnandum.Similitudo , vt vtilibus dul-
» cia etiam miſceamus,iuxta illud poeticum . Omne tulit pun-
» ctũ,qui miſcuit vtile dulci.Simpatia Græce appellatur.& Ho-
mæotelenta,quæ ſimilibus caſibus,aut ſono ſimili terminan-
tur.Adde quòd turdi cicuta nutriuntur(Gale.author eſt)quia





inter eorum temperamentum & alimentum,eſt cõſenſus qui-
dam & ſimilitudo.Ad idem vinum nigrum & rubeũ, facilius
in ſanginem conuertuntur,quàm aqua & vinum album, pro-
pter ſimilitudinem temperamenti,quæ cadit inter agentem &
patientem . Magnes etiam ferrum & adamas,propter ſimpa-
tiam, ſeu naturalem quandam conuenientiam , ad ſe rapiunt .
In literis ſimillimæ vocis , ſunt C,& G.D, & T.quia dicimus
quadringenti & quatricenti. Et not.in.c.ad audientiam, de re
ſcrip.quòd ortographia,in Romana curia,dijudicantur literę
Apoſtolicæ,ſi ſint defectiuæ,nécne,quòdq́ue omnia ibi ſubti-
liſsime ruminantur,& trãſeunt ſicuti per purgatorium , quod
etiam refert Albe.in tracta.de accenti.in prin.Et profectò ſicu
ti arborũ altitudo ſine radicibus eſſe non poteſt,ita magna elo
quentia ſine his, & ſine Grãmatices cognitione conſiſtere nõ
poteſt. Satietati occurrendum eſt etiam, eiusq́ue mater eſt ſi-
militudo. Nec minus agit qui aurum expurgat,q̃ qui effodit,
qui triticum mundat , quàm qui metit ; & qui nuces denique
eligit , quàm qui legit. nec minorem laudẽ aſſequitur rurſum
(eodem teſte)qui corrigit errores & caſtigat,quàm ille qui in
uenit, vt Sulpitius , qui librum de notis Scæuolæ præceptoris
conſcripſit . Videmus quoque populari multitudine inſolen-
tius eſſe nihil,quæ ſine conſilio , torrenti flumini ſimilis ruit .
Et dicimus vulgo,hæſitantes,ſimiles eſſe illis,qui ambulant in
tenebris,ſine lumine.quòdq́ue cecutiunt lippitudine , & hallu
cinantur.inſtar eorum,qui ætate defecti ſunt.Et rurſum quòd
aſſentatores , diuitias atque fortunam comitantur , vt vmbra
corpus.Et quòd amplius qui eas obtinere ſperant(Lucia. au-
thor eſt)in foro operiuntur hiantes,non aliter quàm hirundi
nem aduolantem ſtridentes pulli. quòd à nonnullis ignomi-
nioſe cæduntur calcibus . lanianturq́ue atque exhauriuntur à
nonnullis contra,perinde ac ſtigmatibus,fugitiuus,compedi-
bus uinciuntur . Adde etiam quòd adoleſcentes æquo animo
ferre debent,interdum ſua ſcripta, ab eruditioribus , obeliſcis
confodi,& deleri, non ſecus ac equini pulli,qui niſi à Mango-
nibus corripiantur , haud facile diſcunt tollutim incedere . Et
quòd aſſentatores à mendacijs & nugis victum quæritant,do
micilia diſcurrentes,tanquàm catuli,qui(vt in epiſto.Q.Cur.
ait lib.4.)iuris reliquias lambunt.Similitudine pulcherrima di
citur etiam in ſacris literis , quòd ſicuti Mercurio , qui Deorũ
nuncius eſt(vt fabulantur poëtæ) alæ tribuuntur,ſic tribuun-

tur Angelis,qui nuncij ſunt Dei. Et Eraſ.alibi,quòd qui facul
tates profundunt per luxum,in adulatores,ſcorta, & ſimiles,
arboribus æquiparantur,per præcipitia naſcentibus , quarum
fructus homo non guſtat,ſed à coruis & vulturibus eduntur.
Et alio loco,quòd ſicuti piſcatores, vt gabionem capiãt, aqua
Marina ſe patiuntur aſpergi, ita aſpergi ſaliua patiebatur Ari-
ſtippus(hiſto.nota eſt)à Dionyſio , vt Balenam caperet, hoc
vocabulo Regem ſignificans . Et quòd non magis offendeba
tur Socrates Xantippis vxoris rixoſæ, quàm ſi rotæ ſtridorẽ
audiuiſſet,quæ aquam educit è puteo, quoniam aſſuetus erat.
Et quòd qui de virtute loquuntur, nec rectè viuunt, ſunt cy-
tharæ ſimiles, quæ alijs prodeſt, ipſa vero nec ſentit nec audit
quicquàm. Et quòd non opportet currenti in ſtadio,iam me-
tæ vicinum curſum remittere, ſed magis intendere, ſicuti no-
bis quominus ſupereſt uitæ, magis ſtudijs operam nauare. Et
quòd Diogenes,vt Momus,dicacitate quadam,omnes carpe-
pat. quòd tanto ſtudio Grammatici perquirerent Vlyſsis er-
rores,ſuos vero ignorarent. Muſicos,quòd diligenter cordas
aptarent cytharæ,mores autem haberent inconcinnos.quòd-
que Solem & Lunam intuerentur Mathematici,ac ſtellas, nec
viderent quæ ſibi eſſent ante pedes.Et quòd oratores denique
iuſta dicerent, eademque facere non curarent.Inquit etiam Iu
lius pol.ſicuti Sole purpura gaudet, quo reddatur ſplẽdidior,
quòd ſic iuuenis ſene gaudere debet, & diſcipulus magiſtro,
quo reddatur prudentior. Et Eraſ.alibi, quòd Principes plæ-
runque amicis,non aliter quàm equis,vtuntur,dum vſui ſunt
curant,inutiles vero factos abijciunt, eoſque ſpoliant citius,
quàm beneficio iuuent.Prouerbiũ eſt etiam,ſimile ſimili ami-
cum eſſe,vt de Alexandro ferunt,qui cùm gloriæ ſupramodũ
appetens eſſet, ſimilem in alijs quoque amabat affectum.Et ad
locum hunc addi poteſt,vt ille rurſum ait, quòd adoleſcentes
orationem magiſtri ſui, meditatam recitantes, pſyttacis ſunt
ſimiles.Et quòd Rex magnanimus,qui non timet alios, in ip-
ſius exitium conſpirantes,ſimilis eſt illi,qui aues ſemina legẽ-
tes vno clamore diſpergit. & quòd à nobis plærunque agen-
dum eſt,vt Medici ſolent, qui vbi vſitata remedia nõ proſunt,
contraria pertentant. Et quòd oratio ac verba inania cupreſ-
ſis ſunt ſimilia,quę à natura pulchritudine decorantur,ſed fru
ctum non ferunt. Et quòd doloſus ac inſidiator polipo eſt ſi-
milis.Fortuna vero,ſchalæ,qua felices aſcendunt,contra vero
deſcendunt



deſcendunt,quibus aduerſa eſt & contraria.Et quòd non repe
ritur homo, qui non ſit improbus,ſicuti nec piſcis(vt dicebat
Architas)abſque ſpinis.Formoſos etiam comparabat arbori-
bus Homerus,dicens. Hic creuit & arboris inſtar. Ad idem,
» ſicuti mutuo pecuniam accipiens ad tempus,ea perinde vt ſua
» fruitur, ita gaudium eſt temporarium, cum nunciata alicuius
inimici morte,incertus eſt author rumoris. Et ſicuti mercato
res exiguum frumenti deferunt ſpecimen in parapſide,ingen-
tes aceruos vendere cupientes, ſic Principes qui paucos obſi-
des petunt,pro omnibus ciuibus eſſe videntur. Et ſicuti plan-
tæ ac ſemina ad regionis habitum immutantur, ſic mutantur
hominum mores.Et ſicuti nõ eſt bonus poëta, qui præter mu
ſicæ modulos canit, non eſt bonus Princeps pariter,qui con-
tra legem pronunciat.& quòd nõ conuenit vetulæ grauia rei-
pub.commoda committere,ſicuti nec conuenit quòd vnguẽ-
tis vtatur. Solent quoque mercatores deguſtationem aliquã
rerum venalium accipere, quo facilius queãt deliberare de ip-
ſarum emptione,exemploque ſunt ſtudioſis, vt ſimili modo,
libros dedicent Principibus, & quaſi deguſtationem quãdam
laborum ipſis oſtendant. Quid plura? ventrem populo ſimi-
lem eſſe dixit Cato(hiſto.nota eſt)in concione ſuaſurus, fru-
mentum viritim diuidi debere. Et luxum piſcibus, in quibus
olim præcipuus erat. Et populos Themiſtocles, platanis ſub
quarum vmbra accurrunt homines afflicti tempeſtate, quas ſi
mul vt redijt ſerenitas vellũt, quoniam ſic ipſi quoque in bel-
li periculis, virorum fortium opem implorant, in pace vero
contemnunt & vexant. Dixit rurſum orationem ſimilem eſ-
ſe picturatis ſtragulis, quæ ſi extendantur imagines oſtendũt,
ſi vero contrahantur,eaſdem celant & abolẽt.Et Ci.in M.Cæ
lium, bonam habet dextram, ſiniſtram malam, quòd Orator
qui melius accuſet, quàm defendat, ſimilis ſit hominibus bo-
nam dextram communiter habentibus,ſiniſtram malam. Di-
cteriumque eſt eiuſdem atq; iocus,ex ſimilitudine vocis, ego
(Candidatus enim,coquo patre natus,coram eo ſuffragiũ pe-
» tebat)tibi quoque faueo. Sunt adhuc aliqui naſum habentes
ſimilem coruo,nonnulli autem aquilæ,iſti magnanimi ſunt,il
li impudentes.Multi etiam ferentes arma, qui tamen cor non
habent,piſcibus qui gladioli vocantur ſimiles,cum & ipſi ſine
corde eſſe dicantur, cum tamen habeant gladium. Quamuis
plantæ rurſum virtus ſit (vt magnus Baſilius docet) fructum

producere, afferunt tñ ornatum & frondes, circa ramos diffuſæ, ſic fructus animæ eſt veritas, nec inamenum tamen, eam extranea circundare ſapientia, quæ tanquam frondes ſpeciem intuentibus lætiorem oſtendant. Maxima inter Demoſthenem & Ci. fuit ſimilitudo, ille Philippum, iſte M. Anto. inſectatus eſt. ille eloquens, iſte eloquentior. eloquentia illi peperit mortem veneno, huic gladio, & idem, vt modò ad leges reuertamur, cumque eis finiamus, operatur mandatum, propter ſimilitudinem, in caſu. l. ſi mandato meo. §. fi. ff. man. quo ad nouationem inducendam, quod ſtipulatio, in caſu. l. primæ. & ſimilium. C. de noua. Creſcitque & decreſcit iudicium pignus ac peculium, vt homo. l. peculium naſcitur, in prin. ff. de pecu. l. ſi fundus. ff. de pigno. l. & puto. §. id quod amnis, iuncta glo. ff. fami. her. Et ſi vnum prohibeatur, prohibitum quoque cenſebitur eius ſimile. l. hæres meus. §. fi. ff. de condi. & de. Bal. in not. caſu, conſi. 507. inter magnificos, col. 2. vol. 5. hæcque de ſimili, deque ſimilitudine pro nunc dicta ſint ſatis. Vel addi id etiã poteſt, quod idem Bal. adhuc ponit in. cap. j. in. §. porrò, col. 2. quæ fue. pri. cauſa be. amit. in vſib. quòd in pœnalibus procedimus quoque, de ſimilibus ad ſimilia, ex quo attenditur potius ratio, quàm Grammatica verborum.

## *Ad. l. in rem. §. item quæcunque. ff. de rei uen.* Simbolum. 2.

IDEM ferè Pau. quod ſupra lib. xxj. ad edictum, in verbis iſtis, » Non idem in eo quod applumbatum ſit, quia ferruminatio » per eandem materiam facit confuſionem. ſentit quòd in habentibus ſymbolum, ideſt ſimilitudinem, facile fiat tranſitus, ad quod etiam lex iſta ſolet allegari. Adde tex. vbi etiam de ferruminatione aliquid, in. l. quicquid. ff. de acqui. re. do. multa Bar. in. l. in fundo, nume. 8. ff. de rei ven. & declara ferruminare, nil aliud eſſe, niſi per eandem materiam conglutinare, vt ferrum ferro, & ita eſt, quamuis ex pluribus, fretus authoritate Pli. multis in locis, Valla, elegan. 6. c. 485. ſenſerit per aliam plumbaturam quoque, fieri confuſionem, plenius Bayſi. in. l. vxori. ff. de au. & ar. le. Et ad propoſitum noſtrum, hac ratione mirum non eſt, ſi inter ſuccedentes eodem iure, locum habet ius accreſcendi, non inter ſuccedentes diuerſo. l. ſed cum pa-



patrono. ff. de bo. po. & ibi ſignanter Albe. notat, & Bar. conſi. 8. factum tale proponitur, col. 2. multa Saly. in. l. vnica, in. 4. C. quando non pe. par. & minus ſi ſtipulatio obligationem iuris gentium tollit, ſed nõ acceptilatio, quia non eſt illi ſimilis, ſed liberatio obligationi contraria. l. fi. & ibi Cy. C. de accep. & ſi denique ſubſtitutio variari non poteſt de directa in fideicommiſſariam; de directa autem in directam ſic, vt per Bal. pulchre. in. l. cẽturio, columna prima. ff. de vulga. & pup. ſub. multa Butige. præcep. in. l. prima, in. §. ſi quis ita, nume. 32. ff. de verbo. obliga. & eſt propoſitio philoſophi, in ſecundo de genera. Dicebat rurſum Bar. in. l. ſpadonem, in. §. qui iura. ff. de excu. tu. quòd imperfecta plura ſimul collecta, eiuſdem generis tamen, iuuant, licèt nihil proſint ſingula, aliàs non, ſi diuerſi fuerint generis. Et Bononien. in capitulo primo, colum. 27. de re. permu. in ſexto, quòd facilius iura impediũt vnam vtilitatem Eccleſiæ, ratione alterius vtilitatis Eccleſiæ, quàm ratione vtilitatis priuatæ, multis rationibus, & iſta maxime. Et Iaſ. in. l. quominus, colum. 23. ff. de flu. quòd ſic inſula ſolo infixa, facilius tranſit, & fit propria vicinorum, prædia cohærentia habẽtium, cum ſit immobilis, vt prædia ipſa, quàm ſi virgultis ſuſtineatur. Et Deci. ſeni. in. l. j. in prima columna in fi. ff. de iudi. vbi etiam Albe. multa ad materiam, columna tertia, quòd augumentum prorogatiuum, procedens à cauſa priuata, efficit, ſicuti difficilis eſt in habentibus diſsimilitudinem, vt contra, ſit facilis tranſitus in habentibus ſymbolum. Et idem Iaſ. in. l. prima, in. §. ſi quis ita, columna quarta. ff. de verbo. obli. quòd teſtamentum in ſcriptis, licèt non perfectum quo ad ſolennitates requiſitas, in cæteris tamen conditum coram ſeptem teſtibus, poteſt ſuſtineri, vt vim habeat nuncupatiui, quia nõ fit tranſitus de vna ſpecie ad aliam valde diuerſam, firmat Cy. Albe. & omnes, in. l. hac conſultiſsima, in. §. per nuncupationem. C. de teſta. Ange. & Imo. in. l. prima, in. §. ſin autem. ff. de hæ. inſti. Bar. in. l. fi. ad fi. ff. de iu. codi. Qui ad propoſitũ dicit etiam in. l. vbi ita donatur. ff. de do. cau. mor. iuncta. l. cum præcario. ff. de præca. quòd ſi fiat promiſsio de non reuocando donationem cauſa mortis factam, propter hoc non viciabitur donatio, ſed reſoluetur in donationem inter viuos, quia ap. donationis, ſaltem large venit quælibet donatio, ſiue cauſa mortis, ſiue inter viuos, ideo facilior eſt tranſitus, quem refert etiam & ſequitur Pic. in. l. Titia, in. §. Titia, colum. 37. ff. de lega. 2.

Et in ſimili Seyſel.in.l.ſtipulatio hoc modo concepta,colum-
na ſecunda.ff. de verbo. obliga. quòd cum legatum donatio
quædam dicatur.l.legatum.j.ff.de lega.j. facile in donationem
ſimplicem tranſire poteſt,in caſu de quo ibi. Et in.l.apud Iu-
lianum,in.§.antiſtia,in.j.ff.ad Treb.quòd licèt tex.in.l.ſecun-
da.in.§.ſi ſub conditione.ff.de bo.po.ſecun.tabu. loquatur in
hærede,locum habebit tamen, & fortius quidem,in fideicom-
miſſario,in quem iura facilius tranſeunt.l.ſi ante.ff.eo.cum ſi-
milibus. Et in.l.in illa ſtipulatione, in.2.ff.de verbo.ob.quòd
ideo in caſu illius legis intelligitur repetita dies, quia vtrun-
que,implementum ſcilicet conditionis,& præſtatio pœnæ,de
pendet à facto promiſſoris, fitque facilius repetitio in his quæ
ſunt ſimilia.Et in.l.licet inter priuatos,in prin.poſt Deci. præ
cep.ſuum,quòd vna ſpecies vltimæ voluntatis,facile tranſit in
aliam,dictumque eſt etiam proxime, ſed non contractus in vl
timam voluntatem,vel è contra. Et Bellame.deci.742. ſuppo
ſito,columna quinta,quòd liberorũ ap.veniũt naturales, quia
cum legitimis maiorem etiam habent conuenientiam, quàm
cum affinibus, licèt enim ſit accidentaliter ſacramenti matri-
monij inter eos defectus,differentiaque legitimitatis & non le
gitimitatis,eſt tamen ſanguinis & naturæ ſimilitudo,quæ tol-
li non poteſt.l.eas.ff.de capi.di.§. ſed naturalia quidem, Inſti.
de iu.na. Et licèt ſymbolum(vt diximus) pro ſimilitudine ca
piatur hic,aliam tamen habet etiam ſignificationem, & inter-
dum collatio dicitur, hoc eſt quòd plures in vnum cõferunt,
immo quòd veteres anulum ſymbolum appellabant, quan-
doque augurium,& pro nota.vel ſigno denique id vnum ha-
bebat quiſquam, eoque in arcanis myſterijs,in bello, & vigi-
lijs caſtrenſibus potiſsimum vtebantur. Symbolum habuit
Marius,Sylla,& Cæſar, Larem Deum, Apollinem Delphicũ,
Venerem genitricem,Papauer ſymbolum fertilitatis erat, A-
donis fructuum, Atys florum, & eiuſdem generis plura, non
aliter referenda. Adde tamen, vt de induſtria ſileamus cæte-
ra,quia iſta delectant maxime,& proſunt,à ſimilitudinibus ad
ſigna tranſeuntes, quòd Socrates, Simias vocabat homines
ratione carentes, ex quo præter humanam formam nihil ho-
minis habet, quòdque ſymbolum Medici præſtantis erit Ae-
ſculapius,barbatus enim pingitur, vt vir, qui iam annos per-
fectæ virilitatis attigit,quoniam ea ars huiuſmodi eſt, vt non
poſsit facile, niſi multo tempore exanclatiſque laboribus, &





diuturna rerum experientia etiam perdiſci. Diuinæ naturæ
vero ignis, propter eius inter cætera elementa excellentiam;
qua de re Io.Damaſce.in lib.de hæreſi, in templis aſſeruari ſo-
lere ſcribit,& capitale ſuperinde, ſi extingui permiſiſſent ſacer
dotes,putantes ſic,ex eo loco,diuinitatem pelli,ſeu potius ex
tingui. Symbolum loquacitatis erit Luſcinia, reuulſis enim
plumis,minimum habet carnium,ſicuti nec loquaces ipſi, præ
ter linguam garrulam,ac verba magnifica,aliud pariter. Sapiẽ
tis & indocti,nudi homines,quia ſi(vt dicebat Ariſtippus) ad
ignotes mittantur,in regionem peregrinam,ſapiens protinus
rem & amicos inueniet, nudus vero pro inſano tenebitur, &
fame peribit. Fui aliquando interrogatus, quoniam certum
atque indubitatum eſt, publicam vtilitatem priuatæ eſſe præ-
ferendam,vulga.l.prima.§.fi.C.de cadu.tol.l.prima.§.& gene
raliter.ff.de ven.in po.mit.not.in.l.veluti, de Iuſti.& iu. ver-
baque ſunt Fabij pulchra, ad populum loquentis. Cæterum
„ non ea veſtra in me maioreſque meos merita ſunt, vt non po
„ tiorem habeam priuatis neceſsitatibus Rempublicam. Et no-
ta Q.Cur.Reguli,aliorũmque exempla, quo modo aliter hu-
iuſce rei poſſet ſymbolum pingi. Scuto reſpõdi, cuidam enim
percunctanti quam ob cauſam apud Spartanos, qui ſcutũ abie
ciſſent notarentur infamia,& Rhipſaſpides appellarentur, qui
galeas vel thoraces non,quia (inquit Demaratus) hæc ſua ip-
ſorum cauſa gerunt,ſcutũ vero communis ordinis gratia. Im
mo ꝙ tria deſignat,cõem(vt diximus)vtilitatem priuatæ præ
ferẽdam eſſe,militem infamem, eſſeq; publicæ vtilitati ſemper
conſulẽdum.Curioſi etiã teſtudini ſunt ſimiles, ſymbolumq;
non ignobile curioſitatis rurſum teſtudo,quæ nimirum ſi ca-
put extulerit,ſibi exitium parat,vt Plutar.ſcribit in vita Flam
minij,dum Achæis reſpondiſſet,ſuo iuri Zacinthiorum Inſu-
lam vendicare cupientibus,vt ab incepto eos deterreret, peri-
culoſum enim eſt vobis,ait,ſi quemadmodum teſtudines, lon
gius à Peloponneſo caput abduxeritis.Si mater filio ſcutum
porrigat,deſignabit adhuc, virtute ac fortitudine bellica eſſe
ſemper vtendum,vt victor ipſum referat, vel in eo moriatur.
Symbolum erit etiam ciuis, æquo animo ſuam conditionem
ferentis,non ignominiam patriæ,ſi ſub haſta à præcone ven-
datur,vt non Laconem dicat à patria,ſed captiuum.& grati a-
nimi,ſacrificans Socratis nomine,gallum gallinaceum Aeſcu-
lapio,quod & ipſe moriens iuſſerat,Apollinis oraculo patris,

ſapientiſsimus omnium iudicatus. Puer lapillos iaciẽs in populum quoque, literis circũquaque poſitis, Caue ne patrem ferias. vt Diogenes dixit aliquando, ſymbolum erit ſpurij & illegitime nati. & quia à multitudine diſſentire, eſt proprie philoſophari, ſi hunc ſignificare volueris, populo theatrum egredienti, atque ex aduerſo admitentem aliquem ingredi, fingere poteris, quod & idem Diogenes quàm ſæpiſsime facere ſolebat. Cucurbita etiam & quercus mediocritatis in omni re laudabilis ſignum eſt, quoniam quæ ſubito creſcunt, nõ ſunt diuturna, vt illa, quæ vero paulatim, vt iſta, ætatem ferunt. & ad idem Theopompi hiſto. nota eſt, Pylijs ſic reſcribentis, cum publico decreto ſibi tribuerentur maximi. Mediocres tempus auget, immodicos abolet. Bal. noſter conſi. 486. ſtatutum, col. 2. vol. 2. æquitatem cùm legis, tũ Iudicis, & boni viri, columnam in medio parietis poſitam eſſe debere, ait, non in angulo, quia ſic partiales fautores eſſent, lõge alienum à ratione l. rem non nouã. C. de iudi. Capra ſtoliditatis ſymbolum eſt, quia ab igne repulſa (author eſt Alber. magnus, de anima.) cũ ardent caulæ, in ignem recurrit, & ſi à lupo rapiatur, non fugiunt cœteræ, ſed eriguntur, & aſpectu ſtolido admirantur. Vidi Romæ picturam hominis equo currentis, quaſi pluuia demerſi, literis circũquaque appoſitis, Deſinet aliquãdo pluere. quam dixi Fortunæ aduerſæ ſignum, ſiue ſymbolum eſſe, quòdque non aliud ſibi vellent verba prædicta, prouerbij loco vſurpata, quo Fabius iuſti. lib. 6. vſus eſt, ibi, cùm ei renunciatum eſſet, ideſt cùm paſſus eſſet in magiſtratu petẽdo repulſam, aliquando deſinet pluere, ideſt Fortuna deſinet mihi aduerſari. Symbolum Principis, commodis ſubditorum populorum inuigilantis, Gruarum Rex eſt, qui (vt idẽ Alber. magnus refert) aperto capite dormit, non ſub alis poſito, quemadmodum aliæ, vt inſidijs obſiſtat, & dormientes vociferando excitet, & nobilis abſque diuitijs, lyra abſque fidibus, ſicuti & fides ſine operibus, quæ mortua eſt, de quo dixi proximo capite ſatis. Cythara etiam eorum ſymbolum eſt, qui de virtute loquuntur, nec recte viuunt, idemque quod hypocriſis, ex quo pdeſt alijs, & delectat, ipſa vero nec audit nec ſentit quicquam, deque his nonnihil etiam ſupra. Si quis rurſum anulum ſignatorium alteri admoueat, orique eius imprimat ſignũ hoc geſtu, vt Hephæſtioni Alexander, cũ ſecum matris literas legiſſet, calumnias aduerſus Antipatrum continentes, vt arcana

contineat



contineat admonebit. Leo etiam CHRISTI Regis inuictiſsimi typum gerit, iux. illud Apoca. 5. quod non aliud ſignificat. Vicit Leo de tribu Iuda, radix Dauid. Leo inquam malis bonis, agnus. Leonum catuli vero, de quibus Pſal. 103. Poſuiſti tenebras, & facta eſt nox, in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli Leonum rugientes, vt rapiant. malorum Dæmonum, prauorum hominum, & eorũ qui ſunt miniſtri Antichriſti. Et ſicuti Tauri Doctorum ſunt ſymbolum, ſua eruditione terram colentium, vt pulchre Pau. 1. ad Corin. c. 9. ſentit, quando dicit, Scriptum eſt enim in. l. Moyſi, non alligabis os boui trituranti. & ſapientis Sol, ita mentis humanæ inconſtantiã Luna deſignabit. Vnde eccleſias. 27. Homo ſanctus, in ſapientia manet, ſicut Sol, ſtultus vero, ſicut Luna mutatur. Bubalo etiam, circulo naribus iniecto, vt Romæ, notari poteſt, à via errantes, monitionibus eſſe comprimendos, vt reſipiſcant, & ad rectam viam reuertantur, in qua erãt prius. quod quàm veriſsimum ſit, ex verbis Regum. 4. c. 19. licet intelligere, quæ ſunt. Inſaniſti in me, & ſuperbia tua aſcendit in aures meas, ponam circulum in naribus tuis, & camum in labijs, & reducam te in viam per quam veniſti. Molles quoque & effœminatos Græci viros, leporis vocabulo notare ſolebant, adeo vt lepus horum hominum etiam ſymbolum ſit, cuius rei argumentum maxime præſtat Comicum illud. Tute lepus es, & pulpamentum quæris? & ſuperborum, ſeque amplius extollentiũ Cedrus, quia Eſaiæ. 2. dicitur, Dies Domini exercituũ, ſuper omne ſuperbum & excelſum, & ſuper omnem arrogantem humiliabitur, & ſuper omnes cedros libani. Et verbi Dei, lucerna, qua non ambulent vigilantes in tenebris, nec in erroris labirintum incidant. & ſcribitur ad propoſitum, Pſal. 118. Lucerna pedibus meis verbum tuum, & lumen ſemitis meis. Scindere veſtes rurſum in ſacris literis, & comam tondere capitis, ſignum erat luctus. Iob enim ille ſanctiſsimus vir, cum multa ſibi mala nunciarentur, vt. c. j. legitur ſurrexit & ſcidit veſtimenta ſua, & tonſo capite corruit in terram, adorauit, & dixit. Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc, Dominus dedit, Dominus abſtulit, ſicut Domino placuit ita factum eſt, ſit nomen Domini benedictum. & quia longum eſſet perſequi omnia, non diuagabor amplius, ſed pedem referam, vel ſi liceat ſummatim adhuc aliqua dicam quòd incorrupti Iudicis ſymbolum, erit etiam num, Regis ſedẽtis,

obturataque

obturataque aure cauſam agentem audientis, vt aliam aduer-
ſario ſeruet, Alexandri Macedonici hiſto. nota eſt. Aduleſcen-
tis, orationem præceptoris meditatã, recitantis, pſittacus. Ora-
tionis, verborũque inanium, cupreſsi, quia arbores ſublimes
ſunt & pulchræ, fructum tamen non afferentes. Doloſi homi-
nis & inſidiatoris (vt Aelianus ait, de va. hiſto.) polypus. Glo
riæ, gallus gallinaceus, & vigilantiæ pariter, quã ob rẽ Aeſcu-
lapio etiam aſcribitur. Cuſtodiæ, anſer. Timoris, leo & galius
ſimul, quem natura ille perhorreſcit. Auaritiæ, lupus. Auari,
Tantalus. Regulæ, clauis, qua literarum & ſcripturæ ſenſus a-
periuntur. Carnalis hominis, vultur. Guloſi, Cygnus. Hære-
tici, cetus. Mundi, Pan Deus Archadiæ. Ingrati pelicanus. Hy
pocriſis, ſtructio. Præſagij, delphinus. Temerarij, Falco. Tirã-
ni, ſus. Impudẽtis, coruus. Velocitatis, accipiter. Famis, ſitis, &
ſomni, cerberus. Pulchritudinis, narciſſus. Ocij & tranquilli-
tatis, Bacchus. Iactantiæ. chamaleon. Fati, canis currui alliga-
tus. Magiſtratus, ſpeculum. concordiæ, cornix. Cõſilij, Vlyſ-
ſes. Auxilij, Diomedes. Infamiæ, atramentum. Inanis gloriæ,
hydrops. Fortunæ, ſchala, & pulcherrimum, quidem ne ob ip-
ſius ſucceſſus intumeſcamus, quia vt libet dat, & eripit, quod
bene vtraque, omni alio exercitatior Demetrius ſic expreſsit,
tu me extuliſti, tu ipſa me rurſum deijcis & præter hæc, multo
plura etiam ſunt huiuſmodi, quæ ſi ſcire volueris, via iam oſtẽ
ſa, quaſi lumine quodam tibi ipſi labore comparabis.

## *Ad .l. merito .ff. pro ſocio.*

## Bonus. 3.

PRAESTAT nobis argu. Vlpi. lib. 30. ad Sabinum, cuius ver
„ ba ſunt hæc, & ſanè plærunque credendum eſt, qui partis Do-
„ minus eſt, cum iure potius ſuo vti, quàm furti cõſilium inire.
„ quòd ĩ dubio quilibet præſumitur bonus, vnde infinitæ pro-
pemodum eliciuntur deciſiones, ſeu determinantur, Si primũ
dixeris tamen eſſe verum, vbi de præiudicio alterius nõ agi-
tur. Abb. in c. cum in iure peritus, in prin. de offi. de. Fortu. de
vlti. fi. nu. 257. Alex. conſi. 78. viſis, col. j. volu. 4. Gemi. conſil.
16. Geminianus, col. 3. vel ſi rurſum ageretur, de aliquo pro-
mouendo, vel de ſalute animæ, quia tunc ſecus, & hoc vltimo
caſu eſſet tutior via eligenda. c. iuuenis. de ſpon. idem Abb. in
c. fi.



c. fi. de obſer. ie. Ancha. conſ. 411. & prima facie, col. 2. & quòd
ſi agatur de aliquo promouendo, bonitas nõ præſumatur. di-
ſputant Scriben. in. c. fi. de præſump. & in ſpecie Cardi. in cle. j.
in. 2. not. de cõceſsio. præben. quod etiam declarari debet, ad-
huc verum eſſe, ſi de aliquo defendendo agatur, non in actore
aliter procedere, vt per Bar. in. l. qui iuraſſe, in. §. ſi pater. ff. de
iureiur. aliquid Soci. conſi. 13. inſignis Doctor, nu. 27. volu. 4.
Deci. in. l. ſi emancipati, in. 3. not. C. de colla. idem Sauilia. con-
ſil. 57. nullo modo, nu. 6. vol. 1. Ro. conſi. 304. plura, colum. 2.
idem Soci. conſi. 57. eadem, col. 3. vol. 3. Dec. in. c. ſuper literis,
col. 5. de reſcrip. Iaſ. in. l. non ſolum, in. §. ſciendum, col. 3. ff. de
no. oper. nun. Burg. præcep. in. c. cum dilecti, colũ. 5. de emp. &
ven. Dixit igitur ad propoſitum etiam Feli. in. c. j. in. 5. colũ. de
offi. de. quòd in dubio nemo præſumitur velle delinquere. id-
que etiam idem Soci. conſi. 15. inſignis Doctor, in fi. eo. lib. &
cap. conſi. 2. fuit quidam, col. 9. ad medium. & vterque in not.
q. & Bar. in. l. gerit, in hærede loquens, in. 5. col. ff. de acqui. hæ.
& Veronen. in tracta. de ſerui. vrba. præd. c. 39. de ſolo & area,
col. 2. ad declarationẽ. l. altius. C. de ſerui. & aqua. quòd in du-
bio vicinus non præſumitur ædes ſuas tollere, etiam ſi vſque
ad cœlum tollat, ad æmulationem vicini, hac ratione. & Iaſ. ẽt
in. l. quominus, col. 7. ff. de flum. & tollere dixi, quia eleuare, vt
barbare loquentes dicunt in. d. l. altius, eſt diminuere, & Bald.
noſter in. l. j. in. 4. col. vbi etiam Iaſ. in. 5. C. de ſer. fu. & Deci.
in regu. conſilij, in. 3. & . 4. ff. de regu. iu. & Alex. con. 126. quo-
niam, col. 2. vol. 4. & conſi. 127. in prin. eo. lib. quòd vbi conſi-
lium poteſt veriſimiliter ſe habere ad bonum & ad malũ, de-
bet ſemper in meliorem partem capi, quia ita etiam interpræta
tur lex, & plenius idem Bal. con. 382. in quæſtione, col. j. quòd
nemo præſumitur fraudem vel dolum committere, quòdque
præſumitur in dubio bonum & non malum. & facit text. in. l.
dolum. C. de dolo. & in. l. quotiens, in. §. qui dolo. ff. de proba.
& in. l. ſi maior tranſegiſti. C. de tranſac. idem Bald. conſi. 276.
caſus, in fi. vol. 3. Ancha. conſi. 388. in caſu, col. j. Nel. in tracta.
banni. q. 78. quæritur, in. j. par. 2. tempo. col. 2. & in. 1. parte. 3.
temp. in. j. q. in prin. Sauilia. conſi. 9. accuſatur, nu. 19. vol. j. idẽ
Bal. conſi. 494. ſciendum, in fi. vol. 1. & ad regulam quòd qui-
libet fidedignus & bonus præſumatur, Soci. conſi. 11. in cauſa,
ad fi. volu. 3. Idem Bal. conſi. 229. verba, col. vlti. volu. 2. quòd
eſt præſumptio nobilis, quòque locum non habet in fœnera-
tore,

tore,vt gratis mutuo dare credatur, ex quo mores eius con-
trarium indicant,immo clare oſtendunt.l.non omnes.§.à bar
baris.ff.de re mili.c.illo vos,de pigno.& erit alia declaratio, vl
tra ſupra dicta.& Nicola.Mil.in.§.diſpẽſatio,nu.54. quòd di-
ſpenſatio facta ſuper impedimento affinitatis,valet, quòdque
in vim eius poteſt diſpenſatus matrimoninm contrahere,licèt
in diſpenſatione nulla fiat mentio impedimenti publicæ hone
ſtatis,poſt Guliel.de mon.lau.in ſacramen.ſuo ad fi. cõtra Io.
in arbo.affi.& fuſius vt per eum,& Deci. conſi.6. cõſyderatis,
col.1.volu.1.quòd officiales rationem reddentes adminiſtra
tionis,ſi bonam reddiderint,non præſumentur lucrari ex bo-
nis Domini,quia præſumptio eſſet turpis, nec in dubio fieri
debet,& probatur in.l.ſi defunctus.C.arbi.tute.& Tort.conſ.
ad fauorem Flo.popu.facto,incip.viſa, col.4.&.5.quòd præ-
ſumptio ſemper capi debet,quæ ſit excluſiua delicti. idẽ Curt.
ſeni.conſi.50.memoriæ,nu.393.& Seyſel.in.l.vt vim, in repe.
col.18.ff.de Iuſti.& iur.Butige.præcep.in.l.j.in.§.ſi ſtipulanti,
col.6.ff.de verbo.ob.Gram.deci.18.in cauſa,nu.5.glo.in.c.cõ
ſtitutus,de reli.do.Alcia.in tracta.præſum.in.3.regu.in princ.
& Cremen.in ſingu.126.mortuo, quòd ſi vxor,marito mor-
tuo,concubina efficiatur ſcholaris, & inde naſcatur puer no-
uem menſium, natus præſumetur primi mariti, vt ſit legiti-
mus,nõ ſcholaris,poſt Bal.in.l.ſi mater.C.de ſuis & le.& pro-
batur in ſpecie,in.l.miles,in.§.deſuncto.ff.ad legẽ Iu. de adul.
Barba.conſi.58.ſapienter, col.1.uol.2.Bal.in.l.filium, in.2.ff.
de his qui ſunt ſui vel alie.iu.fuſius Albe.ibi,in.3.idem Bal.di-
cens amplius,tex.prædictum, eſſe ad hoc vnicum, conſi.279.
punctus,in fi. vol.3.& conſi.74.verba, col.2.vol.1. & Pau.de
caſ. cõſi.115.ſuper primo,nu.7.vol.1.& Cap.cõ.2. fuit quidã
nu.1.citatus etiã ſupra ad aliud,vt in ſimili Bald. adhuc,in.l.ſi
matre.C.de ſu.& leg.& Cur.iuni.cõ.31.præſupponitur nu.3.
niſi(& erit egregiũ dictũ,ſi verũ eſt) naſcatur filius claudus,lu
ſcus,vel aliter viciatus,quia tunc ex concubinatu natus præſu
metur,quod poſt Barba.in.c.in præſentia,col.70.de prob. ex-
clamant Bononien. in ſingu. nouis.530. propter peccata. Et
ad propoſitum noſtrum redeuntes, determinatur etiam.q.ſi
ex forma ſtatuti occidatur bannitus ab eo qui cum occiſo ha-
bebat inimicitias capitales,vt potius occiſus, ratione ſtatuti,
& nomine reipub.quàm vindictæ priuatæ,videatur,de quo a-
liàs in.l.fi.C.de dela.lib.10.Bar.in.q.Lucanæ ciuitatis, col.pe.
tradit



tradit ad longum Gerar.Pet.ſanc.in ſingu.14. notant Bart. &
alij,in.2.col.& aliam Alex.conſi.175.inſpecto,in.5. volu.2. ſi
electo in epiſcopum objiciatur,ipſum eſſe venatorem, quòd
exceptio in meliorem interpretabitur partem, quod factũ eſt,
recreationis cauſa factum fuiſſe & ſic licite, per hanc.l.& per
tex.in.c.j.de re iudi.& Oldra.conſi.246.q.eſt, nu.4.quòd be-
nedictio ſolennis,quæ eſt actus promiſcuus à ſacerdote factus
benigniorem interpretationem accipiet,vt facta videatur, nõ
tanquam ab electo,ſe adminiſtrationi illicitæ immiſcente, ſed
ab eo,tanquam à ſimplici ſacerdote,& Soci.conſi.102.in prę-
ſenti conſultatione,col.j.ad fi.volu.j.quòd nec etiam Iudæus
præſumitur delinquere,& blaſfemare Deum, dicendo quòd
Deus non poteſt facere,quòd ipſe fecerit id quod non fecit.
Tamen aduerte,quia de malo hominẽ non poteſt niſi malum
ſuſpicari,vt probat Seyſel.in.d.l.vt vim, coſũ.21.ſignanter in
Iudæo locutus.ff.de Iuſti.& iu.idem tamen in alio quàm Iu-
dæo dixit Alex.conſi.15.viſo,col.2.volu.3.Dixit etiam Sicu.
in.l.in illa ſtipulatione,col.3.ff.de verbo.obl. quòd negligẽtia
pariter non præſumitur,ex quo culpa eſt. quæ peccatum nu-
trit,& Imo.in.c.j.in vlti.col.de procu.quòd prælatus nõ præ-
ſumitur in dubio litem fingere.& notum eſt,ſicuti quis bonus
præſumitur,vt hic,quòd ita præſumitur idoneus,niſi contra-
rium probetur.c.j.de ſeru.c.fi.de præſump.& not.aliàs in reg.
cancella.65.item voluit.& hoc idem forte dubium faciebat in
l.reum criminis.C.de procu.& dicit rurſum Nicol. in cõcor.
Bar.337.operæprecium, col.4.quòd nõ pręſumitur Iudex ma
le facere,quòdque iſtud in conſyderatione eſſe non debet, &
probatur in.c.in præſentia,de renun.& in.l.Herennius, in.§.
Caia.ff.de euic.nec etiam arbiter,vt inquit Deci.in. c. quoniã
contra,col.4.de proba.& quòd in prelatis peritia pręſumatur,
& Iudicibus pariter Ancha.conſi.224.iſte,col.2.& Aret. con.
113.in præſenti conſultatione, in fin.quòd nemo præſumitur
velle conſequi,indebitum,quoniam iſtud eſſet delinquere. &
conſi.9.eleganter,col.j.quòd verba debent ſemper accipi, vt
non ſonent delictum,vel dolum.& idem conſi.160.longa eſt,
col.9.& Moder.Hiſpa.in rub.de do.inter vi.& vxor.in.8.col.
quòd donatio facta à ſponſo ſponſæ, non præſumitur facta
contra legis prohibitionem.nonnihil Seyſel.in.l. ſi diuortio,
col.2.ff.de verbo.obliga.eſt verum,licèt quis bonus præſuma
tur,niſi probetur malus,quòd non tamen ſic præſumitur bo-
na fides

na fides,ex quo oportet quod quis habeat iuſtum titulum,vel quòd probabilibus rationibus ſibi poſſeſsionem quæſierit,& quòd longo tempore etiã in poſſeſsione fuerit l.2.l. liberis.§. ſi.ff.de libe.cau.l.poſsideri.§.ſi ſeruum.ff.de acqui.poſ.Abb.in c.cum eccleſia Sutrina,col.7.de cau.poſ.& pro. niſi in caſu vt infra Bar.in.l.ſi.numero.15.C.vnde vi. Bald.conſil.287. dicta mulier,colum.1.volumi.4.Soci.38.in cauſa, col.2.volumi.3. Odof.in.l.verius.ff.de proba.idẽ Bal.cõſi.89.dominus, col.2. vol.j.Dicit ẽt idem Bar.in.l.creditores.nu.4.C.de pign. quòd ſi creditor poſſeſsionem rei ſibi obligatæ ingrediatur, præſumetur in dubio potius ingredi.iuris ſui cõſeruãdi gratia, quã cauſa inferendi alij iniuriã, aliquid Bald.in.l.in poſſeſsionem. C.ad legem Iuli.de ui. & Veronen. conſi.4.viſa quærela, col. 3.Saly.in.l.aduerſus, in prin.C.fa.her. Ancha.conſi. 142.clarior,col.3.Alex.conſi.103.videtur,in prin.vol.j. Old. conſi. 370.in quæſtione,col.3.Calca.conſi.49.contra commune, in prin.Et Ro.conſi.68.viſis, col.2.ſi ſint duæ præſumptiones, quarum vna, ſit doli incluſiua & fraudis, altera vero excluſiua,quòd excluſiua potius quàm incluſiua debet attendi.Idem que Ias. in.l.non ſolum, in.§.ſciendum.in ſi.ff. de no.o. nun. Flo.in.l.ſi dominus, in ſi.ff.ad legem Aqui.Gui.pap.deci.273. vtrum,in prin.Niſi ſimus in his, quæ ſunt de genere prohibitorum,quia tunc ſecus.l.j.C.ad legem Cor.de ſica.multa Deci.in.c.in præſentia,col.8.de proba. Et mirabile eſt adhuc,ſi dicat hæres,tantum eſſe in hæreditate, quòd dicto eius ſtandum eſt,quòdque eſt pro ipſo præſumptio, quia de iure fforum, ſi alienam rem occultaſſet, priuabatur Falcidia in illa re. l. ſcriptum.ff. de his quib.vt indi.ideo in dubio non debet præſumi id feciſſe,ex quo incurreret delictum & pœnam, vt hic, Alex. in.l.ſi.in.§.licentia,in prin.C.de iu.deli.Cro.in.l.ſi conſtante, col.14.ff.ſolu.ma. & de materia aliàs in.l.cũ de lege.ff.de proba.& in.d.l.ſi conſtante, in.j.q.j.par.& in.l. decem, de verbo. ob. Qui dicit etiam conſi. 194. perſpectis, col.2.vol.6.quòd nemo præſumitur velle moram committere, quia eſt delictũ. & probatur in.l.ſi plures. ff.de admi.tu.idem Alex. conſi. 92. perſpectis,col.5.vol.j.Ro.cõſi.247.primo, col.2.idem Alex. in.l.non hoc, col.pe.C.vnde legi. & Pau. Citadi.in tracta.iu. pat.in.3.par.in.5.cau.acqui.in.j.q.col.3. quòd qui ſucceſsit in ius alterius,iuſtam habet ignorantiæ cauſam, quòdque præſumere debet, ipſum habuiſſe bonam fidem, ex præſumptione huius



huius legis, ad effectum, de quo ibi.Et Bal.in.l.cum oportet, in.3.col. C.de boniſque libe. quòd lucrum potius licitum, quàm illicitum,præſumi debet. Et Veronen.conſi.j.col.3. ꝙ in rixa præſumitur quis fuiſſe,non cauſa delinquendi, ſed intermediandi potius,ſi pura ſit, nec aliud ex actis appareat. Et Paui.in cauſa beati Simeo. Reuerende pater, col.19.ſi reus in tormentis moriatur, nec appareat Iudicem modum exceſſiſſe,quòd officialis non tenebitur, quia præſumitur zelo Iuſtitię & officij proceſsiſſe,immo poſt Gui.de Suz.firmat plus, quòd non tenebitur etiam ſi de aliqua culpa appareat, in.l.j. C.de emen.ſer. Idem Iaco.de Belui. in prati. ſua cri. de quæſtio. col.17.glo. in.c. hoc etiam placuit. 2. q. 6. nonnihil Bal. conſi.494. ſciendum,in ſi.vol.j.Dicit etiam in not.caſu Areti. conſi.60.excell. Doctor,col.2.quòd nõ præſumitur quis velle interrogantẽ decipere. & Bar.in.l. Fluminum,in.§.item videmus, in prin.ff.de dam.infec.quòd ſi quis fodit, vt in ſimili dicebam etiam ſupra ad.l.altius. C.de ſerui.& aqua.non præſumitur fodere animo nocendi vicino. nouiſsime Gui.pap.in furno,deci.298.vtrũ, in prin. Idẽ Bar.in.l.qui iuraſſe, in prin. ff. de iureiu. quòd ſic nec quis deierare velle videtur. & nimirum,quia periurus magis peccat, quàm homicida,grauiuſque peccatum eſt, quàm voti tranſgreſsio, nec alium vltorem habet,quàm Deum.l.2.C. de reb.cre.glo.religione,Inſti.de pœ. te.liti. & in prohe. in verbo tramites, co.lib. idem Bar.conſi. 217.ad declarationem, Diuus Tho.2.2.q.89.arti.8.Dicit etiã in.l.non ſolum, in.§.ſed vt probari, in.j.col.ff.de no.o. nun. quòd in delictis pariter, quid factum tempore licito intelligere debemus. Et in.l.ſi quis mihi bona, in.§. pater.ff.de acqui. hæ.ſi dixero,vindicabo me de tali,iſque mortuus inueniatur, quòd non præſumetur à me occiſus,niſi alia concurrant, ex quo debet intelligi,vindicabo me de iure, non de facto,in partem benigniorem, vt ibi, & in.l.j.vbi glo.& Alex.col.2.C.de his quib.vt indi.Ias.in.l.rogaſti,in.§.j.col.pe.ff.ſi cer.peta.nõnihil Seue.de debi.fugi.in 10.q.princi.ad ſi. & appellatur tranſpoſitio,licèt hoc Ias.in.d.loco non intellexerit, aduertit Zaſi.in commenta.ad Heren.& bene. Et ad ſupra dicta quòd nemo præſumatur velle delinquere, addenda eſt ratio, poſita in l.ſi.C.ad legem Iuli.repe. quàm tradit Bal.in.c.cum in iuuentute, in prin.de præſump. ne videatur immemor ſalutis æternæ, ſed memor præſumatur potius, iuxta illud, Quid enim prodeſt

„ prodeſt homini, ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero „ ſuæ detrimentum patiatur? aut quàm dabit homo commu- „ tationem pro anima ſua? Matth. 16. c. Et ad propoſitum, non mirum eſt, ſi qualitas hæc bonitatis præſumitur, & ſi neganti incumbit onus probandi, quia intrinſeca eſt, & naturalis, ad extrinſecæ & accidentalis differentiam, vt declarat Flo. & Fulgo. in. l. 2. in. 2. col. ff. de proba. Niſi clericus abſit ab eccleſia, vel ab vxore maritus, quia tunc (& erit alia declaratio) abeſſe pręſumentur ex iniuſta cauſa, ſecundum Bar. in. l. ſi eum ſeruũ, in. §. ſi. ff. de fideicom. liber. Sentit etiam Bal. alibi, conſi. 95. regula iuris eſt, col. j. vol. j, quòd quis bonus & malus præſumatur, ex patria, ex patre, ex conuerſatione, & ex magiſtro, à quo educatus ſit, & probatur in. l. quod ſi nolit, in. §. qui mancipia. ff. de ædi. edic. & vt per eum fuſius. Et Rui. præcep. conſi. 6. viſa, numc. 4. volu. 5. quòd præſumptio huius legis ceſſet ſequuto delicto, & nimirum, quia tunc nõ dubitatur, ex quo res eſt clara. Et quòd etiam vbi alia coniectura capi poteſt, quam donationis, vel delicti, ſeu doli, illa capi debeat, in not. caſu ponit Alex. conſi. 18. conſyderatis, col. 2. vol. 3. Et conſi. 2. ex narratis, col. 3. volu. 4. quòd Dominus feudi non debet præſumere vaſallum eo in ſcio feudum alienaſſe, & Iaſ. in. l. ſingularia, in 19. ff. ſi cer. pe. quòd notarius in dubio præſumitur potius erraſſe, quàm falſum commiſiſſe. Et idem Alex. conſi. j. colum. 6. vol. 2. quòd Iudæi fœnerantes cum licentia Principis, & perſeuerantes, videntur voluiſſe capitula renouare, ne aliàs interdictum miniſterium videatur exercere. Et Ancha. conſi. 162. in quæſtione, in fi. quòd in dubio ſi poteſt epiſcopus per præſumptam vnionem factum ſuum excuſare, in caſu de quo ibi, id ipſum præſumi debet potius, quàm negligentia, vel delictũ. Et conſi. 164. de iuribus, col. 2. quòd in magnifica & populoſa ciuitate, ſententiæ & ſubhaſtationes officialium, debent præſumi iuſtæ, & non factæ in fraudem communis, & onerum iuſte impoſitorum, niſi contrarium doceatur. Et conſi. 179. prima facie, in prin. quòd in delictis maxime, debet ſemper hæc interpretatio benigna fieri. Subijciens ibidem, in fi. ſignanter declarando iſtum tex. & tex. in. l. abſentem. ff. de pœn. quòd in pœnis infligendis loquuntur, in quibus ſine dubio abſtinere eſt ſanctius. Et conſi. 189. tribus, col. vlti. quòd credendum eſt potius teſtibus concordantibus cũ præſumptione naturæ, quòd aliquis ſit bonæ cõditionis & famæ, quàm deponentibus cõtrarium



trarium. Et paulo inferius ibidem, ſumpto arg. ex. l. fi. C. arb. tu. quòd ĩ dubio, iuſtis de cauſis, acquiſitio potius facta, quàm illicite præſumi debet, & conſi. 252. frater chariſsime, col. 2. quòd in omni materia præſumptionem delicti & illiciti euitare debemus, & præſumere, cùm poſſumus, aliquid iure factum potius, quàm iniuria, & conſi. 309. videtur, cõl. j. quòd non debet præſumi delictum contra abſentem non vocatum. Nec prætermittenda eſt praticabilis Bar. deciſio, in. l. item quæritur, in. §. qui impleto. ff. loca. quòd ſi colonus in conductione remaneat, ex parte eius præſumitur conſenſus reconducendi, ne aliàs delinquere videatur, quòd non eſt præſumendum. Et Feli. in. c. quoniam cõtra, col. 26. de proba. quòd in dubio pręſumitur pro teſtibus. Dicit etiam Iaſ. in. l. non ſolum, in. §. ſciẽdum, in fine. citatus quoque ſupra. ff. de no. op. nun. quòd defenſio rei licèt non concludat, reddit tamen dubiam probationem accuſantis. Deci. in. l. non hoc, col. pe. C. vnde legi. & Ancha. conſi. 339. pro maiori, col. 6. quòd licèt mulier de ſtirpe Regali poſsit nubere plebeo, ita vt Regnum in ſtirpem ſordidam deriuet, non tamen eſt pręſumendum quòd hoc faciat. Et conſi. 411. & prima facie, in fi. quòd notabilis præſumptio, de qua hic, ex quo eſt iuris, leui præualet. facit tex. in. l. diuus. ff. de reſti. in inte. Et conſi. 434. ex narratis, col. 2. quòd quis ad ſtipulandum adhibitus præſumitur vt miniſter, vt vitetur præſumptio doli & fraudis. Et Ro. in furti delictum neminem incidiſſe præſumendum eſſe, conſi. 159. ſuper eo, col. 2. & Alexã. conſi. 125. viſa, col. 3. vol. 4. Iaſ. in. l. ſub prætextu, col. 3. C. de tranſac. Et idem Ro. conſi. 226. vltra, col. 2. quòd nemo præſumitur fœnerator, niſi probetur. Bald. conſi. 39. proponitur, col. 2. vol. 3. Idem Roma. conſi. 320. hæc iſtorum, in fi. quòd quãdo quis actum exercere poteſt duplici ex capite, vno quo liceat, alio non, ſemper ex eo præſumetur, quo licet. Idemque Gemi. conſi. 26. Geminianus, col. 2. & Ro. adhuc, conſi. 353. quo ad primum, in fi. quòd in digniorem partem ſemper debet verſari pręſumptio. Et Cro. in tract. de teſti. nu. 299. quòd probatio ambigua debet interpretari ita & taliter, vt euitetur delictum. Et Rota deci. 48. valet citatio, colũ. 2. in nouis, in fi. quòd citatus ad domum, in culpa potius, quàm in dolo eſſe præſumetur, & Bal. ad idem in. l. properandum, in. §. & ſi quidem, col. 2. C. de iudi. & Alex. conſi. 88. eximie, col. 3. volu. 2. quòd non præſumitur quem animum habuiſſe mutandi cauſam

ſam poſſeſsionis de nulla in aliquam. Et conſi.62.viſa,colum. j.eo.lib. quòd in quacunque lata poteſtate, dolus exceptus dicitur, ex quo etiam non præſumitur regulariter, vt hic, & in.l. quotiens, in.§.qui dolo.ff.de dolo. Et Imo.in.c.j.in.12.&.14. col.de his quæ fi.à ma.par.capi. quòd ſi duo iurant ſe accipere in vxorem, & poſtea communi conſenſu quilibet contrahat cum alio in illo inſtanti, præſumendum eſt, quòd velint ſe abſoluere, ne periurium incurrant, quod eſt delictum. quòdque glo.in.l.cum pater, in.§.filius matrem.ff.de lega.2. quòd iuramentum habet vim clauſulæ derogatoriȩ, procedit quo ad vtilitatem actus, non quo ad illaqueandum ad periurium. Et Soci.conſi.16.in cauſa, col.2.volu.3.quòd alienatio præſumitur in dubio potius ex cauſa neceſſaria & legitima facta, quàm voluntaria & minus legitima. Dicebat tamen Bal.in.l. qui ſtipendia, col.j.C.de procu. quòd ſi ceſsio facta ſit clerico, vel aliter potentiori, præſumetur ſemper facta in fraudem, niſi tamen facta ſit coniunctæ perſonæ, quoniam tunc fraus nulla præſumetur. Et in.l.inciuilem, ad ſi.C.de fur. quòd licèt res furtiua ſine titulo apud aliquem reperiatur, nō propterea ille fur prȩſumetur, contra Placen. Et in l.ſi.in pe.col.C.de acquiren.po. quòd de poſſeſsione diſcedens, bono animo diſceſsiſſe præſumitur. Et Iaco.de Belui.in crimi.prati.ſua, de quæſtio.in.5.colum. quòd quamuis fuga faciat quem ſuſpectum, ſecus tamen eſt, vbi poteſt allegari iuſta cauſa recedēdi. Et ad Bal. noſtrum redeuntes, dicit ad idem, in.l.j.in ſi.C.de condic.ob cau. quòd id quod poteſt fieri circa delictum, nunquam includit delictū. Et in.l.moueor.C.ſi ſer.expor.ve. quòd non præſumitur, vt ſæpe dictum eſt, quòdque hominis intellectus debet eſſe benignus. Et in.l.ſi.C.de ſecun.nup. quòd ingratitudo non præſumitur, quòdque eſt probanda liquido, & quòd ſi probatio dubia fuerit, iuramentum in ſupplementum deferri non poterit. Et in.l.j.in prin.C.de cu.furio. quòd extra naturam eſt, quem eſſe prodigum, vel furioſum, quòdque non prȩſumitur, & probatur in.l.nec codicillos.C.de codicil. Et in.l.j.col.4.C.ſi quis. omi.cau.teſta. quòd in repudiante non præſumitur dolus, ex quo naturali præſumptione, quiſque bonus præſumitur, ex naturalibus principijs, quæ bona ſunt. Et Areti conſi.63.in præſenti conſultatione, col.4. quòd tutor faciens id, ad quod tenetur, nomine pupilli facere videtur, quoniam aliàs præſumeretur velle delinquere. Et conſi.80.ſicut decet, col.3. quòd





actus qui poteſt fieri reſpectu maioris vel minoris delicti, quādo æqualiter ſe habet præſumptio ad vtrunque factum, parte hoc aſſerente, ſemper prȩſumitur minus delictum commiſſum fuiſſe. Et Corne.conſi.277.ad euidentiam, col.2.volu.4. quòd mens debitoris, creditum præſcribentis, non præſumitur corrupta, quòd hoc idem cum peccato facere voluerit. Et Calca. conſi.36.viſis, col.4. quòd quando aliquis poſsidet, præſumitur iuſte & licite poſsidere. Et Bal.in.l.j.in fi.ff.de legi. quòd non præſumitur malitia, vbi poteſt eſſe Iuſtitia. Et conſi.250. in quæſtione, col.2.vol.j. quòd ſi probetur colloquium occultum inter aliquos, in dubio id in bonam interpretabitur partem. Sauilia.plene conſi.6.plura, col.vlti.volu.j. & de materia aliàs in rub.C.de eden. & quòd non præſumatur etiam culpa, ſicuti nec præſumitur dolus, tradit glo.in.l. ſi quis ex argentarijs, in.§.ſi.ff.de eden. Bar.in.l.ſi creditor.C. de pi.ac. Bal. conſi.148.factum, in prin.vol.2. idem Sauilia.conſi.8. Aimo, nume.20.eo.lib. ego fuſius in.l.quotiens, in.§.qui dolo.ff.de proba. niſi factum extrinſecus contingens inducat præſumptionem in contrarium, vt idem Bal.declarat, conſi.149.diligentiam, in ſi.eo.lib. ſiue ſit in faciendo, ſiue in omittendo, in.c.j. in prin.de feu.ſi.cul.non amit.in vſib. Qui dicit etiam in.l.itē lapilli, col.j.ff. de re.di. quòd quicunque impugnat aliquid factum, quod poteſt fieri iuſte & iniuſte, debet probare cauſam, quare ſit iniuſtum. Et in.l.obſeruare, in.§.poteſt, in.5.col.ff.de offi.procon. quòd id per quod delictum diſtinguitur à nō delicto, debet probari clare. Et in.l.ſolent, in.§.ſi.colum.2.ff.eo. quòd duabus coniecturis cadentibus ſuper eodem, illa prȩpōderat, quæ ſapit minus abuſionis & dilapidationis. Et Picus in.l.in quartam, nu.142.ff.ad legem Fal. quòd in filio non prȩſumitur vicium ſubtractionis, de quo in.l.non eſt dubium.C. de lega. Et quòd in delictis ſemper ſit præſumptio pro eo, qui excuſat, firmat in not.q.Bal.adhuc, in.l.precibus, in.6.col. C. de impube. Gramma.deci.56. Andreas, nu.17. Et dicit adhuc Bal.in.c.in præſentia, in.2.col.de proba. quòd vnus ex pluribus hæredibus, poteſt propria authoritate occupare partem ſuam, niſi ſit ab alio occupata, quia tunc eſſet neceſſarium interdictum adipiſcendæ, ex quo occupatio non præſumitur. Et Deci.in.l.j.in.6.col.C.de pac. quòd in caſu.l.j.§. quod ait prætor.ff.quo.lega. interdictum quorum legatorum non cōpetebat hæredi, nec re, nec ſpe, quia hæreditas non erat adita,

& quia non eſt veriſimile legatarium velle delinquere,& occupare legatum.Et afflic.in tracta.iuris congrui,in.§. vt infra triginta dies,col.14.quòd vicinus iniuriās vicinum vendentem, perdit ius congrui,niſi id defendēdo fecerit, ſi tamen dubium ſit, quia actus poſsit ſe habere ad prohibitum & permiſſum, quoniam præſumetur potius factum eo modo, quo permiſſum eſt,quàm aliter,& vt ipſe latius. Dicit etiam Bal.in.l.falſus,in.§.j.ff.quod fal.tu. quòd vbi poteſt cadere alia præſumptio,ſemper ceſſat præſumptio doli, dictumque eſt, alijs tamē verbis ſupra.Et ī.l.ſi fundus,in.§.j.ff.de reb.eo. quòd emptor nunquam præſumitur deceptus, niſi probetur, quòdque non eſt veriſimile,quòd ſit ſtultus.Et in obligatione, in.l.ſi pupillus, in.§.fi.ff.de acqui.hæ.quòd actus, qui poteſt interpretari dupliciter, interpretatur in dubio, vt minus ſapiat obligationem.Et in.l.ſi ſeruum,in.§.amouere.ff.eo. quòd vxor præſumitur potius imperitia,quàm dolo,aſportaſſe veſtimenta,ſibi à marito facta.Dicit etiam Gra.conſi.2.in præſenti, nu.47.volu.2.quòd pro præſumendo actu qui ſonat in vicium, non eſt iudicandum. Et Gramma.deci.37.magnificus,nume.4.quòd prouocatus præſumitur ſe defendere. Et quòd innocentiam præſumamus potius,quàm dolum,docet idem Bal.conſi.506. in tres,col.3.vol.5. Et in ſtatutis, in.§.aduocatus.ver.fi.ſi ſtet ſtatutum prohibitiuum,ne aduocatus intret palatium,niſi die Veneris,& probetur quòd intrauit tali menſe,non tamen cōdemnabitur,licèt accuſatio procedat.Et Saly.in.l.ſi filius,in ſecunda col.C.de peti.hæ. quòd pater poterit conueniri à creditoribus hæreditarijs, quia propter commodum perceptionis quam habuit,& iure licito quidem,omnia præſumentur ſolēniter præceſsiſſe. Et Alex.in.l.2.col.3.C. quod met.cau. poſt Bar.in.l.gerit.ff.de acqui.hæ. quòd vbicunque quis poteſt gerere actum dupliciter, ipſum geſsiſſe præſumetur eo modo, quo ſibi vtilis ſit.Et in.l.j.C.de repu.hæ. quòd ſi filius reperiatur tenere domum, videtur tanquam hæres id facere, ne deliquiſſe præſumatur.Et Barto.in.§.eos,in authen.vt Iud.ſi.quoquo ſuf. quòd ſcholaris à Doctore præſentatus, præſumitur bonus & doctus,vt hodie Io.Carolus Belga, tantæ ſpei iuuenis,quantæ alius quiſquam,qui & hic,& Bononiæ, publice diſputauit, cum ſumma ac incredibili omnium admiratione, & in legatis idem etiam dicit, vt à iuſto Domino miſsi præſumantur,& teſtibus ac inſtrumentis à perſona fidedigna productis.



ctis.& adeo verum eſt quod in diſcurſu diximus, quòd in dubio ſit interpretatio vt dolus excludatur, quia ſi moriens aliquem inculpauerit,non erit ei credendum.l.ſi quis in graui.§.j.ff.ad Syllania. ſi autem excuſauerit, ſic.in.l.j.in fi.l.2.ff.eo. Bal.in.l.ſi inſtituta,in.§.j.ff.de inoffi.teſta.in.c.j.in.§. ſi quis vaſallus,in fi.de pa.Conſtan.in vſib.& in.c.literas,col.2.de præſump.Iaſ.in.l.j.in pe.col.C.communia de lega. multa Gramma.deci.42.nu.7.8.9.10. & ibi an ſaltim faciat primo caſu indicium ad torturam. Eſt verum vltimo loco,vt aliam ſubijciamus declarationem,cum ea finientes,cæteris tamen notabiliorem,quòd præſumptio huiuſcæ legis noſtræ,vera eſt, in quolibet ſingulariter,& ſic etiam in.c.fi.allega.quoque ſupra in diſcurſu,de prēſump.non in toto populo collecto vniuerſaliter, & rationem aſsignat Abb.in.c.Oſius,ad fi.de elect.

## *Ad.l.cum de indebito, in prin.ff.de proba.*
## Homo diligens.4.

VERBA Pau.quæſtionum libro.3.pulchra ſunt,hic,ſonantia,
„ cum dicit,Qui enim ſoluit,nunquam ita reſupinus eſt,vt faci-
„ le ſuas pecunias iactet, & indebitas effundat, & maxime ſi ipſe
„ qui indebitas dediſſe dicit,homo diligens eſt, & ſtudioſus pa-
„ ter familias,cuius perſonam incredibile eſt in aliquo facile er-
„ raſſe. Longe abeſſe,vt credamus quem velle ſuum iactare,cum nec iſtud præſumatur. Adde quòd dicitur probatio præſumptiua,ex qua deuoluitur onus probandi in aduerſarium,idemque in.l.non epiſtolis,& in.l.ſiue poſsidetis.C.eo.firmat Seyſſel.in.l.vt vim,col.8.ff.de Iuſti.& iu.in lectu. & in repe.in.16. ad fi. Qui ad materiam dicit etiam in.l.Gallus, in.§.& quid ſi tātum,col.2.poſt Albe.ff.de libe.& poſthu.quòd facilius quis præſumitur vendere,quàm donare. Et in.l.ſi prius,col.5.ff.de no.o.nun. quòd nemo naſcitur obligatus, quòdque ſoluens debitum ſoluiſſe præſumitur,nec ſufficit dicere,quòd ab origine fuerit ab obligatione liber. Et in.l. ſi diuortio, col.2.ff.de verbo.ob.quòd ſicuti vitanda eſt fraudis præſumptio.l. merito.ff.pro ſo.& dictum eſt proxime ſatis,ita vitanda eſt prēſumptio donationis,quoniam perditio & dilapidatio eſt.l.filius familias.ff.de dona.§.cæterum, Inſti.quod cum eo.Bar.in prohe.fforum,col.4.& in.l.falſus,in prin.C.de fur.Anchara.conſi.23.

ſi.23.verba,col.1.& conſi.32.ſubtiliter,colum.2.Et conſi.69. contra donationem,in prin.niſi conſtet de animo donare volentis,quia tunc ſecus, vt idem Seyſel.dicit,in.l.poſtquam liti, col.2.C.de pac.& veriſsimum eſt, debetque donatio largiſsime interpretari,etiam in priuato, vt idem dicit, in.l.fi.colu.1. ff.de conſti.prin. Verum eſt tamen vt inquit Feli.in.c. ſi diligẽti,in vlti.col.de præſcrip.quòd titulus lucratiuus donationis, ſeu legati,non ita iuuat,& prodeſt, ad præſcriptionem,vt oneroſus permutationis vel emptionis, & rationem per iſtũ tex. aſsignat idem Seyſel.in.l.ſi certis annis,col.pe.C.de pac.Dicit etiam Io.de graſ.in tracta.ceſsio,in.§.j.ad fi. quòd decipiũtur, qui tenent donationem præſumi in ceſsione,ſi cauſam non cõtineat,ſignanter per iſtum tex. Et Alex.conſi.60.ſtantibus,colu.5.vol.4.quòd tex.in.l.vir vſuras.ff.de dona.inter vi.&vxo. eſt exorbitans à iure communi,& contra regulam,quæ habet, quòd nullus in dubio donare pręſumitur.Et Bal.noſter in.l.j. in prin.C.ad Treb. quòd in dubio hæres præſumitur potius negocium geſsiſſe, quàm donaſſe. quòdque non præſumitur donatio,vbi alia coniectura, vel leuis occaſio aliud præſumendi cadere poteſt. Deci.plene, in.l.cuius per errorem.ff. de regu.iu. Plenius Benedic.plumbi.in diſputa. ſtatuto ciuitatis cauetur,colum.2.Alex.conſi.87.col.2.vol.6.Soci.conſi.73.colum.5.vol.j.Idem Alex.conſi.142.viſo, col.2.vol.5.Areti.cõſi.35.viſo themate, col.3. Corne.conſi.61.col.6.vol.j.Bar.in l.Iulianus, in.§.j.col.j.ff.de verbo.obli. Areti.conſi.14.viſo, col.13. Et Bal.in authen.ad hæc,in.§.ille autem, col.2.C.de lati.lib.tol.quòd ſi debitor producat inſtrumentum cancellatũ, nec probat ſibi redditum fuiſſe,poteſt interrogari, qua ex cauſa id factum ſit, & ſi dicat ex cauſa donationis,nullam præſumptionem faciet.Et in.l ſi.C.ne de ſta.deſunc.quòd ſi quis prætendit titulum donationis,non probabit ipſum virtute.l.cum de in rem verſo.ff.de vſu.quia præſumptio eſt in contrarium, quòd nemo ſcilicet ſuum iactare velit. Et Hercula.in.q.ſuis, j.Peruſinus,col.33.quòd non eſt conſyderandum,onera communitatis tolli, ſeu diminui debere, ex quo iactatio eſſet, quæ proprij non præſumitur. Et Bononien. in rub. de lega.j.col. 13. quòd ſi legatarius acceptet legatum ſibi præſenti factum, videtur in dubio ſibi voluiſſe pręiudicare minus quàm ſit poſſibile.Et Deci.in.l.poſtquam liti,allega.etiam ſupra,nu.22.C. de pac.quòd non eſt præſumendum,abſentem ius ſuum remittere



tere voluiſſe.Et Moder.Hiſpa.in rub.de dona.inter vi.& vxo. in.§.6.col.2.quòd conceſsio ornamentorum,quam facit ſponſus ſponſæ,ſeu vxori, videtur potius facta ad vſum,quàm aliter,& vt magis ornata appareat,& probatur in.l.ſi vt certo, in §.interdum.ff.commo.Cap.conſi.135.punctus,col.3.Roma. conſi.146.iſta quæſtio,col.3.Immo quòd hæc,& ſimilia,ſecũdũ Bal.ſolent legari,nec de tali legato detrahitur quarta,quod nota,in.c.iurauit,in fi.de proba. Et Soci.conſi.15.inſignis Doctor,in fi.vol.4.quòd frater in poſſeſsione repertus,præſumitur poſsidere ex titulo præcedenti, nec veriſimile fratrem ipſum ſolum poſsidere permiſiſſe. Et conſi.11.in cauſa, colu.fi. volumine tertio,quòd non eſt credendum quem velle alienare contra prohibitionem legis, & ius ſuum perdere. Et Bal.in capitulo primo, in.§.conuenticulas, col.3.de pa.iu.fir.in vſi. quòd Dominus intelligitur promiſiſſe illud, ad quod de iure tenetur. Et deci.conſi.25.& pro tenui, col.3.vol.1. ꝙ non videtur eſſe de intentione debitoris bis ſoluere, ſed ſe liberare ſemel ſoluendo in caſu de quo ibi. Et Ange.in.l.qui leuandæ. ff.ad legem Rho. de iac. quòd nunquam præſumitur quis ſuũ iactare,niſi cadat alia coniectura,quòdque neceſsitas nõ inducit animum derelinquendi,niſi quatenus ipſa operatur. Et Gerar.pet. ſanc.in ſingu.56.perpetuo ſignabis, ad fi.quòd in dubio,quando quis donat res obligatas, præſumitur donare animo compenſandi. Et Alex.conſi. 144.circa, col.vlt.vol.5.ꝙ vir non præſumitur conſumere fructus tertij generis bonorum de voluntate mulieris, ex pluribus præſumptionibus, & potiſsimum iſta.nonnihil conſi.42.ſuper pręmiſſo,col.1.vol. 1.& conſi.63. ſuper primo,col.3.vol.2.& conſi.146.in cauſa, col.2 lib.5.quòd ſi dominus ſciuiſſet pœnam iam commiſſam eam nõ remiſiſſet emphyteotæ,in caſu, de quo ibi. Et Cot. in memora.in verbo procurator emit, in fi.dicit, quòd difficile eſt dare caſum, in quo dominus habeat fundum, ſine ſolutione, niſi velimus donationem in dubio præſumere, quod eſſet cõtra iſtum tex. Quòd tamen præſumatur aliquo caſu,rationabile eſt,puta fauore dotis.l.1.§.accedit.C.de rei vxo.ac. deci.conſi. 35. præſtantiſsime, col.6. vol.1. plene Bal.nouel.in tracta. de dote,in.6.par.priuile.55.in prin. Saui. conſi.15.factum,col.vlti.vol.1.Iaſ.in.l.ſi donaturus,in prin.ff.de condic. ob cau.& vſurarum odio,vt videantur remiſſæ,ſi non ſint per aliquid tempus petitæ, de quo alias ego in.l.lecta.ff. ſi cer. pe.

Regulariter nõ,vt ſupra & nouiſsime dixit Soci.conſi.87.nu.11.viſis,vol.3.quòd in dubio potius error præſumitur,quam donatio & perditio.multa Gramma.deci.68.in cauſa, nu.3.& idem Cur.iuni.conſi.56.præſupponitur, col.3.& ſeni.in tracta.iu.pat.nu.315.quòd ſi teſtator ius pat. relinquat filio & deſcendentibus,ueriſimiliter de his mentionem facit,quia ſperat filium liberos habiturũ, & non quòd deſcendentibus deficientibus velit ipſum ius patronatum remanere in aere,vel extingui. Et Cardi.conſi.37. ſuper, col.2.quòd qui duplici titulo domum habitare potuit, in eam cauſam habitaſſe præſumendus eſt, quę ſibi ſit vtilior. Et Ancha.conſ.22.& circa,in prin. quòd quis potius vt miniſter animo ſtipulandi adhibitus eſſe videtur,quàm donandi. Et Ancha.conſi.24.viſa, col.2.quòd nuda confeſsio non ſufficit in ciuilibus ad obligationem. Et conſi.32. ſubtiliter, col.2.quòd ex actu deſcriptionis, in caſu de quo ibi,neceſſario non infertur donatio, nec præſumitur. Et conſi.106. dubitatur, in prin.quòd nemo præſumitur donare,nec ſuum iactare, ſi actus aliam ſpeciem contractus aſſumere poſsit. Et Fede.de ſen.cõſi.3.quæſtio.col.2.quòd in dubio potius præſumitur quis velle mutuum contrahere,quàm donare. Ro.conſi.290.in caſu,col.2. Et Barba.conſi.7.ſapienter,col.7.vol.2. quòd non eſt veriſimile, quem dimittere magnam pecuniarum quantitatem penes alium,longo tempore. Et deci.conſi.60. viſo themate, col.4.vol.1.non eſſe adhuc veriſimile, ſi mulier ſciuiſſet ibi reductionem ad arbitrium boni viri ſibi competijſſe,ipſam facile laudum ratificaſſe.Et Soci in.l.ſi quis arbitratu, col.1.ff. de verbo. ob. quòd in arbitriũ ſeu voluntatẽ promiſſoris,contractus remitti non poteſt,ex quo lex præſumit promiſſorem nunquàm velle obligari & ſoluere. Et Bal.in.c.ex parte,col.2.de conſti.quòd nemo præſumitur ſtudere damnis. Et deci.in.c.1.in.17.col.de cõſtitu. quòd mercatores rationes ſcribentes, videntur voluiſſe ſibi ipſis cõſulere,non alijs,in ipſorum præiudicium. & nos multa in.l.1. C.de eden. Et Iaſ.in.§.itẽ ſeruiana, nu.35.inſti.de actio.quòd bona illata in prædium ruſticum vel vrbanum, tacite ſunt domino hypothecata,etiam ſi eo animo illata nõ ſint, vt ibi perpetuo maneant, quia aliàs diceret ſemper qui intulit, ſe nõ eo animo intuliſſe, vt ibi perpetuo eſſent. Et Abb.in.c.is qui, in prin. & per illum tex. de ſolu.quòd qui ſoluit alicui pecuniã, præſumitur ex cauſa debita ſoluiſſe, ex quo regulariter nemo præſu-



pręſumitur iactare ſuum.Et Ancha.conſi.257.ſi prędicta,col.2.quòd ſi non præſumitur donatio regulariter, vt dictum eſt ſæpe, multominus præſumetur in vſurario, cum ſit tenaciſsimum hominum genus, ſubſtantiam, vt vermis in caſeo facit, deuorans. Ego late cõſi.128.pulchra,vol.2.Et Imo.in.c.qualiter,in.2.col.de pac.quòd.l.ſi quis argentum. C.de dona. habet forte locum in donatione expreſſa non tacita, quia non præſumitur,vt hic,& ſenſit ante eum Ray.de Furli.nec eſt à ratione alienum. multa Rui. præcep.in.l.1. col.27.ff.de lega.1. & in.l.2.col.24.eo.ti.& facit,quia in ſimili, nemo præſumitur actionem exercens, velle facere cauſam ſuam deteriorem, ſed meliorem.l.aliam.ff.de noua.Inter coniunctos tamen ad propoſitum,donatio facile præſumitur, & maxime in remiſsione fideicommiſsi.l.Procula.ff.de proba.l.ſi ſeruus communis,in fi.ff.de do.int.vi.& vxo.deci.plene,conſi.79.viſo puncto,col.3. vol.1.Et quòd regulariter ſecus ſit,tradit Alex. conſi.18.in his, col.2.vol.4.dicens hac ratione, promiſsionem ſine cauſa factam,etiam in ſtipulatione,non valere, quia ſcilicet donatio nõ præſumitur, & probatur alias in.l.2.in.§.circa.ff.de excep.do.Ro.conſi.520.circa, in prin. Et pulchrum verbum ad id, quòd nemo præſumitur velle iactare ſuum,dixit,conſi.91.viſis,col.3.quòd ſi ſemiplena probatio,aliqua pręſumptione minorari poteſt,taliter debilitabitur, vt nec ſit tunc deferendum iuramentum in ſupplementũ probationis. aliud quàm in materia molendinorum, Ancha.conſi.155.optimis rationibus, in prin. Et conſi.295.pro clariori,col.2.quòd Cardinales, cõſentientes regulæ,non videntur, neque præſumuntur,voluiſſe ſe illi aſtringere,gratiaſque ſuas ſub tali ordinatione regulari. Et conſi.299.viſa,col.1.quòd non eſt veriſimile debitorẽ voluiſſe in ſoluendo præuenire terminum. Et conſi.305.dubium, in prin.quòd non præſumitur quis velle iactare ſuum, confitendo ſe recepiſſe quod non recepit. Et conſi.313.niſi, col.2.quòd adhuc veriſimile non eſt, aliquem iuri ſibi competenti renunciare velle, niſi inde ſit aliquid emolumentum etiã conſecuturus. Et conſi.324. pulchrũ, col.1.in fi.non eſſe pręſumendum facile, quòd velit quis alienis debitis ſe implicare. Et conſi.331.viſis,col.3.quòd veriſimile eſt etiam, quòd quis ad ſui commodum emat,non ad commodũ alterius. Et conſ.378.in caſu, col.1.quòd non eſt adhuc veriſimile, quòd quis beneficio renunciet facile,magni valoris, & maxime pro paruo pul-

uo pulchre Abb.in.c.1.in.1.col.de cle. non reſi.in ec. Et Ro.
conſi.156. honorande domine, col.2.quòd quis in dubio prę
ſumitur ſoluiſſe debitum ſuum, non alienum. Et conſi. 219.
ex themate, in fi.non eſſe præſumendum, quem velle ius ſibi
competens remitttere. Et conſi.290.in caſu, col.2.quòd con-
feſsio extra iudicialis facta etiam præſente parte ſine cauſa, nõ
valet nec probat. Et conſi.445.conſultatio, col.3.quòd con-
feſsiones rurſum factæ inter perſonas prohibitas, puta virum
& vxorem, ſunt donationes & iactationes, quæ in dubio non
præſumuntur. Et conſi. 469.quo ad primum, col.2.quòd fi-
lius cum paterna pecunia negotiatus nomine patris, non prę-
ſumitur velle operam & induſtriã perdere. Et conſi.481.prę-
ſentis, col.2.quòd in his quæ concernunt proprium commo-
dum, negligens nemo præſumitur, ſed homo diligens & indu
ſtrius. Et Alex. conſi.37.viſo, col.6.vol.2. quòd in.l.fi.C.de
non nu.pecu.iuramentum ſimpliciter præſtitum, limitatur ſe-
cundum obligationem præambulam, quia nõ debet præſumi,
quòd quis velit iactare ſuum. Et Afflic.in deci. ſuis.37.Regia
maieſtas, col.8.quòd ſententia Regis non debet peruerſe intel
ligi, ne ſine cauſa iura ſui regni iactare videatur. Et Bar. in.q.
per Italiam, col.2.quòd licèt negem qualitatem, non propter-
ea perdo beneficium præſumptionis faciẽtis pro me, quòd de
bitum præſumatur pariter. Et Rui.præcep.in.l.3.in.15.col.ff.
de lega.1.quòd ab eo prius viua voce audiueram, quando hic
profitebatur, dando intellectum ad tex. in.l. non recte.C.de
fideiuſſo.poſt Imo.tamen, quòd ibi nihil operatur expreſsio,
quia iuris præſumptio erat in contrarium, qua non videtur
quis voluiſſe iuri ſuo renunciare, ex quo iſtud idem eſſet do-
nare. & nonnihil ibidem etiam, col.ſeq. Et Rota deci.125.ſuf-
ficit, in nouis, quòd quilibet præſumitur diligens, niſi probe-
tur negligens, maxime in dubio, quando tractatur de commo
do & lucro captando. & 468. extra rotam, col.2.adhuc in no
uis. Et Bal.in.l.cum proponas, in vlti.col.C.de nau.fœ.quòd
fraudare vectigal illicitum, non eſt peccatum, ex quo ceſſat ra-
» tio illius legis, poſita in illis verbis, Non ex Marinæ tempe-
» ſtatis diſcrimine, ſed ex præcipiti auaritia accidiſſe aſſeuerat?
Et quia hæc (ſubijcit) non eſt auaritia, ſed conſilium, quando-
quidem nemo iactare ſuum teneatur. Et Butigel. præcep. in
rub.de verbo.ob.col.7.quòd vbi quis ſponte, etiam nulla præ
cedente interrogatione promittit, videtur deliberate velle ſe
obligare,



obligare, ex quo regulare eſt, neminem velle ſuum iactare, vt
hîc, præcipue in groſſa ſumma, inquit Bal. cõſi.400.caſus, col.
pe.vol.5. Et Alex. conſi.103. videtur, col.4.vol.1.quòd non
eſt veriſimile aliquem, partem ſuam, ſi quam habet bonorum,
velle ponere in prædam & ſacomanum. Et conſi. 122. viſo
proceſſu, in prin.vol.2.quòd ſi ſit facta promiſsio in cõtractu,
non intelligitur ab ea receſſum per inſtrumentum puræ ven-
ditionis poſtea factum, etiam ſi eſſet factum ex interuallo. Et
conſi.91.viſis, col.fi.eo.lib.quòd exceptio quam quis oppo-
nit, ſponte beneficijs renunciatum fuiſſe, antequam renuncia-
tio probata ſit, non eſt veriſimilis, ex quo nemo (vt dictũ eſt
ſæpe) iactare ſuum præſumitur. Et Fede.de Sen.conſi.18.quę-
ſtio, col.vlti.quòd qui offendit proximum, rapiendo, ſubtra-
hendo, vel vſuras extorquendo, debet ſe cum ipſo reconcilia-
re, quia communiter homines pecunias nõ iactant. Et Bal.in.
c.bonæ, col.2.de poſtu.præla.quòd extrinſeci admiſsi ad eligẽ
dum vel poſtulandum, præſumuntur admiſsi de mera gratia,
quæ non extenditur ad alios actus ſucceſsiuos, per regu.l.tu-
» tori.C. de nego. geſ. ibi, Sufficit ſi in paucis amici laboribus
» conſulatur. Et quia nemo præſumitur ius ſuum iactare. Et
Nel.in tracta.bãnito.in.1. par.2.tempo.q.20.pone, ad fi.quòd
non eſt veriſimile fiſcum voluiſſe obligare ſe in infinitum, in
pluribus bannitum capientibus, & quòd non omnes debent
habere præmium ſtatuti, ſi pauciores ſufficiebant. Et Bono-
nien.in ſingu.ſuis.57. non præſumitur, quòd ſi quis ad inter-
rogationem alterius, dicentis, vis mihi donare talem rem, non
ſolum hanc reſponderit, ſed omnem aliam etiam, quæ tibi pla
ceat, non propterea erit donatio. Et Iaſ.in.l.vt nemini, col.3.
C.de colla.quòd impenſa facta à fratre fratri in communione
manenti ex fructibus bonorum ſuorum aduẽtitiorum, vel ex
lucro laborum ſuorum, ſi magna ſit, non pręſumitur facta ani
mo donandi. Et Bal.in.l.pe.habuique hoc anno in pratica, col.
2.C.cõmuni di.quòd ſi inter poſſeſsiones eſt proportio, quæ
poſsit ad æqualitatem diuiſionis adaptari, præſumitur inter
fratres etiam diuiſio facta, quòdque pręceſſerit, ſin minus nõ,
quia nec præſumitur alter ius proprium iactaſſe. Qui in.l.ſiue
poſsidetis, in.1. col.C. de proba. tradit etiam intellectum ad
tex.noſtrum, quòd poſſeſſor habeat cauſam ab agente, ex quo
non præſumitur ſuũ iactaſſe. Et Burg. præcep.in.c.ad noſtrã,
in.12.col.de emp. & uen.quòd pactum de retrouendendo, &
precij

precij modicitas, faciunt præſumi contractum fœneratitium, ex quo nemo præſumitur iactare ſuum. Et Bononien.in.c.1. de re. permu. in.6.col.12. quòd ex implemento vnius partis, non transfertur in permutatione dominium, niſi ex oppoſito res data ſit, vel habita fides de ea danda, cum non præſumatur in dubio, quòd quis velit ius ſuum abijcere. Et Bal.in.l.ſi donatione, col.3. vbi etiam Alex. & alij.C. de colla. quòd ſi non apparet de intentione patris donantis, ex aliquibus coniecturis, donatio non præſumetur. Immo nec remiſsio obligationis naturalis, ſi filium emancipet, vt not.in.l. frater à fratre.ff. de condic.inde. Et in.l.ſed & ſi quis, in.§.quæſitum, col.2.ff.ſi quis cau. quòd eo caſu non valet renunciatio & conuentio generalis, quia iudicium redditur in inuitum, & extorta præſumitur viribus præturæ. quòdque aliàs nõ eſt veriſimile, & ſic ad propoſitum legis noſtræ, quòd quis ſponte renunciet, & ius ſuum iactet. Et Ripa in.l. ſi unquam, in.15.q. col.2.C.de reuo.do. quòd ſi quis confiteatur ſe donaſſe propter benemerita, cenſetur confiteri, ipſa eſſe æqualia & correſpondentia donationi, quia cum confeſsione concurrit iuris præſumptio, quæ eſt quòd nemo præſumatur iactare ſuum. Et Moder.Hiſpa.in rub.de do.int.vi.& vxo.in.§.3.in prin. quòd nõ eſt bona ratio eorum, qui dicebant, ideo raro ſponſam donare ſponſo ſolere, quoniam mulierum genus auariſsimum eſt, ex quo, (vt dicebat etiam Cy.in.l. ſi à ſpõſo.C.de do.ante nup.) idem quoque eſt in maribus, vt hic. Et Areti.conſi.81.viſa, col.3. non eſſe veriſimile ludentem cum adoleſcente velle pecuniam perditam mutuare, vt ſoluat, quoniam iſtud eſt perdere, & nemo præſumitur iactare ſuum. Adde etiã quòd liberalitas non præſumitur, vt hic, fallit, quod etiam dictum eſt ſupra ſi ſit inter coniunctos, & ſi libertus patrono promittat operas.l.Cãpanus.ff.de ope.lib.Bal.in.l.iuris gentium, in.§.ſi ob maleficiũ col.2.ff.de pac. Dicit etiam Alex. in.l.1.in.6.col.ff.de eden. ſi pecunia tradita ſit ad numerum, quòd ex cauſa mutui tradita cenſebitur. Et Ro.in rub.de no.o.nun. quòd productio inſtrumenti integralis eſſe præſumitur. Et Bar. in.l. cum quid, col. pe.ff.ſi cer.pe. quòd ſi merita non præceſſerint, datum, præſumetur datum, cauſa repetendi. Et per hanc regu. improbatur opi. quòd iuramento furis ſtetur, furaſſe, quia credidit dominum permiſſurum, ex quo præſumptio eſt, quòd noluerit iactare ſuum, vt hic, & in.l.interdum, in.§.recte, in fi.ff.de fur.& ibi



ibi Bar. tradendo intellectum ad glo.in.§.aliæ, Inſti.de actio.& in.c.ſignificaſti, de homici. Et dicit Bal.in.c.quia veriſimile, in prin.de præſump. quòd maxime hoc idem habet locum, vbi vertitur honor, omnibus rebus anteponendus, vulga.l.Iulianus.ff.ſi quis omi. cau.teſta. Si quis etiam pro alio impenderit impenſas recuperat.§.quippe, in fi.iuncta glo.Inſti.de ob.quæ ex qua.con.l.ſi quis ſepulchrum.§.ait.ff.de religio. Niſi impẽderit in recolligendis fructibus rei ab alio poſſeſſæ, de quo tamen per Flo.in.l.ſi oliuam, in prin.ff.ad legem Aqui. Et (vt ſæpe dictum eſt) in dubio nemo ſuum iactat, quoniam ſi ſciẽter, ſecus, nec datum repetitur.l. Campanus.ff.de ope.lib.Bal.cõſ. 257. Titius, col.2.vol.1. & facit quod dicitur, in.l.ſi proponas, in.§.1.ff.de inoffi.teſta. quòd ſi ſcienter quis conducit, vel emit rem, quam euincere poterat, videtur iuri ſuo renunciare. Dixi etiam ego, in.l.eius qui in prouincia.ff. ſi cer.pet. in verſic.quas vero, quòd quando ſubeſt alia cauſa, nunquàm dominij tranſlatio pręſumitur. Et ad propoſitũ non eſt omittendnm, quamuis carceratorum cauſa fauorabilis ſit, vt plene per Alex.& Docto.in.l.quamuis.ff.ſolu.ma. quòd tamen pro eis ſoluens, non videtur ſoluere animo donãdi, ſed animo cõpenſandi potius, & repetendi, vt per eundem Bal.in.l.ſed & ſi. ff.eo. Qui dicit etiam conſi.444.primo dicam, col.2.vol.3 ꝙ quilibet præſumitur auarus, nolleque in alium pecuniam trãsferre. Et conſi.119.verba, col.j.vol.j. quòd non videtur velle quis ſe præcipitare, & patrimonium ſuum dilapidare. Et in.l. 2.col.5. C. de reſcin. vendi. quòd beneficio illius legis poteſt renunciari expreſſe & tacite, niſi perſonæ ſimplicitas ſuadeat proceſſum eſſe potius ex facilitate, quàm ex liberalitate, ſumpto argu.etiam ex glo.ſimplicitatem, poſita in.c.ſuper literis de reſcrip. Et Specu.in.§.nunc aliqua.q.62.de emphy. quòd ſi quis diu ſoluiſſet penſionem, nolletque dicere Domino, pro qua re ſoluerit, pro toto patrimonio ſoluiſſe videbitur, quia non eſt veriſsimile, quòd ſuum iactauerit. Et Ias.in.l.qui ſe patris, col.8.C.vnde libe. quòd ibi aui filius non præſumitur hæreditatem repudiaſſe. Si quis dicat etiam, tolle pecuniam iſtã, donare non videtur, nec rem tradendo pariter, niſi tradatur cõiuncto, vt dixi etiam ſupra & eſt tex.in.l.ſi ſeruus.ff.de do. int.vi.& vxo. vel ei cui tradens tenebatur ad antidora.l.ſi vero non remunerandi.§.Papinianus.ff.man. Vel ſi de intentione donantis appareat, ex præcedentibus, & ſequentibus, vulga.l.

ga.l. ſi ſeruus plurium.§. fi.ff.de lega.j. aut ſi tradatur per verbum do, quoniam dare eſt dominium transferre.§. ſic itaque, Inſti.de ac.& fuſius Capici.notãter,deci.180.in cauſa, nu.11. &.12.Et ad Bal.redeuntes, dicit quoque per iſtum tex. quòd in minore remittente ius aliquod,nunquam præſumitur ſcientia, niſi fuerit certificatus de iure ſui effectus, conſi. 440. factum,ad fi.vol.3.& vt occuramus ſatietati, finem faccio.

## *Ad. l. ſi filius. C. de peti. hæ.*
## Diuturnitas. 5.

NEMO eſt qui neſciat, quàm allegabilis ſit hæc lex Dioclet.& Maximiani,in illis verbis, ex quibus argumentum ſumitur.
» Si filius familias delatam ſibi hæreditatem, per longum tem-
» pus detinuit,eo ipſo &c.quòd ex temporis diuturnitate, omnia ſolenniter acta præſumuntur. adde quòd iſtud ipſum maxime locum habet,quando effectus, qui apparet, conuenit & correſpondet tali præſumptioni,vt in hac lege, ubi præſumitur ex temporis diuturnitate, quòd interuenerit iuſſus patris, quia filius poſsidet eo ſciente & patiente. Sic etiam in eo, qui emit à pupillo,& diu poſſedit, præſumitur ſolenniter facta vẽditio,quia effectus poſſeſsionis, qui reperitur apud emptorẽ, bene conſonat tali preſumptioni,vt not. Ange.in.l.qui in aliena, in.§.j.per illum tex.ff.de acqui.hæ.Idem in prelato, ſi diu in poſſeſsione prælaturæ fuerit, quia præſumitur pariter canonice inſtitutus, vt tradunt Docto.in.c. illud, de præſump. Barba.in.c.j.col.27.de proba.Deci.conſi.36.& pro tenui,col. 3.vol.j.Et ſic etiam quòd ſolennitas extrinſeca ſit, vt per Ias. in.l.ſciendum, col.6.ad limitationem regulæ, de qua ibi.ff.de verbo.ob.Et Feli.in.c. Albericus,col.2.de teſti.qui in pulchra q.dicit etiam in.c.nónne,col.2.de præſump. quòd ſi ſtatutum requirat conſenſum propinquorum in certo actu, taciturnitas non ſufficit,poſt Bar.in.l.2.in.§.voluntatem.ff.ſolu.ma.niſi diuturna fuerit, quoniam tunc vero conſenſui æquipollet, poſt Bal.ſignanter,in.l.noſtra, & Ange.in.d.l.qui in aliena.& idem firmat Alex.in.d.§.voluntatem, col.j.multa Capici.deci.16.in cauſa,in prin.dubitat tamen ex multis tradendo intellectum ad tex.iſtum,Alex.met,conſi.218.ponderatis, col.j.& 2. vol.6. Et ad longum diſputat Rui. conſi.154. nu.7. vol.3. Poſſet


Poſſet rurſum dici,quòd hæc lex procedat, vbi agitur de modico præiudicio, ſentit Bar.in diſputatio. mulier habens magnum patrimoniũ,in fi.Alex.in.d.l.qui in aliena, in prin.col. 3.& in.d.l.ſciẽdum,in.4.Idem Deci.conſi.40.in cauſa, nu.23. vol.3.Et in argu.Bernar. Beſsigne. concluſione.4. datur articulus, de teſti. quòd ſic per temporis lapſum, præſumitur ꝙ authoritas Epiſcopi in actu interuenerit. & ſignanter in diœceſano,inque vnione,quòd preſumatur interueniſſe.Ro.cõſi. 275.quo ad primum, col.j.& in immunitate à collectis, Rui. conſi.41.de duobus, nu.4.vol.j.Et Barba.de quo etiam ſupra in rub.C.qui admi. col.2. quòd ex tẽporis diuturnitate, quis bono.po.legitime agnouiſſe præſumitur, Bar.poſt glo.Ias.& alij,late in.l.j.C.eo.Et ſi Cardinalis teſtamentum faciat, tempuſque labatur, præſumitur illud feciſſe de licentia Papæ, & fuit deciſio not.Areti.conſi.36.caſus, in prin. Et præſumptio huiuſmodi, debet pro ſcriptura haberi, ſecundum Bal.conſi. 116. Columbinus, col. 2. vol.j. Ex diutina patientia metum paſsi,videmus etiam quòd metus purgatur,vt tenuit idẽ Rui. conſi.105.caſus,nu.10.vol.j.Qui dixit quoque cõſi.10.quæſtio, nu.j.eo.lib.quòd qui poſſedit feudum. 30. annis ſine inueſtitura,præſumitur iuſte poſsidere, immo quòd eſt præſcriptum iuri petendi eam. In ſimili Afflic. in.c.j.in. 24.q.nu.64. de prohibi.feu.alie.per Fede. in vſib. quòd ex diuturnitate tẽporis aſſenſus Regius præſumitur. Et ſingu. verbũ Bal.cõſi. 438.an poſſeſsio,col.2. vol.5. quòd ſi venditor ſciente & patiente emptore ſe ſemper Dominum vocauit, ipſi præiudiciũ ſit quàm maximum. multa in ſententia, vt pro ea præſertim hoc caſu,poſt quàm tranſiuit in rem iudicatam,multum præſumatur, Gramma.deci.24.Andreas, nu.10. & deci. 100. nu. 28.Et idem Bal.adhuc,conſi.245.villa, vol.3.quòd conſenſus tacitus,cauſatus vt ſupra habetur pro titulo, quod interpretatur expreſſum,& quòd denique declarat,quid à principio fuerit dubiæ intentionis. Et ꝙ ex longitudine poſſeſsionis præſumatur titulus pro ſuo, tradit conſi.311.præmittendum, in prin.vol.j.vbi etiam rationem aſsignat. Qui fuſius loquutus, conſi.379.ſequitur col.j.eo.lib.dicit,quòd ex longa poſſeſsione præſumitur confirmatio, vt hîc.ex ſolutione cauſa, vt in.l. cum de in rem verſo.ff.de vſu. & ex præcedenti titulo poſſeſſorio,vt in.l.quædam. ff.de rei ven. Et ex confinibus denique rerum declaratio. l. forma.ff. de cenſi. Et conſi.439.amplius, col.

col.4.vol.3.quòd ex longa obedientia inferioris, & patientia ſuperioris, cauſa præſumpta naſcitur. & hanc.l.ex multis exornat, conſi.400.ſuper primo,col.2.vol.4. & præcipue quòd emancipatio inutilis, curſu temporis, habetur pro valida. Et idem in teſtamento,& probatur in.l. poſt mortem.ff.de adop. & in.l.j.C.de pat.po.& in.l.ſancimus.C.de teſta. Et conſ.511. quidam prælatus, col.2.vol.5. quòd licèt curſus temporis nõ ſit contractus,vel quaſi,præſumuntur tamen, & non ſolum ipſi,verum etiam ipſorum ſolẽnitas.& fortius, quia facilius præſumitur qualitas,quàm ſubſtantia.l.ſciendum,ſupra etiam allega.ff.de verbo.ob.not.in.l.ſi certis annis.C.de pac.& hic.& in l.j.col.2.C.de rei do. vel templo. quòd non minus operatur animi patientia,firmata longi temporis curſu, quàm vera conceſsio. Tradit intellectum ad iſtam.l.etiam Soci.iuni.conſi.56. Iuſtiſsimi Iudices,nu.6.vol.1.quòd loquatur in caſu,quando præſumptio actus,& mãdati requiſiti, eſt in fauorem eius, qui mandatum dediſſe allegatur. Sed quia aduerſatur generalitati ipſius,valde dubito, cum nec ſufficiens ſit ratio, qua reſtringi debeat,vulga.l.j.§.generaliter.ff.de lega.præſtan.Melius ad regu.dicit Rui.conſi.26.quamuis,nume.3.vol.j.quòd habet locum etiam contra fiſcum,idque ibi multis authoritatibus probat,vt per eum. Et quo ad intellectum legis, pulchrius conſi. 29.poſtquam,nume.4.lib.4.quòd iſtud intelligi debet, quòdque procedit, quantum ad actum verum & expreſſum, quoniam ſi non appareret,nec de actu vere conſtaret, ſed præſumptiue, tunc & eo caſu nec præſumerentur omnia ſolemniter acta,quod eſt memoriæ commendãdum, argu.in.l.j.C. de do. pro,& in.l.cum poſt,in.§.gener, cum ſimilibus.ff.de iu.do.

## *Ad.l.ſecundam.C.de reſcin.uen.*
## Deceptio 6.

SCRIBENTES iidem Dioclet.& Maximian.AA.Lupo,nõ ab re dicunt,Si res maioris precii,minori diſtracta ſit, æquum eſſe, vt vel precium reſtituatur emptoribus, & recipiat fundũ venditum Lupus,vel ſi emptor elegerit,quod deeſt iuſto precio recipiat. quòdque minus precium eſt, ſi nec dimidia veri precii pars ſoluta eſt, quoniam deceptis ſuccurrendum putauit lex.c.cum vniuerſorũ,de re.permu.l.2.§.verba.ff. ad Velleia.



leia. Et quia pluribus modis poteſt deceptio conſyderari, vt hìc per Bal. col.1. dic quòd in.l. iſta, & in.l. ſi voluntate infra eo.eſt negociatiua, qui exemplum etiam ponit in venditore & in emptore,col.9.in fi.& omnino uidendus eſt. quia (vt ibi dicit)qui aliter ſentiunt,ſomniant. & quam deteſtabilis ſit deceptio, probatur in.l.1.in.§.dolum.ff.de dolo. quãuis alia ratione toleretur, ſi fuerit ſcilicet intra dimidiam iuſti precij,in.l.in cauſæ.2.in.§. pe.ff.de mino.not.idem Bal.hìc, in.1.oppo. Adde duodecim fallen.Soci.regu.226.quas hic nõ ſcribo, niſi quatenus veniant aliorum authoritatibus incidenter confirmandæ. eaſque repetit etiam regu.436.Qui dicit adhuc conſ. 48.viſo inſtrumento, col.2.vol.4.quòd remedium huius.l.locum non habet, ſi venditor erat homo intelligens, nec ignorans verum precium rei, ſed ad plenum potius ipſius notitiã habens.& ibi nu.1.7.&.8.duas ex limitationibus ſupra dictis remiſsiue ponit,vt nec rurſum vendicet ſibi locum, ſi beneficio ipſius renunciatum ſit,vt etiã hìc per Bal.col.5.q.4.& cõſi. 243.viſis, in prin.vol.3.Seyſel.in.l.ſi quis cum aliter, col.3.de verbo.ob.declarando ſubinde,& eſt verum, expreſſe & ſpecifice fieri debere, quoniam generalis renunciatio non ſufficit. d.l.ſi quis cum aliter, vbi Bar.& omnes.niſi generalis etiam eſſet & iurata,vt per eundem Bal.in.l.1.C.commo.l.cum pater. §.filius matrem.ff.de lega.2.ad longum Fab.de mon.S.Saui.in 3.q.8. prin.in tracta.de emp. & ven.vel ſi id quod plus res valebat,donatum ſit,vt etiam glo.hìc dicit. plene idem Fab.in.d. tracta.de emp. & ven. in.4.q.8.par.prin.Ripa lib.3. reſponſo. c.15.licèt donatio,col.2.aliquid Bal.in.l.cum filius,in.§.pater ff.de lega.2.communis opi.tamen eſt in contrarium, vt teſtatur Seyſel.in.d.l.ſi quis cum aliter, col.3.niſi dicat totum, vel omne,vt ibi.Sauilia.conſi.114.Ioanna,nu.12.vol.j.Rui.conſi.107.viſo,nu.17.vol.j.Feli.conſi.27.non inſiſtendo,nu.9.& probatur in.l.ſi quis donationem.ff.de contrahen. emp. Vel ſi adhuc iuramentum ſit appoſitum,vt dicit poſtea idem Soci. vbi ſupra,nu.10.de non contraueniendo, quod communiter teneri hic poſt glo.adhuc teſtatur. Moder.Hiſpa.in.c. per veſtras,in.§.12.nume.25.de dona.int.vi.& vxo.Alex.conſi.14. viſis,numero.19.vol.6.Bal.in.l.qui iurato, col.j.ff.qui ſatida. co.& in.l.quæ ſub conditione, in.§.j.ff.de condi.inſti. & quid in iuramento conditionali,Seue.in tracta.de tranſac.q.12.colum.4.Et an iuramento tollatur ſimpliciter beneficium huius

l.Sauilia.conſi.7.Eynimundus,nu.5.vol.j.& conſi.11.tria,nume.11.eo.lib.& conſi.114.Ioanna,nu.9.eo.lib.&.142. Claudius,nu.27. quid quando interuenit dolus & fraus in contractu,eo.lib.& nu.28.quid in muliere, minore, & ruſtico.& in maiore & minore iurantibus,conſi.188.Magnificus,nu.3.eo.lib. & an competat maiori cum iuramento promittenti omnia & ſingula rata ac firma habere, Rui.conſi.16.circa, nu.3.vol.4.& nu.4.quòd huic.l.renunciari poteſt,vt ſupra.Et quoniam locatio proxima eſt emptioni & venditioni.l.2.ff. loca. ſciendum eſt quoque.l. hanc locum in ea habere, ſecundum communem opi. Immo & in omnibus contractibus bonæ fidei,Fab.vbi ſupra in.2.q.8.q.princi.Bal.in.l.3.C.com.vt.iudi. Bar.& Docto.in.d.l.ſi quis cum aliter.ff.de verbo.ob. & de locatione,in.l.item ſi precio,in.§.quemadmodum.ff. loca. Areti.conſi.125.eximie,col.j.Bal.in.l.legem,col.2.C.loca.& in.l.ſi olei.C.eo. Si ſtatuto tamen caueretur, & eſt pulcherrimus caſus, ac quotidianus, quòd bannito ratio reddi non debeat, nec eorum querelæ ſeu petitiones audiri,iſque prędia vendat, & deceptus ſit vltra dimidiam iuſti precij, ſciendum eſt, quòd non propterea agere poterit contra emptorem, & beneficio vti huius legis,licèt fuerit de banno cancellatus, vt per multa oſtendit Albe.in ſtatu.q.45.ſed quid ſi ſtatuto, parte.4. Non habet locum adhuc remedium huius legis, ſi venditio facta ſit cum ſubhaſtatione & decreto Iudicis.l.j.C.de prædi.curia. libro.10. quem tex.ad idem dicit, & per multa probat ſingula. Alex.in.l.precia rerum,col.3.ff.ad legem Fal.Iaſ.in.l.pacta nouiſsima, in.3.not.C.de pac.Secus tenuit Brun.& male, conſi.41.viſo inſtrumento, col.9.Bald.in.l.j.in prin.C. de præſcrip.30.anno.& in.l.ordo, colũ.j.C.de exe. rei iudi. & conſi.513.Iudex,in prin.vol.5. Tamen opi.Bruni tenuit etiam Iaco.de S.Geor.in.d.l.pacta nouiſsima,col.j.& rurſum male, ex prædictis,multa Seyſel.in.d.l.ſi quis cum aliter, colum.3.&.4.ibi, quid ſi venditio per procuratorem fiat.& Fab.de mon.S.Saui. in tracta.ſupra allega.de emp.& ven.in.5.q.8.q.prin. Et Sauilia.conſi.129.pro clariori,nume.4.vol.j.Et pulcherrimum verbum dicit quoque Cremen.in ſingu. ſuis.84. volo te docere, quòd etiam re perempta poterit agi, non alternatiue tamen, vt hic,quia ſi res perempta eſt, reſtitui non poterit.l.decem.ff. de verb.ob.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pe. ſed cum ſuperſit obligatio ad ſuppletionem iuſti precij, & eſt dictum Abb.





egregium, in.c.cum dilecti,ad fi.de emp. & ven. Et ſciendum eſt, quòd remedio huius.l. præſcribitur ſpatio.30. annorum, prout in cæteris perſonalibus actionibus, & eſt cõmunis opi. teſtaturque poſt multa Balb.in tracta.præſcrip.in.4.par.4.par.prin.q.26.in prin. Et licèt dixerim ſupra, quòd in ſciente verum precium rei locum non habet,ſi ſit maxime vendens homo intelligens, aduerte tamen, quòd non cẽſebitur deceptus, etiam ſi fuerit ruſticus,dummodo ſciat ſe lædi vltra dimidiam, quia ſcienti & volenti non infertur dolus,& ita concludit Alex.conſi.127.viſo proceſſu,col.2.vol.2. Aliàs ſecus, inquit idem Alex.conſi.j.in prin.vol.6. Et in ſciente dictum limitat.4.modis Burg.in.c.cum dilecti, col.4.de emp.& ven. & quòd habens notam conditionem rei venditæ tempore venditionis,probata vera ſcientia,non agat aliter, teſtatur Flo.ſe ita de facto obtinuiſſe, in.l.ſi ſeruum,in fi.ff.ad legem Aqui.Bal.conſi.394.ſuper primo,in prin.vol.4. Verbumque annotatu dignum ponit, conſi.103.quæritur, quòd hoc caſu res tantum valet,quantum vendi poteſt,vol.j. Et ſingulare additur,ſi minor decipiatur,quòd non agit alternatiue,ſecundum formam hic traditam,ſed reſtituitur in integrum,& contractus præciſe reſcinditur,rationemque aſsignat idem Bal.in.l.1.C. ſi aduer.fiſ. Et licèt in emptore locum iſtud potiſsimum habeat, deceptio tamen communis eſt,vt remedio iſtius legis agatur, exẽplumque ponit Burg.in.c.cum dilecti,in.4.col.de emp.& ven. & incidenter dixi ſupra. Quod tamen remedium ceſſat,ſi quis grauatus ſit à defuncto vendere fundum pro tanto precio, & eſt rationabile, quia hoc caſu in contractu deceptio eſſe non poteſt, vt pulchre deducit Barba.in rub.de reb.ec.non alie.nu.203.&.210.Bald.in.l.ſi fideiuſſor,in.§.meminiſſe.ff. de lega.1. & in.l.Imperator, in.§.ſi centum.ff.de lega.2. Seyſel.in.d.l.ſi quis cum aliter,col.vlti.& ibi quid ſi venditio eſſet facta ad tẽpus.& quid ſi in domo vendita fuiſſet inuentus theſaurus.Tiraquel.multa in tracta.retracta.in.§.36.nu.5.&.9. Afflic.in.1.col.2.quali.do.prop.priue.in vſib. Diſputatur etiam, an locũ habeat in tranſactione,& tenuit Io.de Ana.conſi.33. circa primum,in fi.quòd ſic,plene Burg.in.c. cum cauſam, colũ.4.7.&9.de emp.& ven. Et quia dicit Alibi Iaſ.in.l.à diuo Pio,in.§.ſi pignora, col.2.ff.de re iudi. quòd ex modica læſione non reſcinditur.aliquid Bal.in.l.Imperatores,in.§.1.ff. de tranſac. & quia arbitramentum eſt tranſactio quædam,authen.ſi vero cõ

tigerit.C.de iudi.& in corpo. vnde ſumitur,ad ſententiam arbitratoris inferri poteſt,vt per Bar.in.l.ſi quis cum aliter, col. 2.ff.de verbo.obli.allega.etiam ſupra multa Seue. in tracta. de tranſac.in.12.q.Sauilia.cõſi.151.neminem,nu.26.vol.1. Rui. conſi.132.viſo,nu.3.vol.1.Et idem in venditione,quo caſu loquitur hæc lex,vt ſupra licèt in ea interponatur ſtipulatio, nõ autem locum habet,nec datur actio de dolo, vt per Iaſ.in.l.cũ mota,col.4.C.de tranſac.Bulga.in rub.de verbo.ob.in.3. Alexan.in.d.l. ſi quis cum aliter,in prin.ff. de verbo.ob. Dubitauit rurſum Corne.cõſi.288.viſo, in prin.vol.3. cum in pignore non ſit precium, nec in eo cadat deceptio, an poſsit agi remedio adhuc iſtius legis,& ſentit,quòd non. Sed pulchrius eſſet ſcrutari ſi vendatur ius primogenituræ, citra dimidiam iuſti precii,quid iuris,quid tamen decidi facile poteſt,& dici agẽdum eſſe pariter remedio huius legis,vt in tracta.de primogeni.docet Mar.Lauden.col.15. Si adultus etiam in caſu authẽ. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.ven. re ipſa enormiter læſus ſit vltra dimidiam, ei omni modo ſubueniendum eſt,& ita debet per hanc.l.limitari,vt limitat Alex. & bonis rationibus cõprobat,conſi.125.viſis,col.2.volu.1. Tamen contrarium tenet conſi.17.ponderatis,col.1.volu.3.& vt prius Ancha in.c. canonum ſtatuta,col.138.de conſti.multa Iaſ in.d.authen. colum.10.vbi etiam ego. Dicit quoque idem Ancha. cõſi 184. viſa, col.2 multum ad propoſitum, licèt maioritas præcii vltra verum valorem rei,non reddat contractum nullum, quòd tamen contra immoderatũ exceſſum hinc inde prouiſum eſt, & bene,ſignanterque &, in ſpecie per hanc.l.noſtram.nonnihil conſi.402.pluribus rationibus, col.2. Et not.ampliationem tradit Ro.conſi.369.circa primum,col.3.in prin quòd ſicuti reformationi ſubiacet contractus emptionis, & venditionis,vt hic, ita reformationi ſubiacet penſio, ſi vltra dimidiam iuſtæ eſſe reperiatur,quoniam precium & penſio parificantur l.item ſi precio.§.fi.& ſeq.ff.loca.coniuncta.l.noſtra, & vt ille fuſius,& conſi.423.pro pleniori,in prin. quod etiã refert Staphi.in tracta.de commiſsio.& lit.Iuſti.fo.114.nu 90. Et non õmittendum eſt quoque, quòd licet contrahentibus permittatur, vt ſe inuicem poſsint decipere.l.in cauſæ.§.idem Pomponius.ff.de mino.verum eſt tamen, niſi iniquitas æquitatem excedat in maiori proportione,vt per Bal.in.l.1.in.1.lectu.colum.fi.ff.de iuſti.& iu.nec licitum eſt,eodem teſte,in.l. cum ipſe,in





ſe,in prin.C.de contrahen.emp. ſi tutor cum pupillo contrahat,ſeu in facto proprio auctoretur,niſi palam contrahatur,et bona fide. Qui dicit etiam in.l.cum antea, colum.3.C.de arbi. quòd ratione liberi arbitrii non poteſt iuri alterius derogari, & maxime quando læſio eſſet vltra dimidiam. Et ad propoſitum tranſactionis eſt maxima dubitatio quoque, ſiquis læſus ſit vltra dimidiam, dubii euentus, an habeat remedium huius legis,quod ponit & diſputat Bal.in rub.extra de tranſac.col.2. vbi teſtatur amplius, quòd hac de cauſa orta eſt tunc horribilis guerra,vt ipſius verbis vtar, inter Regem Vngariæ & Illuſtriſsimos Venetos. Et extẽdit in.l.ſi olei, C.loca.citatus etiã ſupra licèt ad aliud, quòd non ſolum hæc lex habet locum in cõtractibus nominatis, verum etiam in innominatis, qui cum nominatis ſimilitudinem habent.Et declarationem ponit in.l. 1.C.ſi ma.fac.quòd ratificans contractum,purgat defectum ſolennitatis,quòdque ſibi non propterea in via agendi præiudicat.Et ſi deceptio etiam ſit in vno nummo,huic legi locus erit inquit Burg.in.c.cum cauſa,col.3.de emp.& ven. Qui ad eam, in.4.quoque &.7.ibidem ponit multas extenſiones,limitationes & praticam,memoriæ omnino commendãda. Verum dubito,quid in donatione patris,facta filio, Bal.in authen.ex teſtamento,col.3.C.de colla.dicit, oportere talem eſſe cauſam, quæ non tantum patrem ipſum flectat,verum etiam bono viro concludat,& æqui ponderet donatio meritis,vel ſaltem nõ ſint infra dimidiam iuſtæ cenſuræ, ſeu mẽſuræ,ſumpto ex iſta lege argumento. Et ſi praticam ſcire cupias ipſius explicite & quotiens agitur, dic ſufficere quòd mittantur ad petitionem agentis æſtimatores,eorumque relationi ſtetur,de quo tamen dubitat,& videndus eſt Flo.in.l.ſi ſeruum, allega. quoque in diſcurſu,in fi.ff.ad legem Aqui.Et vnum ſciẽdum adhuc reor, quòd hoc remedium eſt generale,propter æquitatem,reſtitutio in integ.autem ſpeciali fauore minorum inuẽta, vt hic per Bal.in.1.col.& vnum non tollit aliud,immo quòd poſſunt cõcurrere,vt plene not.in.l.in prouinciali, vbi Iaſ.in fi.ff.de no.o.nun.quicquid dixerit Sauilia.conſi.7. Eynimundus,col.1. &.4.vol.1.quia caſus eſt diuerſus.Et nota quòd melius eſt (vt dixi ſupra)petere reſti.in integ.poſt Bal.in.l.1.C.ſi aduer.fiſ. Et quòd contractus hoc caſu ad æquitatem reducatur,ſi læſio ſit vltra dimidiam,& ad proportionem, firmat Bal.conſi.119. verba,col.1.volu.1. Et ad materiam dicit Gramma.deci.101.

Magnifica Franciſca,nu.74.quòd læſio enormis eſt,quæ tollit ius quæſitum,non quærēdum . Et quòd valor rei attēdi debet tempore contractus,Areti.in.§.ſi quis agens , colu.3.Inſti. de ac.& poſt eum Gui.papæ deci.585.teſtes,in prin. Et quòd habeat locum etiam ſi in venditione appoſita fuerit ſtipulatio vt ſupra , & etiam ſi fieret nouatio , tenet Seyſel.in.d.l. ſi quis cum aliter,col.2.de verbo.ob. Sed non in liberatione,vt ibidem,col.3.neque in feudo,inquit Seue.in tracta.feu.arti.6.nu.31.Fabia.de Mon.S.Saui.in.2.q.8.q.prin.de emp.& ven. Qui ibidem.q.8.ponit etiam quomodo formetur libellus pro conſequendo beneficio huius.l. Dicebant quoque nouiſsimi Bononien.in.c.cum dilecti , nu.4.de emp. & ven. quòd venditio rei eccleſiaſticæ facta,ſeruata forma,valet,quamuis læſio ſit in precio,quòdque reſciſio fieri poterit,vel per reſti.in integ.vel per iſtam legem,quod iudicio meo pendet à ſupradictis , licèt de minore , & non in Eccleſia loquantur.l.reſpublica.C. ex quib.cau.ma. Et in minore quid iuris ſit,nouiſsime tradit etiā Sauilia.conſi.151.neminem,nu.6.vol.1. Sed quid in dote,Bal. de Bartoli.in.l.1.nu.212.dicit quòd in ea ſine controuerſia locum habet. Dubitabam etiam,ſi conſenſus eſſet geminatus,an tolleretur beneficium huius legis,& dicebam alias , quòd ſic, tradit Abb.conſi.71.quinque dubia,col.pe.in.2.dubio,vol.1. quia ſtante geminatione prædicta , ceſſat omnis præſumptio deceptionis,& fuſius Sauilia.conſi.54.quæritur,col.2.volu.1. Et conſi.151.neminē,nu.31.eo. lib. & ingeminata quietatione,conſi.114.Ioanna, nu.18.eo.lib. Adeo efficax eſt rurſum huius.l. remedium,vt habeat locum etiam , & competat fratri contra matrem & fratrem conuenientes in ſui læſionem,licet conuentionem ratificauerit,Alexand.collega , conſi.103.circa,nu.2. Non datur tamen contra tertium poſſeſſorem, tanquam actio perſonalis,vt concludit Rui.conſi.32.viſo, numero.10.vol.j.Et quòd remedium reſtitutionis generaliter competát tam maiori,quàm minori,ex diſpoſitione huius legis,vt ſupra nouiſsime diſputat Cur.iuni. conſi.53. habita, nu.8.9. Et quòd in vendente non in conſentiente locum habeat,Illuſtris Tiraquel.in tracta.retractatus.in.§.j. in glo.9.nu.105.& in.§.32.in glo.j.nu.60.&.66.quòd reuēditio,ſeu reſtitio quæ ſit ex diſpoſitione iſtius legis, non eſt neceſſaria,ſed voluntaria,ex voluntate ſcilicet emptoris dependens, in cuius facultate eſt,ſupplere precium,& nō rem ipſam reſtituere , poſt Caſ-

ſane.



ſane.in conſi.de quo ibi per eum fuſius, quia hoc ipſum ad lōgum diſputat. Dubitatio eſt etiam,an agens remedio huius legis,petat fructus perceptos peremptorem in eo quod plus res vendita valuit,& dicit Matthæ.Afflic.quòd non,in.c.j.nu.83. de feu.da.in iu.l.commi.in vſib.& ibi quod ſæpe dictum eſt ſupra.nu.84.85.86.87.quid in locatione, in feudis, in permutatione,& tranſactione denique. Et quid in feudis rurſum, & in datione in ſolutum,in.c.1.in.§.ſimiliter,col.8.de capi.qui cu. ven.Et licèt quis vendendo rem ſuam,videatur ſcire vires ipſius , tamen poſt venditionem poteſt agere remedio huius legis,niſi expreſſe probetur , quòd tempore venditionis , vt dictum etiam fuit ſupra eiuſdem notitiam habuit , & nouiſsime Afflic.addendus eſt,in.c.1.in.§.feudum, col.3.ſi de feu.fue.cōtrouer.int.do & agna.in vſib. Non habet locum quoque hæc lex,ſi vendo rem,puta valentem centum,pro decem, promittatque emptor dicta decem ſoluere ad tempus, & ſi non ſoluerit.d.tempore,centum,vel iuſtum precium, ſi vt , conuentum eſt,decem ſoluerit,quia prouiſio hominum eſt,& ſingulare dictum Bal.in.c.1.quod ibi extollit etiam Afflic.col.2.quali. domi.prop.priue.in vſib.Qui alibi quoque not.caſum ponit,teſtaturque ipſum habuiſſe in facto , quidam enim conſtituerat procuratorem generalem, cum poteſtate contrahendi, & ſpecialiter ad emendum , prout ſibi videretur , & ad omnes alios contractus celebrandos,& ad iurandum ſuper quocunque,vēdidit & iurauit procuratorio nomine non contrauenire,dubitabatur nunquid poſſet agere remedio huius legis , & decidit breuiter quòd ſic, rationibus de quibus per eum , in.c.1.in.§. item ſacramenta , in.3.not.nume.28.de pa.iu.fir. in vſib. Sed quid in malæ fidei poſſeſſore, conuento remedio huius legis, ſi iuſtum precium velit ſupplere , audietur ne? Idem Afflic.in capitulo primo,in decimotertio not.de prohi.feu.alie. per Fede.eo.lib.nume.100.ſentit, quòd non , & eſt glo.in.l.pe.C. ſi ven.pi.aga. Et quia de valore rei agitur hic,ad materiam, vidēdus eſt Abb.qui deceptionem quantitatis rei , à deceptione in valore,pro intelligentia pulcherrime diſtinguit,in.c.per tuas, in prima columna de dona.

## *Ad.l. Lucius.ff. de hæ.inſti.*
## Conditio 7.

SCAEVOLAE verba hîc, in fi. quando dicit. Nam prudens
„ conſilium teſtantis animaduertitur, non enim fratrem ſolum
„ hæredem prætulit ſubſtitutis, ſed etiam eius liberos. eam in-
„ terpretationem habēt, vt dicit glo.communiter approbata, in
verbo liberos, vt vocati non ſint, nec ſuccedant teſtatori, ſed
tacite ab inteſtato hæredi inſtituto, ſi ſic decedat. & eſt exem-
plum, quando dicitur, ſi Titius hæres meus ſine liberis deceſ-
ſerit, Seium ſubſtituo, vt per Docto.hic, præcipue Imo. late
Alex. in.l. ex facto, in.§.ſi quis rogatus, col.2.ff. ad Treb.&
conſi.51.proſpectis, col.7.8.vol.4. Alexandri.olim collega,
conſi.26.viſo teſtamento,nu.3.& conſi.48.viſo caſu, nu.4.&
conſi.120.viſo & diligenter conſyderato,col.2.Gui.pap.cōſ.
22.viſo caſu,col.2.& conſi.25.viſo nu.1.2.& conſi.27.atten-
dentes,col.1.& conſi.214.circa materiam,in prin.& con.215.
vertitur,nu 3.& conſi.218.indubitanter,col.4.Rui.conſi.87.
in facto,nu.4.vol.2.& conſi.89.caſus,nu.1.eo.li.& conſi.105.
viſo teſtamento,in prin.eo.lib.& conſi.119.viſo,nu.3.eo.lib.
& conſi.145.videtur,nu.2.eo.lib.& conſil.179.in themate,in
prin.eo.lib.& conſi.115.caſus iſte,nu.j.lib.3.& conſi.122.cō-
ſyderatis,nu.2.eo.lib.& conſi.124.viſo nu.5.eo.lib.& conſil.
134.circa,nu.5.14.eo.lib.& conſi.136.perſpectis, nu.j.eo.lib.
& conſi.137.verbis,nu.j.eo.lib.& conſi.142.viſo nu.j.eo.lib.
& glo.ſimilis eſt in.l.ſi quis ita hæres inſtituatur.ff eo.de hær.
inſti.multa Iaſ.in.l.j.col.3.vbi & nos ſæpe.C. de pact. & ratio
vbiq́ue aſsignatur, quia non per modum diſpoſitionis, ſed cō-
ditionis, de liberis facta eſt mentio, regulareq́ue dictum, verba
conditionaliter prolata, diſpoſitionem non inducere. Vel &
aliter, quòd quæ ſunt in conditione, non ſunt in diſpoſitione.
Vel quòd conditio nihil ponat in eſſe.l.ſi quis ſub conditione
dandorum decem.ff.ſi quis omi.cau.teſta.l.ex facto.ff.de hær.
inſti. Ancha.conſi.74.contra Philippum, in prin.et conſ.137.
principaliter, in fi. Areti.conſi.145.reſpondendo, in princi.Io.
de Ana.conſi.68.viſo ſtatuto, in fi.licet Barba.nitatur oſtēde-
re contrarium.in repe.l.cum acutiſsimi, col.76.78.79.83.88.
90.C.de fideicom.& pulchre quidem, ſed quia cōmunis opin.
eſt



eſt cum glo.(vt dixi) ab ea non recedo, idem Barba.ibidē, col.
75.& ad propoſitum idem Ancha.in.c.canonum ſtatuta, col.
266.de conſti.& quòd ſit glo.hæc communiter approbata, &
effectus magnus, teſtatur Gerar.pet.ſanc.in ſingu.61.habes, in
prin.multa Cotta, in memora.ſuis, filij, & iſtam gl.ex pluribus
veriſsimam eſſe comprobat, dicens amplius communem, & ꝙ
ita de ſtylo & obſeruantia curiæ parlamenti delphinalis ſerua
tur in iudicando, Gui.Pap.conſi.215.latius, col.pe.& deci.39.
Doctores, col.2.& ibidem in fi.quòd vtile eſt iſta ſcire, quoniā
ſi liberi venirent ex teſtamento, alienata reuocarēt, alias ſecus,
authen.resq́ue.l.fi.C.cōmunia dele.& fuſius declarat, verūq́ue
eſſe rurſum dicit, niſi verbum maſculis adijciatur, ideſt ſi ſine
liberis maſculis deceſſerit, deci.184.in illa quæſtione, col.2. &
3.Soci.& alij in.l.cum auus.ff.de condi.& de. & quòd filijs in
conditione poſitis nihil relinqui videatur, quòdq́ue habentes
hæreditatem, habeant ex Fortuna, non ex iudicio teſtatoris,
tradit idē Gui.Pap.deci.531.miles, col.2. & deci.600. item in
fi.Seyſel.in.l.centurio, col.11.ff.de vulga.& pupil.ſubſti. Non
procedit etiam glo.hæc, ſi filijs filiorum grauamen impoſitum
ſit.l.neque.§.interdum.ff.de pecu.le.Bal.in tracta.ſub.de com-
pendioſa, numero.29. Neque in legatis, & eſt communis opi.
licèt dubitauerit Iaſ.in.l.j.in.5.colū.C.de pact.Cotta multa in
loco de quo ſupra & Gerar.ſingu.præallega. 61. & Seyſel. in
d.l.Centurio.latius & ordinatius ibi Galliau. quo ad gl.& li-
mitationes prædictas.Idem Seyſel.in.l.ex facto, in.§.ex facto,
col.j.&.2.ff.ad Trebel.eſt verum quòd ab iſta communi ſen-
tentia aliqui receſſerunt, coniecturas conſyderantes, maxi-
me Corn.quem refert & ſequitur Saui.conſi.62.nobilis, col.
2.vol.j.Rui.conſi.108.viſa, nu.11.volu.2. & conſilio.131.in
themate, nu.13.vol.3.& Cur.Iuni.conſil.87. præſupponitur,
col.vlti.& conſi.96.habita, col.2.& conſi.113.pro reſolutio-
ne, nu.4.& quòd vocati cenſeantur etiam filij quando in con-
ditione poſiti ſunt, cum illa qualitate maſculinitatis, vt ſupra
firmat ex multis idem Saulia.conſi.130.nu.2.eo.lib.& ſimili-
ter quando poſiti in conditione grauantur, conſil.155.verba
teſtamenti, col.2.eo.lib.idē Rui.con.111.nu.12.lib.2.& nu.7.
ac.9.& conſi.124.viſo, col.2.eo.lib.& declaratio ad idem, con
ſil.130.viſo, nu.7.eo.lib.& conſi.114. viſo, nume.4.eo.lib. &
conſi.198.ponderatis, nu.2.eo.lib. Tamen contrarium ſentit,
& dicit, quòd hæc eſt magis communis opi. conſil.134.circa,
nu.

nu.18.volu.3.& conſi.138.quæritur,nu.3. eo.lib. & conſilio 142.viſo, nu.4.eo.lib.& ꝙ regulariter non inducant diſpõné prædicta verba, licèt faciant deficere fideicõmiſſum, idẽ Gui. Pap.tenuit,conſi.28.conſilium,nu.6.ad fi.& conſil.214.circa, col.pe.Niſi (vt dixi)filijs filiorum grauamen iniunctum ſit.& firmat idem Gui.Pap.conſi.135.conſilium,col.2.& conſ.136. ſi nobilis,col.j.2.& conſi.140.conſilium,col.3.vel,& aliter, ſi teſtator hæredem inſtituat in vita tantum,Rui.conſi.3. de pluribus,nu.26.vol.2.& ſi filij maſculi inſtituti ſint,& ſubſtituti, & in conditione poſiti,videtur voluiſſe teſtator,bona in agnatione conſeruari,vt ibidem dicit,nume.15.ex multis, quæ nõ refero,& conſi.113.quia deciſio,nu.3.eo.lib.quòd in cõditione poſiti & alienare prohibiti, cenſentur ad fideicommiſſum vocati,& idem conſ.122.de duobus,col.3.eo.lib.filij poſiti in conditione,non cenſentur vocati adhuc,vt ſupra etiã in ſubſtitutione facta vltimo morienti,in tota hæredita .l. Titia Seio.§.ſeia libertis,& ibi not.ff.de lega.2. idem Ruin.conſ. 140. viſo,nu.12.eo.lib.& notandum eſt,quòd appellatione filij vel filiæ,poſiti vel poſitæ in conditione. venit etiã nepos vel neptis ex filio vel ex filia,vt idem dicit conſi.151.in cauſa, num. 2.eo.lib.& conſi.158.viſo,in prin.eo.lib. quòd filij filiorum, in conditione poſitorum,non cenſentur vocati, vt adhuc dictum eſt ſupra niſi vocati ſint illi de domo , vel aliter conſtet de mente.nonnihil ibidem nu.13.multa conſi.160.viſo, num. 20.21.24.eo.lib.& conſ.181.viſis conſilijs,nu.10.eo.li. & dicit etiam conſi.140.viſa,nu.14.volu.3. quòd poſiti in conditione cenſentur vocati,vbi eorum fauore excluditur ille, qui eos,vel in totum excluſiſſet,vel pro parte,& conſil.141. viſo, nu.6.eo.lib.aliam intelligentiam tradit ad glo.hic, quòd locũ habet,quando teſtator vnum filium ſubſtituit alteri ſi deceſſerit ſine filiis,ſed ſi prouidit etiam poſt dictam ſimplicem ſubſtitutionem,de vlteriori ſubſtituto in caſu decedentium omnium filiorum,tunc filij in conditione poſiti,dicentẽ ex teſtamento vocati,& hæc dicta ſint ad declarationem eorum quæ habentur in.l.centurio,de vulga.& pupil.ſubſti.& in.l.precibus.C.de impube.& in.l.cum auus,de cõdi.& de.& in.c.Raynucius,in materia huius glo.de teſta.

Ad.l.



## *Ad .l. quotiens .ff. de uſufruc.*
## Ordo. 8.

Ex verbis à Iuliano prolatis,lib.35.fforum,& de quibus hîc, ſi vſufructus legatus ſit duobus,ita vt alternis annis vtantur & fruantur. Titio ſcilicet & Mœuio,quòd dici poteſt,prius Titio,poſtea Mœuio,legatum relictum fuiſſe.colligitur, ordinẽ ſcripturæ deſignare ordinem voluntatis, & proceſſus. idéque Bal.iſtum tex.ſic ſummãdo.qui fuſius dicit in authen.hoc amplius,col.penul.C.de fideicom.quòd licèt ordo non attendatur,niſi ſit à lege præfixus,vt vitiet.l.prolatam.C.de ſenten.& interlo.om.iudi.attenditur tamen, vt declararet voluntatem defuncti.Subijciens,ordinem naturæ,inſtitutionis diuinę,& ſi inuentus ſit ingenio maiorum prætermitti nõ poſſe,& minus in dubio ſi dat intellectum actui,vt hîc,& in.d.authen. hoc amplius,& de ordinæ diuinæ inſtitutionis,habetur in.c.in CHRISTO pater,vtrobique per eum allega.de conſecra.diſ.2. quòd præpoſterari non poteſt,ſicuti nec naturæ,vel formæ.l.quidã. ff.de pecu.le.Dicens rurſum (quod pro declaratione notandum eſt)quòd ſic quoque ordo inter gradus ſeruãdus eſt, ſed quòd intra gradum non curatur,in.l.ſi.col.4.C.de hære.inſti. & probatur in.l.3.in.§.filius. ff.de lib.& poſthu.& iſtum text. inducit in.q.dominicali Io.And.in Mercu. regu. contractus, col.2. de regu.iu.in.6. de aduocato, qui ſalario annuo promiſerat patrocinari monaſterio S. Andreæ,& S.Benedicti, vt prius illi,quàm iſti,patrocinium præſtare teneatur. & ad idem facit etiam glo.in.c.quorundam,de ele.in.6.quæ dicit pariter, quòd ſi in aliqua ſcriptura reperiantur duæ perſonæ nominatæ,primo nominata præſumitur dignior , niſi nominatæ ſint circa turpia,quia tunc ſecus,debebitque potius denominatio fieri à vilioribus quàm à dignioribus,vt not.in.c.auaritiæ, de præben.Abb.in.c.ſedes,col.3.de reſcrip. Moder. Portugalle. in.l.Imperium,cól.3.ver.quinto limitatur.ff.de iuriſ.om.iud. & ad propoſitum regulæ,licet etiam videre in.l.cum pater, in §.à te peto.ff.de lega.3.vbi teſtator ſubalternat perſonas, quia habet quoque affectionem ordinatam, ita vt primo nominatus,primo vocatus ſit,& quia ordo verborum deſcribit ordinem intellectus,maiorque cæteris præſumitur qui primo nominatur,

minatur,& idem in.l.ſi quis ſeruum,in.§.certam.ff.de legat.2. & in.l.hæredes mei,in.§.ſi.ff.ad Trebel.& in.l.gallus,in.§.j.ff. de lib.& poſthu.& in.l.j.ff.de albo ſcri.Bal.in.l.cum quidam, col.2.C.de verbo.ſigni.& eſt regulare,omne verbum aliquid operari debere.l.ſi quando.ff.de lega.j.l.ſi ſtipulatus.ff.de vſu. l.baliſta.ff.ad Treb.& non ſolum verbum, verum etiam ordo verborum,idem Bal.in.l.ne quicquam,in.§.de plano, col.2.ff. de offi.Procon.& quòd ſeruetur quantum ad præſumendam voluntatem,& cum ſermo eſt in voce, quòd præſumitur eſſe prius in ſenſu,tradit adhuc in.l.ſi duas,col.j.ff.de excu.tuto.& in.l.ſi ita,in not.q.militis relinquentis duos equos,quos habebat,vnum templo vltramarino,alium fratribus prædicatoribus,vt electio ſit templi,quia qui primo nominatus eſt,debet eſſe fauorabilior,ad ſi.ff.de legat.j.Bar.in.l.qui duos .ff.eodẽ. Eſt verum,quando conſtat de mente,quòd iſto caſu ordo nõ curatur.l.nec enim.ff.de ſolu.l.veluti.ff.de iuſti.& iur.l.aduocati.C.de aduo.di.iudi.late ſcribẽ.in.l.2.in.§.ſi prius.ff. de vulga.& pup.ſub.Ange.in prohe.ff.orum,in prin.col.j. Alexand. conſi.161.viſis,col.2.vol.7.& quòd ordo ſcripturæ attendatur,ex multis oſtendit idem Bal.conſi.183.factum, col.2. vol. j.& quòd deſignet ordinem intellectus conſil.472.in cauſa,ad fi.exemplificando in canonicatu,& præbenda , quòd hæc ad illum ſit acceſſoria,volu.2.& conſi.154.citatio , in fin.volu.3. quòd iſtud maxime locum habet,ſi rationi conſonet,& in præallega.conſi.183.& idem conſi.82.factum,col.2.volu.j.& elegãtius conſi.236.amplius col.2.vol.3.quòd intellectum præparat,ſenſum aperit,& quòd denique applaudet veritati.& inter locos,ex quibus propria verborum ſignificatio ſumitur, iſte etiam collocatur,vt pulchre docet Stepha.Fede.in tract.de interpreta.iu.in.3.par.vbi vigintiduos enumerat,quos breuitatis gratia non ſcribo.hoc vnum tamen non omittens, quòd iſte eſt ibidem quartus decimus.Et ad idem facit, quia ſi in cõmiſsione exprimatur nomen proprium & appellatiuum, ceſſantibus alijs coniecturis,attenditur illud quod præcedit, vt per Abb.in.c.quoniam Abbas,& ibi Deci.late, colũ.5. de offi. dele.& ſi in inſtrumento ſint duo contractus ſcripti,prius ſcriptum prius factum præſumitur,vt inquit Bar. in.§.penulti.in prima conſti.Cõ.& Bal.in.l.de rebus . C. de dona. ante nup. Qui dicit etiam in authen.hoc amplius,in pe.col.C. de fideic. quòd primo nominatus in contractu præſumitur principalis, ſecundo



ſecundo vero fideiuſſor.Et in.l.aduerſus .C.de fur. quòd creditor ratione hypothecę tempore eſt prior,qui prior eſt in ordine ſcripturæ.& in conſi.ſciſma,quod poſitum eſt in titu.C. ſi quis ali.teſta.prohi.col.12.quòd in electione Papæ populus voluiſſe videtur quem prius nominauit,puta quia dixerit, Romanum vel Italicum volumus.Et ad idem glo.in regu. expectatiua,in.2.par.2.principa.in prin.quòd in curia , qui ſint digniores officiales,cognoſcitur ab ordine literæ.& in regu.cancel.7.col.j.quòd ab ordine literæ ſic etiam eſt eccleſia S.Petri, & non S. Ioannis,principalior in vrbe,& in orbe , & apparet etiam,quia ex priori nominatione,canonici in.c.auaritiæ , vt ibi per Deci.in prin.de præbẽ.præponũtur canonicis.Et in pulchra.q.dicit adhuc Galliau.ĩ.l.gallus.nu.61.ff.de li. & poſthu. quòd hæc regu.non debet violari,quam ex multis & ad ſaturitatem exornat etiam Euerar.Louaniẽ.in lib.de locis topicis, primo.non nihil Bellame.deci.742.ſuppoſito, col.5.& in ſimili,quòd in reſcriptis quoque ab ordine iuris recedi nõ debeat, quoniam actus erit nullus,tenuit Bal.in conſi.345.quia, colũ. j.volu.3.& probatur in.c.exhibita,de iudi.& conſ.192.fratres in prin.eo.lib.quòd ordinis ratio facit vt proximior admittatur.Ex ordine. Ex ordine titulorum etiam licet arguere. quia non alias ſituantur leges, niſi ſub congruis titulis.l.2.ff. de ſta.ho.Bal.in prohe.Co.in.§.quibus,col.2.Ordo eſt rerum eſſentia,inquit Plato.& Ariſtote. quòd quicquid boni in rebus reperitur,ex ordine pendet.Immo quòd nulla rerum cognitio abſque ordine tradenda eſt,alioquin nõ eſſet cognitio, ſed perturbatio quædam potius,& cõfuſio. Vnde & bene Impe.in.§.inordinatum,in authen.de hæ.& Fal.ait, quòd omne inordinatum eſt confuſum.& ineptum quodcunque fit ordine prætermiſſo,vt per Bal.conſi.347.Ecce , col.2.volu.3.& ſi vulgo tamen dici ſoleat,quòd in extraordinarijs ordo eſt ordinem non ſeruare. Inuentumque prouerbium in eos qui naturalem ordinem confundunt.
„ Lanam ſtatim defert in offici-
„ nam Fullonis.Ea de re ſapiens eſt qui bene ordinat res ſuas ad finem,inſipiens vero qui præpoſtere agit,vt ille, qui carrucam poſuit ante boues,& de quo per glo.in regu. quod ſemel, de regu.iu.in.6.& Odof.in.l.vt debitum.C. de hæ.ac. & ad idem ſicuti non eſt quid,quod charius & precioſius ſit tempore, nõ eſt quid etiam quod ſit pulcherius ordine. & quia de materia diximus etiam in lib.Enchiri.c.214.multa,ratus hęc ſufficere, quantum

quantum ſit ad hanc pulcherrimam legem, finem facio.

## *Ad.l.æquiſsimum.ff.eo.*
## Rixa. 9.

Ex verbis Vlpiani hîc, lib.18.ad Sabinum, quæ ſunt, Cur enim
» ad arma & rixam procedere patiatur Prætor, quos poteſt ſua
» iuriſdictione compeſcere. argu.ſumitur, quemadmodum etiā
glo.dicit, quòd Iudex litigantes cogere poteſt ad pacē & tranſactionem, faciendam, gratia dirimendarum litium. quorū primum tamen, ſecundum Bar.hic, requirit altiorem indaginem.
Immo quòd Bal.ſentit contrarium in.l. ex ſtipulatione.C.de ſen.ſed reſolutio eſt, vt poſsit ante factum, non poſt, quoniam delictum vindicari debet. ne remaneat impunitum .l. licitatio. §.quod illicite.ff.de publica. Idem Bal.in.l.tranſigere, col.3.C. de tranſac.& in.l.3.ff.quod met.cau. & hic. qui tamen ſubijcit ſi diſſenſio ſit inter Illuſtres & inſignes perſonas, quòd poterit, ne reſpub.turbetur, diſcordias ſedare.l.ſi quis ingenuam. §.in ciuilibus.ff.de capti. Vel quòd in ciuili cauſa hoc idē procedat, in qua bene poteſt partes arctare ad concordiam amicabiliter faciendam, per viam facti, vel iuris. Ro.aliquid in.l.1.in §.& poſt operis, in prin.ff de no.o.nun. Studere etiam debet pro generali pace & quiete prouinciæ ſibi commiſſæ, vt in.l. congruit.ff.de offi.præſi. Et ad idem nota, quòd ſtatim ſententia executioni eſt demandanda, ſi de poſſeſsione litigetur, ne partes veniant ad arma & ad rixas, vt Bal. met inquit, in.l.1.colum.1.C.ſi de mo.po.fue.ap. multa ad ſupra dicta Alua. de pate.in.c.1.in.§.ſi miniſtrales, in feu. vbi tradit not. limitationē, quòd etiam poſt delictum commiſſum quis cogitur facere pacem in foro pœnitentiali. idem Bal. ante eum, in.l.3.in.§.quies ff.de offi.præfec.vrb. quo ad ſecundum de tranſactione Bar.ſe remittit, & dicit, de ea tractatū fuiſſe in locis ſuis. Adde quòd nec ad id partes compelli poſſunt, nec ad cōpromiſſum, quod eſt tranſactionis ſpecies, authen.ſi vero contigerit, & in corpore vnde ſumitur.C.de iudi. Idē Alua. vt ſupra poſt Bal.in.d.§. quies, & in.d.l.trāſigere. Qui dicit adhuc in.l.2.col.9.C.de iu. emphy.ꝙ nō licet Ep̄o priuatum de poſſeſsione expellere, niſi priuatio fiat per ſententiam, ne detur occaſio rumores & rixas committendi. Et ſi duo contendant, ſitque inter eos inimicitia



micitia capitalis, poterit Iudex vetare, ne vnus trāſeat ante ianuam alterius, ſiue domum, vt not.in.l. quod iuſsit. ff.de re iudi. vbi Ias. multa. Et ſi ad preparationem alterius cauſæ quęratur de poſſeſsione ſine libello, poterit iudex ſe informare, & mandare alteri parti, quòd agat poſſeſſorio vel petitorio ſi vult, & quòd ad poſſeſsionem iniurioſe, vel cum armis non accedat ſine ſuo permiſſu. & ita obſeruatur in pratica, vt teſtatur And.de Piſis, quē refert & ſequitur Bal. noſter, in.l. ne quicquam, in.§.vbi decretum, in.8. col.ff.de offi. procon.& in.l. nullus, in prin.C.de ſumma tri.& fi.ca.plura Bononien.in ſingu.543. malicijs, per totum. Et ſi hoc fieri poteſt inuita parte, multo magis fieri poterit ea abſente & ignorante, vt declarat Ro in.l.de pupillo, in.§.meminiſſe, col.j.ff.de no.o.nū. Et dicit rurſum Bal.conſi.165.caſus, col.3.vol.2. quòd duellū hac de re prohibitum eſt, quòdque iudiciorum rigor, & iuris publici tutela in medio conſtituta eſt, ne paſsim procedatur ad arma. Et quòd ante delictum conſumatum poſsit Iudex ſe interponere, poſt vero non vt ſupra & maxime ſi timor ſit ne reſpub.lædatur ex diſſenſione Illuſtrium perſonarum, per.d. §. in ciuilibus nouiſsime etiam tenuit Caſſane. conſi.j. col.7. idem Bal.in. d.§. quies, & Ro.in.l.qui bona fide, in.§.ſi quis iuxta, in prin.ff.de dam.infec.glo.in. d.l.tranſigere, in verbo prohibitum, ad ſi.vbi Bar.nu.13. Alex.col.5.Ias.4. ego lectu. 2.col.69. Affic.deci.149.in cauſa, col.3. Et ad propoſitum dicit adhuc Bal.conſi.218.petita venia, col.2.vol.3. quòd concordia eſt via amica naturæ, quòdque lætos non habent exitus qui eam deſerit, ex quo anceps eſt cum pari contendere, cum ſuperiore furioſum, & cum inferiori denique ſordidum. Et Bar.in.l.ſi finita, in.§.ſi quis autem. ff.de dam.infec. ꝙ per miſsionem in po.ex primo decreto, ille contra quem facta eſt miſsio, non compellitur de poſſeſsione diſcedere, niſi ex cauſa, ſi dubitet Iudex, ne partes veniāt ad arma. Et ſicuti medius eſt hic, ita eſt medius, ſi conſanguinei & mater diſſentiant in maritanda puella defuncti filia, quæ cultu verecundiæ, opinionem ſuam dicere non audet. l.j.l. in coniunctione. & vtrobique per Docto.C.de nup.& ita, me relatore, conſuluit collegium noſtrum. Et ad propoſitum huius.l.rurſum, dixi in.l.j. ff.de iu.o. iudi.lectu.2. col.25. aliquid Ias.in.l.iubere cauere, in.3. eo.ti. quòd non ab re actualis miſsio in poſſeſsionem fit per maiores Iudices, nec poteſt delegari. Et in Iudice maleficiorum

ficiorum locutus Alex.in.q.incip.accuſatus, quòd ad eũ perti
net non ſolum maleficia facta punire, uerum etiam prohibere
ne fiant,ſignanter per iſtum tex.& per tex.in.l.fi.ff.de offi.pro
cu. Cæſa.& in.l.illicitas, in.§.ne potentiores. ff.de offi. præſi.
Et in prohe.Rex pacificus, col.3.quòd pax,perſuaſibile bonũ
eſt,non compulſibile, quòdque inimici debent ad pacem com
pelli,ſi poteſt fieri ſine damno,vel ſcãdalo alicuius partis,quia
Rex Pacificus ita decreuit. & eſt argu.in.l. in re communi. ff.
de ſerui. vrba. prædio. & notandum pro declaratione ſupra
dictorũ.Corſe.in tracta.de priui.pacis, nu.10.Et in cauſa poſ
ſeſſorij,vti poſsidetis,inter monaſteria,mere temporali, de re
quæ à Rege proceſſerat, oſtendit Afflic. deci.2. Sereniſsimus
Rex,col.3.Principem prouidere debere, ne partes veniant ad
arma.Et quòd non poſsint litigantes compelli ad pacem, non
ad pacta et tranſactiones,ſeu compromiſſa regulariter, quòd-
que aliter nullius momenti ſint,ſi fiant,plene probat Iaſ.in au
then.ſi vero cõtigerit, allega.etiam ſupra col.2.&.3. C.de iu-
di.poſt Bar.in.l.furti,in.§.qui iuſſu,vbi etiam glo.ff.de his qui
not.infa.declarat Feli.in rub.de treu. & pa.in prin. Et Ancha.
conſi. 52.pro claricri, col.2.quòd Iudicis officium latiſsimũ
eſt, in prouidendo ne partes veniant ad arma & ad rixas. Et
Abb.in.c. cum dilectus, col.6.de ordi.co. quòd ſi immineat
periculum animarum & corporis, contentioque ſit ſuper pe-
titorio & poſſeſſorio, quia conuentio & recõuentio facta ſit,
debet ſuper vtraque cauſa pronunciari. Et quòd ad ipſum Iu-
dicem ſpectet prouidere, ne rixæ & offenſiones ſequantur, fir
mat in not.q.idem Iaſ.in.l.2.col.38.C. de iu.emphy. Et idem
Abb.in.c.quoniam contra, col.19.de proba.quòd rancores,
odia,litigia,vel bella,vitanda ſunt. Et Veronen.caute.100.no
ta,col.j.quòd Iudex uim fieri vetat, ſi duo de poſſeſsione con
tendant,ei, quem potiora iura habere inuenerit. Et Bal.pul-
chre in.c.an ſit, de ap.quòd ante factum poteſt quis adire Iu-
dicem,& petere ne in poſſeſsione turbetur, vel eijciatur,ſi for
te aduerſarius gentes congregaſſet ad eijciendum, ex generali
equitate huius.l.& per caſum expreſſum etiam.l.fi.allega.quo
que ſupra.ff.de offi. procu.Cæſa. Et in electione adhuc Abb.
in.c.cũ veniſſent,in pe.col.de reſti.in integ. quòd ſi ſubſit ſcan
dalum, Iudex poterit vtrique parti prohibere, ne eligant. Et
in pulcherrima.q. Ancha.in.c. canonum ſtatuta, col.107.de
conſti.quòd expedit etiã Reipub.quòd in pace uiuatur. quòd
que



que ſuperbarũ familiarum audacia refrenetur. Et Nel. in tra
cta.ban.in.2.parte. 2.tempo.q.48.pone, col.2. quòd ex dela-
tione armorum oriuntur lites.l.j.C.vt armo.vſus.lib.x.quòd
que non eſt ueriſimile in caſu de quo ibi, hac ratione, Princi-
pem, vel ſtatutum voluiſſe in ſpecie concedere delationem ar
morum.Et Io. And.in.c.j. in prin.de offi.de.in prin. quòd ad
officium Papæ ſpectat,occurrere litigijs & violentijs,& quẽli
bet in ſua iuſta poſſeſsione(vt etiam dictum eſt ſupra)tueri.ad
ſaturitatem multa Deci.in.l.fi.nume.6.C.de edic.di.Ad tol &
Gui.Pap.deci.246.Iudex,colum.2.vtrobique etiam dicentes,
quòd vbi de via facti dubitatur propter partium potentiam,
poteſt etiam procedi ad ſequeſtrum.not. per Docto. plene in
l.ſi fideiuſſor,in.§.fi.ff.qui ſatiſda.co.& in.l.vnica.C.de prohi.
ſeq.Seyſel.in ſpecie,in.l.naturaliter,in.§.nihil commune, co-
lumna tertia.ff.de acqui.po.Idem Gui.Pap.conſi.123.magnifi
cus, ad fi.

### *Ad.l.quod maior.ff.ad municipa.*
### Maior pars.10.

QVOD maior pars curiæ efficit, pro eo habetur, ac ſi omnes
» egiſſent.Scæuolæ ſunt verba hæc,ex pluribus confirmanda, al
lega.in glo.& declarãda ſubinde,vt vera ſint,& de maiori par
te præſentium intelligantur.l.nulli.ff. quod cuiuſque vni.no.
& ibi Bar.not.in.l.aliud,in.§.refertur.ff.de verbo.ſi.Dy.in ca-
pi.quod omnes,de regu.iu.in.6.In collectis tamen, & talijs in
dicendis,requiritur conſenſus omnium,vt dicit Bar.hic, & in
l.2.in.§.ex his.ff.de verbo.ob.Gui.Pap.deci.424.in taliis. Spe
ciale eſt etiam alibi, quòd maior pars diſponat de iuribus ſin-
gulorum,in.l.fi.& ibi Bal.in prin.C.qui bo.cede.po. Et quòd
regulariter in electionibus prelatorum,in actibus capituli,vel
collegij,attendatur,quod fit à maiori parte, quòdque minoris
partis contradictio non ſit in conſyderatione, tradit ex mul-
tis Deci.in regu.qui poteſt, ad fi.ff.de regu.iu.& plenius in.d.
§.refertur.et dicit idem Bal.in.l.1.col.2.ff.de offi.conſu. quòd
quãdo lex aliquid pluribus committit,ſemper tacite ineſſe vi-
detur,vt maior pars ſufficiat,non tamen trahit ad ſe minorem
partem maior,in iure congrui,quod eſt notandum, vt conclu
dit Afflic.in tracta.iu.prothomi.in.§.ſcriptũ eſt,col.3.Et for-

te in materia pulcherrimam diſtinctionem tradit Ancha. in.c. canonum ſtatuta, col.87.de conſti.quòd ſi maior pars vniuerſitatis obligationem contraxit,& acta ad vniuerſitatem pertinebant,vniuerſi neceſſario obligantur,& de conſuetudine, vt hic,ſi vero erat actus impertinens,tunc obligantur ſoli pręſentes.Et dicit col.ſeq.88.quòd facta propoſitione in vniuerſitate,facti,ſuper quo ſtatutum fieri debebat,illud quod placuerit maiori parti,erit firmum, regulariter loquendo tamen, quoniam non ſemper ad validitatem eius quod agitur cum vniuerſitate,maior pars requiritur,glo.eſt not.in.c.ſi ei, de cōceſsio. præben.in.6.idem Ancha. in loco præallega.col.92.Barto.in extrauagan.ad reprimen.in verbo citatum. Et ad propoſitum ſumpto argu.à reg.inquit etiam Stepha.Fede. in tracta. de int. iu.in vlti.col.ꝙ illa opi. tenenda eſt, quæ à pluribus comprobatur.Et Alex.conſi.130.in cauſa,col.3.vol.4.quòd in reformatione requiritur vniuerſitatem eſſe ſolenniter obligatam, quòdque ſint in ea duæ partes ex tribus congregatæ, & quòd denique conſentiant, interueniente conſenſu maioris partis. Et Bal.in.l.ſi omnes,col.2.C.ſi vt ſe ab hæ.abſti.poſt Cy.& Iacob.But. quòd maior pars præiudicat abſentibus, quando in maiori parte omnes repræſentantur, exemplificando in negocijs vniuerſitatum.idem Bal.in.d.l.nulli, col.2.ff. quod cuiuſque vni.no. Eſt verum quòd vniuerſitas nō poteſt iuribus ſingulorum detrahere,niſi quatenus habet in commiſsione. Exēplum, ſocietas facta eſt inter mercatores, reddituum ſalinarū publicarum,vniunt ſe alij ſocietati, deinde maior pars renunciat huic vnioni, certum eſt quòd minori parti non præiudicat, vt per eūdem Bal.in.l.j.in prin.q.2.C.pro ſo.& in.l.fi.eo. ti.Et mirum videtur etiam,vt ibi ſubijcit, quando maior pars remanet in ſocietate,& minor recedit, quòd non poteſt vti ſolito ſigno ſocietatis,quod mercatores tam in literis, quàm in ballis apponunt. Vera adhuc eſt regu.reſolutio in his,quæ cōpetunt pluribus vt ſinguli,maiorem partē non ſufficere,quia ab omnibus debet approbari quod omnes tangit.l.fi.C.de autho.præſtan.aliàs ſic,quando competunt pluribus vt collegiatis & vniuerſis,vt ibi not.vbi idem Bal.in ſpecie.Qui ſubijcit, quòd etiam contra omnem ordinationem poteſt maior pars ſtatuere ſi velit,quoniam repræſentat vniuerſos,ſufficit etiam conſenſus maioris partis electorum in permutatione, & maxime propter fauores, quos hodie habet, quod pulcherrime oſtendunt



oſtendūt Moder.Bono. in repe.c.1.col.43.de re. permu.in.6. Et maior pars dicitur,quæ ſit dignior meritis, vt per glo.in.l. vbi abſunt.ff.de tu.& cu.dat.ab his.Bar.in.l.ſi vni.ff.de re iudi. & Alex.in.l.maiorem.ff. de pac.referunt Moder.Portugal.in l.imperium,col.2.ff.de iu.o.Iud.Tamen Bal.aliter dicit,in.l.et ſuum,in.§.j.in fi.ff.de pac. quòd in actibus publicis ſolus numerus vocem habentium ponderatur, vt maior pars dicatur, & collegiatis vt ſupra aliàs vero maior pars ciuium, vbi ſunt ditiores & meliores.Et ad reg.in.l.ſi quis à filio, ī.§.fi. ī fi.ff.de lega.1.quòd ſi vna pars collegij expellatur,& maior reſtet,retinet collegij iura,& idem in ciuitate,& per Scriben.in.c. cum ex iniūcto,de no.o.nun. Annotatu quoque dignum eſt,quòd maior pars ordo appellatur,non autem minor.l.1. & ibi Docto.ff.de magiſtra.conue. Et quòd exercentes actum neceſſarium,vel prouidentes de eo quod prouidere ſolet vniuerſitas ſi duæ partes idem faciant,quòd omnes feciſſe videbūtur,aliàs non,ſi nec conſuetum fuerit, vel neceſſarium, vt ſupra tenuit etiam Bar.& idem Bal.in.d.l.j.poſt Cy.& Inno.in.c.cum omnes, de conſti.Et in.d.l.& ſuum,in.§.1.colu.1.ff.de pac. quòd vbi agitur de intereſſe ſingulorum conſyderatur maior pars, primo reſpectu intereſſe.ſecundo reſpectu perſonarum.tertio reſpectu authoritatis. quarto reſpectu humanitatis & benignitatis. Et ſubijcit ibi col.2.quòd in congregatione ſufficit maior pars,licèt non ſint duæ partes congregatæ, quādo nō ſunt actus collegij,aliàs ſecus,vt hic,& in.d.l.nulli, & in.l.planè.ff. quod cuiuſque vni.no. Quòdque ſi plures nobiles habeant ius patronatum alicuius Eccleſiæ,requiritur in pręſentatione conſenſus maioris partis omnium,nec ſufficeret cōſenſus maioris partis duarum partium congregatarum, Et quòd maior pars denique hoc caſu remittere non poteſt totum,in præiudicium aliorum,vt etiam ſupra quoniam remiſsio eſſet ambitioſa. Et quòd aliàs maior pars & totum æquiparentur, faciunt optimi tex.in.l.2.&.3.C.de prædi.de.lib.x.& Inſti.de at.tu.in prin.& in.l.ſi quod in fi.C.de lega.lib.10.& in.§. hæc vero, in authen.de alie.& emph.Alex.in.l.iuris gentium,in.§.fi. in vlti.col.ff.de pac.declarando vt ſupra, quòd in actibus expediendis à collegio vel vniuerſitate, requiritur quòd in congregatione adſint duę partes ex tribus,& illud poſtea quod facit maior pars dictarum duarum partium, habet effectum perinde ac ſi eſſet factum ab omnibus. Dicens etiam in.l. reſcriptum, in

 prin.ff.

prin.ff.eo.quòd ſi lex aut ſtatutum committat aliquid Antianis, intelligitur omnibus, vel maiori parti eorum eſſe commiſſum, & quòd ſi in diſpoſitione hominis eorum fiat mẽtio, verbum Antiani poterit quoque in duobus verificari. Et intellectum tradit in.d.l.iuris gentium, in.§.hodie, col.1.ff.eo. quòd factum à maiori parte non dicitur concorditer factum, quòdque dictum hic, debet intelligi verum iuris fictione. Et ad diſtinctionem veram, de qua etiam ſupra, quòd in his quæ ſunt communia pluribus vt vniuerſis, ſtatur dicto maioris partis, ſecus vero ſi pluribus vt ſingulis.d.l.maiorem.ff.eo. addẽdus eſt Ro.in.l.in concedendo, col.2.ff.de aqua plu.ar.Bellame.deci.275.in expediendo, Iaſ.in.l.quominus, col.32.de flumi.Barto.in.l.per fundum.ff. de ſerui.ruſti. prædio. & in.l.2.in.§. ex his.ff.de verbo.ob.col.2.& in.l.ex actores, vbi duas not.q.determinat, ſi plures fideicommiſſarij à teſtatore electi ſint, vel factum compromiſſum in plures, & dictum, quòd actum per omnes, vel iudicatum, plenam roboris firmitatem obtineat, & ſeruetur.C.de ſuſcep.lib.10.plene Anto.Capici.deci.4.in cauſa, in prin.nihilominus ſeruabitur, & plenam roboris firmitatem obtinebit, quãuis à maiori parte actum iudicatum ve ſit. Sed in Papa fallit regu. quoniam duæ partes requiruntur in electione ipſius ad inferiorum differentiam.c.licet de vitanda, & ibi Bal.col.2.de elect. In materia dicit etiam Bar.in.l.3.in.§. eius quoque.ff.de teſti.quòd fama probatur per duos teſtes, dicentes, maiorem partem populi ſic ſentire.& in.l.j.in.3.col.C. quæ ſit lon.conſue. quòd conſuetudo maioris partis ſufficit, quòdque furioſum etiam ligat. Et Sali.in authen.ſacramẽta puberum, col.vlti.C.ſi adu er.ven.quòd ſi in condenda lege aſſenſerit maior pars, omnes finguntur adfuiſſe, & verificabitur Alex.dictum, de quo ſupra multa Bal.in.l.nominationum, columna prima.C.de decu.lib.10.Dicens etiam conſi.425.ſtatuto col.j.vol.j.quòd duæ partes publice congregatæ, faciunt collegium, & non pauciores. & ad idem multa conſi.318. ponitur, col.2.vol.3. Sed pone quòd plures ſint in aliquo officio collegiati, & maior pars faciat aliquid contra naturam officij, factũ iſtud valebítne? Flo.in.l.vnus, ad fi.ff.de ſerui.dicit quòd non, quòdque non conſentientes haud obligat. & de materia aliàs in.l.1.allega.etiam ſupra.ff.de magiſtra.con. Afflic.in.c.j.in.§. & iterum, col.3.de cap.Corra.in vſib.In honoribus continuádis quoque ſpeciale eſt, ne factum à maiori parte, videatur factum



ctum à maiori parte, videatur factum ab omnibus, vt per Bar. in.§.fi.qui ſignanter ad hoc illum tex.notat, in authen. de deſen.ci.aliquid Ro.conſi.352.quæritur, col.2.Et ſi minor pars habeat cauſam contradicendi, auditur quoque, ſecundum glo. in.cap.vbi periculum, in.§.idem quoque, in verbo ſingulis, de elect.in.6. Et quòd duæ partes regulariter repreſentẽt totam vniuerſitatem, firmat Abb.in.c.cum omnes, col.pe.de conſti. Soci.regu.143.vbi quinque fallen.tradit, quas hic non ſcribo. Corſe.quatuor in ſingu.vniuerſitas. & de maiori parte dicit Abb.in.c.non poteſt, col.pe.de re iudi.quòd in cauſa clericorum exiſtentium in ſacris, ſufficit maior pars Epiſcoporum in condemnando. Et quòd iura generaliter dicant quòd maior pars ficte repræſentat totam vniuerſitatem, declarat Abb.in.c. cum omnes, in.5.col.de conſti. Et quòd non ſufficiat ſemper aſſenſus maioris partis, in pulchro caſu vide Ro.conſi.512. quo ad primum, col.pe.Sed (vt dixi) ſtat regu.quam etiam cõprobat Nel.de ban.q.77.quæro circa prædicta, in fi.quòd ſufficit, maior pars, ex quo in ipſa reſidet collegium. Et Bal.melius in.cap.paſtoralis, col.3.de reſcrip. quòd maiori parti tunc ſtatur, quando in ea includitur minor, iuris artificio. Et quòd in factis vniuerſitatis plurimorum ſententia præualeat, not. Abb.in.c.j.in prin.de pac.Et Alex.conſi.105.magnifice, columna.2.volu 3. quòd ex forma inſtrumenti penſio debet ſolui vniuerſitati, ex quo maior pars reputatur conſiliariorum, vel officialium ipſius vniuerſitatis.aliquid Bal.in.§.in nomine, ad fi.de pa.Conſtan.& Fede.de Sen.conſi.1.in prin. vbi etiam dicit, quòd regu.tamen fallit in caſibus not.in.l.Sabinus.ff.communi di. & ibidem col.3. quòd capitulum eſſe dicitur, vbi eſt totum vel maior pars. Et conſi.15.quæſtio talis eſt, colum.2. quòd vniuerſitas non conſiſtit, niſi in particularibus ſimul cõiunctis. Et conſi.17.quæſtio, col 4.quòd ſi maiores ciuitatis faciant legem, ſtatuendo, vel aliud faciendo, omnes de ciuitate vt ſæpe dictum eſt) facere videntur. Et idem col.5.Et Gui.Pa. deci.631.in quadam cauſa, col.9. Et quòd pars repræſentet totum, Bal.in.l.fi.in.§.hoc etiam, in fi.C.de iu.cal. & quòd in iuribus ſingulorum non habeat locum hæc lex, niſi in caſibus.l. maiorem.ff.de pac.&.l.conſilio.ff.de cu.fu. tradit Nel. in tracta.banni.in.3.par.ſecundi tempo.q.39. an ſufficiat, columna ſecunda & tertia.

## *Ad.l. primam.§. ſi hæres.ff. ad* Treb.
## Obligatio perſonalis.21.

CLARVM eſt quod hic dicit Vlpia.propoſitioque vulga.quā qui deſerit,ſcopum nō attingit, ſed aberrat potius à ſcopo. ꝙ actio perſonalis non transferatur,quòdque non poſsit conueniri niſi qui obligatus eſt,ſecus in reali,vt per Bar.in.l. frater à fratre,col.8.ff.de cōdic.inde.vbi & nos multa,quod tamen intellige verum ti.ſingulari,non vniuerſali, vt ibidem not.multa Alex.conſi.92.perſpectis,col.2.vol.j.& ideo remedium.l.ſi quis maior.C.de tranſac.hac ratione non datur contra ſingularem ſucceſſorem,quia appellatur condictio, condictio autē eſt actio perſonalis §.appellamus,Inſti.de ac. perſonalis actio non datur contra tertium poſſeſſorem, ergo.& ita ibi per Scriben.arguitur,& bene,tradit Alex.in loco præallega. ſed prius
» quàm alia addamus, eiuſdem Vlpia.verba audi. Neque enim
» (inquit) æris alieni perſonalis actio fundum ſequitur, ſed eū
» cui hæreditas ex Trebelliano Senatuscon reſtituta eſt. & hoc modo arguit etiam Ro.conſi.388.in caſu,col.2.& inducit idē Bar.fuſius in.l.ſingularia,nu.16.ff.ſi cer.pe. quòd quælibet obligatio perſonalis,ſiue ad pecuniam, ſiue ad aliam rem, totum patrimonium reſpicit,non tantum rem debitam, & idem in.l. ſi fideicommiſſum,in.§.tractatum.ff.de iudi.& in.l.æris alieni. C.de dona.& in.l.fi.C.de hæ.ac.& in.l.fi.in.§.fi.ff. de contrahen.emp.& in.l.cum precibus.C.de re.permu. Et ad.q.infert Areti.& decidit,conſi.104.in cauſa, col.2.quòd collectæ principaliter imponuntur perſonæ,ita vt ille cuius tempore impoſitæ fuerunt,licèt poſtea poſſeſsionem transferat in alium, remaneat perſonaliter obligatus. Et conſi.116.viſo teſtamento, in prin.quòd æs alienum particularem ſucceſſorem non ſequitur,quòdque ad ipſum ſoluendum non tenetur legatarius,ſed hæres,& dicit Bal.conſi.143.in cauſa,col.2.vol.5.quòd ad idē eſt caſus ad literam,in.l.1.C.ſi cer.pe.& ſubinde rationem aſsignat, hoc ideo eſſe, quia hæres adeundo quaſi contrahit cum creditoribus.l.apud Iulianum.§.fi.ff.quib.ex cau.in po.ea.ſed legatarius capit legatum de manu hæredis.l.j.ff. quo.le.ergo. & ideo excep.æris alieni eidem non officit, quominus legatū conſequatur. Eſt etiam (inquit idem Bal.conſi.468.factū,col.

1.eo.



1.eo.lib.) neceſſaria traditio vel quaſi regulariter ad rē incorporādam in bonis alicuius.l.traditionibus.C.de pac.l. ſi ager. C.de rei ven.& ſi nulli traditur,in nullius bonis erit, ſed actio perſonalis tn̄,quę non datur contra tertiū poſsidentē,ex quo fundū non ſequitur,vt hic,& in.l.eū cui.C.de ac.& ob.& in locis ſupra alleg.latius. Et cōſi.21.punctus qōnis,col.j.vol.4. ꝙ expedit quoq; hoc ipſum ſcire,qm̄ pignoratitia actio perſonalis eſt,nec fundū hac rōne ſequetur,& ꝙ hmōi ſit, patet ex eo, qm̄ ex contractu & obligatione perſonali naſcitur, nec datur niſi cōtra contrahentē,vel eius hæredē.§.creditor, Inſti.quib. mo.pi.vel hypo.ſol.l.j.C.ſi cer.pe.l.fi.C.de diſtrac.pi. Et iſta eſt rō.l.his ſolis, vt ibi declarat Iaſ.in prin.ff. de condic.indeb. quòd condictio indebiti non datur niſi contra illum cui indebite ſolutum eſt,quoniam oritur ex quaſi contractu,qui reſultat ex ſolutione erronee facta,nec dari debet contra ſingularē ſucceſſorē pecuniæ,cum quo quaſi contractus celebratus non eſt.Et ſeruit ad.q.Titius alienauit fundū, deducto vſufructu, quem alij indebite ſoluit,poſtea deceſsit,dubitatur an ab hærede repeti.poſsit,& reſpōdetur quòd non, ex quo eſt ſucceſſor ſingularis,in quem non tranſit perſonalis condictio, ita idem Iaſ.in.l.ſi fundi,in fi.ff.eo.contra Bar.& bene,quia iura per ipſum allega.loquuntur in ſucceſſore vniuerſali, in quo non eſt dubitatio.Si recognoſcat etiam quis Principem,ſoluendo certum quid ſuper bonis ſuis, & moriatur,eius hæres non poteſt ſe exonerare, vt alius poſsidens bona recognoſcentis teneatur,Gui.Pap.deci.60.quidam homo,col.1.ſubiiciens in tributo, quod eſt onus reale, diuerſum eſſe,quoniam debetur à lege, & eſt quotidianū.l. Imperatores.ff.de publica. Idem deci. 42.licet,in prin.Qui dicit etiam.q.82.Doctores, in fi. quòd à ſolis hæredibus petitur ſupplementum legitimæ, à legatarijs non,licet Barto.in.l.in quartam,tenuerit contrarium & male. Et deci.181.in viſitatione,col.2.quòd diſpoſitioni iuris communis aduerſaretur ſtylus, ſi contra tertium poſſeſſorem in actione perſonali fieret executio. Et mirabile dictu eſt, quòd etiam cōtra tertium poſſeſſorem,donatarium omnium bonorum perſonaliter agi non poteſt, quod idem diſputat tamen, deci.105.an poſsit,col.j.Et hęc eſt ratio rurſum ꝙ emptor nō tenetur ſtare colono.l.emptorē.C.loca quæ regu.tamen fallit in multis caſibus,quos enumerat idē,deci.480.locaui, col. 2.Sunt etiā alij,in quibus hæc regula limitatur,maxime fauo-

f 4 rabiles,

rabiles,vt alimenta,annua anniuerſaria quæ relinquuntur ec-
cleſiæ pro defunctis,decimæ, & ſimillia, de quibus idem Gui.
Pap.deci.576.actio perſonalis,in.j.&.2.col.

### *Ad.l.deprecatio.ff.ad legem* Rho. *de iac.* Imperator. 12.

SI omnes vno ore dicunt,quòd Imp.eſt Dominus orbis,nimi-
rum eſt,quoniam Antoninus, Endemoni naufragium paſſo,
cum in Italia à publicanis Ciclades inſulas habitantibus ſpo-
» liatus fuiſſet,deprecanti rñdit dicens,Ego quidem mundi do-
» minus,lex autem Maris.idemque in.l.bene à Zenone,ibi,Quę
enim differentia introducitur,cum omnia principis eſſe intel-
ligantur,& ibi Bal.col.j.C.de quad.præſcrip. Qui dicit etiam,
in.l.executorem,in.12.C.de execu.rei iudi.quòd vbi eſt Impe
rator,ibi eſt omnis iuriſdictio.quòdque non ita Papæ vrbem
donauit,quin poſſit exercere iuriſdictionem voluntariam in
omnes & etiam contentioſam in hoſtes. & confirmat Roſel.
de poteſta.Pa.in.6.atque concludit ipſum vniuerſam tempo-
ralium adminiſtrationem habere. bonus text. in.l.j.in.§.per
hanc.ff.de rei ven.& in.l.ſi duas,in.§.grãmatici, & vtrobique
Bar.ff.de excu.tu.& inquit rurſum Bal.in.c.j.in princ.col.2.de
pa.iu.fir.in vſibus quòd omnes ſunt ſubiecti Imperio de iure,
licèt de conſuetudine ſecus,vt in Rege Franciæ,& alijs,& idẽ
Bar.in.l.hoſtes,nu.7.ff.de cap.quòd ſi quis diceret Imp.nõ eſſe
Dominum orbis, eſſet hæreticus,& loqueretur contra deter-
» minationem eccleſiæ,& S.Euangelij,Luc.c.2.ibi, Exijt edictũ
» à Cæſare,vt deſcriberetur vniuerſus orbis.Tamen Caſſane.in
cathalo.mun.parte.5.cõſyderatione.28.col.3. hoc ipſum de-
clarat,dicitque Bar.in duobus lapſum fuiſſe,primo quia nulli-
bi legimus,quòd totus orbis Imperio fuerit ſubiectus, debet-
que reſtringi dictum,reſpectu eorum,qui ſubditi ſunt populo
Ro.de directo contra iura ſuperius allegat. & maxime contra
text.noſtrum. & ideo veritas eſt vt infra. Secũdo lapſus eſt.
Bartol.dum vult quòd quis pro tam ſimplici caſu dicatur hæ-
reticus, & adhuc male, quoniam hæreticus eſt qui tenet
quod non eſt tenendum contra determinationem eccleſiæ(vt
ipſe dicit) & authoritatem Sancti Euangelij, & bene. & idem
Bal.in.§.ſi ab hoſtibus,col.2.inſt.quib.mod.ius pa.po.ſol.Vo
lunt



lunt tamen aliqui,quòd Rex Francię iuriſdictionem habeat in
toto Regno ſuo,quòdque Imp.non recognoſcat in ſuperio-
rem,pręcipue Boe.in deciſio.ſuis.8.Quinta Martij,nu.3.&.4.
parte.j.& de quo aliàs in.c.per venerabilem,qui fi.ſint legit.&
forte ( vt dicit Bal.in.d.c.j.de pa.iu.fir.) non eſt verum de iu-
re,ſed de conſuetudine,& vt infra & ſcribit Alcia.diſpun.lib.2.
c.22.Gallos olim Romanis fuiſſe ſubiectos.Et eſt vtilitas ( vt
ibi dicitur ) ne literæ Regiæ impediantur, quominus execu-
tioni mandentur.Sed ſi Imp.eſt Dominus totius mundi, quo
modo vniuerſitates habent iuriſdictionem ? declarat Iſer.in.j.
conſti.Neap.col.3.& col.20.quòd eſt Dominus,quo ad pro-
tectionem,poſt Cy.Bar.Bal.& Sal.in.l.cunctos populos.C.de
ſumma tri.& fi.catho.& ita declarat etiam Anch. conſilio.87.
omiſſo,col.j.& Alex.conſi.76.in cauſa,col.3.volu.2.Et quòd
ſit Mundi Dominus,& Deus in terris, ponens & deponens
Reges & magiſtratus,ad longum ſcribit Bal.conſi.328. quæri
tur,col.3.volumi.j.Signo.Homode.in.l.princeps,colũ.j.ff.de
legi.Rimi.in rub.de iu.om.iudi.col.2.Sed eſt pulcherrima dif
ficultas,an hodie quælibet prouincia poſſit ſibi eligere Regẽ,
quam diſputat,Corſe.in tracta.de poteſta.& excellen. Reg.q.
2.in prin.& concludit quòd ſic,ſi non ſubſit Imperio,quod tu
ex ſupra dictis declara,& dic,de iure ſubeſſe, de conſuetudine
autem non,& conſequenter de iure non poſſe,aliter autẽ ſic.
Et quoniam ( vt diximus) ſe Dominum appellat ſolum rõne
protectionis & iuriſdictionis,pulchre infert Oldr.conſil.159.
ex præſenti,colum.2. quòd verbum dominij,eſt verbum val-
de largum,quòdque eius ſignificatio ſaluatur in quacunque
modica ſuperioritate.aliquid Cur.Iu.conſi.158.præſupponi-
tur,nume.23.& Bal.in.l.ſed ſi.ff.de rei vendi.quòd ſufficit hac
de re verbum prolatum non eſſe ſimpliciter falſum, quòdque
aliquid poteſt dici meum,licèt quodam reſpectu ſit meũ,quo-
dam vero non.& ſimile tradit Bar.etiam,quòd Imp. non om-
nia habeat,in Domino gregis,in extrauagan. ad reprimen.in
verbo totius orbis,ad fi.& probatur in.l.2.&.3.ff.de rei vend.
Aliter dicit Cy.in.l.j.col.j.C.de ſumma trinita.& fi.cat. quòd
eſt Dominus mundi,vt hic,licèt de facto aliqui reſiſtãt. quòd-
que Deus de cœlo conſtituit Imperium.Et Cardi.in clemen.
paſtoralis,in.§.vt illud,col.2.de re iud.quòd Imp. dicitur ob-
tinere iuriſdictionem inſolidum in vniuerſo,ex quo ſolus eſt,
cui à Deo committitur gladius,tanquam Vicario,& ſic de iu-
re commu ni

re communi,quo ad ius reddendum,& ius gladij exercẽdum,
non quo ad proprietatem rerum,in quibus ius nõ habet, cùm
multa ſint allodia. Vel vt Gen.ibidem,quòd de iure ſcripto ha
bet iuriſdictionem temporalẽ in vniuerſo orbe, ex quo Deus
ad regimen vniuerſi ſacerdotium, & Imperium tantum inſti-
tuit,non attenta tranſlatione facta de Imperio per Conſtanti-
num in eccleſiam,quia tunc habet exercitium limitatũ, ita vt
in certis mundi partibus Reges iuriſdictionem & iura tempo
ralia præſcripſerint de facto,& ita quidem aliqui, vt ipſum nõ
recognoſcant,& fuſius,in.d.c.per venerabilem,qui fi.ſint leg.
vbi Abb.quoque nu.10.ait, quòd ciuitas non recognoſcens
ſuperiorem,poteſt exercere,ſaltẽ de facto, quæ ſunt reſeruata
Imperatori in ſignum ſpecialis priuilegij.Et Bal.in rubri.quæ
ſint rega.quòd quilibet Rex eſt Monarcha in regno ſuo, mi-
nor tamen Imperatore,vt ſcapha parua nauis.multa Cur.Iu.
conſi.61.habita,nu.9.&.10.& Calca.conſi. 65. præſuppoſita,
col.j.& ſecundum hoſce intellectus ac declarationes, dicebat
adhuc Bar.in.l.j.col.vlti.ff.de iuriſdi.om.iudic.quòd ſicuti eſt
Dominus totius mundi,ita omnẽ habet iuriſdictionẽ, quòd-
q́ue ex hoc de dominio ad iuriſdictionem arguitur. Et quòd
toto orbi dominauerit,contra receptam opi.quorundam, de
quibus ſupra in Alexãdro & Octauiano licet legere, temere-
q́ue dixiſſe viſus eſt mihi Trebellius Pollio,hac de re,ad Zeno
biam ſcribens,quòd ſtultum ſit affirmare, ipſum habere ius in
toto terrarum orbe,cum nec fuerit vnquam totius orbis Do-
minus.& ad propoſitum.l.noſtræ,dixit etiam Rob.maran. in
diſputa.ſuis.2.ambigua,nu.32.ius Romanum nobilius eſſe iu
re longobardorum,ex quo illud à Iuſtiniano conditũ eſt, to-
tius orbis Domino,iſtud vero à Regibus quibuſdam Apuliȩ.
illud iuſtum,iſtud vero iniuſtum & aſininum,poſt Iſer.in.c.1.
in.§.fi.de no.feu.in vſib.Odof.& Bal.in authenti.dos data.C.
de dona.ante nup.& Bal.conſi.327.pridie,col.2.volu.1.quòd
Imp.poteſt facere de perpetuo corruptibile,nõ tamen in præ-
iudicium alterius,licèt ſit Mundi Dominus,quoniam intelli-
gitur quo ad bonum & naturale regimen, ne iniuriarum na-
ſcatur occaſio,vnde naſcuntur iura.l.meminerint.C.vnde vi.
Immo quòd eſt Dominus etiam ſi male adminiſtret, quia inſe
rior ipſum non corrigit,licèt aliquando propter enorme de-
lictum fuerit depoſitus.c.Apoſtolicæ,de re iudi.in.6.idẽ Bald.
conſi.333.ad intelligentiam,col.2.vol.j.Dicens etiam conſil.





359.quemadmodum,in prin.volu.3.quòd habet plenitudinẽ
totalem poteſtatis in omni terra,quòdq́ue prouidentia Dei ſa
lutem Reipub.tueri nulli magis credidit conuenire,quàm Cȩ
ſari,& quòd Iuſtitiæ denique eſt fons.& conſi.18. in quæſtio-
ne,col.j.vol.4.quòd vt Dominus orbis,in ſecularibus, poteſt
omnia,quæ pendent à poteſtate legis.& conſi.218.petita, col.
3.volu.3.quòd eſt Dominus vniuerſalis,quòd omnis iuriſdi-
ctio temporalis ſua eſt,de iure immobilis,& perpetuo manẽs,
dans cuncta moueri,quòdq́ue eccleſia ita tenet, & quòd con-
trarium dicere eſt ſacrilegium.Item quòd Imperium, vniuer-
ſa ditione,quæ aſcendentem & deſcendentem Solem videt, ha
bere dicitur.& quæ ex vtroque latere eſt, ideſt meridie & ſe-
ptentrione.& in omnibus inſulis,que vſque ad Oceanum ex-
tenduntur,ſeu Oceani receſſus.& quòd dicitur ſecundus Sol,
ideſt luna,quȩ ſuis acceſsibus & receſsibus mirabiles facit mu-
tationes caducarũ ac mundanarum rerum.& ſi cauſas Imperij
ſcire volueris,duas eſſe dices,Diuinam & humanam, illa enim
ſuperilluſtris eſt,à qua Imperium habet authoritatem,iſta ve-
ro quæ per electionem confertur.vt per eundem Bald.conſil.
præallega. 359.Quòd ſit Mundi Dominus adhuc,Albe.tradit
in.j.conſti.ff.orum,in rub.nume.2.vbi etiã de donatione Con
ſtantini multa.Seue.& ante eum Bald.in.l.cunctos populo, in
prin.C.de ſumma trini.& fi.ca.Io.And.in.c.fi.de offic.Archi.
glo.tranſtulit,in.c.venerabilem,de elec.Soci.conſi.99. Sereniſ
ſimus,nu.23.lib.3.glo.per ſingulas, in.c. Adrianus.63. diſtin.
Præpo.in.c.latorem,col.1.j.q.j.Oldra.conſ.83.an Epiſcopus,
in prin.Abb.conſi.84.illud col.3.volu.j.Bal. in.c.cum ab ec-
cleſiarum,col.j.de offi.or.Anch.con.310.tres Domini,col.3.
& conſi.320.primum dubium,in prin.Old.conſi.69. conſue-
uit,in prin.Ro.con.382.quo ad primũ,col.2.Idem Anchar.in
c.canonum ſtatuta,col.3.de conſti.Bar.in.l.j.colũ. 9.C. de di-
gni.lib.x.& dicit rurſum Bal.conſi.300.ad euidentiam, colũ.j.
volu.5.quòd omnis iuriſdictio,& diſtrictus eſt apud eum , &
quòd omnes Iudices ab eo adminiſtrationem accipiunt,& ius
iurandum ei præſtant.& veriſsimum quòd eſt Dominus Mũ-
di,quo ad omnimodam iuriſdictionem, & poteſtatem ſupre-
mam.ita vt quæ ſunt huiuſmodi,ideſt de ſupremo Imperio, à
nullo inferiori poſsint de iure prȩſcribi,quoniã reſeruata ſunt
ei in ſignum vniuerſalis dominij,alias efficeretur eo maior, &
Principem in ipſo territorio delinquentẽ,poſſet punire,quod

falſum eſt & abſurdum,quia qui ſupremus eſt, alium ſupra ſe
non habet.Et(vt ſuo loco dictum fuit ſupra) quòd lex Impe-
ratoria liget etiam Gallos,probatur in.l.in nomine Domini,
in.§.iubemus.C.de offi.præfec.præto.Sentit Guid.Pap. deci.
191.eos,col.pe.& ad materiam dicit Io.And.in.d.c.per vene-
rabilem,qui fi.ſint legi.quòd animæ Regum & Principum ſal
uantur,licèt non obediant Impe.de facto.ex quo ab eis ſubie-
ctionem non petit, refert idem Gui.Pap.deci.283.exactor, in
fi.multa Imo.in.l.Imperatores,col.1.ff.de ap. & ibi pariter an
Rex Francorum ſubſit Imperatori;vbi concludit quòd ſic,li-
cèt de conſutudine,& de facto (vt diximus) ſecus ſit,& com-
munem opi.teſtatur,quòd ſit Dominus Mundi,probatq́ue ex
multis Reſtau.Caſtal.in tract.de Imperato.q.52.col.j.vniuer-
ſalis,ſcilicet non particularis,vt ſupra fuit declaratum . & no-
uiſsime tradunt Moder.Bononien.in.c.quæ in eccleſiarũ, nu-
me.151.de conſtitu.Ante eos Pau.de Caſt. conſi.56.videtur,
nu.3.volu.2.Soci.conſi.127. viſis col.3.vol.j.Abb.in.c. quod
ſuper, col.2.de voto,& alij quos non refero.& ſi ſic eſt,ſequi-
tur,quòd licèt Rex in ſuo regno ſit Monarcha, declarãdo rur
ſum vt ſupra non eſt tamen Imp.ex quo Imperium indiuiduũ
eſt,& ipſe Imp.ſtella matutina in medio nebulæ meridionalis,
vt inquit Afflic.in.c. j.in.§.fi.col.j.de prohi.feu.alie.per Feder.
in vſib.Imperator quoque diuidit & vnit, & aſsignat territo-
ria ac pertinẽtias,ſedes mutare poteſt,& vbi exprimit cauſam,
non probatur contrarium.Item de duobus officijs vnum fa-
cit,& alterum ſupprimit,ac in totum abolet, eiusq́ue poteſtas
eſt anormala,& nulla regula clauditur,eiq́ue quod libet licet,
nec poteſtas arbitrij reſtringi poteſt,ſecundum Bal.conſi.327.
pridie,col.5.vol.1.& quia dixi etiam lib.9 . Enchiri.c.210. li-
cet non ita copioſe,& de Illuſtriſsimis D.noſtris Venetis, de-
q́ue eorum ſanctiſsima,& bene inſtituta Repub. ibidem lib.5.
c.104.hîc finem facio .

## *Ad authen.ſed cum teſtator .C. ad legem Fal.*
## Liberi. 13 .

HODIE clarum eſt,vt hîc,quòd teſtator poteſt prohibere de-
tractionem Falcidiæ,ſecundum communem opin. & not.am-
plius in.l.in quartam.C.eo.& in.l.Marcellus,in.§. quod autẽ.
ff.ad



ff.ad Treb.ſiue expreſſe,ſiue tacite,hoc idem faciat,vt in auten.
ſed in ea.C.eo.ad legem Fal.Bar.in.l.centurio,in.3.q.princi.ff.
de vulga.& pup.ſub.Bal.in.l.precibus,col.15.C.de impub.idẽ
Bar.in.d.§.quod autẽ.Gui.Pap.deci.537.dixi,colũ.2.Pic. in.l.
Titia,in.§.Titia,col.47.ff.de lega.2.adde quòd iſtud, iure no-
uiſsimo inductum eſt,quo antiquum corrigitur, vt per Bal.in
l.cum patrem,in fi.C.de iu.do.& ſic quòd in Falcidia,iure inſti
tutionis debita heres grauari poſsit,quoniam poteſt etiã pro-
hiberi à teſtatore,ne detrahatur,& vt ipſe latius.& quamuis au
then.hæc,in Falcidia loquatur,habet tamen locum etiã in Tre
bellianica,quod in iuribus præallega.legitur,& eſt opin. com-
munis,vt hîc per Docto.in.d.l.Marcellus . ſed quid in liberis
primi gradus,an Treb.poſsit prohiberi,variæ ſunt Doct.opi.
quas recitat in deci.Gui.Pap.j.poſtea conſi.140. conſiliũ pro
nobili &c.nu.4.concludit quòd non,& bene,& vtrobique te-
ſtatur ita in pratica ſeruari,& in curia parlamenti . & deci.53.
obſeruatur,col.j.&.2.quòd ibidem ſeruatur etiam, quòd libe-
ri primi gradus,rogati reſtituere hæreditatem, non propterea
perdant Trebellianicam,licet inuentarium non conficiant, &
idem in authen.hoc amplius.C.de fideicom . quòdq́ue in ex-
traneo eſt ſecus.& differẽtiæ ratio eſt,quia filius tractat de dã-
no vitando,ſi enim filius eſt,ergo hæres,iuxta dictum Apoſto
li.l.in ſuis.ff.de libe.& poſthu.extraneus vero de lucro , igitur
non mirum.Ad quod vltimum tamen aduertendũ puto,quo-
niam communis opi.videtur in contrarium , quam ex multis
probat Pari.conſi.126.eſto,nu.37.vſque in fi.volu.j. & conſi.
93.potuit,nu.52.volu.2.& conſi.132 . ad corroborationem,
nume.3.poſito inter conſi.Soci.Iunio.vol.j.& in hoc Bartol.
fuit ſibi ipſi contrarius.& Pau.de caſ.vt per eundem Pari.con-
ſil.93.præallega.& quòd in filijs primi gradus prohiberi poſ-
ſit pariter,ſi prohibitio tamen expreſſe facta ſit,oſtẽdit in.d.cõ
ſil.126.nu.36.& conſi.17.ex lectura,nu.18.vol.2.& conſ. 21.
requiſitus,nu.43.volu.3.& tamen conſi.præallega. 132.col.j.
tenet opi.primam,& ſic eſt,ſibi ipſi contrarius,vt Bar . & Pau.
in arti.de quo ſupra quam tenuit etiam Rui . conſil. 21.circa,
nu.8.vol.3.& conſi.153.de duobus, nu. 14. volu.2. & poſtea
aliam conſi.37.viſo,nu.15.volu.j.& ſic lapſus vt alij & primã
tenet Iaſ.conſi.99.diuidam,nu.2.volu.4.& conſi.146. præſup
poſito,nu.6.eo.lib.& pro rei veritate,alijs multis prætermiſ-
ſis,ratione breuitatis,eſt opi.æquior,& verior.

Ad authen.

## *Ad authen. ſimiliter .C. eodem.*
## Cauſa pia. 14.

MVLTI ſunt piæ cauſæ fauores,& præcipuus, quod de reli-
ctis hoc prætextu,Falcidia non detrahitur,vt hîc,& in corpo-
re,vnde ſumitur,Iaſ.in.§.ſed iſte,nume.126.Inſti.de actio. &
hoc eſt quod dicit Bal.conſi.93.ſuper dictis,vol.2.quòd ius ci
uile,commune,vel municipale,ad pias cauſas non ſeruatur.Et
Bar.in terminis,in.l.alio,col.3.ff.de ali.& ciba.legat. quòd nec
de legato alimentorum detrahi debet,cũ ſit huiuſmodi, ſi re-
linquatur tamen intuitu paupertatis,non amicitiæ, vt ibi, &
in.l.ſi quis Titio.ff.de lega.2.Et Gui.Pap.deci.187.licet,col.j.
&.2.quòd de Falcidia indubitatum eſt,de Trebellianica,dubi-
tatio aliqua,quòdque magis cõmuniter tenetur. nec Falcidiã
nec Treb.eſſe detrahendam,& quòd eſt opi. æquior. idemque
Ro.conſi.293.in re, col.j.& poteſt ad.q.inferri, ſi pater legat
filio,vel è contra,an legatũ pium dicatur, & an detrahi debeat
Falcidia.& quidam magnus Doctor ſenſit quòd ſic, quòdque
Falcidia detrahi non debet,per tex.in.l.nam & ſi parentibus,
ibi,Non minus pie &c.ff.de inoff.teſta.Tamen contrariũ ve-
rius eſt,vt ſignanter tenet Ang.in.d.l.nam & ſi parẽtibus, quẽ
refert & ſequitur Cremen.in ſingu.ſuis.9.tu ſcis quòd de lega
tis &c.& in hoc conſiſtit potiſsimum,quod in hac authen.cõ-
tinetur,licèt glorietur Ro.ſe eam ſolẽniter repetijſſe die.25.
Nouemb.ſingu.33.quia cras.non quòd piæ cauſæ non fauea-
tur quoque alijs caſibus,ex quo videmus etiam, quòd legata
huiuſmodi debentur licèt teſtamentum fuerit imperfectum,&
rationem aſsignat Bar.probatque per ſimile,arguẽdo de liber-
tate ad cauſam piam,conſi.204.factum,col.2.& in.l.proxime,
in.§.fi.ff.de his quæ in teſta.de. quòdque valent cum duobus
teſtibus.l.fi.ff.de his quæ pro non ſcrip.ha.& quòd executio-
ni mandantur,non ſolum per Iudicem eccleſiaſticum, verum
etiam ſecularem,& plus quòd nec requiritur aditio hæredita-
tis,nec lit.conteſtatio,nec libellus,ſed ſimplex officium Iudi-
cis imploratur,& fuſius vt per Bal.in.l.hæreditas, in.§.j.in.1.
lectu.& in.2.in.2.col.ff.de peti.hære.& in.l.qui erat .ff. famil.
her.& in.l.cũ hi,in.2.lectu.in prin.ff.de tranſac.& ibidẽ in ſpe-
cie,quòd de relictis ad pias cauſas omnis Falcidia ceſſat, quia
non



non dependent ex hæreditatis aditione.& in.l.j.in fi.ff. de le-
gat.j.quòd ſola morte teſtatoris confirmantur, quòdque ſe-
cum trahunt ſuam executionem, & dictu mirabile eſt, quòd
captatoria diſpoſitio non valeat.l.illa inſtitutio.l. captatorias.
ff.de hære.inſti.& tamen hoc caſu procedit & ſuſtinetur.c.cũ
tibi,de teſtamen.Bald.in.l.j.lectu.2. colum.4.C. de ſacroſanc.
ec.aliquid in.l. captatorias.C.de mili.teſta. in prin. probatur-
que ratione, quia non perſona, ſed cauſa ipſa videtur inſtitu-
ta,quæ certa eſt,tradit Bar.conſi.5.viſa, col.j.& in.l.vtrum, in
§.j.ff.de reb.dub. Et bonum verbum dixit Ancha.conſi. 202.
circa, col.2.quòd prædicta regulantur iure poli, non iure fo-
ri. Et conſi.436.in his dubijs, col.j.quòd eleemoſynæ maxi-
me verecondis erogandæ ſunt, quòdque erogationem ipſa-
rum teſtator ſecrete alienæ voluntati committere poterit. Et
Bal.in authen.ingreſsi, col.7.C.de ſacroſanc.ec. quòd ad pias
cauſas ſemper tacitum idem operatur quod expreſſum. & in
l.iubemus, in prin.C.de teſta.& in.l.2.ff.eo.& conſi.174.qui-
dam, vol.3.quòd inſtitutio ad pias cauſas,etiam nutu fieri po-
teſt, licèt non ſit regulare. Et idem in ſurdo & muto dicit, in
l.diſcretis.C.qui teſta.fa.po.quia nec audit,nec loquitur.& in
l.eam quam, col.4.C.de fideicom.quòd legata ad pias cauſas,
debentur à quocũque ſucceſſore. Et Gui.Pap. deci.200. Ei-
nardus, in fi.quòd reuocato teſtamento, in caſu.l. ſancimus.
C.de teſta. non propterea cenſebũtur reuocata legata ad pias
cauſas. Et quòd relictum pro anima, dicatur relictum ad pias
cauſas, vt ſupra quòdque eodem priuilegio gaudeat, quo ec-
cleſia,quia fit intuitu animæ, & contẽplatione Dei,adde Abb.
in.c.relatum, col.2.ff.de teſta.dicentem etiam, quòd ſicuti ec-
cleſia reſtituitur,ita reſtituitur locus pius. Et quòd reguletur
ſecundum ius canonicum,non ciuile,&,vt dicebam, iure po-
li,nõ ſori,probat quoque Calde.conſi.20.an ſi ſtatutum, col.
2.de cõſti. notabile verbum dicit etiam Bal.in.c.fi. in fi.de fer.
quòd anima eſt miſerabilis perſona, quòdque inter miſerabi-
les perſonas ponitur, quoniam ſoluta à corpore, ſe tueri non
valet. quòd tendentia ad opera miſericordiæ, dicuntur cauſæ
piæ.& quòd in iſtis procedi poteſt quolibet tempore, omnia
per glo.in.d.l.ſi quis Titio. ff. de lega.2.& ad ſaturitatem pri-
uilegia.62.ponit Soci.regu.310.

Ad.L.

## *Ad. l. fi. C. de anna. excep.*
## Libellus. 15.

LIBELLVS incertus & obſcurus admitti non debet, ſi à parte opponatur, alias autem ſic, quoniam ex actis poſtea certificabitur, iuxta not.in.l.edita.C.de eden. & probatur hic, dum Io.præfec. præto.reſcribens Iuſtinia.Imp.dicit, Nullo ex incerta libelli confectione adminiculo ei acquiſito &c. & in.l. in rebus.C.de re.permu.& in.l.fi. C.de ſen.quę ſine cer.quan. & in.l.2.vbi Bal.col.2. C.eo.Qui dicit etiam in.l. age cum Geminiano. C.de tranſac. quòd ſi quis petit executionem inſtrumẽti, tenetur declarare, an petat in totum, vel pro parte, quòdque non propterea proceſſus erit nullus, ſi non declarauerit. Ad differentiam libelli inepti, quoniã tunc eſſet ipſo iure nullus.l.j.§.j. ff.ſi men. fal.mo.di.l.accuſaturus.ff. ad legem Iu.de adul.Idem Bal.in.l.domũ, col.j.C.de rei ven.Et in.l.quæ fortuitis, col.5.C.de pigno.ac. quòd ſi non opponatur (vt diximus) licèt generalis, applicabit tamen concluſionem ad quálibet ſpeciem probatam. Et quòd cauſa non expreſſa procedat, ſi pars non opponat, alias autem non, tradit Bar.in.d.l.edita, col.3.& quòd poſsit ex actis ac probationibus certificari, glo. in.l.j. in.§.ſi quis argentũ. ff. depo. Et obſeruandum eſt, quòd cum non poſsit hoc idem in ſententia fieri, de ſententia ad libellum argui non ſolet, vt in. d.l. edita, not.& in.l.j. vbi Bal.de bartoli.nu.3.ff.ſolu.ma.Regu.de qua hic, etiam limitat pluribus modis Ias. in.l.j.in.j.col.ff.de eden. Et caute.docent Veronen.in ſuis.106.quando libellus.quomodo debeat generalitati opponi.& caute.193.quando libellus, quid agendum cùm eſt ineptus. Et ad propoſitum etiam quòd Iudex intelligere debeat quid coram eo agatur.l.coram. ff.de verbo. ſi. ſatis intelligit tamen in genere, ſi (vt diximus) non opponatur, argu.ſumpto ex.l. fi.C.qui admit. tradit Alex.in.l. quamdiu, col.2.eo.ti. Et idem in exceptione generali, quæ ſic iuuabit pariter excipientem, ſi non opponatur, vt per Ange.in.l.j. ff.de excep.c. paſtoralis, vbi Feli.& omnes, eo.ti.Alex.in.l. Titiæ textores, in prin.ff.de lega.j.& probatur in.l.ſcire oportet, in §.ſcire. ff. de excu. tu. Et quòd libellus generalis non ſit ineptus, quòdque poſsit per probationes iuuari, vt ſupra & quòd





nouiſsime in forma non peccet, declarat Bal.in.l.ſi in rem, lectu.2.in fi.ff.de rei ven.Et in.l.quæ de tota, eo.ti.quòd incertitudo, quæ venit declaranda in ventilatione cauſæ, nec poteſt declarari in libello, ipſum non viciat, nec reddit ineptum.& in d.l.j. ff. de eden. col. 3. quòd incertus in acceſſorijs procedit, nonnihil Imo.in.l.ſi filius familias, in.§.cum ſundum, in.2.ff. de uerbo.ob.Abb.in.c.cum venerabilis, in.j.de reli.do.But.in c.cum ad ſedem, in.4.not.de reſti.ſpo.& in materia inquit etiã Alex.in.l.fi. col.j. C. de reſti.in integ. ſi minor dicat ſe læſum ſimpliciter, vt reſtituatur, vel circũſcriptum, quòd libellus ad reſtitutionem procedit, quòdque poterit reus petere, quia cõcludit in duabus cauſis facilitatis, & doli, vt declaretur. Et poteſt ex his quæ ſcribit Alex.in.d.l.j.in prin.de eden. declarari, quòd ſi libellus obſcurus ſit, & abſque expreſsione cauſæ producatur, nec reus ante lit.conteſtatam opponat, videtur aſtrinxiſſe ſe ad cauſam proſequendam ſuper eo. Et quòd pratica eſt, immo cautela vt ſupra ne petatur declarari, quia hoc modo inſtruitur actor.& idem dicit Deci.in.c.ſignificantibus, de ap.Eſt verum quòd Iudex ex officio compellit reum ad declarandam excep.generalem, & libellum, actorem, vt idem Alex. docet in.l.quarta, in§.hoc autem iudicium, in.2.col.ff.de dam. infec.Citatio etiam peremptoria in ſimili, ad hoc vt ſit valida, debet eſſe certa, & nõ incerta, ac obſcura.l.ſi finita.§.Iulianus, & ibi idem Alex.col.8.ff.eo.Si nulla tamen fuerit, aut proceſſus, vel in materia libellus, non valent neque procedunt, ſed ſunt ipſo iure nulli, licèt non opponatur, vt de inepto dicebam ſupra & eſt ſimile, in decreto interpoſito ex falſa cauſa.l. cum vero.§.ſubuentum.ff.de fideicom.lib. Idem Alex.in.l fi. C.de in ius vo.Si libellus tamen adhuc incertus ſit, & incertitudo proueniat ex facto rei, admittitur, actor vero actionem eligere tenetur.l.j.§.quia autem, & ibi Bar.ff.quo.lega.nót.in d.l.edita, fuſius. & ad propoſitum libelli obſcuri, quotupliciter quid obſcurum dicatur, declarat Bal.in.l.veteribus, in prima lectu.col.j.ff.de pac. Et quòd inſeri in eo debeat cauſa, ſi petatur, vt in nunciatione, & in teſte, affirmat idem Bar.in.l.1.in 3.col.ff.de no.o.nun.Qui dicit etiam in.l.prætor edixit, in.§. quod autem.ff.de iniur. quòd alternatio incertitudinem inducit, quòdque vitiat libellum, vt hic, non in contractibus & legatis, procedentibus ex voluntate agentium, vbi libellus aliàs datur inuito. Si non ſit adhuc in poteſtate actoris exprimere

mere certum, puta in intereſſe, quod venit certificandum per Iudicem, incertitudo toleratur, ſecundum eundem Barto.in.l. certi condictio, nu.31.ad fi.ff.ſi cer.peta. Qui in.l.ſi pecuniæ, nu.4.rurſum ait.ff.de ali.& ciba.le. quòd vniuerſalis toleratur etiam in alimentis præſentibus & futuris. Et pro intelligentia ſciendum eſt, quòd tex. iſte loquitur in libello citatorio, ad effectum interrumpendæ præſcriptionis, quoniam alius eſt conuentionalis, de quo in.d.l.edita.C.de eden. & in authen. offeratur.C.de lit.con.& alius denique contradictorius, de quo in.l.j.C.de his qui pe.no.Bar.in.l.certum, in.§.ſi quis abſente, in fi.ff. de confeſ. Et adeo vera eſt deciſio iſta cõis, vt ab hac interlocutoria appelletur, ſi oppoſita exceptione incertitudinis & generalitatis admittatur, Gui.Pap.deci.75.ſed circa, colum.2. Suſtineretur tamen libellus ex clauſula, Quare peto mihi ius & Iuſtitiam miniſtrari, vt potius valeat, quàm pereat, quod idem Gui.Pap.confirmat, deci.263.in fine libellorum. poſt Inno.in.c.cum dilectus, de ordi.co.atteſtatus amplius, ſæpe vidiſſe in curia parlamenti ita obſeruari, & in contradictorio iudicio quidem.Soci.late, conſi.95.in cauſa, nu.23.vol.3. Et quòd aliud ſit nullam proponere cauſam, & aliud proponere generalem & obſcuram, quoniam primo caſu libellus non procedit, ſecundo vero ſic, ſi (vt dictum eſt) non opponatur, docet etiam Seyſel.in.l.non ſolum, in.§.morte, colũ.12.ff.de no.o.nũ.& in.l.Gallus, in.§.ſi eius, col.j.ff.de libe.& poſthu.& ſi opponatur, debet declarari, vt idem dicit, in.l.fina.in fi.C.de eden.& Bulga.in rub.ff.ſolu.ma.nu.16.diſputat ad longũ Gerar.Pet.ſanc.ſingu.4.notant Doctores, per totum, Bart.in.l.& an eandem, in.§.actiones, nu.5.ff.de excep.rei iudi.Et Bal.conſi.383.primo, col.j.volu.4.quòd incertitudo ſi opponatur, eſt ineptitudinis ſpecies, & maxime in petitionibus pœnarũ, vbi omnia certiora eſſe debent.l. teſtamento.§.fi.ff.de condic.inde.Et Abb.in.c.cum eccleſia Sutrina, col.9.de cau.po.& prop. quòd fatuus eſt, qui libellum talem recipit.Et idem in.c.2.colum.17.de ordi.co. Conatur tamen contrarium tenere Barb. in.c.ſignificantibus, de lib.ob.ſed quia argu.leui vtitur, nec vitari poteſt generalis deciſio huius legis, à communi regula nõ diſcedo, & vt latius in.l.edita, allega.etiam ſupra not.Quam tenet Bar.ibi, & ferè omnes, & nouiſsime, vltra ſupra dicta, in.l.ſi in rem, in fi.ff.de rei ven.

Ad



## *Ad.l.primam. denique.ff. de aqua plu.ar.*
## Dominus in re propria.16.

QVILIBET in re ſua propria facere poteſt id, quod ſibi prodeſt, licèt alteri noceat, dummodo id non faciat nocendi animo, vt hic, & paulo ſupra clarius, ibi, Prodeſſe enim ſibi vnuſquiſque, dum alij non noceret, non prohibetur, nec quiſquam hoc nomine tenetur, ſeruitque ad regu.l.in re mandata.C.mã. &.l.altius.C.de ſerui.& iſtud adeo verum eſt, vt nec nocendi animus præſumatur.l.merito.ff.pro ſo.& not.q. ad idem ponit Gui.Pap.deci.298.vtrum quilibet.& Bart.in.l. quominus ff.de flu. quòd in flumine priuato alicuius non eſt licitum facere molendinum ſupra, quando principaliter id faceret nocendi animo, & Pau.de Caſ.in.l.cum eo.ff.de ſerui.vrba. prædio. quòd animus nocendi præſumetur, ſi vtilitatem inde non habeat ædificans, puta quia domum tollat, vt vicini vxorem videat, aut filiam, vel vt religioſorum ſecreta intelligat & ſcrutetur.& ſuſius Cy.Ray.& Saly.in.d.l.altius, & Iaſ.in præallega. l.quominus, col.5.&.6.Pulchre dicebat etiam Anchara.conſi. 104.pro declaratione, in fi.quòd in ſimili nõ debet in iudicio audiri, qui non comparet pro ſuo intereſſe, & vt alteri noceat, ſibi autem non proſit, ſignanter per iſtum tex.Nonnihil Abb. in.c.fi.in fi.de reſti.ſpo.quòd etiam poſſeſſor iuſtus, ſi velit antiqua ædificia reficere, vel habitare de nouo inhabitata caſtra, ad iniuriam vel æmulationem alterius, non poteſt, aliàs ſic, ſi ad conſeruationem honoris, & patrimonij augumentum, & probatur in.l.opus.ff.de ope. pub.& in.l.3.C. de ædifi. priua. & in.l.j.2.&.3.C.de fun.limi.libro.10.& in.l.athletas.ff.de his qui not.infa.& in.l.ſi meo.ff.de aqua plu.ar.& in.c. conſuluit, de Iudæ. & vltimo loco in capitulo cum Eccleſia Vulterana, de elec.vbi regu.generalis traditur, quòd nõ videtur fraudem committere, qui vtitur iure ſuo.plura ad materiam idem Anchara.conſi.430.fuiſſet, in princi.Et in fortilitio vt ſupra conſtruendo, ex cauſa minus neceſſaria, Ro.conſi.52.in quæſtio. ad fi. Et quòd liceat aliàs vnicuique in re ſua facere quod ſibi prodeſt, licèt alteri noceat, dummodo abſit liuor & æmulatio, ſeu iniuriandi animus, tradit nouiſsime Bal.conſi.341.ſecundum ea, in fi.vol.3.Et conſi.440.ſecundum ea, in prin.volu.5.

lu.5. Et in re ſua dixi, quoniam in aliena ſecus, in qua nec etiã ſtramenta immittere licet. l. Proculus. ff. de dam. infec. l. ſicut. §. Ariſto. ff. ſi ſerui. ven. & qui dat articulos obiectiuos, non dicitur proprium ius tueri, ſed alienum impetere, & male. l. 3. §. ſi duo. ff. de Carbo. edic. Nec poteſt ſeruus de adulterio à Domino accuſatus, hac de re excipere de lenocinio. l. j. §. ſi publico. ff. ad legem Iuli. de adul. l. quoniam Alexandrum. l. ita pudor. C. eo. Old. conſi. 170. ad hoc, nu. 2. & ad regu. multa Veron. in tracta. de ſerui. vrba. prædio. c. 39. col. j. & 2. Seyſel. in. l. ex hoc iure, col. 3. & 4. ff. de Iuſti. & iu. & quoniam glo. etiam hic concordan. allegat quantum ſit ſatis, tranſeo.

## *Ad. l. iubemus. C. ad Trebellia.*

## Fructus. 17.

TENENDO, vt dictum eſt ſupra ad authen. ſed cum teſtator. C. ad legem Fal. quòd in filijs primi gradus, Treb. prohiberi non poſsit, declara prohiberi, ſi iubeat teſtator, quòd fructus in ea computentur, & dic, quòd non computabuntur, quòdq; detrahi hoc non obſtante poterit, vt ibidem, & in. l. ſi vt allegas. C. ad legem Fal. & probatur hic, & iſtam eſſe veram opi. teſtatur Gui. Pap. deci. 51. ſecundum ſtylum, col. 2. quodque in iudicando ita ſeruatur. Eſt bene verum, licèt non computentur, quòd tamen poteſt teſtator grauare filium, vt omnes fructus reſtituat. l. baliſta. ver. filiusfamilias. ff. ad Treb. & hoc idẽ ibi not. Ange. & articu. diſputat Corſe. in tracta. Treb. in. §. 3. Moder. Bononien. in. c. Raynucius, nu. 48. de teſta. & in. l. nemo poteſt, num. 369. ff. de lega. j. & Rui. conſi. 163. de duobus, nu. 11. vol. 2. & nu. 14. licèt prædicti dubitent, efficaciter probat, ita tenendum eſſe vt ſupra, & efficacius conſi. 21. circa, nume. 11. vol. 3. oſtendit etiam multorum Docto. varietatem in hoc paſſu, Sauilia. conſi. 16. poſt redditum, nu. 10. vol. 1. & tandem concludit, ſeruandum eſſe, quod in curijs hucuſque ſeruatum fuit, vt ſupra. Et quia hæc lex eſt exorbitans quantum ad imputationem fructuum, & contra ius commune. l. ſi mulier. §. ſi hæres. ff. ad Treb. in fideicommiſſaria, & ibi plene not. ff. eo. debet intelligi in filio ex legitimo matrimonio nato, & nõ legitimato per reſcriptum, vt ſimili in ſtatuto, ſi de filijs loquatur, tradit But. & Abb. in. c. per venerabilem, qui fi. ſint legi. & in. c.





in. c. tanta. eo. ti. Pau. de Caſ. in. l. cum acutiſsimi. C. de fideicõ. & in. l. fi. C. de his qui ve. æta. impe. Cuma. & Imo. in. l. ſi ita quis, in. §. is cui, de lega. 2. Idem Rui. conſi. 84. vltimum, nu. 3. eo. lib. & cõſi. 91. de tribus, nu. 6. eo. li. Litèt etiã filij primi gradus non computent fructus in quartam, computat tamen mater, inſtituta à filio, ratione ſupra dicta, & quia noſtrum non eſt extendere legem. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. ma. ſignanter Calde. conſi. 41. an mater, de teſta. Sed ad materiam. d. authen. ſed cum teſtator, & l. noſtræ, cum ſit certum, quòd Treb. in filijs primi gradus (vt diximus) prohiberi nõ poteſt, & ſic quòd detrahatur, quæritur, ſi fratres expreſſe iuramento approbaſſent teſtamẽtum paternum, in quo reperiretur facta detractionis Treb. prohibitio, an poſsit hoc non obſtante detrahi. dic quòd non, vt per Ancha. conſi. 152. plura, col. 3. & alios, quos citat & ſequitur Cur. iuni. conſi. 21. pro habẽda, nu. 2. Et idem dicimus in legitima, quòd non in fructibus, ſed in ſubſtantia teſtatoris conſiſtit, vt per iſtum tex. & per tex. in. l. ſancimus. C. de inoffi. teſta. dicit idem Ancha. conſi. 128. ſi huic, in princi. Et in Treb. vt ſupra hunc caſum ſingu. Roma. conſi. 232. quatuor, in prin.

## *Ad. l. primam. C. de bo. mater.*

## Adminiſtrator. 18.

QVOD pater, in bonis obuentis filio, quo ad proprietatem, nihil habeat, vt hic dicitur, ſed adminiſtrationem tãtum, & vſum fructum, ſine controuerſia probandum eſt, vt etiã inquit Gui. Pap. conſi. 15. bona materna, in prin. & conſi. 170. quo ad quæſtionem, colu. 3. quòd eo mortuo finitur. Adde quòd hæc lex loquitur in bonis maternis, non in auitis, ſed. l. 2. quæ niſi facta fuiſſet, ad vnguem ſeruaretur iſta, nec in filijs loquens, locum habuiſſet in nepotibus. l. ſi viua matre, quę eſt. 3. & ibi per Docto. C. eo. declarat Cur. iuni. conſi. 35. oliua, nu. 3. Et idem eſt in clericis, quod in laicis, vt per Io. And. in. c. fi. de iudi. in. 6. Bal. in. l. fi. in. §. neceſsitate, col. j. C. de bonisque libe. ſi pater ſit Epiſcopus, vel Abbas, vt ibi. Et ſi filius datur procurator, dari non poteſt, niſi patre authore, cuiuſcũque ætatis ſit, vt hic per glo. quam idem Gui. Pa. inducit, conſi. 130. nobilis, col. 2. vbi alia multa ad materiam ponit, & conſi. 133. Antonius, in fi. dicit,

cit, quòd licèt adminiſtrator legitimus ſit, non tamen poterit alienare, quòdque per eum alienata reuocantur, & multo magis alienata per matrem. & quòd alienatio non valeat, ex quo legitimus adminiſtrator eſt ad conſeruandum, non ad alienandum, affirmat Bal. in. l. cum à matre, in prin. C. de rei ven. Hodie etiam valet ceſsio facta filio contra patrem, quoniam ſolũ ex cauſa aduentitia ſuper exercitio ſuperſedetur, idem Bal. in l. ſi pater, in fi. C. man. Et licèt non alienet regulariter, alienat tamen ex cauſa, & ſi neceſsitas ſubſit, etiam ſine decreto, ſecundum Azo. in ſumma, de bonisque libe. Idem Bal. in. l. j. in prin. ff. de reb. eo. Et notandum eſt, ſicuti pater hic fructum percipit ex bonis filij, prouiſione legis, vſuariusque eſt, quòd ita percipit prælatus, quòdque ita eſt vſuarius bonorum eccleſiæ. c. 2. de dona. c. ſi. de pecu. cle. not. in. cap. cum ab omni, de vi. & ho. cle. & in. c. præſenti, de offi. ordi. in. 6. ita vt ſit bonum argu. de vno ad alium, nec idem ſit per omnia in tutore. l. neque, & ibi Alex. col. 2. C. de procu. Mulier quoque inteſtata moriens, efficit vt maritus inops, ei in dote ſuccedat, authen. præterea. C. vnde vir & vx. niſi extent filij, quia tunc ſolum vſumfructum habet, vt hic, & declarat Alex. in. l. 2. in. j. col. ff. ſolu. ma. & eſt limitatio ad. d. authen. Et habet vſumfructum etiam ſi filius cómittat homicidium, nec poteſt in præiudicium vſufructus fiſcus bona occupare, quod eſt obſeruatione dignum. l. 3. §. ſi filius. ff. quod quiſque iu. Idem Bal. conſi. 257. quæritur, vol. 3. Dicit etiã Bar. in. l. j. nu. 22. ff. de pecu. ꝙ pater tenet de peculio pro filio pfectitio & aduẽtitio de iure antiquo, quia quicquid acquirebat, acquirebat patri. l. placet. ff. de acqui. hæ. non de caſtrenſi, nec de aduentitio, quoniam ipſe de caſtrenſi conuenitur, de aduentitio pater, vti legitimus adminiſtrator, vt hic, qui tanquam talis, petit etiam ipſum in integrum reſtitui, vt per Cy. in. l. j. C. etiam per procu. in integ. reſti. pe. po. Dixi ego quoque, & probaui, in. d. authen. præterea, quòd hæc. l. locum habet in filijs communibus, non in priuignis, quòdque in eorum bonis vitricus vſumfructum non habet, quòd nec eis ſuccedit ab inteſtato. l. vitrico. C. communia de ſuc. & ꝙ denique fructus reſtituit perceptos ex rebus ſuis. l. ſi propter. C. de compẽ. & enchiri. 2. c. 36. vulgata. Et ſi mulier maritum relinquat Dominum & vſufructuarium, ſecundum conſuetudinem Bulga. de qua in authen. hoc locum, C. ſi ſecũ. nup. mu. vſumfructũ habebit ratione patriæ poteſtatis, vt not. in. l. Titia, in



tia, in. §. Titia, vbi inter alios Pau. pic. colu. 43. ff. de lega. 2. Et quia alienationis mentio facta eſt, dicebat adhuc Areti. conſi. 72. præſupponitur, col. 4. quòd licèt pater alienet res immobiles, non tamen ſibi adminiſtratio auferri poteſt quoniam bona ſua ſunt ad idem tacite obligata, habetq; remedium filius, contra poſſeſſores, & probatur clarius in. §. ſi vero expectet, in authen. de nup. Et quòd generaliter (vt diximus) ſi cauſa nõ ſubſit, eidem alienatio interdicta ſit, habeatque pariter generalem adminiſtrationem, nec poſsit niſi quod officij natura dictat & patitur, tradit in tracta. de interpreta. iu. Stepha. Fede. par. j. col. 27.

## *Ad. l. hoc iure. §. ductus aquæ. de aqua quoti. & æſti.* Conſuetudo. 19.

CLARA ſunt Pompo. verba hic, ex quibus omnes ſumunt argumentum, quòd vetuſta conſuetudo, habet vim priuilegii & conſtituti, quòdque tantum operatur, quantum Principis authoritas, vt etiam inquit glo. in. c. conſuetudo. 12. diſ. & Bal. in l. traditionibus, col. 3. C. de pac. Qui dicit etiam, quòd ex ea acquiritur ius directum, & ibi plenius Iaſ. Caſſane. conſi. 66. aliqua, nu. 53. adde, vera omnia eſſe, vt latius infra demonſtrabitur, quando datur capacitas in exercente, aliàs ſecus, exemplũ in his quæ ſunt ordinis Epiſcopalis, quæ per inferiorem acquiri non poſſunt ex conſuetudine quantuncunque vetuſtiſsima. & idem in laico exercente, quamuis longiſsimo tempore, actum ſpiritualem, vt per Io. And. in. c. 2. de prẽben. in. 6. Abb. in. c. quanto, in prin. de conſue. Alex. conſi. 70. viſo, col. 4. vol. 4. Et ad propoſitum dixit adhuc Fede. de Sen. conſi. 234. ſuper primo puncto, hoc ipſum adeo procedere, vt inducat ius, nec ſit neceſſe titulum allegare, quia ex antiquitate tribuitur, inquit poſtea Abb. in capitulo quãto, numero nono de transla. epiſcopi. Seyſel. in. l. more, col. 4. ff. de iu. o. Iudi. Et Nel. in tracta. banni. in prima par. ſecundi tempo. q. 17. columna ſecũda, quòd ciuitates Italiæ, iuriſdictionem exercentes, & bona delinquentium ſibi publicantes, hoc idem faciunt, vel ex priuilegio; ſibi conceſſo à Principe, vel ex conſuetudine antiqua, quæ habet vim priuilegij, & conſtituti. & Bald. in. l. cum ſemper. C. de rei ven. quod ad probandum ius patronatum, valet

let antiquiſsima poſſeſsio,quæ pro titulo habetur. & in.l.corruptionem,in fi.C.de vſufru.quòd irregularis præſcriptio eſt, quòdque pro veritate habetur.& in.l.j.col.2.C.de ſerui. quòd quaſi naturalis poſſeſsio diſcontinua,nõ præſcribitur,niſi tanto tempore,cuius contrarij memoria non exiſtat. Et generalius in.l.ſi aquam,in.2.pariter,eo.ti.quòd ſeruitutes non præſcribuntur,niſi ſpatio annorum centum,ſeu tempore vt ſupra cuius contrarij memoria non exiſtat.Et vtrunque Areti. conſil.15.Reuerendiſſ.pater,col.vlti.aliquid Veronē. caute.108. in præſcribenda,& in.l.exemplo,in.2.col.C.de proba.Bal.adhuc, quòd magna eſt antiquitatis authoritas,habens vim legis pacti,& Principis.&.q.determinat in.l.itē lapilli,in.3.ff.de re. di.quòd ius habendi molendinum in flumine publico, poteſt tanto tempore præſcribi,alias non.non nihil Iaſ.in.l. quominus,col.6.ff.de flumi.& col.19.& idem quod hic, dicitur etiā in.c.ſuper quibuſdam,in.§.præterea,de verbo.ſigni.& in.c.1. de præſcrip.in.6.& ibi docetur,quo modo probatio fieri debeat,& in.l.2.in.§.idem Labeo.ff.de aqua plu.ar. & in.l.ſanè, de iniur.Bar.in.l.cum de in rem verſo,col.3.ff.de vſu. & Cur. Iunio.conſi.20.præſupponitur,nume.6.quòd ſpatio tanti tēporis præſumuntur conceſſa etiam ea, quæ ſunt Principi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis.& quia pro veritate habetur (vt dicebam ſupra) non eſt vis,an appelletur conſuetudo,vel præſcriptio.idem Bal.conſi.257.quæſtio,in princ.vol.2.nonnihil conſi 135.inter caſtrum,vol.5.Idem Cur.con.61. habita,nu.3.& conſi.68.factum,nu.1.quòd habens hoc tēpus, habet fundatam intentionem,etiam ſi aliud priuilegium non oſtendat,quòdque non requiritur in tali præſcriptione ſcientia ſuperioris.& idem dicit de ſtylo,ſi tāto tempore ſeruetur, Sauilia.conſi.201.præſupponitur,nume.18.volumi.2.& quia vnum verbum probationis dictum eſt,quo modo fiat, remiſſiue tamen ſupra conclude quòd poteſt etiam fieri per inſtrumentum,quoniam eſt actus affirmatiuus, quòdque teſtis debet eſſe ad minus ætatis.54.annorum,& fuſius vt per Flo.in.l. ſeruitutes.3.col.12.ff.de ſerui.Qui dicit etiam in.l.ſi ſic, in fi. ff.quemadmo.ſerui.amit. quòd non currit præſcriptio tanti temporis contra eum,qui ſemper poſsidet, in exemplo ipſius ibidem.& Cy.in.l.ſi certis annis,col.penulti.C.de pact. quòd longiſsimo tempore,cuius initij memoria non extet, diutina ſeruitus inducitur,vt hic. & ius dominij tollitur.l.nunquā.§. theſaurus.ff.de acqui.re. do.& ſubijcit,quòd eſt verum in realibus non in perſonalibus obligationibus.Et Sauilia.conſ.21. homines,col.4.vol.1.quòd habet vim etiam præſumptionis, quòd non admittit probationem in contrarium,& quòd non eget Principis confirmatione.& Alex.conſi.124. ponderatis, col.4.volu.5.quòd ſufficit præſcriptio tanti temporis etiā ad præſcribendum merum imperium, poſt Cy.& alios.in.l.j.C. de eman.lib.& eſt quæſtio per plures diſputata, quam decidit ſic etiam Ancha.conſi.142.clarior,col.1. & quòd non ſit neceſſe probare titulum vt ſupra ampliat idem Alexan.conſil.6. viſo themate,col.2.etiam ſi ſit præſumptio,vel ius commune, contra præſcribentem,lib.1.Determinatur ex his rurſum quæſtio,quia eſto quòd forenſi poſsidenti aliquid in ciuitate vel comitatu,collecta imponi non poſsit,fallit tamen in ciuitatibus,habentibus hoc ex conſuetudine, cuius initij &c. vt per Bar.in.l.cum neque.C.de inco.lib.x. & in.l.1.in.4.colum .C. de mulie.& in quo lo.eo.lib.& præſtat argumen.vt dicamus, quòd faciat de illicito licitum,& firmat Alex.conſil.110.adeo grauis, nume.19.volu.6.& conſi.203.perſpectis, col.2.eo.li. quòd in aquis & earum commoditatibus,& molendinis,ſtandum eſt antiquitati,maxime tanti temporis vt ſupra Are.cōſi. 30.viſo themate,col.4.Ancha.conſi.298.in territorio,colū.2. & vult Bal.in rub.quæ ſit lon.cōſue.in prin.quòd tēpus iſtud, cuius initij memoria non extat in contrarium, appelletur vetuſtas.& in materia,quòd mulier poſsit habilitari ad iudicandum,conſuetudine,ſicuti priuilegio Principis, probat etiam Deci.in regu.fœminæ,col.1.&.2.ff.de reg.iu.& in regu. quod in initio,col.2.eō.ti.quòd regula ibi locum habet, quando à principio initium fuit vitioſum,& conſtet,quòdque ſecus eſt ſi non conſtaret,vt in eo (ſubijcit) quod memoriam hominū excedit,quia valet,et habet vim priuilegij,& Calca conſil.49. contra commune,col.2.quòd aqua à ſolito curſu diuerti non poteſt,inuito Domino prædij,cui ſeruitus aquæ debeatur, ex quo talis vetuſtas temporis, pro conſtituto iure habetur. & Ias.in.l.quominus,citata etiam ſupra col.8. quòd ex longa cōſuetudine,Illuſtriſsimi D. noſtri Veneti,licite præſcripſerunt Gulphum Maris,pro quibus facit tex.in.l.ſanè.ff.de iniur.adhuc citata ſupra & quam legit Bar.ſub.l.iniuriarum .§.fi.ff. eo. & Ancha.conſi.51.conſuetudo,quòd cōſuetudine induci poteſt,electum adminiſtrare ſine confirmatione.& conſilio.157. ſumme,

ſumme,col.2.quòd à conſuetudine tanti temporis recedi non poteſt,niſi euidens appareat vtilitas. Et conſi.339.pro maiori, col.3.quòd præſcriptio tam prolixi temporis,tollit ius publicum priuatum,& etiam iura Romanæ eccleſiæ. Intelligendo ſemper dummodo conſuetudo non ſit peccati nutritiua,quia tunc non haberet vim priuilegij,nec valeret.c.denique.4.diſt. tradit Malue.Bono.in tracta.de ſorte,col.13. Et quòd vetuſta conſuetudo habeat vim tituli,vt dictum eſt, tantumque operetur,quantum Principis authoritas,nouiſsimo loco, & pro complemento,tradit quoque Gui.Pap.de inſtitutione pedagij loquens,deciſ.549.ſententia,in.1.&.2.col.& conſil.65.viſo,col.fi.& in ſeruitutibus præſcribendis,deci.573.ſupra,col. 1.& in præſcriptione regalium Moder.Bononien.in.c.1.nu. 205.de conſtit.Sauilia. clarius conſi. 54. quæritur,nu.8.volu. 1.& vinteni,idem Gui.Pap.conſi.1.col.3.& cieragij,conſil. 91.circa col.5.& conſi.164.pro certo,colũ.vlti.quòd in conſuetudine introducenda non requiritur cauſa. & in emptione ſalis vbi & à quocunque homines voluerint, Rui. conſil.105. ſuper eo,col.3.&.4.vol.5.& in vectigalibus Cur.Iuni.conſil. 124.mature,nu.10.

## *Ad.l.in ſeruorum.ff. de pœ.*

### Pœna. 20.

QVAELIBET pœna corporalis, etiam minima, eſt maior quacunque pecuniaria,vt hic,in fi.& in illis verbis, » Quia ſolus » fuſtium ictus, grauior eſt, quàm pecuniaria damnatio.& in.l. nec in ea.ff.ad legem Iu.de adul.nõ tamen in perſonis vilibus, vt inquit Bar.in.l.1.in fi.ff.de pœ.quem refert & ſequitur Iaſ. in.l.properandum.col.2.C.de iudi.Moder.Bononien.in.l.diuus,col.2.ff.de quæſtio.Ioan.de Ana.in.c.2.colũ.4.de maled. Iaſ.in.§.pœnales,nu.44.inſti.de ac.& in.l.admonendi,in repe. col.96.ff.de iureiur.Soci.regu.81.fallen.vlti.Idem Bar.in.l.leuia,in.2.oppo.ff.de accu.Qui dixit etiam in.l.2.in.§.Cato,in vlti.col.ff.de verbo.ob.quòd ſi fauor liberationis habet locũ in cauſa pecuniaria,multo magis locum habebit in capitali. Et in.l.edita,in.6.C.de eden.quòd huius maioritatis ratione impeditur cumulatio,regulariter permiſſa,& probatur in.l.fi.C. de ordi.iudi.& in.l.per minorem.ff.de iudi. & in.l.adictos,in fi.C.



fi.C.de app.quòd non immerito etiam debent cauſæ criminales,diligẽtius & accuratius tractari,quàm ciuiles. Immo quòd Alex.in.l.fi.in pe.col.ff.de fer.hortatur Iudices,vt ad defenſionem reorum procliuiores ſint in criminalibus,quàm in ciuilibus. Ad quod facit etiam quod habetur in.l.ſi non defendantur.ff.de pœn.& dicit ad materiam idem Bar.conſi.101. Girardus, col.3. quòd paterfamilias eligit potius pœnam pecuniariam,quàm corporalem,& Ioan.de Ana.in.d.c.2. quòd pauci ſunt, qui velint potius corporaliter puniri, quàm modicam quantitatem ſoluere,niſi ſint viles perſonæ, vt ſupra, & idem in pœna periurij Bal.quòd eſt periculoſa,& maior quacunque pecuniaria,conſi.436.quæritur,col.2.vol.1.& hoc ipſum, de quo hîc,præmittit in not.caſu, conſil.426. præmittendum, in prin.eo.lib.& in publicatione bonorum, quòd minor pœna ſit modica corporali,Iſer.in conſti.Neapo.de homi.in princi. col.4.ſubijciens ibi etiã,quòd aliter iudicantur perſonæ quàm res. & in prin.fo.4.col.4.quòd ſi reſcripta auferentia rẽ alienã etiam ex certa ſcientia non valent,multominus valebunt,ſi lędant perſonam.& Areti.conſi.34.viſis,col.1.quòd ſi quælibet iniuria perſonæ illata,eſt maior quacunque illata in rebus,longe maior erit,quàm iniuria verborũ, niſi hæc efficiatur atrox ex qualitate loci & perſonarũ.Experiẽtia tamen docet (quod ad prædictorum limitationem nota) magis timeri pecuniariã pœnam,quàm excommunicationem,& ſentit Hoſtiẽ. & poſt eum Ana.de quo ſupra in præallega.c.2.colũ.3.&.4. & male, quoniam excommunicatione,nulla maior pœna eſt in eccleſia Dei.c.corripiantur.24.q.3.l. hi qui ſanctam fidem.C. de apoſta.& ad regu.dicit etiam Ro.conſi.59.ad diſcutiendũ, col. 2.quòd ſi iuſsione Principum inobedientes,iure ciuili vltimo afficiuntur ſupplicio, multomagis debent poſſe puniri pœna publicationis bonorum.& Alex.conſi.14.ponderatis,colum. vlti.vol.3.quòd ſi licitum eſt,propter res defendendas, alium percutere.l.1.C.vnde vi.l.fi.C.de fica.l.itaque.ff.ad legẽ aqui. c.ſi perfodiens,de homi.not.in.l.vt vim.ff.de iuſti.& iur.multo magis licebit propter perſonam & corpus, quod eſt nobilius,idemque Ange.de malefi.ver.& dictus Titius, col.3. Vnde lex diſponens de bonis corporis, præfertur diſponenti de rebus exterioribus,hac ratione,& quia illa dicitur eſſe de iure naturali.d.l.vt vim.Dixitque ob hoc Iob.c.2.pellem pro pelle,& omnia dabit homo pro anima ſua. cũ bona exteriora ſequantur

quantur perſonam, non è contra, authen. ingreſsi. C. de ſacroſanc. ec. omniaque hominis gratia creata ſint à Deo optimo maximo. l. in pecudum. ff. de vſu. Stepha. Fede. in tracta. de int. iu. ĩ. 2. par. qualiter lex reſtringatur ex mẽte, col. 24. Idẽ Alex. in. l. qui bona, in. §. ſi quis iuxta, in prin. ff. de dam. infect. quòd ad officium Iudicis ſpectat prouidere, ne fiant rixæ. l. æquiſſimum. ff. de vſufru. dictumque fuit ſupra ad. d. l. quòdque. d. §. loquitur quando timetur damnum de re ad rem, non de perſona ad perſonam, in qua maius eſt periculum. Et Bal. vltimo loco in. l. prima. col. 12. C. qui accu. non poſſ. quòd ſi ex vno delicto imponatur pœna pecuniaria, ex alio corporalis, maius delictũ erit iſtud ex genere pœnæ, ex quo imponitur corporalis.

**
*





# MARCI MANTVI, BONAVITI PATAVINI, IVRISCONSVLTI, COMITISQVE

## locorum communium iuris.

### LIBER SECVNDVS.

### *Ad. l. Modeſtinus. ff. de donatio.*

### Inſinuatio. 21.

SVMPTA occaſione ex verbis Modeſtini hîc, cùm dicit, creditorẽ futuri temporis vſuras remittere, & minuere pacto poſſe, nec in ea donatione, ex ſumma quantitatis, aliquid vicij incurrere. Bart. aliqua de inſinuatione tractat, quid ſit. an in ea debeat adhiberi cauſæ cognitio. coram quo Iudice fiat. an fiat ex poſt facto. & an legibus, ipſam inducentibus, poſsit renunciari. Adde tu, dum etiam dicit, quòd hæc res eſt in mera voluntate donatoris, eo inuito fieri non poſſe, vt per Areti. conſi. 122. in cauſa, col. 2. & 3. Secundo, dum dicit adhuc, quòd ſola Iudicis præſentia ſufficit, quòdque decretũ non requiritur, contra Guliel. de Cu. adde Bal. etiam ita tenentem conſi. 105. factum, col. 3. vol. 3. & dicentem amplius, quòd licèt decretum non requiratur, requiritur tamen authoritas, quoniam ſi Iudicis, vt Iudicis, & non vt ſimplicis teſtis, pręſentia requiritur, neceſſario dicemus, in ipſius iudicis poteſtate eſſe, aliquid decernere, vel auctorari. l. cum hi. ff. de tranſact. l. 3. §. ſi cauſa cognita. ff. de mino. l. fi. C. qui admit. & vt ipſe fuſius. Qui dicit etiam conſi. 352. item ſtatuimus, col. 1. & 2. volum. 5. poſt glo. in. l. 1. ff. quib. mo. pi. vel hyp. ſol. & in. l. ſi quis obligatione. ff. de regu. iu. quòd pactum gratuitum donatio dicitur, ita vt inſinuatione indigeat ſicuti alia quęlibet expreſſa donatio. & probatur in. l. in ædibus, in. §. põt. ff. de dona. & in. l. j. ff. de tranſac. ſed dubitatio eſt, ſi inſinuatio facta non ſit, quando donatio excedit ſummam. 500. aureorum, iuxta nota. in. l. ſancimus. C. de dona. & hic, & in. l. ſi quis argentum C. eod. an

valeat ſaltem vſque ad.d.ſummam. Sol. valet in donationibus non prohibitis ratione perſonæ,alias non, puta ſi facta ſit inter patrem & filium,vel maritum & vxoré.l.donationes quas parentes,vbi glo.& Saly.C.de dona.inter vi.& vxo.tradit Iaſ. in.l.1.in.§.ſed & ſi mihi,col.3.&.4.ff.de verbo.ob.Caſſan.cõſil.7.viſis,nu.22.23.24.& cum inſinuationi non poſsit renunciari à partibus,vt per Bar.hic,& dictum eſt ſupra infertur nó eſſe ſtandum aſſertioni partium,quod propter merita fiat donatio,quoniam hoc caſu nõ requiritur inſinuatio .l. Aquilius regulus, infra eo.& ſi ſtaretur aſſertioni partium, excluderetur tacite,non dicendum,de quo tamen latius idem Bar.in.l.ſi forte.ff.de caſtren.pecu.& no.in.l.ſi donatione.C.de colla.Capici.deci.203.in cauſa,col.4.& ad propoſitum.l.noſtræ, poſt multa dicit Bal.ꝙ in pœnis,ſeu vſuris remittendis,non requiritur inſinuatio,earum odio,in obligatione autem fortis ſic, quia ille qui remittit donare videtur,ſi in remiſsione tamẽ cauſa donationis exprimitur,in.l.illud,col.3.C.de ſacroſanc.ecc. non nihil Cana.in tracta.de inſinua.par.1.q.2.numero.19.& probatur etiam in.l.ſi mulier.ff.de condic.ob cau.& quòd Iudex debeat eſſe competens,ratione rei donatæ, vel donantis, fieriq́ue inſinuatio palam & publice,ne donans fraudetur, & quia tunc dolus abeſſe præſumitur,tradit Gui. Pap. deci.325. poteſt,in prin.niſi ſit donatio cauſa mortis,quæ tunc inſinuationem non requirit,vt ibidem . Eſt etiam dubitatio non parua,an valeat cum iuramento,quamuis non inſinuata, ſi excedat ſummã.500. aureorum,& cõcludit breuiter, quòd ſic,nec aliter intelligitur quod hic dicitur,& per Cy.in.l. ſi quis pro redemptione,ad fi.C.de dona.quòd non poteſt renunciari iuri introducenti inſinuationem,quoniam verum eſt, ceſſante iuramento,alias ſecus,tenetq́ue renunciatio.c.cõtingat,de iureiuran.c.licet,eo.ti.in.6.Bar.in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiuſſo. Gui.Pap.deci.350.vtrum,in prin. & quòd palam fieri debeat, ne donans fraudetur,diximus,quia inuenta eſt in odium donatariorum,vt hic per Bar. procurantium occultas donationes ſibi fieri.l.data.C.de dona.Gui.Pap.conſ.32.circa,numero.4 & conſi.33.nobilis,col.1.& conſi.57.omiſſa,in prin.

Ad.l.



## *Ad.l.quotiens.C.de dona.quæ ſub mo.*
## Donatio. 22.

HAEC .l.eſt ſingu.ſecundum Bal.hic,& ſeruit ad.q.ſi mater capiat emphytheoſim pro ſe & filijs ſuis,vt his acquiratur ex ſtipulatione ipſius,quoniam ſtipulatur ſuper re ſua , vel futura ſua,ratione vtilis dominii,quo caſu etiam quilibet extraneus poſſet alteri ſtipulari,vt hic,& per Abb.in.c.in præſentia , col. 7.de probatio.poſt Barto.in.l.quod dicitur,& in.l.debitor, in fi.ff.de verbo.obligatio.& idem Alexand.in.l.ex facto , in.§.ſi quis rogatus,colum.10.ff. ad Trebellia . & ad aliud eſt etiam not.quòd teſtator rebus ſuis,quam legem voluerit imponere poteſt,vt inquit Deci.in.d.capitu. in præſentia, colum.35. & conſilio.17.viſo , colum.2 . volumi .3. & in ſpecie inducit Areti.conſi.74.diligenter, col.j.quòd quando donator ſuper re quam donat, apponit pactum & ſtipulationem ſuper ipſa re, aliter in totum vel in partem tradenda, caſus ſpecialis eſt, quod alteri per alterum quæratur actio, quòdq́ue ſecus eſſet ſi aliquid extrinſecum ab ipſa re prorſus præſtandum foret, & vt per eum ſuſius. Sed pone quòd donem rem Titio, hoc pacto,vt res donata,poſt Titij mortem,deueniat ad hoſpitale S. Franciſci,poſtea pœniteat nos, quòdq́ue pactum pro non appoſito habeatur,an poſt Titij mortem hoſpitale agat, per iſtũ tex.videbatur dicendum quòd ſic,tamen contrarium determinat Bal.opi.poſtea optima diſtinctione concordando, in.l.cũ à ſocero , col.2.C.de iure do.Aliquid Nel.de ban.in.3.par.2. tẽp.q.78.ſtatutũ.Alex.in.l.qui Romæ,in.§.Flauius,col 3.ff.de verbo.ob.Dicit ẽt idẽ Bal.in.l.cũ patré, col.2.pariter C.eo.ꝙ in depoſito,ſi dominiũ trãſferatur, licèt nõ ſit regulare.l.licet §.rei depoſitæ.ff.depo.l.die ſponſaliorũ.§.j.l.Lucius.ff.eo.eſt ſpeciale, quòd ſtipulatio alteri facta valeat, vt in donatione hic, quia donatarius habet titulum lucratiuum , debetq́ue eſſe fidelior donanti. idemq́ue Deci.in donatione,in.l.certi condictio,in.§.ſi nũmos , in.2.col.ff.ſi cer.peta.Gui. Pap.deci. 512. Titius, col.vlti.& quòd conditio adiecta donationi valeat,puta quòd res donata deueniat ad talem,firmat conſi.12.ex facti narratione , nu.5.dicens, quòd hodie eſt caſus clarus hic. aliquid conſi.23.viſo facto,in prin.Bellame.deci.742.ſuppoſito, col.

col.2.&.3.& prædicta omnia(vt ſubijcit)fauore donantis,&
liberalitatem exercentis. Et quòd non habeat locum hæc lex,
hac de re,ſi extraneus paciſcatur in fauorem tertij, inque eum
promiſsio conferatur, certum eſt.l. ſtipulatio iſta. §.alteri.ff.
de verbo. ob.tradit Bal. bartoli. in.l.j. nu.168.ff.ſolu. ma. Et
plus,quòd ſine acceptatione etiam hic,acquiritur donatio,vt
per Bar.in.d.l.ſtipulatio iſta.in.§.ſi ſtipuler, ad fi.Ias.in præal-
lega.§.Flauius, col.10.Deci.conſi.216.viſa,in.2.vol.2.& poſt
prædictos omnes Sauilia. conſi.25.dubia,nu.17.vol.1.

## *Ad.l.quòd ſi Epheſi.ff.de eo quòd cer.lo.*
## Aequitas. 23.

VVLGATISSIMVS eſt tex.iſte, quòd Iudex debet habe-
re æquitatem ante oculos, quoniã in fine etiam hoc dicit, ibi,
» In ſumma æquitatẽ quoque ante oculos habere debet Iudex,
» qui huic actioni addictus eſt. non vulgatas tamen declaratio-
» nes habens, quoniam debet intelligi de ęquitate à iure infor-
mata, ne ſit lege clementior.§.oportet, in authen.de iudi.tra-
dit Abb.in.c.ex parte,col.2.de offi.de.& Pau.de Caſ.etiam in.
l.j.col.j.ff.de Iuſti.& iu. & hoc eſt qđ dicit Bal. in.l.fi. in prin.
C.de pœ.Iudi.qui male iu.quòd licèt hæc.l.ſit vulgaris,eſt ta-
men notabilis,quòdque ad propoſitum ipſius, cui datur habe
na latior, ille maiorem æquitatem prę oculis habere debet,ma
xime in dilationibus concedendis, & moderandis, & cæteris
ſimilibus, inquit idem met.in.l.j.col. vlti.C.quomodo & qui
do Iud. & facit quod habetur quoque in.l. placuit. C.de iudi.
& in.l. æquiſsimum, de bo.po.ſe. tabu. & in.l. & ſi nihil. ff.de
verbo. ſi.& in.l.j.ff. de eo per quem fac. erit.& in.l. vbicũque
ff.de inter.ac.& in.c.magne,de vo.& in.l.diuus.ff.de reſti.in in
teg.& in.l.in omnibus,& ibi plene Deci.ff.de regu.iu.Et in do
te Areti.conſi.17.conſyderatis,col 12.quòd ſi pater ſimplici-
ter promittat dotem,non præſtatur tamen, niſi pro facultati-
bus & dignitate viri ac vxoris.l. cum poſt. §. gener.l. quæro.
ff.de iu.do.& ſic promiſsio reſtringitur hoc modo,ergo mul-
tomagis officium Iudicis ſic ſe habere debebit,in ęquitate fun
datum,ſi filia eam petat à patre,vel neptis ab auo.Et hoc eſt ẽt
quòd dicitur in.l.ſi quis à liberis,in prin.ff.de libe. agno.opor
tere Iudicem perpendere deſideria ſingulorum in his quæ ex
charitate



charitate ſanguinis,& æquitate deſcendunt. Viturque his ver
bis ipſemet Iuris con.in.l.dedit dotem.ff.de colla.bo. Occur-
rit æquitas rei.& his, in.l.ſed cum prætor, in.§.j.ff.de bo.po.
» propter æquitatem tamen reſcindit prætor. Et not.rurſum in
» l.j.ff.de iu.o.Iudi.quòd iurisdictio, nil aliud eſt, niſi poteſtas
» de publico introducta,cum neceſsitate iuris dicendi, & æqui-
tatis ſtatuendæ. Alibi vero,ſummam habet æquitatis rationẽ,
ait adhuc Iuriſcon.in.l.vtilium.ff.de impen.in reb.dota.fac.&
in.l.vulgo.ff.de admi.tu.ęquum eſſe, aduerſarium non decipi.
& fuſius vt diximus nos etiam in lib. enchiri.7.c. 174.Et quia
non habet interdum æquitatem hanc prę oculis Iudex,ius ini
quum ſtatuendo, non ab re fit in eum retorquutio.l.j.ff.quod
quiſque iu.c.cum omnes, de conſti. Et dicit rurſum Bar. in.l.
in fundo, nu.3.ff.de rei ven.quòd in his quæ expediuntur offi
cio Iudicis,id ipſum ceſſat,ceſſante æquitate. Et in.l.ſi inſulã,
col.2.ff.de verbo.ob.quòd in ſtipulationibus prætorijs & Iu-
dicialibus,admittitur purgatio moræ, quia fundatur in æqui-
tate,vt hic,in conuentionalibus non, quia iudicantur ex men
te contrahentium. Et in. d.l. vbicunque in.4.col.ff. de int.ac.
quòd illa lex eſt fundata ſuper rationabili æquitate, quam Iu-
dex(vt dixi)ante oculos habere debet in quacunque parte iu
dicij,& à qua recedere pernicioſum eſt.l. ſi ſeruũ. §. ſequitur,
in fi.ff.de verbo. ob. Et de æquitate iuris ſcripti(vt dictum eſt
pariter)intelligi debet,quoniam non ſcripti ad ſolum Princi-
pem ſpectat.l.j. C.de legi.Bar.in loco præallega.Specu. in. §.j.
nu.4.de diſpenſa.In materia etiam intereſſe, iudicat Iudex ex
coniecturis,& æquitatem hanc ante oculos habere debebit, ſe
cundum Bal.conſi.270. ad euidentiam, col. j. vol. j. Et aliter
quàm ſupra quod tamen ad idem tendit, conſi.36.de iure, in
ſubſcriptione, volu.4.quòd iſta æquitas debet eſſe naturalis,
quòdque ei debet inhærere, ſi leges patiantur,& bene, & vltra
probatur in.l.qui filium, in.§.Imperator.ff. ad Treb. Et An-
cha.conſi.57.quædam, col.2.quòd Iudex debet præ oculis ha
bere ęquitatem,maxime in rebus ſuo iudicio reſeruatis,& prę
ſertim in caſu,de quo ibi, & in locatione bonorum monaſte-
rij,an quinquennium ſit modicum tempus,vel longum.& idẽ
in prætore dicit Iaſ.in.l fi.col.j.C.qui admit.quòd non ſequi-
tur rigorem prout facit ius ciuile,ſed meram æquitatem.Et in
l.j.col.4.ff.de no.o.nun. non eſſe præſumendũ quòd velit hac
de re, nunciationem quam conſtat eſſe iniuſtam ligare nuncia

tum. Et Ancha.adhuc conſi.435.præmittendum,col.j. quòd
petitio alimentorum fundatur ſuper officio Iudicis,quod ver
ſatur in æquitate naturæ.Et Roma.conſi.193.negari non po-
teſt,in princi.quòd ſtipulatio de iudicio ſiſti,prætoria eſt,& in
ſui intellectu ambigua, quòdque eius interpretatio Iudici tri-
buta eſt,in æquitate fundata. Et conſi.429.conſydero, in prin
ci.quòd pro leui furto,grauis pœna imponi non debet. Et in
materia pulcherrimum caſum decidit, conſi.469. quo ad pri-
mum,col.2.per tex.in.l. quia tantundem.ff.de nego.geſ.Et de
clarat pro complmento Afflic.in.c.1.in vlti.col. de cont.int.
do.& va.de inueſti.feu.in vſib.quòd oculus duplex ſit,menta-
lis & corporalis,vt hic,& in.l.Mæuius,in.§.duobus,& ibi Bal.
ff.de lega.2.Et quòd maxime locum habet æquitas in his,quæ
ipſius Iudicis arbitrio committuntur, tradit idem Bald.in.l.ſi
quis maior.C.de tranſac.& in.l.extat,in.§.aliquando.ff. quod
met.cau.& Io.And.in.c.cum æterni, de re iudi.in.6. quòd ita
etiam ſeruare debet,vt nõ videatur nimis fauorabilis,aut gra-
tioſus,ſeu terribilis vni parti,quàm alteri. refert,& ad longum
ſequitur Afflic.met in.c.1.col.2.ex quib.cau.feu.amit.in vſib.
Quid autem ſit iſta æquitas, deq́uæ eius effectu, videndus eſt
Io.Bap.Peruſi.Bar.gener, in tracta.de arbi.lib.10.c.13.col.1.
Adde etiam quòd pacta debent interpretari ſecundum æquita
tem, quòdq́ue plus valet æquitas in contractibus bonæ fidei,
quàm nĩmia ſubtilitas,vel Dialectica argumẽtatio, & ſunt ver
ba eiuſdem Bal.conſi..434.pactum ad fi.vol.j.Dicens etiam cõ
ſi.145.caſus,col.4.volu.3. quòd æquitas naturalis contractus
bonæ fidei interpretatur,& probatur in.l. ſi ſocius pro filia.ff.
pro ſo.Et conſi.473.circa,col.j.vol.5.quòd legislator quoq;
æquitatis fautor eſt, non tamen vt recedamus à lege ſcripta,
dictumq́ue fuit vnum verbum ſupra aliter deducendo tamen.
Et conſi.471.ſuper eo,col.2.eo.lib.quòd in terris Imperij,ma
gis colitur æquitas naturalis,& publicum bonum, quàm iura
mentum.Et valde ad propoſitum dici ſolet,quòd ſicuti in de-
mõſtratiuo genere finis eſt honeſtas,in deliberatiuo vero vti-
litas,ita eſt æquitas in iudiciali. Vnde Iuriſcon.æquitatis arbi-
tri etiam vocitantur,in.c.reſponſa.2.diſ. & innuere hoc idem
videntur verba Papinia, in.l.Imperator, in.§. ſi centum,ibi,
„ Non enim æquitas hoc probare patitur.ff.de lega.2. Quæ ef-
„ ficit etiam,vt poſthumus pro iam nato habeatur, alterique ad
contratabulandum teſtamentum edictum aperiat.l.illud.§.fi.
ff.de



ff.de bo.po.contratabu.not.in.l.poſthumo.C.eo. Et nouiſsi-
me idem Bal.in.l.omnes populi,col.8.ff.de Iuſti.& iu.dicit, ꝙ
æquitas eſt rectitudo iudicij,naturalem ſequens rationem. Et
quòd cum ratione coniuncta extenſionem legalem inducit,in
caſu de quo ibi.Et pulcher tex.facit ad idem,in.l. ſi procurato
„ rem,in.§.ſi ignorantes.ff.man.ibi, Poteris his,ex æquitate Iu-
„ dicis te tueri.& in.l.amiſſæ.ff.ad legem Rho.de iac.ibi, Aequi-
„ tas contributionis locum habebit.et in.l.tres fratres.ff.de pac.
vbi ex generali quietatione in diuiſionẽ fratrum facta, non da
tur actio ad id, quod per alterum ex ipſis ſubtractum eſt, niſi
ex æquitate, nec pœna impoſita, non ſiſtenti in iudicio certo
die,ſi impeditus fuerit, ſed ex æquitate exceptio.l.3.§. ſi quis
in iudicio.ff.ſi quis cau.Et in.c.j.in.§.ſed quia, quæ fue. prima
„ cau.be.amit.in vſib.ibi, Ideoq́ue Iudex ſolers & diſcretus, &
„ æquitati obſecundare ſollicitus, cuncta ſubtiliter diſpenſans,
„ prouideat &c.Et cùm æquitatem dicimus,neceſſariò rigorem
excludimus, argu.in.l.cũ prætor.ff.de iudi. & de materia aliàs
in.l.placuit.C.eo.& in.c.fi.de trãſac.Inde videmus ad propoſi
tum,quòd Iudex de æquitate ſententiam contrariam ferre po
teſt,ſed non de rigore,vt per Hoſti.& Abb.in.c. ſi pro debili-
tate,in fi.de offi.de. De æquitate etiam valor expreſſus in gra-
tia,duplicatur,de rigore autem non,Io.And.in addi.Spe.in ru
bri.de conceſsio.præben.ver.in prima.q.argui poteſt. Ancha-
ra.in cle.j.char.pe.eo.ti.Bellen.Mutinen.in tracta.de charitati.
ſub.q.84.Papa, col.3. Qui dicit etiã in quotidiano caſu.q.87.
dicitur,col.3.pariter, tracta.prædic. quòd licèt de rigore iuris
poſt moram habentium ſoluere, debeat ſolui æſtimatio pecu-
niæ, quantiplurimi fuerit à tempore moræ, etiam ſi moneta,
tempore quo fieri debebat ſolutio,erat minoris valoris,de æ-
quitate tamen inter perſonas eccleſiaſticas, & ſolutio decimæ
fiat de redditibus beneficiorum, ſufficiet moroſo ſoluere deci
mam ad monetam currentem tempore quo ſoluere tenebatur
& eius valorem,qui tunc erat,ita quòd Papa,vel ille, cui ſolui
debet decima,ex mora debitoris,non damnificetur,neque lo-
cupletetur,& eſt argu.in.c.fraternitas, in ver.abſit vt eccleſia.
12.q.2.& in.c.ſuam,de pœn.not.in.l.ſemper in conuentioni-
bus.ff.de regu.iu. Ad idem,teſtamentum nullum, in quo tamẽ
inſtituti ſint pauperes CHRISTI, vel alia loca pia, reconuale-
ſcit de æquitate, non de rigore, & ratio eſt poſita in deciſio-
ne.c.cum eſſes,de teſta.Bal.in.l.poſthumo, allega. etiam ſupra
h 2 col.2.

col.2.C.de bo.po.contra tabu.nos aliquid ad authé. ſimiliter.
C.ad.l.Fal.ſupra.Egregium verbum dixit etiam Bal.met, in.l.
ſi cum ea,ad fi.C.de dot.promi.quòd iudicium dicitur,cùm di
ſcutitur; Iuſtitia,dum deciditur,hæc vero per legem,& per na
turalem rationem,æquitas.quæ rurſum dictat,potius ſenſum,
quàm verba,inſpici debere.l.etiam,& ibi idem Bal.col.j. notat
C.de iu.do.& facit,quia olim quoque in ſuis, de rigore iuris,
non habebat locum ſucceſſorium edictum,hodie autem, & de
æquitate ſic,quod ad longum probat,in.l.qui ſe patris , col.5.
C.vnde libe.Et dicit in.l.cõſulta diualia, in fi.C.de teſta. quòd
nullus caſus de rigore iuris ciuilis euenire poteſt , qui impe-
diat relictorum ad pias cauſas executionem, ex quo ( vt dictũ
fuit etiam ſupra)officium Iudicis,& mera æquitas ſufficit . Et
in.l.apud hoſtes,col.2.C.de ſuis & legi.quòd Senatus conſul-
tum Tertulianũ,inſpecta naturali æquitate, à rigore legis duo
decim tabularum receſsit , quoniam nõ cognoſcebat matrem
defuncti,ex quo non erat agnata. Et Bar.in.l.j.in.§.fi.col.2.ff.
de præto.ſti.quòd in his,quæ expediuntur officio Iudicis , ita
durat,poſtquam etiam ſemel iudicauit , vt prius, & antequam
iudicaſſet,ſi æquitas ſubſit. Quæ pluribus modis adhuc,& pro
complemento dici poteſt,contra iniquitatem & dolum,prout
diſtinguitur à iuris regulis & rigoribus, ipſa mens & ratio le-
gis,ipſum ius & Iuſtitia,temperantia ſiue æqualitas, rerũ con-
uenietia quæ ĩ paribus cauſis,paria iura deſiderat , & bona oĩa
denique ęquiparat.l.ita vulneratus.ff.ad legem Aqui.l.bona fi
des.ff.depo.l.ſi quis ſeruo.C. de fur.l.ſi ſeruum.§. ſequitur.ff.
de verbo.ob.l.ſcire oportet.§. & ſi maxime.ff. de excu.tu.l.j.
ff.de Iuſti.& iu.c.fi.de trãſac.l.vt liberis.l.illam.l.illud.§.fi.C.
de colla.l.fi.C.de fructi.& lit.expen.Bal.in.c.j.in.§.ad hoc, co
lum.6.de pa.iura.fir.in vſib.Aequitas rurſum quędam eſt,quę
dictat,fidem ſeruandam eſſe , & hoc caſu Dominus poſſet etiã
ſeruo naturaliter obligari.l.id quod.ff.de condic.inde. quædã
vero,vt maioribus pareamus.l.Iulianus.ff.eo.Et quædam de-
nique,quæ ad non petendum obligat, vt puta ſi filius rem pe-
culij profectitij apud patrem deponat,vel ei commodet,quo-
niam nulla aliàs oritur obligatio,quæ efficax ſit, vt per Bar.in
l.frater à fratre,in.14.col.per totum.ff.eo.Et quoniam perqui
rere ſingula,longiſsimum eſſet,finio, & cum his tranſeo, quæ
pulchra ſunt;& quantum ad hunc locum ſatis.





*Ad.l.Deo nobis.C.de ep.& cle.*

## Monachus. 24.

QVONIAM dixi ad materiam huius.l.multa in collecta. ero
hic breuis, addendo tantum ea, quæ cõducant ad locum iſtum
locupletandum,quæ ſtudioſis conſultum eſſe poſsit.Dum er-
go dicitur per glo. quòd renuncians ſeculo pro mortuo habe
tur,adde verum eſſe,quòdque viuunt per gloriam,& quòd nõ
ſunt mortui quo ad impręgnandas mulieres & commatres,vt
inquit Por.impudensque verbum eſt,Inſti.de excu.tu.in prin
ci.col.2.vbi etiam in ap.Iaſ.prima,poſt Specu.in loco, de quo
per eum ibi. Et magis ad propoſitum Bar.in.l.intercidit.ff. de
condi & de.quòd ſi quis fiat Monachus,vel conuerſus,rema-
net capax, & legatum conſequitur,nec media tempora nocẽt,
& ſi damnetur in metallum, vel moriatur , ſecus , ex quo talis
eſt caſus,per quẽ vita vel libertas adimitur.Et in.§.illud quo-
que,nu.6.in authen.de Mona.declarat , quòd ingrediens mo-
naſteriũ habetur pro mortuo ciuiliter,non naturaliter. Adde
tu,ficte,& non vere, quòdque fictio priuatiua eſt ab inductiua
differens,ex quo iſta fingit eſſe quod non eſt.l.qui in vtero.ff.
de ſta.homi. illa vero remouet illud quod eſt , vt hic. pulchre
Cur.iuni.conſi.5.videret,nu.42.poſt Bar.in.l.ſi is qui pro em
ptore,in.4.q.princi.ff. de vſuca.& ſic habetur , exponi debet,
ideſt fingitur.c.cum haberet,de eo qui duxit in ma.quam pol.
per adul.Et Areti.conſi.113.in præſenti conſultatione , col.j.
quòd Monachus;ſiue Monialis,habet ius ſuccedendi parenti-
bus ſuis,ſicut alij,& ſi,in reliquis,Mundo mortui dicantur.Et
Ange.conſi.233.punctus,col.2.quòd Monachi & Moniales ,
quamuis pro mortuis habeantur,cum licentia tamen Abbatis
& Abbatiſſe , deponere poſſunt , quòdque dictum eorum va-
let.nonnihil Gui.Pap.deci.517.vtrũ,col.j. Et Rota deci.483.
collatio,in nouis.& ad idem Bellame.714.collatio, quòd licẽt
Monachus mortuus mundo ſit,reſuſcitatur tamen per aſſum-
ptionem ad Eccleſiam ſecularem, maxime curatam , & eſt re-
ſurrectio miraculoſa,quæ hac ratione diſpenſatione eget. No
uiſsime Staphile.in tracta. de gratijs expec.forma.8.nu.8. Et
de varijs mo.vaca.nu.96. Non etiam per ingreſſum religio-
nis tollitur ſuitas.§.ſui,Inſti.de hæ.quali.& diffe.Pau. de Caſ.

conſi.34.Ego Paulus,ad fi.vol.j.Bal.conſi.448. S. Franciſcus. Et quòd ingreſſus æquiparetur morti naturali,maxime quando effectus ex ea augeri non põt,tenet idem Bal.conſi.280.factum,col.j.vol.j.Et dicunt Moder. Veronen.conſi.22.conſultus,nu.6.quòd licèt Monachus mortuus Mundo dicatur,nec proprium habere poſsit,quantum ad ſui commodum, poteſt tamẽ quo ad commodum monaſterij,vt filiusfamilias, qui de iure ſtorum nihil ſibi acquirere poterat.l.placet.ff.de acqui.hære.& tamen erat capax reſpectu patris, & iuris adeundæ hæreditatis,ad ipſius commodum. Ingreſſus religionis tollit quoque omnes ingratitudinis cauſas,vt per Caſſane.in cõſue. Burgun.fo.56.col.2.Et eſt dubitatio, nunquid Monachus poſsit eſſe officialis,ſeu Iudex,& concluditur,quòd ſic,cum declaratione tamen de qua ſupra & dictu mirabile eſt, quòd quando caſus fortuitus operatur eũdem effectum,quem verus,ex mẽte diſponentis debet comprehendi.l.i.§.lex Falcidia.ff. ad legẽ Fal.Seyſel.in.l.Gallus,in.§.idem credendum, col.6.ff.de libe.& poſthu.Et (vt dictum fuit ſupra)notandum eſt nunc fuſius qualis ſit natura regulæ Monachalis,ſilentium ſcilicet,cõtemplatio,quies,ſeu clauſtrale ocium,& abdicatio propriæ volũtatis. immo generaliter quòd mortuus cenſetur, vitam regularem profeſſus,quo ad omnia ſecularia & mundana,vt hic,& in.c.licet, de regula. & quòd promotus ad rectoriam ſecularem,mutat ſtatum,reſurgit,& non amplius habetur pro mortuo.& decidit Bellame.nouiſsime,deci.751.patronus, col.1.

*Ad.l.fi.C.de edic.di.adria.tollen.*

Poſſeſsio 25.

MVLTA quoque diximus,quo ad iſtam legẽ, quæ vna eſt de.50.deciſionibus Iuſtiniani,de quibus in .l.1. in .§. 1.de emen. Codi.domi.Iuſti.& in lectu.& in collectane. ſupplenda nunc ex aliquibus tamen,quoniam natura nouas ſemper deproperat edere formas,vt dicitur in.l.2.in.§.ſed quia.C. de vete.iu.enu.& in.c.1.in.§.ſed quia,quæ ſue.pri.cau.benefi. amitten.in vſib. Adde igitur,ſecundum Bal.conſi.468.factum, in fi.volu.5.quòd præſens poſſeſsio,potior eſt præterita, vbi agitur de ea præſumenda,ex quo de præſenti conſtat per veritatem,de alia non,vt hic not.Secundo adde,quòd Vigeſima inducta ab Adriano,



Adriano,erat gabella.xij. denariorum pro libra, à Iuſtiniano caſſata,ita vt non modo non ſit in vſu, verũ etiam allegari nõ poſsit,vt idem Bal.dicit,conſi.465.præſuppoſito,col.2.vol.2.& probatur in.l.fi.ff.ad legem Cor. de fal.& in.l.1.in.§.ſed & ſi quæ.C.de no.Co.confir.& ad idem conſ.486.ſtatutum,col.2.eo.lib.quòd ſtatutum correctum extendi ammodo nõ poteſt.& conſi.234.veritas eſt,volu.3.quòd hæc.l.quo ad miſsionem in poſſeſsionem ſecundum communem opi.locum non habet in ſucceſsione inteſtati.& idem conſi.317.quando eſt,in prin.volu.1.& conſi.420.verba,colũ.2. volu.1. & conſi.445.qualiter,col.2.volu.5. quòd Iuſtitia probationis facit melius probantem eſſe potiorem,&.3.in fi.quòd antiquior poſſeſsio probata per teſtes minus ſuſpectos vincit. & conſ.21.punctus colũ.2.volu.4.quòd probationes certæ in materia præualent dubijs & incertis.& conſil. 390. tam profunde, volu.2. quòd ille vincit,qui melius intentionem fundat. Et ad propoſitum etiam teſtamenti non aboliti, nec cancellati, cuius oſtenſione quis petit ſe mitti in poſſeſsionem bonorum defuncti,rurſum addendum eſt,quod ipſe adhuc dicit,conſi.471.ſuper eo,colũ.2.volumi.5.quòd tale præſumitur inuiſibile, quale per viſibile figuratur.& conſi.428.caſus,volu.3.quòd ſtatur ſcripturæ, in qua vituperatio non appareat.& in ſimili conſil.9. ad euidẽtiam,ad fi.volu.3.quòd bannum apparẽs prima facie, aliquod eſſe præſumitur.& conſi.250.in quæſtione,col.5.vol.1. quòd codices dicuntur bene cuſtoditi,quando prima figura eſt ſine ſuſpicione.Dicit etiam Bart.in.l.ſancimus, in.§.cum autem,in vlti.col.in fi.C.ad trebel.quòd in omnibus caſibus, in quibus tranſeunt actiones ſine reſtitutione, fideicommiſſarius habet remedium huius legis.& Bal.in rub.de cau.poſſ.& prop. in.2.col.ſi ſtatuto dicatur, quòd poſſeſsio defuncti continuetur in hæredem,vt Mediolani,quòd poterit petere, ſe mitti in poſſeſsionem ex hoc edicto, & ſic tã in eo qui ẽ in poſſeſsione ficta,quàm vera,& nota quòd hæc appellatur datiua,creata à lege,artificialis,& non naturalis,quia non cõſiſtit in aliquo ſenſu corporeo.& conſi.444.ad euidentiam,col.1. volu.1. quòd in iſto edicto Iudex procedit oculata fide, non per auditum & ſenſum aurium,& in.l.1.in.4.oppo.C.qui admit.quòd hæc l.loquitur in poſſeſſorio facti,quòdque non mirum eſt, ſi iudici concluditur,& ſi apparente contradictore in forma iudicij agitur, ita vt in poſſeſſorio iuris ſecus ſit, quia etiam con-

tradictore apparente, nihil concluditur Iudici, nec contradictor auditur. & idem dicit in l. fi. in prin. eo. titu. tamen aduertendum eſt, quia immo communis opi. ſe habet, quòd admittatur. & hoc caſu debet Iudex grauiter procedere, examinata ratione vtriuſque partis, Gui. Pap. conſi. 193. in cauſa, colum. 1. & quòd poſſeſsio vt ſupra adiudicetur ei, qui potiora iura oſtenderit, tradit idem, deci. 85. curia, col. vlti. & deci. 132. ſed probato errore, col. 1. Qui dicit etiam ibi, colū. 2. quòd ſi contradictor opponat exceptionem non requirentem altiorem indaginem, vel requirentem, & offerat ſe incontinenti probaturum, admittitur. & in. 3. an competat beneficium huius legis poſſeſſori hæreditatis, & ad quid, & an pro re ſingulari. & an habens alium titulum à defuncto, quàm teſtamenti, ſit legitimus contradictor. & col. 19. an adhuc vt ſupra huius legis beneficium competat fideicommiſſario vniuerſali. nonnihil cōſ. 57. plana, per totum, & conſil. 140. conſilium, nu. 7. Eſt etiam ſciendum ad hoc vt locum habeat, ſufficere (quod hic quoque not.) quòd defunctus tempore mortis poſsideat, idem Gui. Pap. deci. 442. teſtator, in prin. Rui. conſi. 168. ex inueſtitura, nume. 26. volumi. 1. Et de ſcriptura dicit Bal. quòd tria reddūt eam ſuſpectam, quòdque tria ipſam confirmant, perſona ſcribentis, producentis, & ipſius ſcripturæ qualitas, deducendo, vt per eum, conſi. 402. quæritur, col. 1. volu. 5. & idem Rui. cōſil. 17. perſpectis, nu. 19. volum. 2. quòd remedium huius legis competit etiam ſubſtituto pupillari. & conſi. 31. quo ad caſum nume. 3. quo ad caſum eo. lib. quòd ſola naturalis obligatio nō tribuit iuſtam cauſam impediendi remediū huius legis. Quod tam ſuo quàm extraneo etiam eſt neceſſarium, vt hic not. aliquid Alexandri. collega, cui competat, conſi. 64. viſo, nume. 1. nec omittendum eſt, quòd pronunciatio de mittendo in po. ex beneficio huius legis, eſt interlocutoria, vbi non apparet contradictor, Gui. Pap. conſ. 66. in facto, col. 3. Qui dicit quoque ad propoſitum, conſi. 82. in cauſa, nu. 2. quòd in hoc interdicto adipiſcendæ, debet obtinere qui potiora iura habet, vt ſupra etiam oſtendimus, ſicuti debet in interdicto vti poſsi detis, de quo in l. 1. C. vti poſ. & conſ. 85. cauſis, in princ. quòd in ſecunda inſtantia, remedium adhuc iſtius legis, non competit illi, qui in prima de prætēſo teſtamēto fidem facere debuit. & conſ. 137. conſilium, nu. 1. quòd etiam inſtituto in re certa, competit. Idemque Rui. conſi. 51. ex his, nu. 2. volu. 4. aliquid Cur.



Cur. Iuni. conſil. 31. præſupponitur, nu. 9. & adhuc Gui. Pap. conſi. 140. conſilium, col. pe. quòd competit etiam poſſeſſori, non vt ſibi poſſeſsio tradatur, ſed vt in poſſeſsione confirmetur. Et Rui. conſi. 47. pro ſolutione, nu. 6. volu. 1. quòd miſsio non impeditur per ſolam inueſtituram, ex quo contradictor, probare debet, ſeu docere de ſuo dominio vel authoris. & nu. 7. quòd adhuc non impeditur, quia excipiat quis de dominio tertij, & docet conſi. 151. in cauſa, nu. 5. volu. 2. quis dicatur legitimus contradictor, & conſi. 164. circa, ad fi. eo. lib. quòd illi qui ex aditione hæres factus non eſt, remedium huius legis non datur. nec illi qui aliquas res poſsidet, aliquas non: Et dictum de fideicommiſſario ſupra debet declarari, vt verum ſit & ipſe legitimus contradictor hæredi. agenti remedio huius legis, quando probatur incontinenti de iure ſuo. Idem Rui. cōſil. 27. viſo, nu. 7. lib. 5. & conſi. 28. in cauſa, numero. 1. eo. libro inquit, quòd hoc remedium, datur contra quemlibet poſſeſſorem, etiam cum titulo. & nu. 2. quòd allegans ſimilem titulum & anteriorem, eſt legitimus contradictor, ſiue veniat ad contradicendum ante datam licentiam de ingrediendo, ſiue poſt. Dubitatur hic etiam, an locum habeat hęc. l. in teſtamēto nuncupatiuo, poſt glo. adde Tiraquel. Senato. Regium, concludentem, quòd ſic, in tracta. retrac. in. §. 2. in glo. 1. nu. 14. fo. 158. & vltimo loco, quid in feudo. & concluditur quòd ſic, & idem tenet Bal. in. c. 1. an agna. vel fi. defunc. in vſib. cum declaratione tamen, ſi appareat teſtamentum in ſcriptis, quoniam ab inteſtato locum non habet titu. iſte, ſicuti etiam dictum fuit ſupra & vt ibi fuſius Afflic. nu. 43. & hæc largiori menſura tradita ſint, quàm aliàs, lectori ſatisfactum iri putātes, quoniam ſunt etiā vtiliora, ne dicam pulchriora.

## *Ad. l. cum uero. §. ſubuentum. ff. de fideicom. lib.* Decretum. 26.

LIBERTAS non competit, ſi prætori obreptum ſit, vt hic clare dicitur, & ideo decretum, ſecundum Bar. in. l. iuſte poſsidet, in prin. ff. de acqui. poſſ. debet eſſe rite & recte factum, alias præſumitur ambitioſum. l. magis puto. §. ne paſsim. ff. de reb. eo. l. cum hi. §. ſi prætor. ff. de tranſac. Bal. in. l. quæcunque, col. 2. C. de boniſque libe. & dicit ad idem etiam Ancha. conſ. 292. videretur,

videretur,col.1.quòd iniuſtum cenſetur obreptitiũ, quòdque
non excuſat à pœna.& Cur.Iu.conſi.118.præſupponitur,nu.
10.quòd falſa cauſa ipſum viciat.& in ſimili Gui. Pap.in repre
ſalijs,quòd niſi ex iuſta cauſa concedantur,conceſsio erit ipſo
iure nulla,deci.32.repreſaliæ,col.2.& ad intellectum huius.§.
notat Bal.vt alium decidat caſum,in.l.præſcriptione, in.3.co-
lũ.in fi. &.4.in prin. C.ſi con.ius vel vtil.pub. quòd loquatur
in decreto deciſiuo,ſeu poſitiuo,non in commiſsione exami-
nis,cuius cauſa eſſet lis non veritas litigantis, quoniam ſecus,
& fuſius vt ibi per eum.& quia obreptio(vt diximus)ipſo iu-
re viciat,inſertur poſt ſecundum decretum,excep. perempto-
riam etiam opponi poſſe,quæ reddit retro nullum tam primũ
quàm ſecundum,ex quo vtrunque fundari debet in vera exi-
ſtentia debiti.l.1.§.hæc verba.ff.ne vis fiat ei.& quòd interpo-
ſitum ex falſa cauſa, ſit ipſo iure nullum, tradit Alexã.in.l.ſi
is ad quem,in.2.col.ff.de acqui.hære.& Bart.in.l.Carbonianũ,
in.§.puberi.ff.de Carbo.edic.& Ro.in.l.ſi finita,in.§.pen.col.
1.ff.de dam.infe.& idem in conſtitutione actoris,quòd requi-
ratur cauſa, quæ ſi ſurreptitia foret, decretum quoque foret
nullum adhuc Bar.in.l.actor,col.2.pariter.ff.rem rat.ha. & in
.l.1.in.§.j.ff.de ven.in poſſ. mit. quòd etiam nullum eſt, ſi ius
deficiat ex parte petẽtis.& intellige quòd nullum ſit, etiã par-
te non opponente,vt ſupra dum diximus,quòd obreptio ipſo
iure viciat. & adde, quòd hac ratione etiam proceſſus nullus
corruit,licèt non opponatur,aut ſi libellus fuerit ineptus.l.fi.
C.de anna.excep.tactumque fuit ibi ſatis.l.1.ff. de offi. aſſeſſo.
Alex.in.l.fi.C.de in ius vo.& quia dixi rurſum in.l.edita,in.1.
2.&.3.lectu.tranſeo.

## *Ad.l.cum oſtendimus .§. fi.ff.de fideiu.tu.*
## Iudicij calor. 27.

MVLTA probantur in hac notabiliſsima.l.& potiſsimũ quòd
non refert verbo vel facto quid fiat,vt ſentit Bal.in authen.ho
die,in.§.Apoſtolos.C.de appel.& idem quod hic,probatur in
l.de quibus.ff.de legi.quòd tamen mihi non videtur eſſe gene
raliter verum.l.ſi tamen.§.ei qui.ff.de ædi. edic.Roma. conſil.
291.cum iſti,col.1.niſi in ſtipulatione quo ad noſtrum propo
ſitum ipſum ſaluemus,ex quo verũ eſt dicere adhuc, quòd fi-
dei



deiuſſores nunquam obligentur, niſi per ſtipulationem ex-
preſſam vel tacitam.l.blanditus,coniuncto text.noſtro .C. de
fideiuſſo.& ita ibi idem Bal.notat, in prin. Sed aduertendũ eſt,
quia iudicii calor,concurrit,& alia vt infra ad idem tamen di-
cebat adhuc Bal.in.l.vnica,in.§.& vt plenius,ĩ fi.C.de rei vxo.
ac.quòd tacita ſtipulatio ita executionem meretur vt expreſ-
ſa.& quòd calor iudicij,hoc idem hic operetur, ſentit Ias.in.l.
iuriſgentium,in.§.ſi cum nulla,col.4.ff.de pac.poſt Ro. Alex.
& Areti.in.l.1.vbi locus ſuus.ff.de verbo.ob.Soci.regu.9.fal-
len.15.idem Bal.in.l.tale pactum, in.§.qui prouocauit, in re-
pe.col.5.ff.eo.vult etiam in.l.2.in.§.voluntatem,col.2.ff.ſolu.
ma.& conſi.337.duo famuli,in prin. vol.2. quòd ſcriptura ſit
neceſſaria,in qua patiatur ſe fideiuſſorem deſcribi, quoniã fin-
guntur omnia ſolẽniter acta.Immo quòd magis communiter
tenetur,quòd non ſolũ calor iudicij operetur hoc caſu & alia,
verum etiam pupilli fauor,vt atteſtatur poſt Bald. Alex.in.l. ſi
apud,in.1.col.in fi.C.de tranſac.Ange.in.l.ſi pater.ff.de adop.
& ad Iudicij propoſitum,quòd eius calor multum operetur,
facit,quia oblatio etiam in iudicio facta liberationem inducit,
ſicut ſi extra iudicium eſſet facta oblatio & conſignatio, vt per
Bar.in.l.ſi rem alienam,in.§.fi.ff.de pi.ac.& in.l.item, in.§. qui
paratus,in prin.ff.quib.mo.pi.vel hypo.ſol.Et dicit Bal.etiam
ſi confeſsio in iudicio facta ſit à ſimili,quòd excep. non nume
ratæ pecuniæ obijci non poterit,conſi. 447. contrahentes, in
prin.volu.1.& in.l.voluit.ff.de int.act.& Bart.adhuc in.l.cum
minor,in fi.prin.ff.rem rat. ha.quòd ſi ſolutio facta ſit minori,
cum authoritate Iudicis,beneficium reſtitutionis in inte.ceſ-
ſat.& Bal.adhuc in.l.ſi quis,in fi.prin.ff.de procu.quòd fideiuſ
ſor iudiciarius,repetit ſoluens,eiusque repetitio habebit exe-
cutionem paratam,non regulare.Renunciatio etiam facta iu-
ri de futuro non valet.l.ſi ita ſcriptum.§. ſi ſub conditione.ff.
de lega.2.& tamen ſi fiat in iudicio ſecus.l.1.& ibi Bar.col.j.C.
de pac.& licèt ſit dubitatio, an pactum nudum iudicij calore
veſtiatur, ex quo hic pupilli fauor etiam cõcurrit vt ſupra fue
runt tamẽ qui tenuerũt ratione prædicta veſtiri,in.l. ſiue apud
acta.C.de tranſac.& in.l.pacta nouiſsima,vbi Iaco.de S. Geor.
C.de pac.& Bal.ait in.d.§.qui prouocauit,ſe bina vice audiuiſ
ſe Bar.firmantem veſtiri,refert Gui.Pap.conſi.23. viſo nume.
2.Alteri per alterum quoque non quæritur actio.l.2.C.per
quas perſo.nob.acqui.l.fideiuſſori.ff.de pac. Bar.in.l.1. col.2.
C.eo.

C.eo.fallit in iudicio.l.in cauſæ.§.ſi.ff.de procur. Sed mirum eſt,quòd emancipatio fiat in iudicio,& nihilominus teſtes requirantur.Sol.hoc ideo deciditur,quia patria poteſtas inæſtimabilis eſt,& de grauiſsimo agitur præiudicio.l.filiusfa.§.ſecũdum vulgarem.ff.de lega.1.not.in.l.poſt mortem.ff. de adop. & quòd tacita ſtipulatio in iudicijs valeat, ſicut expreſſa vt ſupra tradit Bal.conſi.309.decretum,in prin.volum.5.in fideiuſſorem contractus etiam,non fit executio ſine nouo proceſſu in fideiuſſorem iudicij autẽ ſic, idem Bar.in.l.1.in prin.ff.iudi.ſol. Duoque actus ad minus ſufficiunt in iudicio ad conſuedinem inducendam,plures vero extra iudicium, vt adhuc inquit in.l.de quibus,col.6.ff.de legi. & ſi verbum conuenit, reperiatur in inſtrumento,non importat ſtipulationẽ. ſed pactum nudum,iuxta not.in.l.lecta.ff.ſi cert.peta.& eſt communis opi.& tamen ſi reperiatur in actis ſecus,vt per Bal. in.l.ſciẽdum,in.2.col.ff.de verb.ob.Cremen.in ſing.139.quãquam.& idem in confeſsione,quòd calore iudicij veſtitur, dicit Corſe. ſingu.confeſsio.4.& Gerar.pet.ſanc.36. in iudicialibus quòd taciturnitas hoc caſu conſenſum operatur,& confitenti præiudicat,aliàs non.Idem Oria.in trac.de arb.colũ.5.Iaſ.in.l. patre furioſo,col.5.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.& Feli.in.c.quoniam contra,col.7.de proba.quòd iudicij calor ſupplet ſolẽnitatem etiam in alijs, quæ non ſunt de actis. & caute.docent Bononien.in rub.de fideiu.col.79.quòd fideiuſſor prius à partibus acceptetur,ne Iudex eiſdem teneatur ad intereſſe. Et ſi quis rurſum pro alieno maleficio nominatus fuerit fideiuſſor nec reclamet,ſibi præiudicat, ſecundum Ange. de maleſi.ver. pro quibus,col.5.& in authen. rogati, Bal.colum.j.C.de teſti. quòd teſtis ſcriptus in inſtrumento,quia paſſus eſt ibi deſcribi, & quia conſenſiſſe videtur, præſumitur rogatus.& idem ſi ſe ſubſcripſit,vt dicit in .l. hac conſultiſsima, in princip.C. de teſtamen.& in.l.inuitus,colum.2.C. de procuratori. quòd procurator conſtitutus apud acta, licèt non dicatur quòd acceptauerit, ſibi præiudicat, & conſetit tacite, & idem in .l. filiusfamilias, in .§. inuitus, in principio .ff. eodem, & in.l. ſi pater. ff. de adop. quòd in iudicijs fingitur loqui qui tacet,quòdque ſola præſentia ſufficit, & in.l.in adoptionibus. ff.eo.ti.quòd paria ſunt conſentire expreſſe,& actui non contradicere.Et quòd ſit communis intellectus hic,quòd ſola prę ſentia ſufficiat,teſtatur Seyſel.in.l.non ſolum,in.§.morte,col.

10.ff.



10.ff.de no.o.nun.Eſt verum quòd prædictis obſtare videtur tex.in.l.mutus, in.§.ſi is qui.ff. de procu.ſed reſpondetur, vt per eundem Seyſel. in.l.j.in.§.j.in.2. col.ff.de verbo. ob. Qui calorem iudicij, vt aliquid operetur, conſyderat etiam in. l. poſtquàm liti, col.3. C.de pac.fuſius Moder. Bononien.in.l. nemo poteſt,nu.617.ff.de lega.j.

## *Ad authen. præſente. C. de fideiuſſo.*

## Fideiuſſor. 28.

FIDEIVSSOR conueniri non poteſt,vt hîc dicitur,niſi excuſſo prius principali. Adde quòd hac ratione pater fideiubere non poterit, quoniam ſtatim conuenitur. l.3.§. ſed vtrum ff.de mino.Bar.in.l.cum filius familias,in prin.ff.de verbo.ob. Qui dicit etiam in.l.cum quis, in.§.ſi quis pro eo, col.2.ff.de ſolu.quòd nec authen.iſta locum habet, ſi principalis conueniri non poſsit. Vel ſecũdum Bal.in.l.niſi,in.j.lectu. ff.de pac. ſi notorium ſit,ipſum non eſſe ſoluendo,quoniam notorium idem eſt quod iudicium,& idem quod ſententia operatur. l.ſi vero.§. j. ff. qui ſatisda.co.not.in.l.ſi.ff.ſi cer.pe.& in.l.decem ff. de verbo. ob. & de ſententia dixi, quia non eſt ſatis quòd nuncius in actis referat, ſe nihil inueniſſe in bonis debitoris, niſi etiam pronuncietur, excuſsionem legitimæ factam fuiſſe, & nihil de bonis ipſius inueniri,quod ad praticam nota, vt per Alex. vbi alia multa, in.l.exitus in prin.ff.de acqui. po. Et ſentit adhuc Bar. quoque, in.l.ſi ſeruum, in.§.nunc videamus,in prin.ff.de verbo.ob.Ro.conſi.392.circa,col.2.Imo in l.creditor,in prin.ff.de ap.& Gui.Pap.deci.570.dominus,col. 2. quòd beneficio huius authen. poſsit renunciari. quæ etiam fallit iure Longobardorũ.l.ſi quis debitorem, de debi.& guadi.& in varieta.Bar.habetur,de pigno.nu.3.&.4.Sed eſt maxima dubitatio,euenitque ſæpe, ſi quis cõſtituat ſe principalẽ debitorẽ,an nihilominus habeat locũ deciſio huius authen. Reſpõde ꝙ ſic, vt per Cy.hic,& mirũ videt̃,determinatumq́; fuit alias in deci.Tholoſa.80.Itẽ fuit quęſitũ,& deci.23.Itẽ fuit q̃ſitum.& ad propoſitum dicit Bal.in.l.ſciendum,in prin.in vlt. col.ff.qui ſatiſda.cogan.quòd reus alterins domicilij excutiẽdus non eſt,quòdque excuſsio in bonis extra territorium ſitis fieri non debet pariter,ex quo poſſeſsio ipſorum non repræſentat,

præſentat debitorem idoneum in loco iudicij.& Bartol.in.l.ſi
mancipium,in.§.j.ff.de euic.& Gui.Pap.deci.94.aliqui, col.2.
quòd ſi conueniatur tamen fideiuſſor,nec de excuſsione prin
cipalis opponatur,iudicium tenebit.& breuiter.12.fallen.tra-
dit Soci.regu.134.quas non ſcribo . multa etiam Ioã. ferra.in
for.libell.reſpon.in actio.hypo.in verbo exceptionem excuſ-
ſionis,col.1.&.2.& quòd fideiuſſor beneficiũ excuſsionis poſ
ſit allegare Areti.conſi.33.conſultatio,col.4.Ana.conſi.60.in
quæſtione,Ro.conſi.211.allegationes,col.2.& conſi.392.cir
ca, col.2.pariter.& Iaſ.in.l.ſingularia,col.15.in fi.ff. ſi certum
peta.qui tamen ſubijcit ibi,quòd beneficium excuſsionis locũ
non habet in campſoribus vel mercatoribus matriculatis, qui
ſi pro alijs fideiubeant, poſſunt principaliter conueniri, & vt
per eũ fuſius.Et Ancha.conſi. 294 ex prædictis, in prin.quòd
hæc exceptio,excuſsionis ſcilicet,eſt dilatoria, poſt Cy.tamé
hîc,& Bar.in.l.3.ff.de excep. & Iaco.de Are.in tracta.excuſsio
nis.& idem dicit formaliter,conſi.317.ex prædictis,in prin.&
conſi.322.viſa,in prin. Sciendum quoque eſt,quòd licèt con-
tra fideiuſſorem via aperta non ſit,niſi excuſſo principali, qđ
tamen pendente iudicio contra fideiuſſorem, ſufficiet impli-
cando docere,quòd principalis ſoluendo non ſit, vt not.in.l.
niſi,allega.etiam ſupra.ff.de pac.Seue.in tracta. de debi.fugi.q.
6.col. vlti. quòdque de iure fforum. erat ſecus, vt per Imo.in
d.l.creditor, de ap.Et licèt quis libere promittat ſoluere, non
tamen ſibi tollit, quominus vti poſsit beneficio nouo huius
authen.ſecundum Ro. conſi.præallega.211.col.j.quem refert
& ſequitur Gamma.Bononien.in.c.j. in prin.nu.11.de re.per
mu. Verum pone quòd excuſsio facta ſit contra debitorem,
non repertum ſoluendo, quo caſu(vt dixi) poteſt agi contra
fideiuſſorem, incipiatque debitor habere bona, an poſsit ex
noua cauſa agi contra eum. Dicit Cy.hîc,quòd ſic, idem Bal.
& Pau.in.l.fi.ff.ſi cer.pet.exclamant Moder.Bononien.ſingu.
142.cautum eſt.& vltimo loco Pet.rebuf.in tracta. de priuile.
ſcola.76.col.j.Si iurauerit tamen debitor, amittit beneficium
iſtud, quòd ſentiunt Bal.Ancha.& Abb. in.c.ex reſcripto, de
iureiu.& Alex.conſi. 31.in cauſa, col.vlti.vol.4.fuſius Bono-
nien.in.l.ſi inſulam,nu.85.ff.de verbo.ob.Et cautus eſſe debet
creditor regulariter,quoniam ſi contra principalem egerit,&
bona ſint ſibi librata, non poterit poſtea ad fideiuſſorem redi-
re.l.à diuo Pio.ff.de re iudi.Gui.Pap.deci.348.nobilis, col.2.
Ad.l.



## *Ad. l. Seiæ .§. Gaio.ff. de fun. inſtruc.*

## Copula. 29.

COPVLA &,plenam repetitionem inducit, vt hic, & allegabi
lis eſt,ſecundum Bar.quòd virtus copulatiuæ,qualitatem præ
cedentis legati, repetit in ſequenti. & clarius conſi. 155. facti
continentia, col.2.Et idem dicit Ias.in aduerſatiua,quæ habet
coniunctionem, inductiuam repetitionis,in.l.tranſigere, col.
pe.C.de tranſac.exemplificando in ſtatuto, vt per eum. Cro.
in.l.Gallus,in.§.& quid ſi tantum, col. 35.ff.de libe. & poſthu.
Ancha.in.c.j.col.292.de conſti.Et Bal.conſi. 394.ſtatuto,col.
2.vol.j.quòd ſi in aliqua parte teſtamenti fiat mentio poſthu-
mi,poſtea filij indefinite, omnino etiam poſthumus compre-
hendetur.Nec ſecus Areti.conſi.120.in præſenti,col.2.niſi in
caſu, quia ſi qualitas, in primo capitulo, diſpoſitiue appoſita
ſit, in ſeq. capitulo repetita non videbitur conditionaliter, &
ſic difformiter, alias refragaretur tex.in.l.fi.in.§.Seio.ff.de le-
ga.2. Vel ſi appoſita ſit in fauorem ſtipulatoris,& in grauamé
ipſius reuoluatur. l.ſi in diem. §. fi.ff. de condi. & de.& quòd
natura copulæ ſit ampliare diſpoſitionem,& perfecte circa idé
copulare,non circa diuerſa, tradit Bal.conſi.243.viſis, vol.2.
Sauilia.conſi.9.accuſatur, nu.25.vol.1.& Rui.conſi.15. con-
ſyderatis,nu.8.vol.j.quòd non cadit inter plures perſonas, in
eadem oratione poſitas,qualitas adiecta primæ, in alteram vi-
debitur repetita. Eſt verum(vt idem Areti.ait conſi.67.diligé
ter, col.2.quòd repetitio nunquàm fieri debet, quando ex ea
viciatur diſpoſitio, & probatur in.l.j.ff.de do. præle.& in.l.cũ
ſeruus,vbi Bar.ff.de condi.inſti.qui idem not.in.l.talis ſcriptu
ra.ff.de lega.j.Fuſius Deci.ad regu.conſi.92. viſo puncto, col.
2.vol.j.quòd qualitas adiecta in vna re,ex pluribus copulatis,
in eadem oratione,ad omnes alias porrigitur. Et Tort.conſi.
pro repub.olim Flo.viſa, col.4.quòd ſi omnia regãtur ab vno
verbo, & qualitas reſpiciat illud, ipſum reſpicit vniformiter,
quo ad omnia, fuitque ante eum dictum Bar. in.l. 4 in.§.erit-
que differentia,col.j.ff.vi bo.rap. Alex.conſi.120.ſuper eo,co
lum.2.vol.j.Gui.Pap.deci.181.in viſitatione,col.2.& bene di
xi ſi ab vno verbo regantur, quoniam inter duas orationes
adeiecta,ſi non poteſt vtrique conuenire ad vtranque non re-
fertur,

ſertur,vt not.Bar.hic,& Seyſel.in.l.cum filiofamilias, col.8.ff. de leg.j. Qui dicit tamẽ ad regu.in.l.petẽs,col.10.C.de pac.q conditio appoſita in contractu,cenſetur repetita in pacto.

## *Ad.l.librorum.§.quid tamen Caßius.ff. de lega.3.*

## Communis vſus loquendi.30.

ARGV. præſtat nobis Vlpiani dictum hic,ac in illis verbis, Nã
» & in vſu plærique libros chartas appellant. vſum loquẽdi om
» nimodo attendendum eſſe, quoniam non minus operatur, quàm ſtricta & vera loquendi ratio, idemque dicitur in.l.non aliter,in.§.fi.infra eo.& in.l.cum delanionis,in.§.aſinam.ff.de fun.inſtruc.& in.l.tugurij, & in.l.vt Alphenus.ff.de verbo.ſi. Bal.in.l.vxor,colum.j.C.qui accu.non po.Alex.conſi.84.animaduerſis,col.j.vol.4. cum declaratione tamen vt infra & per eundem ibidem,col.3.& conſi.194.perſpectis, in fi.vol.6. vbi appellatione regni Neapolis, venit quoque caſtrum Yſchiæ, Qui dicit adhuc conſi.248.ponderatis,col.j.eo.lib.quòd in teſtamentis etiam verba,ſecundum communem vſum loquendi accipienda ſunt. Et Ro.conſi.228.pro plene,colu.pe.quòd ſic etiam voluntas teſtatoris,communi vſu loquendi inſpecto interpretatur.Idemque Bar.in.l.Titio centum,in.§.Titio genero,col.3.de condi.& de.Et Bal.ad idem,in.l.cum virum,col.4. C.de fideicom.quòd quãdoq; verba impropriantur per communem vſum loquendi, vt hic, quandoque propter naturam diſpoſiti,& maxime vt ſententia valeat,vt in.l.& puto, in.§.j. ff.fami.her.& in.l.lege duodecim tabularũ, in fi.C.de legi.hæ. quòd ſecundum communem vſum loquendi,ſermones in vulgari prælatos, interpretari debemus,vt filius fratris nepos dicatur.Et in.l.ea quidem, col.vlti.C.de accu.quòd communis opinio,certis & iuſtis cauſis concepta,plus eſt, quàm fama,& maxime ſi tranſiuit in conſuetudinem aliquam interpretãdo, in his quæ ſtant in diſpõne & ordinatione vulgi, cui (ſubijcit) ſtandum eſt,tanquam veritati. Et per iura ſupra allegata, quòd communis vſus loquendi attendatur, etiam in ſtatutis, tenet idem Bald.in.l.quiſquis,in.2.col.C. ad legem Iuli.ma.& Ancha.conſi.187.apud,col.2. & quòd præferatur propriæ ſignificationi vocabuli, Abb.in prohe.Grego.col.5. Et col.3. quòd ſtudentium appellatione,non venit Doctor legens,cõmunem



munem vſum adhuc conſyderando loquendi,qui(vt ſubiicit, & verum eſt)attendi maxime debet. Et idem eſſe dicit in conſtitutionibus Principum interpretandis,in.c.j.col.j.de tornea men.Multa Bal.de verbo podere,apothecæ,maſſaritiarum,cul citræ,veſtis,& ſimilium,in.l.in legatis.C. de lega. Dicẽs etiam in.l.fi.in fi.C.de ſacroſanc.ec.quòd non ſolum lex,ſed conſuetudo quoque, in municipio ſuo, vocabulis intellectum dare poteſt,& modum ſignificandi.& in.l.cõuenticulam,col.2.hoc ipſum inter alios arguendi loco præcipuũ ponit, à vulgi opinione ſcilicet.C.de ep.& cle.Subijciens etiam, quòd verba ita intelligi debent,& quòd ad vulgi opi. ſæpe recurrimus. Et de verbo domus,quomodo accipiatur,& an vulgi opinio adhuc attendi debeat,Pau.de Caſ.conſi.211.viſo,col.2.vol.j.Ancha. conſi.152.plura,col.2.aliquid in.c.j.col.51.de conſti. & colu. 253.&.255.&.264.dicit, quòd communis vſus loquendi,quãdoque auget, quandoque minuit proprium verbi ſignificatũ. quòdque ex eo mens ac intentio debet declarari.Idemque formaliter Rom.conſi.179.ampliſsime Doctor,col.2.multa Stepha.Fede.de interpre.iu.col.68.&.69. Et ad Bald.noſtrum redeuntes,dicit in.l.non dubium,col.4.C.de legi. quòd ſi communis vſus loquẽdi repugnat propriæ ſignificationi,mens legis eſt, vt intelligamus ſecundum communem vſum loquẽdi, licèt improprius ſit. Et generalius loquutus Alex.conſi.122. ſuper primo,in fi.& conſi.60.viſa,col.j.vol.2.& cõſi.140. circa,col.pe.vol.5.dicit, quòd in omni diſpoſitione debet attendi.Idemque Abb.conſi.36.caſus, in fi.vol.j. & Deci.conſi.41. in cauſa, col.vlti.vol.j.& Butig.præcep.in.l.j.in.§. ſi quis ita, col.5.& in.l.ſciendum,in fi.ff.de verbo.ob. quòd verba eũ ſenſum habent,quem ab vſu communi loquendi accipiũt, in quæſtione legitimationis. & molendini Iaſ.in.l. quominus, col. 24.ff.de flu.& Bal.in.c.j.in.§.ſi quis de manſo,in fi.de controuer.inueſti.in vſib.& dierum paſchaliũ, in.l.omnes.C. de fer. & diſtrictus ſeu comitatus Nel.de ban.in.j.par.2.tempo.q.56. Sempronius,col.2.& ſecuritatis.q.15.an bannitus, colu.2.ea. parte.Et frumèti Bar.in.l.j.in.§.de eo.ff.de aqua plu.ar.Et bonorum mobilium Ioã.And.in addi.Spe.de fruc. & inte.in.§.j. in verbo ſed pone prælatus &c.& arcus ac pontis,Ro.in.l.ſupra iter,in prin.ff.de aqua plu.ar.Et Cro.in.l.ſi conſtante,col. 8.ff.ſolu.ma.quòd in omnibus conſtitutionibus multum operatur conſuetudo loquentis, ad interpretandam eius diſpoſitionẽ

tionem. Et Pau. de Caſ. conſi. 194. viſo, col. j. volu. j. quòd le
nõ adaptatur ad ea, quæ perraro cõtingunt, ſed quæ frequẽter,
& ad ea quę ſunt in vſu vulgari. Et Bal. in. l. j. in. 2. col. C. de iu.
cal. quòd appellatione inſtrumenti non venit ſcriptura priua-
ta, vel appodiſſà, niſi aliter ſe habeat communis vſus loquẽdi.
Ad ſaturitatem Euerar. Louanien. de locis topic. 7. vbi tamen
hæc ita diſpoſita non inuenies, multo ampliora. Idem Bal. con
ſi. 119. verba, col. j. vol. j. quòd verbum reſchij & periculi, ſigni
ficat caſus infortunales, ſecundum communem vſum loquen
di, cui ſtandum eſt. Et conſi. 183. ſtatuto, colum. j. vol. 2. quòd
appellatio vulgi pro iure habetur. Et conſi. 398. punctus, in
prin. vol. 3. quòd ſi conſuetudo vocabulum interpretatur, iſta
eſt interpretatio neceſſaria, à qua recedere non debemus. Et in
l. fi. in fi. C. de compen. quòd ſi quis legat poſſeſsiones, videbi-
tur legare & non legare mobilia quoque, prout dictauerit cõ-
munis loquendi vſus, ad quem ſemper (ait) recurrendum eſt.
Et in. l. liberti, col. 3. C. de ope. liber. quòd proprietas vocabu-
li naſcitur ex authoritate prudentum, legiſlatoris, & ex com-
muni, ac rationabili intellectu. Et pulchrius quàm alibi, in. l.
maximum vicium, col. 4. C. de libe. præte. quòd ſignificatio-
nes vocabulorum vulgus adinuenit, quòdque Grammatic
„ prouerbium in ore habent, Quod ignoramus iuxta vulgare
„ ponamus. Et in. l. ſi in nomine. C. de teſta. quòd ſi ex conſuetu
dine loquendi poſſet percipi intentio teſtatoris, valeret diſpo
ſitio. Et in. l. fi. in. 7. col. C. de hæ. inſti. quòd per quas cauſas ſi-
gnificationes natæ ſunt, ideſt per intellectum communem, per
eaſdem mutari, minui, & augeri poſſunt. Et in. l. precibus, in
12. col. C. de impube. quòd conſuetudo, eſt altera natura, ſe
verbi ſignificatio. Et in prohe. fforũ, in prin. col. 3. quòd mul-
tis modis ſoluuntur contraria, oſtendimusq́ue nos in tractatu
Iſagogico, ad idem late, & potiſsimum iſto, quòd aliud ſit lo-
qui vno modo, & aliud alio, ideſt ſecundum communẽ vſum.
Et in. l. omnes populi, idem Bar. col. 7. ff. de Iuſti. & iu. quòd in
tellectus vulgaris dicitur, ſecundum quòd vulgus intelligit. &
colum. 10. quòd communis vſus loquendi, atque intelligendi
dicitur proprius, ideſt vocabuli propria paſsio. Et quam inter
pretationem habeat intellectus vulgi, declarat in. l. de quibus
colum. 6. ff. de legi. Et in. l. j. in. j. lectu. colum. vltim. ff. de re. di.
quòd non ad philoſophiam recurrendum eſt, ſed ad intelle-
ctum vulgi. Dicit etiam Ange. Inſti. de legi. agna. ſuc. in prin.
nu. 6.



nume. 6. quòd in exorbitantibus quoque, & correctorijs, ſtan
dum eſt communi vſui loquendi. Et idem Bal. in. c. in præſen-
tia, in. 6. col. de proba. quòd ad vulgarem locutionem, pro ſo-
lenni interpretatione verborum, recurrendum eſt. Commu-
nis vſus loquendi ſe habet etiam, quòd conditio in. l. j. C. de
pac. vt ibi per Bar. & in. l. ſi quis ſeruum. ff. de condi. & de. pro
fideicommiſſo ponatur. Qui dicit quoque in. l. Labeo. ff. de
ſup. lega. quòd duplex eſt, peritorum & imperitorum, ſuſius
Stepha. Fede. de interpreta. iu. col. 68. &. 69. & ibi, quòd proba-
ri debet, ex quo facti eſt, & non præſumitur. l. in bello. §. factæ
ff. de capti. l. ſciendum. ff. de verbo. ob. idem Barto. in. l. libello-
rum, in. §. ſed & ſi. ff. de accu. & in. l. ſi quis ſeruum, ad fi. ff. de cõ
di. & de. & in. l. i. col. 2. C. de iura. cal. Bal. conſi. 475. ſequendo,
vol. 3. Tamen durum eſt hoc facere, vt idem dicit conſi. 12. ca-
ſus, in fi. vol. 3. Et quòd debeat potius inſpici communis vſus
loquendi, quàm mera interpretatio iuris, maxime quando ver
ba proferuntur à uiris illiteratis & idiotis, qui differentias &
intellectus non capiunt, firmat idem Bal. in. l. quod ſi nepotes.
ff. de teſta. tu. de quo tamen dubito, vt infra, cum declaratione
etiam quòd non extet ſtatutum, verba intelligi debere nullo
extrinſeco addito vel diminuto, quoniam abſque dubio intel
ligeretur ſecundum iuris interpretationem, quandoquidem
communis vſus ſit quid extrinſecum, vt inquit Ro. in ſingu.
communis doctrina. 407. Et quòd ad vſum ſit recurrendum, ſi
diſcrepat à vera vocabuli ſignificatione, adhuc Bal. notat. in. l.
iurisgentium, in. §. pactorum, in. 2. col. ff. de pac. Et ideo licèt
quis dicatur conueniri, etiam quãdo extra iudicium interpel-
latur, & cõuentus, ideſt commonitus exponatur. c. ſi quis epi-
ſcopus, de accuſa. attamen quia communis vſus loquendi ali-
ter ſe habet, eidem ſtandum eſt, vt tradit Abb. ibidem, in prin.
Et in vino quod vetus dicatur, vel nouum idem dicit Bar. in. l.
cum quid, col. 1. ff. ſi cer. peta. Et Alex. in. l. centurio, in. 1. pari-
ter. ff. de vulga. & pup. ſub. quòd priuilegia, & quælibet alia di-
ſpoſitio, & ſupra dicta, confirmabuntur, interpretationem re-
cipit à communi vſu loquẽdi. Et Abb. in. c. maiores, in fi. prin.
de baptiſ. quòd id etiam ſeruari debet, in verbis diuinæ ſcriptu
ræ, confirmatur authoritate Nico. de Li. in expo. verborum.
„ c. 1. Thob. ibi, In ſiniſtro habens ciuitatem Sephet. Et quòd à
„ proprietate verborum recedatur propter communem vſum
loquendi peritorum & imperitorum, probatur, quia æque cõ

 uenit,

uenit,ſi voluntate hominum nomina rebus impoſita ſunt, vt
contraria voluntate tollantur, non ſi imperitorum tantum.c.
Oſius,de elec.l.decuriorum.C.de pœn.l. ſi dictum, in prin.ff.
de euic.Bal.in.l.1.C. de ſuc.edic.& in.c.1.in.3.col.de ſuc. feu.
in vſib.Bar.in.d.l.Labeo.aliquid Ro.conſi.4.ſententiam, co-
lum.2.pulchra conſi.32.viſa,columna prima. Et in teſtamen-
to Ruſtici,idem Barto.conſi.52.Salumben.columna ſecunda.
Et conſi.57.Anacellus,columna.1. quòd quandoque plurale
pro ſingulari accipimus,& è contra, quandoq; vniuerſale pro
particulari & diſtributiuo.l. eſt non ſine liberis.l. in vſu.ff.de
verbo.ſi.l. moſchis.ff.de iu.fi.l.3.ff. de ſta.ho.Et quod præua-
leat communis vſus omni propriæ ſignificationi. omni regu-
læ,& omni conſtitutioni denique,in intelligẽdis ſermonibus,
idem Bar.videndus eſt conſi. 138.hæc eſt copia, ad fi.& conſi.
141.ſtatuto,& conſi.159.viſa, col.j.& in.l.nõ dubium, col.3.
C.de legi.Old.conſi.168.ad primam,col.j.Et mirũ eſt ad pro-
poſitum inquit adhuc,in.l.1.in princi.in.2.col.ff.de ſu.& legi.
quòd non ſit propria ſignificatio,& tamen pręferatur proprię
ſignificationi. Nec minus notandum quod dicit in.l. ſtipula-
tio iſta,in.§.hæc quoque,in fi.ff.de verbo.ob.quòd ſi Camera
rii faciunt reformationem, apponãtque in ea verbum, quod
poſsit ſe habere ad intellectum iuris communis, & ad commu
nem vſum loquendi, ſine dubio intelligetur iſto modo, po-
tius quàm illo. Et quòd non ſit proprius, ſed figuratus & in-
terpretatiuus modus loquendi, tenet Bartol.in.l. liberorum,
numero nono de verbo.ſignifica.Bellame.deciſio.724.etiam,
col.pe. Eſtque de communi vſu loquendi etiam bonus tex.in
„ l.3.in.§.1.ibi,Loquimur nos.ff.de vi.tri.oleoque lega. & in.c.
maiores,in.§.cæterum,de baptiſ.& in.cap.inter corporalia,de
tranſla.præla.& non eſt,ſecundum Bal.ibi,colum.2. alibi id di
ctum,dum Papa exponit alium tex. per communem vſum lo
quendi. Nec pro intelligentia prætermittendum puto,quòd
aliud eſt loqui ſecundum communem vſum loquẽdi, & aliud
ſecundum ethymologiam vocabuli,patet,quia creditor ſecun
dum alluſionem, dicitur proprie à credendo.l.i.ff.ſi cer.pe.&
tamen ſecundum communem vſum loquendi, dicitur etiam,
qui alium obligatum habet.l.ſi cui,& ibi Barto.in princi.ff.de
verbo.ſi.Ad idem ſecundum alluſionem, inſtrumentorum ap
pellatione, non veniunt teſtes, ſecundum communem vſum
loquendi autem ſic,vt per eundem in.l.notionem,in.§. inſtru





mentorum.ff.eo.Non etiam quòd aliud eſt loqui de rigore,&
ſecundum veritatem,aliud vero ſecundum communem vſum
loquendi, idem Bar.in.l. prouinciales.ff.eo.l. aſſumptio.ff. ad
municipa. Conſuetudo quoque vnius hominis in facto parti
culari debet attendi.l. vel vniuerſorum.ff. de pigno.ac. ſed in
facto generali,puta in interpretatione vocabulorum,exigitur
etiam generalis conſuetudo loquendi,vt hic, & not.in.d.l.vel
vniuerſorum,Bal.& bene.Et licèt dixerim ſupra,quòd in teſta
mentis attenditur communis vſus loquendi,verum eſt regula
riter,& non ſi eſſet(vt proxime dicebam)vſus particularis,re-
pugnetque gradus prioritas,& præſumpta voluntas teſtantis.
Vetula habebat filiam & neptem ex ea,quam tamen filiam ap-
pellabat,filiam autem ſuo proprio nomine, fecit teſtamẽtum,
& dixit, Inſtituo filiam meam,certe ex ſupra dictis filia intelli
getur inſtituta,non neptis,quia non eſt veriſimile quòd volue
rit neptem filiæ præferre.l.cum acutiſsimi.C.de fideicom.l.cũ
anus.ff.de condi.& de.l.Publius.§.ſi.ff.eo.tradit Iaſ.in.l.ſi pa-
ter,in.1. col.C.de hæ.inſti.Multa quoque Alex.conſi.2.viſis,
col.9.vol.1. quòd tamen verba prolata vulgari idiomate à te-
ſtatore,vel ab alio,& à Tabellione redacta in ſcriptis,intelligẽ
tur ſecundum iuris interpretationem, poſt Bar.in.l.ſi quis fi-
liabus.ff.de teſta.tu.ex quo non eſt veriſimile quòd Notarius
ſcripſerit aliud,quàm verba importantia voluntatem teſtato-
ris. Aliàs dicebat rurſum Pau.de Caſ.conſi.40.iſtud, in fi.&
conſi.48.præſuppoſito,vol.1.in exaudiendis ſermonibus, &
verbis legum,potentiſsimus eſt vſus loquendi,quòdque mul-
tum operatur.Et licèt probari debeat, vt ſupra attamen proba
tio neceſſaria non eſſet,ſi ita eſſe Illuſtres Doctores teſtarẽtur,
vt Cur.ſeni.ſentit,conſi.74.ſuper, col.27.Sauilia.plenius poſt
eum conſi.325.plura,col.2.vol.2.& Rui.conſi.50. circa, nu-
me.5.vol.3.Ex communi vſu loquendi,videretur dicendum,
etiam non eſſe blaſſemiam in verbis ſceleratis, Al diſpetto di
Dio,vt ſentit Bal.conſi.477.ille qui dicit,vol.3. Ex quo ſunt
potius iniurioſa,ſeu contumeliis plena,quàm maledictio, aut
blaſſemia,& male in hoc,nec ei ſubſcribendum,ex quo omne
verbum maledictum erga Deum,eſt blaſſemia, & in ſpecie ip-
ſum reprehendit Soci.conſi.102.ad fi.vol.1. & ita fuit aliàs de
ciſum in Regio conſilio Burdegalen. quod Boe.refert, deci.
301.pręſuppono,in prima & ſecunda colum.parte ſecunda,&
Neapo.in magna curia Vicariæ, vt dicit & teſtatur pariter,

Gramma.deci.50.Marcus, in fi.& eſt caſus quotidianus, non ſubticendus, vt homines, qui his maledictis verbis vtuntur, caueant, ſcientes prætextu conſuetudinis non excuſari, nec authoritate glo.c.cum venerabilis, de conſue. quòd conſuetudo, quàmuis praua, iniuſta, & temeraria, excuſat à pœna temporali, quoniam non habet locum in his quæ ſunt de ſe mala, vt in blasfemia, quæ in contemptum Dei, contra religionem, ius naturale, humanum, & diuinum, committitur. nonnihil ego etiã in dialo.8.ſcio. Et ad regulam redeuntes, dicit Bal. adhuc, conſi.264.ſtatuto, col.2.vol.1. quòd vulgaris intellectus præualet iuris ſubtilitati. Et conſi.73.de iure, vol.4. quòd à ſubtilitate verborum receditur propter communem vſum loquendi. Et declarat Barto. quòd debet eſſe ad minus annorum decem, in.l.prima, nume.99.C.de digni.libro decimo. Et quia in diſpoſitione hominis conſyderatur modus loquendi, vt hic, & in diſpoſitione legis modus ſignificandi, infertur hoc caſu, filiorum appellatione etiam nepotes comprehendi, illo autem non; vt per Alexan.conſi.primo, columna penultima, volumine primo. Et quòd ſignificationes verborum vſus adinuenerit, tradit nouiſsime idem Bal.conſi.36.de iure, in princi. volumi.quarto. Et dicit Alber.in prima conſtitu.fforum, in princi.numero.12. quòd huic vſui omnino obtemperandum eſt. Non eſſet quoque probandus vt ſupra, quando notorie hoc ipſum conſtaret, ſed allegandus tantum, cle.appellanti, de ap. l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff. ad legem Iuli. de adulte. puta (vt alibi exemplificat Gozza Bononiẽ.) quòd filii legitimi & naturalis appellatione in ſtatutis, veniant tantum qui de legitimo matrimonio naſcuntur, non legitimati, conſi.6.prima facie, numero.11. omnino videndus, vbi ſimile etiam de conſuetudine adducit. & ad materiam Ci. inquit in lib. Orator, quòd verbum inſolens eſt, quod à quotidiano vſu loquendi remouetur. Et ad Heren.4. quòd explanatio, qua redditur aperta & dilucida oratio, duabus rebus comparatur, vſitatis verbis, & propriis, quòdque vſitata verba ſunt, quæ in quotidiano ſermone, & conſuetudine verſantur, vt hic, & ꝙ denique propria eius rei ſunt, aut eſſe poſſunt, de qua loquimur. Dicit adhuc Deci.conſi.ſeptimo, & pro tenui, columna ſecunda, volumine primo, quòd inter mercatores maxime attenditur. Et in ſtatuto Bal.conſi.314.quædam, in fi.volumine tertio. Barba.in.l.cum acutiſsimi, columna.64. & in teſtato re vt



re vt ſupra, colum.95.C.de fideicom. Idem Deci.conſi.38.circa, columna quarta, eo.lib. Alexan.cõſi.87.viſis, columna prima, volumine ſecundo, & conſi.2.viſis, columna ſecunda, volumine primo. Dicit etiam Areti. quòd attendi debet, an ſub nomine artis comprehendatur notariatus, conſi.112.clariſsime, in fi. Et an fœneratores poſsint dici artifices, Bal.conſilio.112.ſtatuto, columna prima, volumine quarto. Et qui dicantur barones Corſe.in.c.grandi, colu.2.de ſup.neg.præla.in.6. Et de præpoſitura Picardiæ, Ioan.Pariſien.in tracta. primogeni.libro primo, quæſtione ſecunda, columna tertia. Et Alexã. conſi.76.in cauſa, ad fi. volumine ſeptimo, quòd ita etiam verba contrahentium debent interpretari. Et in iudiciis Abb. quòd intelliguntur ſecundum communem vſum loquendi, quòdque hac de re non ſtatur interpretationi proferentis; in capitulo primo, columna ſeptima de lit.con. Gui.Pap.conſil. primo, columna ſecunda. Et quòd bona ſit argumentatio à ſimili ab eo quod fieri conſueuit, per iſtum tex. & alios, oſtendit idem Gui.Pap.deciſio.173.in dicto, columna ſecunda, & quòd voluntas deprehenditur ex conſuetudine patris familias, Seyſel.in.l.ex facto, in.§.ſi quis rogatus, columna ſecunda.ff.ad Treb. Et quòd attendatur communis vſus loquendi in ſtatutis vt ſupra, & per Barto.in rubr.de no.o.nun. teſtatur idem Seyſel. ita communiter teneri ibidem, columna ſecunda. Et quòd probatio, vt dicebam pariter ſupra difficilis ſit, non eſt dubitandum, eo caſu quo probari debet, ideo vide Roch. Cur. docentem praticam, & quomodo articulari debeat, in tracta.de conſue.in ſeptima quæſtione prin.nu.626. cum ſeq. & Lanfran.Oria.in tracta.depoſitio.teſtium, numero.150. Et Cur.iu.conſi.176.præſupponitur, nu.3. Et quomodo debeat attendi quando ſumus in lege, & in ſtatuto diſtincte ponit Gramma.in tracta.extenſio.in princi.numero.74. Sed audi ad propoſitum pulchrum caſum, & ſcitu non indignum, Bar. cõſilio.106.ſtatuto Caſtri, tenet quòd armorũ appellatione, dẽtes non veniant, & tamen hoc idem videtur contra text.in.c. noli, de pœni.diſ.1. qui tamen ſaluatur, quoniã ſecundũ communem vſum loquendi non veniunt, vt declarant. Veronen. in.l.armorum, col.pen.ff.de verbo.ſigni. Sermo prælati etiam in loco, intelligendus eſt ſecundum communem vſum loquẽdi loci, ex quo infert Bellame.clauſulam librarũ, vel marcharum, in literis Apoſtolicis poſitam, non intelligi de vſualibus

loci,vbi eſt beneficium impetratum,ſed loci vbi impetratio fa
ćta eſt,deci.2.clauſula,in prin.& vnum pro complemento di-
cit Afflic. in.c.1.in.§.fi.in fi. de fra.de no.be. inueſti.in vſib.q
verba prolata ab homine bene intelliguntur ſecundum homi-
num vſum,ſed non ſi ſint,vt in ſimili proxime dicebam de no
tario,in ſcriptis redacta,quia tunc intelliguntur ſecundum iu-
ris diſpoſitionem,ſignanter poſt Barto.citatum etiam ſupra in
diſcurſu,in.l.ſi quis filiabus.ff.de teſtamen.tute. & Bal. in.l.le-
ge,in fi.C.de legi.hæ.& vt per eum fuſius.& hæc vltra Euerar.
& nos dicta aliàs pleniore copiæ cornu, ſufficiant, quantũ ad
locum iſtum quoque.

### *Ad. l. fi. C. de acqui. po.*

## Excuſsio. 31.

DE excuſsione ſuo loco ſupra ad authen præſente. C. de fide-
iuſſo.aliqua dicta fuere,nunc uero, & quo ad propoſitum hu
ius not.legis,addendum eſt,ceſſare,ſi debitor, vt fit communi
ter in inſtrumẽtis, cõſtituat ſe poſsidere bona ſua nomine cre
ditoris,& in eum rei obligatæ poſſeſsio, transferatur,vt in.l.j.
in.§.per ſeruum,& in.l.qui pignoris. ff.de acqui.po.l. cum no
tiſsimi. §. ſed cum illud, vbi glo.& Docto.C.de præſcrip.30.
anno. quia ſi poſtea talem rem alienet in extraneum, poterit
creditor poſſeſsionem ipſius reuocare condictione huius le-
gis.nec erit locus alicui excuſsioni, vt pulchre docet Io.Fer-
ra.in for. libel. reſponſionis in ac.hypo. in verbo exceptionẽ
excuſsionis,col.2.& optimum conſilium eſſe dixit Gui. Pap.
conſi.109. Domini de parlamento, col.2.& idem dicit Ange.
in.l.exitus.ff.de acqui.po. quem refert & ſequitur Rui. conſi.
30.ad dubia,nu.8.vol.j.inducit ad longum, & rationem aſsi-
gnat, conſi.172.circa, nu.3.vol.4.& nu.5.tradit intellectum,
quòd hæc.l.ſolum habeat locum, quando detinens dolo, ſeu
negligẽtia poſſeſsionem dimiſit.Bellame.ante eum, deci.494.
concluſio fuſius deci.104.licet. Oportet etiam quòd conſtitu
tio præcarij valida ſit,aliàs conditio huius legis, creditori nõ
cõpeteret,quia nec poſſeſsione ſpoliatus diceretur,vt ex mul-
tis oſtendit Gui.Pap.conſi.81.ad decem,col.4.& quòd poſſeſ-
ſionem non perdat,probatur ex verbis,nihil penitus, hîc po-
ſitis,quorum vtrunque,per ſe eſt vniuerſale,& ſic nec natura-
lem



lem,nec ciuilem,tamen communis opin.eſt, quòd naturalem
tantum perdat,& ciuilem retineat,vt not.in.l.peregre, in.§.1.
ff.de acqui.poſſ.nec officiunt.d.verba vniuerſalia,quia per alia
iura limitantur,ne corrigantur.§.illud,in authen.de æqua.do.
& quo modo agat creditor,multa Franc.in trac.diſputa. peti-
to.in.j.dubio,nu.40.& quòd nõ poſsit interuerti poſſeſsio do
mini,ſine conſenſu & voluntate ipſius,nouiſsime ex multis te
net Caſſane.conſ.10.viſo proceſſu,col.3.& generale eſt,quòd
filius non poſsit facere conditionem patris deteriorẽ, nec Do
mini ſeruus,inquilinus,vel procurator,nec pupilli denique tu
tor.l.filius.C.de pact.l.ignorantis.ff.de procu .l. qui fundum.
§.tutor.ff.pro emp.Bal.in.l.j.col.7.C.qui admit.& in.l.ædem,
col.4.C.loca.Ro.conſi.184.viſis.

### *Ad.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.*

## Ambiguum. 32.

QVID ſibi velint verba hæc Vlpiani,liquet, non referenda ali
ter,eſtque argu.planè,declarationem facilius admitti, ſi verba
ambigua ſint,quàm ſi eſſent clara.l.ille aut ille.§.cum in verbis
ff.de lega.3.tradit Seyſel.in.l.naturaliter,in.§.nihil commune,
col.8.ff.de acqui.poſſ.ſed magis in terminis,quòd ſtetur decla
rationi actoris,quòdque ſecundum eam iudicandum ſit, Gui.
Pap.conſi.82.in cauſa,col.vlti. Abb. in.c.cum dilectus, colũ.
17.de ordi.co.Iaſ.in.d.§.nihil commune,col.13.& ad propo-
ſitum Alex.reprehendendo Bal.& Ro.in.l.diuortio, col.4.in
prin.ff.ſolu.mat.quòd regu.non ſolum in ciuilibus procedit,
verum etiam in criminalibus,poſt Bar.in.l.libellorũ .ff. de ac-
cu.& quia in criminalibus ad inſtar ciuilium proceditur.l. ab-
ſentem.ff.de pœn.ſentit Bal.in.l.vxor,in fi.C. qui accuſa. non
po.& Deci.in regu.ſemper in obſcuris,in fi.de regu. iu. & So-
ci.regu.237.fallen.j.multa Cotta in memor. libellus dubius.
& Ange.in.l.ſi inter,in fi.C.de iu.do.quòd verba libelli beni-
gne interpretanda ſunt,non in ſubuerſione mentis agentis. &
Iaſ.in.l.2.in.§.prius,in pe.col.ff.de vulga.& pup.ſub.quòd li-
belli omni poſsibili modo debent ſuſtineri.& Ro.conſil.136.
in propoſito,quòd libellans omnia deduxiſſe videtur in iudi-
cio,quæ poſſunt ſub ipſius libelli verbis,latiſsime in fauorem
libellantis interpretandis comprehendi.& idem conſi.157. ho
norabilis,

norabilis,in fi.& conſi.240.viſo themate,colũ.2.quòd opinio
ſequenda eſt,quæ inducit conſeruationem libelli,cum lex eiuſ
dem validitati plurimum faueat.Et verba formalia refert con
ſil.455.in caſu.& Archidia.in.c.is autem,in fi.22.q.2.& Bald.
in.l.qui ſe patris,col.3.C.vnde libe.& Alex.conſi.2.conſyde-
ratis,col.4.vol.3.ait rurſum,quòd appellans,vt libellans,inté-
tionem ſuam ſic etiam declarare poteſt. Aliquid Anchar.in.c
canonum ſtatuta,col.251.de conſtitu.quòd interpretatio de-
claratiua tũc eſt neceſſaria,quando verba ambigua ſunt, in le-
gibus contractibus,iudicijs teſtamentis,priuilegijs,reſcriptis,
dictis teſtium,& ſimilibus.& Bal.in.l.edita,in lectu.Peruſi.co-
lum.4.C.de eden.quòd verbum ambiguum in iudicijs intelli
gendum eſt pro proferente,in quacunque parte iudicij profe-
ratur.& Abb.in.c.cum veniſſent,in.2.col.de reſtit. in integ.&
in.c.j.col.10.de lit.con.quòd libellus eſt latiſsimi iuris,quòd-
que debet interpretari quantum fieri poteſt, vt conueniat in-
tentioni libellantis.Bar.in.l.certi condictio , in.§. ſi nummos,
col.2.ff.ſi cer.peta.Idem Bald. conſil.489.in cauſa,col.2.volu.
3.& pulchre,in.l.polla,in fi.C.de his quib.vt indig.quòd ſem-
per qualitercunque interpretetur,ſuſtinendus eſt.Aret.plene,
conſi.126.in cauſa,col.2.Deci.conſi.28.& pro tenui, col.fi. &
maxime in criminali , vt dicebam , ſupra & nouiſsime ratione
fiſci,propter publicam vtilitatem.l.licitatio.§.quod illicite.ff.
de publica.& quòd verba ipſius debeant impropriari,vt ſalue-
tur,tradit Alex.& cæteri,in.l.2.in fi.prin.ff.ſi cer. peta. Bart.in
l.ſcire debemus,in prin.col.2.ff.de verbo.ob.Por.Inſti.de bo.
po.in princip. Poteſtque declarari ambiguitas hæc , vſque ad
ſententiam,vt inquit idem Bar.in.d.l.edita , col.4.& Abb.in.c.
ſignificantibus,col.13.de lib.ob. Eſt verum quòd huic legi cõ
trariari videbatur tex.in.l.idem Pomponius ſcribit , in.§.fi.ff.
de rei ven.Sed concorda,quòd hic incertitudo & ambiguitas,
iuris authoritate ſupplebatur,quia circa legalẽ interpretatio-
nem conſiſtebat,ibi vero non,quia conſiſtebat in mero facto,
de quo lex ſe non intromittit.l.Arethuſa .ff. de ſta.ho.Bald.in
l.ſi quis ita.ff.de hæredi.inſti. & quòd quis deduxiſſe videatur
id,quod eſt ſibi vtilius,firmat Alex.in.l.qui ſtipendia , colũ.2.
C.de procu.Dicens tamen in.l.fi.in.2.pariter.C.de reſti.in in-
teg.quòd licèt hoc idem in libello ſit, ſecus eſt nihilominus in
teſte,quoniam contra producentem ſemper fit interpretatio
& bene.c.in præſentia,de proba.& Bart.ante eum , in.l.2.in fi,
ff.de



ff.de duo.re.& declarabo infra latius. Et quamuis hæc lex in.
actore loquatur,procedit tamen etiam in reo,quoniam exce-
ptio ipſius libellus eſt,& declarat idem Alex.in.l.rei iudicatæ,
col.3.ff.ſolu.ma.Vera etiam eius determinatio, dummodo à
propria ſignificatione vocabuli recedatur, quod idem ſenſit
in.d.l.diuortio,col.5.& ſic contrarium eius,quod dixit in.l.2.
ff.ſi cer.peta.& male,idque verius vt ſupra. Et quòd exceptio
ſit libellus rei,probatur in.l.1.ff.de excep.& ſi maritus negaue
rit ſe maritum,perdit beneficium quod habet, ne conueniatur
niſi in quantum facere poteſt.& tamen ſi dixerit,Nego narra-
ta prout narrantur.non , ex quo verba dubia libelli,in fauorẽ
libellantis interpretantur,vt videatur negaſſe deducta in libel-
lo principaliter,non alias qualitates,vt per eundem Alex.in.l.
etiam,in.§.licet,in pe.& vlti.col.ff.ſolu.matr. ego apoph.431.
multa.Inquit Ang.quoque,adeo veram eẽ iſtius text.deciſio-
nem,vt verbum dominij verificetur etiam in proprietate nu-
da.quòdque agens vincet, ſi in reali hoc ipſum probabit , in.l.
ſi teſtamento,in princi.ff.de cond.inſti. & quòd ab actore ver-
bum in iudicijs interpretandum ſit,tradit Bart.in.l.1. in. 2.col.
C.de vſufruc.& declarat idem Ang.in.l.in ambigua.ff. de legi.
quòd interpretatio debet eſſe veriſimilis & probabilis,ex quo
aliàs non admitteretur.& Bar.in.l.ſed & ſi poſſeſſori, in.§.1.ff.
de iureiur . quòd ſi quis diceret ,ſe eſſe in poſſeſsione iuris in-
corporalis,intelligetur in quaſi poſſeſsione,quia ius non poſ-
ſidetur. vel emphyteota ſe dominum, quòd intelligetur ſimili
modo vtiliter.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commo.
l.j.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vecti.vel emphy.pet. & quòd
declaratio incerti ſpectet ad actorem, quòdque intentione de-
clarata,non ſequatur condẽnatio,ponit Bart.adhuc, in.l.idem
Pomponius,citata etiam ſupra in.§.fi.ff.de rei ven.& quia du-
bitatio eſt,vt rurſum diximus ſupra an poſsint verba impro-
priari,deciſa tamen,quòd poſsint,declara nouiter veriſsimum
eſſe,in caſu,in quo tolerat lex impropriationem , quoniã alias
non admitteretur,ita Alex.poſt Iacob.but.in.l.inter ſtipulan-
tem,in.§.pe.ff.de verbo.ob.refert & ſequitur Seyſel,in.l. Gal-
lus,in.§.ſi eius,col.2.ff.de libe.& poſthu. & in.l.quia poterat,
col.2.ff.ad Trebel.Vel et aliter, vt idem dicit in.l.naturaliter,
in.§.nihil commune,in prin.ff.de acquiren.poſſ. quòd regula
vera ſit , ſi verba patiantur impropriationem , vel ſi ſub larga
ſignificatione verborum ipſius libelli , poteſt contineri quod
actor

actor probauit,nonnihil Abb.in.c.auditis, col.2.de præſcrip. & notandum eſt, quòd ſemper declaratio fieri debet, quando petitur,vt in locis ſupra alle.not.& maxime in.d.§.ſi eius, & hic.Si confiteatur etiam quis,ſe plura furta feciſſe,diuerſis temporibus,quia ſunt verba obſcura,vult Bal.in auth.ſed nouo iure,in.3.col.C.de ſer.fugi.quòd pro confitente fiat interpretatio in partem mitiorem.Alex.licèt in furto non loquatur,cõſil.80.in cauſa,col.2.vol.7.Sed pone, quòd ex interpretatione verborum,actus reddatur nullus,admittetur, ne? Alexã.in d.l.diuortio,col.5.ff.ſolu.mat.dicit quòd non.Idemque Deci. conſi.77.viſo puncto,col.4.vol. 1. & quòd aliàs poſſunt verba impropriari, vt ſuſtineatur, ex multis oſtendit nouiſsime Alex.conſi.121.viſo,col.1.&.2.volu.1.& in.l.1.col. penulti. de iu.om.iudi.& Abb.in.c.conqueſtus,col.2. de fo. compe.& Barba.in.l.ſcire debemus,in.§.ſi à fure,col.8.ff.de verbo. obli. quòd ſi concludat ad dandum,poteſt exponi, ideſt ad tradendum,ſeu reſtituendum,vt valeat. Et ad materiam dicit etiam Abb.in.c.ex literis,in fi.de ſponſa. quòd reſpectu propoſitionis non eſt differentia inter actorem & reum,quoniã (vt diximus ſupra) exceptio eſt libellus ipſius rei, ꝓpque ſemper debemus intelligere verba,vt conueniant intentioni proferentis & teſtatur tex.iſtum ita proprie loqui. Sed pro complemento dubito,quoniam obſcuritas ſemper contra producentem interpretatur.l.veteribus.ff.de pact.c.in præſentia, allega.etiam ſupra de proba.ergo non pro ipſo, vt hic, dicitur, & in locis præallega.Soluit Bal.in.c.cum clamor,de teſti.& Alber.hic,ꝙ hæc.l.procedit in prin.cauſæ,contrarium vero in medio.Quę ſolu.non placet, quoniam declaratio libelli poteſt fieri uſque ad ſententiã,& verba ipſius intelligi,ſi ambigua fuerint,ſecundum intentionem libellantis, in quacunque parte iudicij.& ipſe met Bal.relatus ſupra ita dicit in.l.edita,col.4.C.de eden.Io reſponderem ego,quòd ſit contra producentem in contractibus,hic in iudicijs, & minime mirum, quia iudicium in inuitum redditur.l.inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum.ff.de verbo. ob. Item in teſte,quoniam producens ipſius dictum nõ declarat, libellans autem ſic.& vt per Bar.in.d.l.2.ff.de duo.re. & nota, ſicuti obſcurum teſtis dictum, non releuat producentẽ, quòd nec ita obſcurum dictum,in inſtrumẽto poſitum,habetur pro adiecto.c.inter dilectos,de fi.inſtrumen.Calde. conſi.8.donauit,in fi.& in teſte,quod probatio, neceſſario concludere debeat,



beat,ne contra producentem fiat interpretatio,ex eo etiã eſt, quia in contingentibus ad alterutram partem,fauendũ eſt reo, vt inquit Bal.conſi.441.quidam, col.2.volu.1. & licet ad materiam obſcuritas & ambiguitas differre videantur, vt illud ad literam,iſtud vero ad mentem referatur,probari tamẽ iure nõ videtur,ideo videndus eſt Deci.in.c.fi.in princip. de conſtitu. & Feli.in prohe.decre.col.2.quòd obſcurum potius ſit, quod nullo modo intelligi poteſt,vel cum difficultate.l.de ætate.§. nihil.ff.de inter.act.ambiguum vero, quod intelligitur pluribus modis.fuſiusque not.in.l.ſemper in obſcuris.ff.de reg.iu.

### *Ad.l.fi.C.de hære.inſti.*
### Hæres.33.

ANTIQVA regula eſt,vt hic dicitur,hæredem hæredis,teſtatoris hæredem fore,& in.l.qui per ſucceſsionem .ff. de regul. iur.quam ponit etiam Oldra.conſil.21. thema, in fi.& Iaſ.vbi concordan.allegat,in.§.actionum,num.10.inſtitu. de actio.& Ancha.conſi.130.pro & contra, colũ.1.& Roma.ſingu. 683. hæres,& idem in legatario legatarij (quod nota) vt hic per Bald.colum.6.q.6. qui per nomẽ hoc à teſtatore deſcendit,vt hæres hæredis,proprie eſt hæres,hæres vero legatarij nõ proprie legatarius, vt idem dicit in.l. ſub diuerſis .ff.de condi. & de.& ad propoſitum(quod Ancha.adhuc declarat in.d.conſi. 130.col.2.)intelligitur, veramq́ue eſſe dicimus in his quæ trãſeunt ad hæredum hæredes, aliàs ſecus, exemplificando in ſubſtitutione cõditionali.l.qui liberis.§.hæc verba. ff.de vulga.& pup.ſub.Et hinc eſt, quòd regulariter tenetur ad omnia onera teſtatoris per mediam perſonam primi hæredis.l.j.&.2. ff.de peti.hæ.Areti.conſi 74.diligenter, col.j.Diſtinguit tamẽ aliter Por.in.§. fi.in.fi.inſti. de pup.ſub.quòd aut verbũ hæres profertur à teſtatore,& tunc de primo intelligitur,ratione affectionis,quæ in ignotum non cadit.aut à lege, & iſto caſu,venit etiam hæres hæredis, quia lex affectionem hanc non conſyderat.& forte hoc eſt quod dicit Bal.conſi.114.quædã, vol. j.ſi inueſtitura facit mentionem inueſtiti, & hæredum, quòd hoc verbo vocantur hæredes in infinitum etiam extranei. Et in ſimili, ſicuti hæres hæredis teſtatoris eſt hæres, ita vaſallus vaſalli,domini vaſallus eſt,præterquàm tamen in Regno Frãciæ,

ciæ, vt concludit Caſſane.conſi.66.aliqua nu.11.& idem dicit in ſubſtituto ſubſtituti, quòd cenſetur ſubſtitutus primi inſtituti, conſi.14.Chriſtianiſsimus, nu.2.& conſi.62.ex verbis, nu.18.& eſt tex.in.l.ſi Titius, vbi Bar.& alii, & in.l.cohæredi, in prin.ff.de vulga. & pub. ſub. Idem Bar. in.l.quamdiu. ff.de acqui.hæ. Non poteſt tamen in hærede hæredis impleri conditio niſi fauore libertatis. d.l.ſub diuerſis, & ibi Bar.ff.de condi. & de. nec ipſe conditionem teſtantis adimplet, vt poterat hæres.l.à teſtatore. ff. eo. In legitima etiam filius grauari non poteſt.l.quoniam in prioribus.ff.de inoffi.teſta.d.l. cohæredi. §.cum filiæ.& tamen poteſt eius hæres.l.ſi Titio. §.fi. ff.de lega.j.dixi in.l.precibus, in.4.lectu.col.89.C.de impube.nec hæres hæredis rurſum veniet ap. hæredis, ſi de pœna agatur, vt plene in concordan. Bar.oſtendit Nicel. Placen.196.bene dicitur.& Bal.hìc, ante eum.q.22.& Deci.in regu.præallega. qui per ſucceſsionem, in fi.de regu.iu. & Caſſane.conſi.63.quidã, nu.72. Et ſcitu dignum eſt etiam, ſi hæres hæredis Titij petat hæreditatem, non tamen tanquam talis, deinde probet, quòd nihilominus eam obtinebit, vt hìc per Cy. & alios, & Alex.in l.paterfamilias, in prin.ff.de vulga. & pup.ſub.nonnihil in.l. ſi quis filiam, in.§.in omni. ff.de acqui. hæ. Et forte melius eſt dicere, quòd hæres hæredis, veniat ap.hæredis, quando conuenit ex diſpoſitione teſtatoris, aliàs ſecus. quòdque fallat regu. quando fit mentio hæredis ſcripti. & quòd libellus ſuſtineatur, ſi quis dixerit ſe hæredem Titij, & ſit nihilominus hæres eius hæredis, vt per Alex.& Moder.in.d.l. pater familias.ff.de vulga.& pup.ſub.& eſt communis opi.& ibi quòd idem quoque dici debet, ſi hæredis fiat mẽtio in fideicommiſſo, aliquid Bar.& alij, de materia, in.l. Gallus, in.§.etiam.ff.de libe. & poſthu.Subſtitutus etiam ſuccedendo pupillo inſtituto, dicitur fieri hæres teſtatoris, & ex expreſſa voluntate ipſius, inquit Seyſel.in.l.cum filio familias, col.2.ff.de lega.j. Et in iure patronatus Gui.Pàp.deci. 507. dicit Dominus &c.col. 2.quòd hæres hæredis fundatoris in iure præſentandi admittitur vt hæres.

## *Ad. l. quotiens. C. eo. de hæ. inſti.*
## Inſtitutio. 34.

INSTITVTIO particularis ęquiparatur legato, vt hìc, & in l.j.



l.j.in.§.ſi ex fundo.ff.eo. Bar. conſi.8.factum, col.2.Bal conſi. 273 modo quæritur, col.j.vol.4.& in.l.quotiens.C.fami.her. ideo vt legatum nutu relinquitur. l. nutu. ff. de lega. 3. ita ſit inſtitutio particularis, vt hìc. & hac de re quòd habetur in. l. iubemus.C.de teſta.& in.l.hęredes palam, in prin.ff.eo.& in.l. filius familias miles .ff. de libe. & poſthu. quòd hæres debet à teſtatore palam nominari & inſtitui, verum eſt in inſtitutione vniuerſali, & ita.d.iura loquuntur, vt declarat Gui. Pap. deci. 459.hæres.dicitque Alex.in.l.qui patri, col.3.ff.de acqui. hæ. quòd qui in re certa inſtitutus eſt, non adit, ſed agnoſcit, quia non eſt hæres. Sed pone quòd hæreditas ſit legata vel donata, quòd quidem fieri poteſt.l. hæreditatem. ff.de dona .l. cum filius.§.Lucio. ff.de lega.2.an legatarius ſeu donatarius, poſsit actione perſonali conueniri à creditoribus hæreditarijs, videretur dicendum quòd non.l.fi. C.de hæ.ac.l.j.§. ſi hæres.ff. ad Treb. & ex prædictis audacius, tamen contrarium eſt verius l.2.C.de pac.Gui.Pap.fuſius, deci.460.hæreditas. Aliàs (vt dixi proxime) ſi in re certa quis inſtitutus ſit, conueniri nõ poterit, quia eſto quòd hæres ſit, attamen loco legatarij habetur, vt hìc per Docto. Iaco. de ra.Iaco.de belui. & Cy.& poſt eos Gui.Pap.met conſi.137. conſilium, col.2.Si pater etiam plures habeat filios in poteſtate, eoſque ſingulariter in certis inſtituat rebus, iubeatque eſſe cõtentos, & legata deinde relinquat, dicetur teſtatus deceſsiſſe, quia diſpoſitio videtur facta per modum diuiſionis inter eos, & valet iure teſtamenti, etiam ſine ſolẽnitate.d.l.quotiens.C.fami.her.authen.hoc inter liberos. C.de teſta.multa ad partes.q.diſputata, Bellame.deci.750.ſi pater, col.2.Et quòd non ſit proprie hæres inſtitutus in re certa, puta in negociatione ſalis, ſed legatarij loco. quòdque non agat, vt hæres, vt etiam dicit, Bal.in.l.j.in.§.in initio, col.2.ff. de offi.præfec.vrb.&.in.l.ſi cum dotem, in.3.ff.ſolu.ma.quod intellige, vt hìc not.& in.d.§.ſi ex fundo, ſi alius in tota, vel in quota poſtea inſtitutus ſit.l. eum qui ædes, & ibi not.ff.de uſuca.l.& ſi non totam.ff.ſi quis omi.cau.teſta.Idem Bal. quoque teſtatur in.l.ex facto, col.j.ff.de hæ.inſti.& conſi.110. ſubſtitutio, vol.4.Bar.conſi.48.Gallus, in fi. effectus eſt magnus propter ius accreſcendi, & alia de quibus in.d.l.ex facto, vbi idem Bal.col.2.& quia vti nõ poteſt beneficio.l.fi.C.de edic. di.Ad. tol.vt ibi per Bar.col. 4. Et ſi ſubſtituatur impuberi inſtituto in re certa adhuc, ſub conditione, ſi in pupillari ætate deceſſerit,

rit,redigitur ad inſtar legatarij, eique videtur facta ſubſtitutio vt legatario,& tanquam legatarius rogatus,& ſic non erit ſubſtitutio pupillaris, vt in.l.cohæredi in. §. fi.ff. de vulga. & pu. ſub.quoniam ibi inſtitutus eſt vniuerſaliter,vel in quota,& declarat idem Bal.conſi.121.proponitur,col.2.vol.5.habetur tamen loco hæredis,quo ad excludendum querelam, & ne teſtamentum reſcindatur.§.ſiue igitur,& ibi Bar.in.fi.in authen.vt cùm de ap.co.idem Bal.conſi.28.non credo, in prin.vol.4. Et quando conſtat de mente.l.in conuentionibus.ff.de uerbo.ſi. Cur.iu.conſi.62.præſupponitur,col.2.multa Ro. conſi.179. ampliſsime Doctor,col.4.&.5. Et etiam ſi verba ad eum relata ſint,vt per Bar.in.l.pater filium,in.§.fi. ff.de lega.3. Videbiturque in vniuerſum inſtitutus, ſi cohæres repudiet, ſecundũ Alex. in.d.l. qui patri. de acqui. hæ. Et nota quòd licèt valeat inſtitutio in re certa, non tamen valet exhęredatio,vt hic per Docto.& in d. §. ſi ex fundo, & in.l.cum quidam.ff.de libe.& poſthu.& per glo.in.l.j.C.de libe.præte. & in.l.ſi quis priore. ff.ad Treb.& ad propoſitum tex.noſtri & concordantium,ꝙ particularia ſic ab vniuerſalibus diſtinguuntur, vt eſt etiam regulare,quia in ſimili tutor datus ad vnum articulum, inuentarium non conficit,alias ſic,Bar.in.l.tutor qui repertorium,in prin.ff. de admi.tu. Argentarioque ſuccedens vniuerſaliter rationes edit defuncti, particulariter nõ.l. ſi quis ex argentarijs. §.j.l.quædam.§.nihil.ff.de eden.& quia denique conceſſo territorio vniuerſaliter conceſſa etiam intelligitur iuriſdictio, non conceſſa re particulari,vt per Bar.in. l.j.in vlti.col. vbi & ego dixi.ff.de iu.o.Iudi. Nouiter tamen Cur.iu.dicebat, cõſi. 13.ex præfata,nu.6. ſi filius in certa re inſtituatur, dato ſibi cohærede vniuerſali,quòd non habebitur loco legatarij, ſed qđ hæc inſtitutio,quædam tertia ſpecies erit, de quo etiam hic.& teſtatur ita communiter teneri,& quo ad hæc quòd inſtitutus in re certa loco legatarij habeatur, & tamen admittatur ad totum, ſi non admittatur alius,vel admitti ſperetur,eſt rationabile, ne teſtator decedat pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus, quoniam res certa non facit partem .l. ius noſtrum .ff.de regu.iu.Bal.conſi.379.thema, col.2.vol.4.Rui.conſi.51. quia principaliter,col.pe. vol.2. Et loco legatarij habetur alias, ne conueniatur actionibus hæreditarijs, vt remiſsiue dictum eſt ſupra nouiſsime tradit Gui.Pap. conſi.137.conſilium, col.1.





## *Ad.l.cum pater.§.filius matrem.ff.de lega.2.*

## Iuramentum. 35.

ALLEGABILIS eſt multum iſte tex.ibi, Nam enixæ voluntatis preces ad omnem ſucceſsionis ſpeciem porrectę videbũtur.iuncta glo.quòd iuramentum habet vim clauſulæ codicillaris,actum valere debere omni meliori modo, quo valere poteſt, & vim expreſsi ac ſpecialis conſenſus,& reputatur ſingu. vt per Bal.in.l.j.in.2.q.C.commo. & Iaſ.in.l. ſed & ſi quis, in §.quæſitum,ad fi.ff.ſi quis cau.& in.l.ſi quando,in.§.& generaliter,col.2.C.de inoffi.teſta.& in.§.item ſi quis poſt,nu.14.Inſti.de ac.idem Bal.conſi.108.domina Ioanna,col.3.volu.3.Et ad idem dixit etiam hac de re Ange.in.l.hi qui, in fi.prin.ff. de fideiu.& in.l.ſi à reo,in.§.ſi vero.ff.eo.quòd fideiuſſor cum iuramento obligatus,omni modo promittere intelligitur, quo poteſt.Et Abb.in.c.ex literis.2.col.2.de ſponſa.quòd ille tex. procedit in iuramento,habente vim clauſulæ vt ſupra,et idem in.c.quanto,& in.c.ad noſtram, & de iureiu.& inter cætera ſignanter per iſtam glo.& hinc dubitatur, an donatio omnium bonorum præſentium & futurorum, iuramento firmata, valeat,nécne,communis opi.eſt quòd non valeat,vt not.in.l. ſtipulatio hoc modo concepta.ff.de verbo.ob.& in.l.fi.& ibi dixi.C.de pac.pulchre Cur.iu.conſi.25.habita, col.3.vbi etiam detegit Corne.in hoc ſibi ipſi contrarium fuiſſe, nos multa in d.l.fi.igitur de induſtria tranſeo. Dicit etiam Gramma.deciſio.57.Iacobus,num.27. quòd licèt iuramentum faciat valere actum omni meliori modo quo poteſt, non tamen operatur, vt extendi debeat ad id, de quo ſpecialis mentio fieri debebat. Nec adhuc vim clauſulæ codicillaris habet,ſi deficiant ſubſtantialia actus, vt declarat Seyſel.in.l.j. in pe.col.C.de pac. Qui ad idem dicit in.l.licet inter priuatos,col.2.C.eo. quòd in pia cauſa,pactum de ſuccedendo, firmatum iuramento, valet hac ratione,in vim vltimæ voluntatis,ſi valere poteſt, quia adſint ſolennia ad ipſam requiſita. Et quòd iſte tex.ad hoc eſt ſingu. in.l.centurio, col.7.ff.de vulga.& pup.ſub. Et Bar.vbi extendit ipſum, quòd ſimiliter habeat vim clauſulæ rato manẽte pacto,in.l.ſi quis maior,& ibi idem Seyſel.colu.3. & nos fuſius. C.de tranſac. Dicens rurſum in feudo, quæ res in feu.da.po.

col.6.quòd regulariter obligat iurantem ad obſeruantiá pro-
miſsi,ſi id quod promittitur ſeruari poteſt ſine interitu ſalutis
æternæ,nec in ſe contineat aliquid quod ſit contra ſubſtãtiam
& materiam eius quod iuratur.Et Gui.Pap.conſi.31.viſo,co
lum.3.quòd iuramento generaliter validantur pacta,quę aliàs
forent inualida.Et Rui.conſi.123.viſa,col.5.volu.3.quòd re-
nunciatio iurata in materia.d.l.j.C.de pac.habet vim pacti,&
valet.Et ad propoſitum noſtrum ſciendum eſt,quòd operatur
iuramentum hic,non vt teſtamentum valeat,ſed vt mater legi
tima hæres ab inteſtato fideicommiſſum reſtituat, & erit intel
lectus ad iſtum tex.quem,& bene,ſenſerunt etiam Moder. Bo
nonien.in.l.nemo poteſt,nu.141.ff.de lega.1.Ro.ante eos,cõ
ſi.517.in caſu,colũ.6.& alium tradit Calca.conſi.17.quòd di-
cta tranſactio,col.vlti.quòd hic omnia procedebant à mero te
ſtatoris facto, qui omnium habebat notitiam, ergo non ſi ex
alieno.

## *Ad.l.fi.C.de iure* Emphytco.

## Emphyteota.36.

QVOD inueſtitura ſit de ſubſtantia contractus emphyteotici,
non eſt dubitandum,vt hic,immo quòd ipſum perficit, vt in-
quit Bal.conſi.116.columbinus,colum.2.vol.j. Verum quæri
tur poſtquam emphyteota inueſtitus eſt, & factus Dominus
vtiliter, an ſit prohibitus vendere ius ſuum irrequiſito Domi
no,certum eſt quòd ſic, ſed non tamen donare, vt adhuc not.
hic,tenetq́ue Spe.in ti.loca.§.nunc aliqua.ver.107.&Io.And.
in.c.potuit,vbi etiam Abb. & Moder.eo.tit. & eſt communis
opi.quam efficaciter probat Areti.conſi.41.diligenter, col.1.
diſputat ad longum Gui.Pap.conſi.147.conſilium,nu.6.&ita
tenet,quamuis Papiæ,vt refert, contrarium iudicatum fuerit.
Immo quòd poſſet vendere ſine etiam conſenſu Domini,ſi pa
ctum adiectum fuiſſet alienandi,vt pulchre docet Ro.469.em
phyteota.& videtur rationabile.l.iuriſgentium.§. prætor ait.
l.j.ff.de pac.& licèt donatio etiam valeat, debet tamen donata
rius, rem donatãm accipere per manus Domini, & ei ſoluere
quinquageſimam pro laudemijs,aliàs caderet in commiſſum,
ſecundum Salyce.& Gui.de Suza.hic, quos refert & ſequitur
Gui.Pap.deci.46.an emphyteota, colu.2.dicens, quòd iſta eſt
veritas, quòdq́ue ſic ſubuenitur Domino directo, circa præ-
ſerua-



ſeruationem iuris ſui emphyteotici, ex quo accipiendo inue-
ſtituram ab ipſo Domino,ſibi ſoluendo laudemia vt ſupra ob
ligatur in futurum eidem,ad ſolutionem canonis, & aliorum
iurium emphyteoticorum,ita vt dominium in eum non trãſ-
feratur ante inueſtituram, poſito etiam quòd interueniat pre-
carium,aut retentio vſufructus,de quo in.l.quiſquis.C.de do
na.& in.l.quod meo.ff.de acqui.po.Sed quæritur,an ſit caute-
la,vt Dominus directi,re vendita. eam capere non poſsit iure
prælationis.Idem deci.47.ſed poſſet,ad fi.dicit,quòd ſic,vendi
ta re,ſub conditione, ſi Dominus venditionem laudare volue
rit.Et quòd laudemia de iure debeantur Domino, pro labore
inueſtituræ,& proponendo donatarium in po.rei donatæ,tra
dit idem Gui.Pap.deci.101.ſi quis,col.pe.vel emptorem, quã
do cum conſenſu Domini alienatio ſeu venditio facta eſt, vt
ibidem.Et ſi emphyteota aliter verſetur,quàm in hac.l.& in.l.
ſecunda,ſupra eo.continetur,poteſt intentari condictio ex.d.
iuribus,& aduocari ab eo poſſeſsio, eodem adhuc teſte, deci.
454.ſupra, columna prima, quam authoritate propria etiam
capere poteſt,ſi res in cõmiſſum cadat, vt hic per glo.ad quod
tamen aduertit idem Gui.Pap.deci.107.licet,columna prima,
& dicit quòd in curia parlamenti Delphinatus ſeruatur con-
trarium. Et ad materiam nota vltimo,quòd licèt non alienet
abſque Domini conſenſu, ſitque in venditione neceſſarius,
quòd ſi nolit conſentire,cogitur,emptoremq́ue inueſtire.Do
minus vero feudi non, ex quo lege cautum non reperitur, vt
in emphyteota.& deci.415.ego emi,in prin. idem adhuc teſta
tur,& bene,eſtq́ue caſus,in quo de feudo ad emphyteoſim ar-
gu.non procedit, vt eſt regulare, & not.Specu.in ti.de feu.in.
§.quoniam ver.40.Bal.in.l.liberti,columna octaua.C.de ope.
liber.& in.l.voluntas.C. de fideicom. & in.c.j. in fi.quib.mo.
feu.cõ.po.in vſib.Soci. vbi etiam teſtatur, ita communiter te-
neri,conſi.167.non inutilis,col.pe.Alex.in.l.diuortio,in.§.ſi
fundum, col.2.ff.ſolu.ma.Iaſ.in.l.1.in.5.q. ſupra eo. & in.l.ſi
mihi & Titio,col.6.ff.de verbo.ob.

## *Ad.l.1.C.de mulie.in quo loco.lib.10.*

## Collecta.37.

ISTE tex.materiam etiam cõtinet quotidianam, potiſsimum

" in illis verbis,Patrimonij vero munera,neceſſe eſt mulieres in
" his locis in quibus poſsidẽt ſuſtinere. onera patrimonialia ſol
uenda eſſe in loco rei ſitæ, & vbi poſita eſt in æſtimo, quod
etiam authoritate ſua Bal.confirmat conſi.227.ſi quęratur,vo
lu.3.& idem habetur in.l.incola.ff. ad municipa.& fuſius dicit
Gui.Pap.deci.5.cum in præſenti,col.2.quòd immo inſpici de
bet cauſa, ex qua indicitur collecta, quia ſi ciuitatis vtilitas ſit
principaliter in conſyderatione,ratione patrimonij, ibi colle
cta indicta intelligetur,& ita loquatur glo.hic:ſi vero alterius,
puta Principis, tunc debebitur pro bonis etiam alibi ſitis.l.2.
&.3.C.de anno.& tribu.lib.10.declarat idem Bald.hic, & non
videtur habere dubium. Et licèt prædicta planè in bonis im-
mobilibus procedant,nihilominus ad mobilia etiam extendũ
tur, vt hic per Bar.nu.31. Adde quòd ita etiam ſeruat conſue-
tudo,eodem Gui.Pap.teſte,deci.87.ſi villa,colu.5.cui,vtpote
Illuſtri Iuriſcon.hoc ipſum dicenti,credendum eſt, iuxta not.
in.l.de quibus.ff.de legi.Alex.conſi.55.proſpectis, col.13.vo
lu.4.Afflic.in.c.j.in prin.nu.35.de feu.co.in vſib.Non poteſt
etiam imponi ſine ſuperioris conſenſu.l.2.C. de decu.lib.10.
l.ſi id.C.de lega. eo.lib. c.ſi quis.11.q.j.Spe.de ſyndi.ver.fina.
Bar.in.l.actor,ad fi.ff.rẽ rat.ha.& in.l. omnes.ff. de Iuſti. & iu.
melius hic nu.24.quàm alibi, Cano.in.c. conſtitutionem, de
verbo.ſi.& poſt omnes idem Gui.Pap.deci.631.in quadã cau
ſa,col.7. Nec aliter niſi pro modo bonorum, vt hic per eun-
dem Bar.nu.præallega.31.ergo Iudæi, cum non habeant bo-
na, non tenebuntur. tamen contrarium verius eſt, quoniam
habent in quibuſdam locis,vt Romæ,Bononiæ,Mantuæ, & li
cèt non habeant regulariter immobilia, habent tamen mobi-
lia & mercaturas,fœnuſque exercent, permiſsione Principũ,
& deci.inuenimus ſignanter eiuſdem Gui.Pap.395.de Iudęis,
quam nota,quia quotidiana eſt. Et ſubſidia omnes ſoluere te-
nentur,nulluſque eſt regulariter excuſatus,vt hic,& in.l.2.de
mu.pat.& in.l. patrimonium, quemadmo.ci.mu.indi.lib.10.
niſi ſit Doctor actu legens,quia tunc non tenetur de iure.l.me
dicos,& ibi not.C.de profeſſo.& medi.eo.lib.Bart.hic,nu.35.
quem reprehendit Gui.Pap.deci.88.ſed quæro, col.5.&.6.&
deci.388.quo vero,in.j.&.2.& male,quia Doctor proprie eſt,
qui actu legit.l.ſed & reprobari.§.fi.ff.de excu.tu. & quia ipſe
ſolus hoc caſu debet eſſe priuilegiatus.Tamẽ multa vrgẽt pro
Gui.etiam quòd actu non legat,& maxime id vnum,quòd cen
ſetur



ſetur nobilis,nobileſque non ſoluunt.l.ſocietas.§. ſocietas.ff.
pro ſo.& quia Doctorea dignitate nihil altius, ſecundum Bal.
in.l.j.C. de conſu.libro.12. Afflic. in tracta.iu. prothomi. in
in præfatio.colum.j.Appellaturque Magnificus,Illuſtris,no-
biliſsimus,& clariſsimus.c.nouit,de offi.lega.c.nouit,de iudi.
l.diximus.ff.de excu.tu.l.prouidendum.C.de poſtu. idem Af
flic.in.c.j.ĩ prin.nu.40.41.de feu.co.in vſib.Sed tu ab opi.Bar.
non diſcede, quoniam pro rei veritate dignitas eſſe videtur ſo
lius legentis, ipſique Doctori proprie priuilegia competere,
quod & nouiſsime Gramma.confirmat,voto.j.nu.5.& voto.
24.in cauſa, nu.2.nec de Doctoribus multa dicentes Veronẽ.
in.l.quibus.ff.de verbo.ſi.recordati ſunt,quòd non eſt in Pan
dectis,niſi ſolus tex.in.d.l.ſed & reprobari,qui Doctoris men
tionem faciat,& docuimus nos alibi ſatis.

## *Ad.l.1.ff.de uſufru.lega.*

## Qualitas. 38.

QVALITAS ſine ſubiecto eſſe non poteſt.l.j.ff.de vſuf.Bar-
to.in.l.ſi cui,nu.5.de fun.inſtruc.& hic, in fin.dicens hac de re
amplius,quòd de iure nec ſeruitus ſeruitutis datur, & Abb.in
c.quia nonnulli, col.j.de reſcrip. quòd rei, quæ non dum eſt,
ſeruitus conſtitui non poteſt, & aperte in ratione huius legis
exprimitur,& in pulcherrima.q.per Bald.conſil.454.caſus, in
prin.volu.5.& in.l.j.in fi.C.ſi ſecun.nup.mu.& in habitatione
Flo.in.l.Olympico, in fin.ff.de ſerui.vrba.prædio. quòd cum
ſit ſeruitus non poteſt alij deberi.Idem Bal.conſi.163.ſtatuto,
vol.j.Ro.in.l.j.in.§.vſufructuarius, col.2.ff.de no.o.nun. vbi
ſoluit vrgentiſsimum contrarium quoque.l.ſi tibi homo.§.fi.
ff.de lega.j.ad regulam.& quòd nõ poſsit eſſe qualitas ſine ſu-
biecto,tradit idem in.l.error, in.3.colu.C.de iu.& fac.igno.&
in.l.data opera,col.10.C.qui accu.non po.in territorio & iu-
riſdictione. & pulchrum verbũ dicit Gram. Bononien.in tra.
exten.33. quòd ſicuti celebrato diuortio, maritus deſinit eſſe
maritus, ita hac ratione vxor deſinit eſſe vxor. Et Cro.in.l.ſi
conſtante,col.26.ff.ſolu.ma. quòd in caſu illius legis dici non
poteſt,quòd ſocer ſubrogetur loco uiri in obligatione de do
te,cùm filius nunquam fuerit obligatus. Et Alex.conſi.30.ex
allegatis,nu.5.vol.7.poſt Bal.in.l.ſi abſenti,in fi.C.ſi cer.peta.

 quòd

quòd ſi non tenet principale, nec confeſsio tenebit, pendens ab eo. Et quòd adhuc accidentis ſit ineſſe, oſtenditur, quia ſi non probatur prius, quòd aliqua ſit meretrix, iam probari nõ poteſt, quòd ſit publica meretrix.l.palam.ff.de ritu nup.neque etiam quòd vulnus ſit mortale, niſi prius conſtet de vulnere.l.j.§.illud.ff.ad ſyllani.l.item Mela.§.ſi plures.l.huic ſcripturæ.ff.ad legem Aqui. nec quòd ſit quis fur manifeſtus, vel manifeſtus vſurarius, niſi liqueat prius quòd ſit ſimpliciter ſur, vel vſurarius, vt not.in.l.is qui opem.ff.de fur. plene idem Bal.conſi.465.viſis, in prin.vol.4.& in ſimili de probatione notarij, in authen.qui ſemel, col.3.C.quomodo & quando iud.& ad propoſitum quatuor ſunt, quæ à natura reſpuuntur, vacuum, dimenſionum penetratio, infinitum, & accidentium ſine ſubiecto ſubſiſtẽtia.diciqué poteſt, quòd qualitas ſit actionis inſtruſtrumentum, quo ſubſtãtia vtatur, quoniam calore agit ignis, per rhetoricam perſpicue dicitur, & recte per Iuſtitiam decernitur. Quòdque ſubſtantia deprehendatur etiam ex accidentibus, adeo connexa ſunt, exemplum, Malua ab Abſynthio figura & ſapore. & quòd denique talis iudicari debet, quale eſt ſubiectum.l.quæritur.ff. de ſta.ho. Bal.in.l.2.col.1.C.de bo.po.ſecum.tabu.multa Gomes, in.§.actiones, nu.23.Inſti.de ac.Et ad vtranque regu.notandum eſt, quòd ſicuti ſeruitus ſeruitutis eſſe non poteſt, nouiſsime Rom.conſi.151.præfati, col.2.Bal.in.l.ſi vxorem, in fi.C.de condi.in ſer.ita à ſimili non poteſt eſſe ceſsio ceſsionis.l. ſi mulier.§.ex aſſe.ff.de iu. do. Idem Bal.in.l.ſancimus, in prin.C.ad Treb.nec officiũ Iudicis mercenarium alteri deſeruire, vt per Cur.in.l.j.nu.82.ff. de iu.o.Iudi.poteſt tamen (quod pro limitatione obſerua) eſſe iuriſdictio iuriſdictionis.l.j.& ibi Iaſ.in fi.ff.de iu.o.Iud. Et qualitas ſine ſubiecto miraculoſe.c.cum Marthæ, de celebra.miſſa.Barba.in.c.cognoſcentes, col.8.de conſti. Vel in abſtracto, vt albedo in coruo, vel nigredo in cygno. Vel ſi extinguatur ſubſtantia, iuris eſt, vt qualitates remaneant in obligatione, licet nõ in eſſe naturæ.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.l.ſi ſeruum.§.effectus ff.de verbo.ob.Bal.cõſi.342.fuit, col.2.vol.3.& in.l.j.col.14.C.qui admi.& ĩ.l.j.in.§.ius naturale, ad fi.ff.de Iuſti.& iu. Vel ſi accidens connexum non ſit liti, ſed animo, vt in exẽplo eiuſdem, in.l.2.col.2.C.de fruc.& lit.expen.Rurſum dicas, quamuis qualitas non poſsit eſſe ſine ſubiecto, quod adhuc probatur in.l. eius qui in prouincia.ff.ſi cer.pe. & ex generali regula, de



la, de qua ibi, non entium non eſt qualitas. ſicuti nec motus ſine termino, nec acceſſorium ſine principali.l. Pomponius.§. acceſsiones, vbi Cuman. & alij.ff. de acquiren. poſſeſsio. poteſt tamen è contra, eſſe ſubiectum ſine qualitate, niſi naturalis ſit, vel inſeparabilis, vt calor in igne, albedo in niue, & nigredo in coruo, & fuſius ſupra, & in.d.l.Pomponius, in.§.cũ quis, & ibi per Docto.in prin.

## *Ad.l.ſi unquam.C.de reuocan.donatio.*
## Reuocatio donationis. 39.

DONATIO per ſuperuenientiam liberorum, ipſo iure reuocatur, nec refert, vt inquit Alex.conſi.68.cõſyderatis, in princi.vol.4. an quota bonorum donata ſit, an vna res particularis, fuſius Bal.in.l.j.col.pe.C.de inoffi.dona. qui hanc.l. etiam inducit, quòd ſi quis donat libertis, intelligitur donare, ſi ſine liberis deceſſerit, in.l.cum acutiſsimi, in prin.C.de fideicom.& in.l.irritam.C.de vſuca. pro dona.in.j.&.2.oppo. quòd ſicuti irritatur propter ingratitudinem, ita irritatur propter ſuperuenientiam liberorum.extendit Gui.Pap.cõſi.156. in quadam, col.j.& hæc reuocatio multum differt ab illa, quæ fit per titulum de inofficioſis donationibus, & per reſcriptum Principis, de qua in.l.Titia, in.§.Imperator.ff.de lega.2.& ibi Bart. differentiæ rationem aſsignat, in.2.colu.vbi etiam declarat, an huic legi poſsit renunciari. & ſi donatio ſimpliciter facta ſit, cui incumbat onus probandi, vel donanti, quòd non cogitauit habere filios, vel donatario quòd voluit donationem valere etiam filijs exiſtentibus. Ad primum etiam Rom.conſi.26. pro deciſione, col.2.Iaſ.in.l.pe.in.2.colu.pariter.C.de pac. & Cro.in.l.nemo poteſt, col.21.ff.de lega.j. Idem Ro.cõſi.269. non eſt dubium, col.j.Parpa.in.l.2.nume.33.&.34.ff.ſolu.ma. Rui.conſi.169.de tribus, nu.4.vol.j.&.173.quæritur, num.5.eo.lib. Habet quoque locum hæc lex, non ſolum ſi donetur extraneo, verum etiam ſi donetur vni ex liberis, vt per Bar.in l.ſi totas.C.de inoffi.dona.Rui.conſi.124.videtur, col.2.lib.1.in remuneratoria tamen limitãda, in qua locum non habet, quod ex multis oſtendit Iaſ.in.l. ſi non ſortem, in.§.libertus, col.5.ff.de condi.inde.Deci.conſi.20.in cauſa, in prin.volu.1.& conſi.366.pro declaratione, nu.10.vol.2. Et Corne.conſi. 206.

206.viſo litera r.vol.3.Corſe.in.c.grandi, nu.8.de ſup.negli. præla.in.6.Rui.conſi.101.in præſenti, nu.6.vol.1.& conſilio 173.quæritur,nu.12.eo.lib.& conſi.60.de re, nu.16. volu.3. Vel ſi cauſa pia ſit, de quo etiã Bal.in.d.l.1.col.vlti.C.de inoſ. ſi.dona.Corſe.in ſingu.donatio. Vel ſi pater donaſſet omnia bona ſua,hoc acto,ꝙ per natiuitatem poſthumi non reuocaretur,vt ibidem.et ad propoſitum verbũ reuertatur,de quo hic, notãdum eſt,quoniam iuris miſterium ſignificat, & directũ videtur,ſecundum eundem,in.d.l.ſi totas,in ſi.Galliau.in.l. cẽturio nu.444.ff.de vulga.& pup.ſub. & vtile eſt ſecundũ Bar.in l.quiſquis.C.de omni agro deſer.lib.10.pro ſubſtitutionibus. Et licet dubitatio ſit,an adhuc locum habeat hæc lex, etiã ſi iuramento donatio firmata ſit,aperte tamen Old.tenuiſſe videtur iure iſto,quòd ſic conſil.278.licet,colũ.2.multa Cur.ſeni. conſi.1.col.3.& intellectum tradit Bal.noſter,in.l.ſi.ad ſi.C.ſi in frau.pat.idem Deci.poſt eum,conſi.365.viſo,col.2.volu.2. quòd loquitur in poſthumo, ſacto naturę,nõ facto hominis. quòdque legitimatus,qui huiuſmodi eſt,reuocare non poterit retro alienata,& not.in.l.Gallus, in.§. & quid ſi tantum.ff. de lib.& poſthu.& in.c.quamuis,de reſcri.in.6.nec etiam adoptiuus,vt per Alex.conſi.40.ſuper primo, col.ſi.vol.4. Deci. in.c.in præſentia,col.18.de proba.& conſi.399.cõcluſio, col. 2.volu.2.Alex.conſi.39.ſuper primo,col.5.volu.4.& multominus naturalis,vt per Ro.conſ.194.i propoſita conſultatione,col.4.& de legitimato Mar.Lauden.in trac.de legi.nu.139. & quia donatio reuocatur per ſuperuenientiam liberorum,vt ſupra pp præſumptã mentem teſtantis, & fauore ipſorum filiorum,ſi aliquos ſuſcipiat,& poſtea moriantur,cum bona donata conſequi non poſsint,videretur dicendum,hoc caſu,donationem locum habere,& tamen Bar.tenuit cõtrarium,quoniam ſufficit ſemel extitiſſe,in.d.§.imperator,col.vlti.& male, ipſumque ſpecialiter reprobat Bal.in.d.l.j.col.vlti.C.de inoſ. dona.Pau.in.l.2.ad ſi.C.de poſthu.hæ.inſti.quos vltimo loco refert, & ſequutus eſt Galliau. in.d.l.Centurio, col. 40.ff. de vulga.& pup.ſub.Sed quid de fructibus? Idem Galliau.in.d.loco,col.126.concludit,ſi donatarius ignoret donantem filios ſuſcepiſſe,vſque ad tempus ignorantiæ non teneri, alias ſic,titulo donationis reſoluto,& vt per eum fuſius.etiã legata particularia,quantũcunque modica,reuocantur per ſuperueniẽtiam liberorum,vt inquit Areti.ponderando verbum partem aliquam



aliquam,de quo hic,conſi.92.viſo,col.4.& efficaciter probatur,nam donatio maiori firmitate nititur, quàm legatum, patet quia duorum conſenſu perficitur, nec poteſt niſi ex cauſa reuocari.l.j.ff.de pac.l.j.& toto ti.iſto,de reuo. do. legata autẽ à ſola voluntate legantis,quod etiam ſola volũtate adimitur. l.legatum.ff.de lega.j.l.3.§.ſi.ff.de adi.lega.ergo ſi donatio per ſuperuenientiã liberorum reuocatur,vt hic multo magis corruent legata.Sed dubito,quia in re minima locum non habet, vt plene per Deci.conſi.366.pro declaratione,nu.9.vol.2. Eſt etiam ſecundum Bal.intellectus ad hanc.l.conſi.306.caſus,colum.2.volu.2.quòd hic nullo modo pater de liberis cogitauerit.quoniam aliàs ſecus,vt per Soci.conſi.53.viſo,nu.7.vol.4. & ibidẽ etiam,nu.18.aliquid Corſe.in ſing.ſubſtitutio. Cro. in.l.Gallus,in.§.& quid ſi tantum,col.40.de lib.& poſthu.Soci.conſi.215.viſa,in prin.volu.2.Alexandri. conſi.99.viſo,numero.2.& vltra ſupradicta,an habeat locum & procedat, tam in donatione particulari,quàm vniuerſali, tradit etiã Cur.iu. conſi.56.præſupponitur,nu.8.& quia poſſet eſſe aliqua dubitatio,pulcherrima diſtinctione,opiniones concordat, vt per eum.Et hanc.l.limitat quoque in renunciatione,quã facit filia patri,ſecundum diſpoſitionem.c.quamuis, de pact.in.6.Idem Deci.conſi.181.ſatis,in ſi.volu.j.Soci.ante eum.& latius, con. 39.in quæſtione,nu.15.volu.3.& quòd donatio,tacitam hanc conditionem habere dicatur,niſi filij naſcantur, declarat Barba.in.d.l.cum acutiſsimi,citata etiam ſupra col.42.C.de ſideicom.multa Alex.conſi.162.viſis, in prin.& per totum, volu. 6.& quòd habeat locum in donatione omnium bonorum,vel maioris partis,tenũit Bal.in.l.propter litem,in princi.ff.de excu.tu.fuſius ſupra quòd immo etiam procedat in dona.rei particularis,idque Seyſel.quoque vltimo loco, teſtatus hanc eſſe communem opi.in.l.ex facto,col.2.ff.de vulga.& pup. ſubſti. Rui.conſi.107.viſo,nu.22.vol.j.& conſi.196. numero .6.eo. lib.& cum ipſo iure reuocata ſit,ſi filij naſcantur, non oportet dubitare,an tranſeat reuocatio ad hæredes, inquit Gui. Pap. deci.214.reuocatio,colũ.2.& quia de legitimatione naturaliũ ſupra facta eſt mentio,nota quòd per ſuperuenientiam liberorum nec ipſa reuocatur,eſtque & in hoc quoque cõmunis opi. vt in.d.l.ex facto,plene Alexã.concludit. Nec donatio ſi non fuit gratuita,vt per Bal.& Moder.in.l.j.& ibi Seyſel.colum.2. poſt eos.C.de pact.& pro complemento non eſt ſilentio inuoluendum,

uoluendum, duo hæc multum differre, quòd per ſuperueniẽtiam filiorum donatio reuocetur, & per ſecundum contractũ primus, in caſu, & exẽplo, quod ponit Afflict. in c. j. in. §. naturales, in. 5. not. nu. 25. ſi de feu. fue. con. int. do. & agna. in vſi. & quia Pet. helias, vt refert Gui. Pap. deci. 214. reuocatio, in fi. Ripa, & Tiraquellus, hanc. l. ſoléniter repetierunt, in ea pro nunc aliter non immorabor.

## *Ad. l. illicitas. §. ueritas. ff. de offi. præſid.* Iudex. 40.

MIRABILIS eſt tex. iſte, quòd nunquàm Iudex ad ſententiã procedit, niſi ſibi liqueat ex actis veritas negocij, ſuper quo ipſam laturus eſt, idemque legitur in. c. ſignificauerunt, de teſtib. pulchre Bellame. deciſio. 689. proxima, col. 4. & hoc eſt, quod dicebat etiam Roma. conſi. 211. allegationes, col. 2. quòd non ſufficit, certum fore, debitorem eſſe ſoluendo, niſi iudicialiter hoc certum ſit, & ipſi Iudici, vt iudici, Iudicialiter conſtet. Et Bal. in. l. certi iuris, in prin. C. de iudi. quòd debet ſequi conſciẽtiam legis, & ſuam, ſed magis illam, quàm iſtam, ideſt ſecũdum acta & probata. & Paris Pute. in tracta. ſyndica. fo. 59. colũ. 4. quòd adhuc ſecundum conſcientiam non iudicat, niſi habeat eam informatam ex notorio, ſitque ſibi notorium vt Iudici, pulchre Bar. & fuſius, in. l. vbicunque, col. 5. ff. de inter. ac. quòd iudicat quando aliquid ei notũ eſt, vt iudici, non ſi vt priuato. & glo. ad idem ante eum, in. l. j. C. qui & aduer. quos. text. pulcherrimus in. c. ſummopere. 11. q. 3. vbi ſummopere cauendũ eſt, ne Iudices furore, aut leuitate ducti, ſint præcipites, cauſam mature primitus ventilantes, vt cum res, quæ ignorabatur, ad notitiam pleniter venerit, diuina & humana lege reſoluta, ac remota quidem perſonarum acceptione, inde ſuam proferant ſententiam. & hinc eſt (ſubijcit Grego. ibi.) quòd Moſes ſemper querelas populorum ad Dominum ingreſſus referebat, quòdque iudicia proponebat, vt imperabat, ne ex nobis quoque ſed ex præcepto diuino condemnationis & iuſtificationis ſententiam pariter proferamus. & ſi quo caſu iudicat ſecundũ conſcientiam iudicare videtur, ex aſpectu minoris annorum. 25. l. minor vigintiquinque an. ex aſpectu. & ibi Bar. in prin. ff. de mino. & ſic non regulare, vt ſupra immo dicit Bal. adhuc, ꝙ iſte


iſte. §. debet eſſe ſemper ante oculos aſſeſſorum. in. c. ſignificante, nu. 4. de reſcrip. Ci. aliter ſenſit, quòd in ſapientia ſcilicet & conſilio, non in teſtimonijs conſtituta ſit iudicãdi æquitas, in ora. pro M. Fonteio. & ex his male, ſibique contrarius videtur, dum ad Heren. j. dicit, apud Iudicem hac ratione, deprecationi locum non eſſe, ſed ad eum, qui eſt legum Dominus, Senatũ, populum, aut Principem. Poſſet etiam ſecundum conſcientiã iudicare, in his quæ ſunt volontariæ iuriſdictionis, non cõtentioſe, vt per Flo. in. l. ſi irruptione, in. §. ad officium, col. j. &. 2. ff. fi. regun. Alex. & alios, in. l. bonorum, in vlti. col. C. qui admit. & quando veritas aliter haberi non poſſet, quoniam conſcientia eſt clipeus animæ rationalis. c. cum æterni, de re iudic. in. 6. Bal. conſi. 265. creditor, ad fi. volu. 1. Qui dicit etiã, quòd quæ certa regula determinari non poſſunt, ſubtilitati Iudicis committuntur, conſi. 149. proponitur, col. 2. vol. 1. & probatur in. l. vnica. C. de ſen. quæ pro eo. & in commiſſis à lege arbitrio ipſius iudicantis, quoniam mentes hominum non poſſunt depingi in pergameno, inquit idem Bal. conſi. 310. aut mulier, col. 2. eo. li. per tex. in. l. j. in. §. ſi quis vltro. ff. de quæſtio. & quòd alias nec de facto ſuppleat, nec ex conſcientia iudicet, ſed ex actis, ex quibus apparet veritas, tradit conſi. 403. Ioannes, col. 3. vol. 3. & conſi. 479. tres, ad fi. vol. 5. & conſi. 378. caſus, col. 3. eo. lib. & plus declarat Alexã. quòd quando iudicat ſecundum conſcientiam nemini nociturã, quòd debet eſſe informata à iure & ab actis in. d. l. bonorum, in fi. & ſi ſecundum allegata & probata iudicet, vt publica perſona iudicat, quoniã quod ſcit, vt priuatus, dicitur ignorare, et nihil ſcienti eſt ſimilis. & quod vulgo dicitur, crimina, vndecunque claruerint, puniri debere. c. ecce. 24. q. 3. non ita ruditer intelligendum eſt, ſed debito modo, vt hic, & in. l. qui accuſare. C. de eden. Abb. in. c. ſuper his, col. 2. de accu. Diuerſimodeque determinatur. q. à Theologis, ſi quis falſis teſtibus conuincatur, quem tamen innocentem ſciat Iudex, an interfici poſſit. Tho. dicebat quòd ſic, Auguſti. contrarium, intellige quando teſtes de falſo redargui non poſſunt, nec Iudex ſuperiorem habet, ad quem remittatur. Quid tenendum ſit, cogita tu, quia ego interim à Tho. non diſcederem, caſus eſt in. §. iſto, quicquid aliàs dixerim in collectane. quòd opi. Auguſti. eſt æquior, & fuſius quàm hic. Adde vltra dicta ibi, nouiter, quòd antiquitus quoque (vt apud Liui. legimus) lis æſtimari ſolebat, cùm deliberaretur ex actis,

actis,an reus abſoluendus eſſet,vel condemnandus. Et quòd iſte.§.debet intelligi in Iudicibus inferioribus,exceptis tamen caſibus,de quibus ſupra & in.l.lex quæ tutores.C. de admini. tu.quoniam præfecti prætorio etiam ex conſcientia iudicant. l.vnica,& ibi Barto.C.vt quæ deſunt aduo.& Domini de parlamento Frãciæ, qui illis æquiparantur, vt declarat Gui. Pap. deciſio.29.in ſuperiori,in princip.& cum in inferioribus ſpeciale ſit,caſibus quibusdã enumeratis vt ſupra inque his perſonis Illuſtribus,iuxta not.in.l.j.ff.de offic. eius. in contrarium erit diſpoſitio iuris communis & regula, & ſomnium aliter tenere,vt tenuit Mar.& ſequaces contra Ioan.hic.l. ius ſingulare.l.quod vero contra.ff.de legi.l.quæſitum.§.denique ff.de fun.inſtruct.not.plene in.c.ne initaris, de cõſtitu.nonnihil idem Guid.Pap. conſilio.118. circa,col.9.& ſi hęc pauca fuerint,ex ante dicto loco collectane. ſuper iſto §.ſi expedit, ſique tibi videatur, multo plura legere poteris, quæ in pręſentiarum non ſunt hîc aliter repetenda.

MARCI



# MARCI MANTVI, BONAVITI PATAVINI, IVRISCONSVLTI, COMITISQVE

## locorum communium iuris.

### LIBER TERTIVS, ET VLTIMVS.

*Ad.l.Barbarius.ff. de offi. Præto.*

### Error communis. 41.

QVONIAM iam factum eſt tritum ſermone prouerbium,quòd communis error facit ius,& quoniam dixi ſatis in collectane. non intendo hìc multum etiam immorari (ridetur enim corda qui ſemper oberrat eadem,vt poeta inquit) igitur vltra dicta ibi, adde nouiſsime Stepha.in tracta. de poteſ. ſecu.ſuper ec.in fallen.2.reg.nu.58. dicentem,ſi iudex errauerit in facto.errore probabili,& ſententiam in aliquem tulerit, credens ſe Iudicem,quòd valet quod agit,quoniam in iudicijs opinio præfertur veritati.& quòd vbi clericus communi opinione reputatur laicus,ſi à Iudice ſeculari citetur, nec comapareat,poterit mulctari & condẽnari in expẽſis, & bene.l.ex quacunque.ff.ſi quis in ius vo.non ie.l.ſi quis ex aliena.ff.de iudi. c.ſi duobus,de ap.& dic amplius ad regu.quòd qui pro maiori parte Mundi reputatur Papa,poteſt Papa creari,vt dicit Bal. in not.caſu,con.477.quæritur,vol.1.& fuerunt aliqui (quod pro declaratione eſt notandum) qui voluerunt,hanc.l.nõ habere locum in Iudice delegato,præſertim Inno.in.c.cum dilecta,de reſcrip.& male,contrariumq́ue,tenet Abb.in.c. gratum ad fi.de offi.de.& intellectum tradit,quòd hic non ſolũ ſit cõmunis error,verum etiam officium,emanans ab habente poteſtatem,quòdq́ue iuriſdictio durauerit committentis,quoniã ſi duraret ſolus error,iuriſdictio tribui non poſſet.& ad.q. infert ſi quis emeret rem à prælato intruſo, qui nullum titulum habeat,ſibi à ſuperiore collatum, & communiter putetur prælatus,an iſte error communis faciat contractum valere. Addè

rurſum,

rurſum,& magis in terminis(mitto quòd multa dicat etiã Deci.in.l.in omnibus,in fi.ff.de regu.iu.) ſi in loco habeatur quis pro procuratore domini, (& eſt quotidianum) eique ſoluat emphyteota,quòd liberatur,vt ex multis oſtendit Gui. Pap. deci.173.in dicto,col.2.Dicens etiam deciſio.260.curator, quod ſi prodigus,biennio,vel triennio,reputetur ſanorum morum ſufficit.Et deci.563.an Monachus,colũ.2.quòd ſi Monachus clauſtralis putetur,& habere licentiam ab Abbate feratqueſententiam,valebit propter publicam vtilitatem,& cõmunem errorem gentium,vt hic,& benignitas eſt, in hoc publico ac cõi errore fundata,qua geſta ſuſtinentur,vt inquiunt Moder. Bononien.in.c.ſi duobus,poſt multa,nu.37.de ap.& Bellame.deci.66.decretum,in fi.quòd geſta per non canonice inſtitutum, ex publico errore pariter iuuantur.Subinde declarãdo, quòd ius faciat,quando interuenit authoritas ſuperioris,quãuis defectus ſit ex parte recipientis,& ita etiam declarat Rui. conſil. 15.viſo themate,nu.7.vol.2.& cõ.48.videretur,nu.4.vol.4.& ex his finem facimus,lucro appponentes, quòd hęc paucula, vltra dicta aliàs conſecuti ſimus.

## *Ad.l.Medicos.C.de profeſſo. & Me.lib. 10.*
## Doctor 42.

PRIVS quàm materiam principalem huius.l.attingamus,dum Archiatri mentionem facit,dic vt ẽt dicit gloſ. quòd princeps Medicorum eſt,licet aliter intelligat Caſſane. in glor.mundi, parte.6.conſyderatio.13.quòd ſit princeps potius eorum,qui atrijs principum deſtinantur, quique alio noĩe appellantur oſtiarij,poſt Luc.de pen.in rub.C.de comi.& Archia.ſac.pala. lib.12.nec diſplicet.ſed tamẽ quia expoſitio prima magis quadrat verbis,in prin.ipſius poſitis,quæ ſunt, Medicos & maxime Archiatros,ea ſola tenenda eſt.& in ſpecie Illuſtris vir & Sena.Regius,Tiraquel.ipſum reprehendit,in li.de nobili.c.31. nume.18.& ibi,quòd hac ratione Aeſculapius ἀρχίατρος appellatus eſt,& bene.Modo ad materiam legis tranſeuntes, quæ de Doctorũ immunitate loquitur,ſicuti &.l.ſancimus .C. de aduo.di.iudi.ſciendum eſt,intelligi vt hic per Bar.de his qui actu legunt,ex quo Doctores proprie appellantur,vt diximus nos quoque in ſimili ſupra collecta.37.ad.l.1.C.de mu.in quo lo. de induſtria



de induſtria id nunc aliter non repetentes.Quòdque Doctores etiam priuilegiati ſunt,vt capi non poſsint,cle.2. & ibi Ancha.de magiſ.Areti.conſi.94.reſpondeo,in prin.Bellen.in tracta.de charitati.ſubſi.q.98.an rectores, ad fin. & multominus torqueri,quoniam dignitatem habent,ſecundum Bal.in.j. cõſtitu.Co.in.§.j.& in.l.fi.C.de Iudæ.Abb.in.c.quanto, de magiſt.& facit,quia ſicuti vtilitas pub.eſt cauſa priuilegiorũ militarium.l.j.l.milites.C.de teſta.mil.l.fi.C.de reſti.mi. ita verſatur in exercitio Doctorum,qui non minus prouident humano generi,nec minus laborant,quàm milites clipeis & thoracibus,patriam,ſalutemque ciuium defendentes, vt dicitur in.l. aduocati.C.de aduo.di.iudi.& vltra dicta in loco ſupra alleg. quòd Doctorea dignitate nihil ſit altius, quòd Illuſtres ſint, Magnifici Nobiles,& clariſsimi,etiam quòd actu non legant, licèt à prima opi.ibi nõ diſcedam,nouiſsime addas, quòd quaſi radij Solares,& velut luminaria ſplẽdeſcere dicũtur, in perpetuas æternitates manſura, quòdque ſcientia ipſorum Mũdus illuminatur,vt in.c.multi,de pœni.diſtin.2.& in.c.j.de reliq.& ve.ſanc.& in.c.ſuper ſpecula, de magiſtra. & in authen. habita.C.ne fi.pro pa.& in .c. cum ex eo, de electio. in ſexto. Quid quòd Doctor Deus appellatus eſt,vt Moſes, vicemque Prophetarum tenent in eccleſia,eiuſdemque ſunt columnæ, & parietes,ac (vt diximus) Mũdi lumina,& muri bellatorum inexpugnabiles.Et ſicuti non torquetur, non afficitur quoq; vltimo ſupplicio,nec membri mutilatione,niſi degradatus ſit, vt dixi in.l.1.ff.de offi.eius. & in.l.Imperium, de iu.o.iudi.& not.in.§.ad hæc, in authen.de collato. Bar.in.l.1.in.2.col. C. de digni.lib.10. & quòd torqueri non poſsit, vt ſupra in ſpecie tradit Gramma. voto.1.nu.4. niſi ſit de crimine falſi accuſatus, quia tũc ſecus.l.ſi quis decurio.C.ad legem Cor. de fal. Idem Gramma.voto.25.in cauſa, nu.5.& quòd poſsit agi lege Iulia de vi pub.ſi fiat eidem iniuria,tenet etiam Gui.pap.deci.88.ſed quæro,in fi.& videtur caſus in.l.lege Iulia 1.ff.ad legem Iu. de vi pub. quòdque ei nullum perſonale munus imponi debeat,& quòd non teneatur in ſubſidijs cõtribuere,ibidem col. 5. &.6. & ad ſaturitatem priuilegia alia multa ponit Barba.more ſuo, in prohe.Cle.in.§.ſalutem à nu. 15.vſque in fi.de reſcrip.Nec ad propoſitum prætermittendum eſt, quòd cum Neapoli And.de Iſer.à Gallo interfectus fuiſſet, contra quem ſententiam tulerat, crimen huiuſmodi, læſæ maieſtatis crimini,

crimini,comparatum eſt,vt Capici.refert, deci.130. primum
dubium,nu.43.Et ad idem decidit Seyſel.quòd Doctorem le-
gentem offendentes,crimen publicum committunt pariter,ac
ſi offenderent ſacerdotem, in.l.1.in prin.ff.de Iuſti.& iu.& ibi
Bal.ante eum, lectu.1.in fi. & habetur in.l. quis in hoc genus.
C.de ep.& cle. Mitto quòd Doctor iuriſdictionem habeat in
ſcholares, vt dixi in.d.l.imperium,immo merum imperium,
authen.habita.C.ne fi.pro pa.licèt dicat Bar.in.d.l.imperium,
nume.7.quòd hoc idem non ſeruatur de facto. & quòd iuriſ-
dictionem habeat in ſcholares, tradit etiam idem Baldus in
l.1.in.2.col.C.de eman.libe.& in.1.par.fforũ, in.§.fi.Et quòd
appelletur Illuſtris,vt ſupra in prohe.fforum, in prin.per illũ
tex.notat,& fuſius in fi.ibidem & in.§.ſed cum vos,adhuc per
illum tex.in.d.1. par. fforum quòd eſt legitimæ ſcientiæ pro-
feſſor. & in.§.itaque, col.1. quòd omni tempore & loco eſt
felix. & quòd eſt ſacerdos nõ ſpiritualis, ſed temporalis, in.d.
l.1.lectu.1.in fi.ff.de Iuſti.& iu. & ibi quòd Doctoratus digni
tas conferri non poteſt, niſi authoritate publica. & non ab re
præcedit militem, licèt hoc ipſum ad partes diſputet Signo.
homodc.conſi.23.quæſtio, per totum, & tradit Aluaro.in.c.
1. col. 10. quis di. Dux Comes uel Mar. in uſib. poſt Bald.in
prohe.fforum, in rub.ad fi.& exemplificat in Bononienſibus,
qui ita obſeruant, & bene, intelligendo de Doctore habente
intellectum tranſcendentem, & qui maximi legũ vertices ap-
pellari meruerunt, non de Doctorellis.l. ſed & reprobari.§.
valde.ff.de excu.tu.Barba.in rub.de offi.dele.col.1.ad fi. & ꝙ
militi præferatur, nouiſsime etiam tenet Galliau. in.l.centu-
rio,col.4.ff.de vulga. & pu.ſub.non mirum igitur ſi immuni-
tatem habet,& priuilegia vt ſupra & ſi non eſt Doctor,qui nõ
eſt factus per rigorem examinis, & ſi priuilegijs denique non
gaudet,vt pulchre dicit Seyſel.in.l.Centurio, col.2.de vulga.
& pup.ſub.Verum pro complemento dubitatur,quid in licẽ-
tiato,an hæc lex in eo locũ habeat, Gui.pap. ſentit, deci.390.
ſed quid,in fi.quòd non. Contrarium vero Bal. in.l.1.ff.ſolu.
ma.& probatur in.l.ſocietas, in.§.fi.ff.pro ſo.& quia Ro.fue-
rat licentiatus,& tamẽ vt Doctor legebat, prout teſtatur in.l.
ſi finita,in.§.Iulianus, in fi.ff.de dam.infec. Breuiter opi.Gui.
verior videtur,ſecundum quam etiam fuit iudicatum(vt teſta
tur ibidem) licèt Ro.vt Doctor legeret,quia vna hyrũdo (vt
eſt in prouerbio) ver non facit,nec lapis domum,nec caſus le-
gem,



gem,vel ſi fallentia ſit, ſubſtantiam diffiniti nõ mutat, vt in ſi-
mili inquit Bal.in.l.2.in.2.col.C.de bo.po.ſecun.tabu.& in.l.
1.in.§.ius naturale,lectu.1.col.2.pariter.ff.de Iuſti.& iu.& in.
c.1.in.§.ſi ruſticus, de pa.te. in vſib. Et quia in Medicis etiam
hæc.l.loquitur, expeditum eſt, eos quoque immunitate gau-
dere,nec in ſubſidijs contribuere,niſi mercaturam exerceant,
& ita vidiſſe ſeruari ſemper in curia parlamenti Grõnop. re-
fert & teſtatur Gui. pap. deci.394. de Medicis, in prin. forte
quia ſalutis hominum curam agunt.l.1.§. Medicorum.ff.de
va.& extraordi.co.Et ad Doctoreæ dignitatis propoſitum,ꝙ
magna ſit, ea ratione etiam probatur, quia CHRISTVS IE-
SVS quoque,vt cum eo finiamus, & nobis ſemper propitius
ſit,ac noſtrorum operum adiutor, Doctor eſt,docens ſapien-
tiam,Iuſtitiam,& virtutem. Schola,eccleſia.cathedra rationa-
lis mens. & liber denique, doctrina eiuſdem ſalutaris, Eſai.c.
48.ſap.8.ec.5. & Matth.11.

## *Ad.l.1.C.de probi.ſeq.po.*
## Sequeſtratio. 43.

QVAMVIS regulariter ſequeſtratio prohibita ſit,vt hîc, fal-
lit tamen, ſi timeatur fructuum depopulatio, vt in.l.Impera-
tores, in fi.ff.de ap. & ibi Imo. & cùm Dominus contra colo-
num agit, ſecundum Bar.in.l.ne diutius,col.1.C.de agrico.&
cen.lib.10.& ſi perſona ſuſpecta ſit,ne rem habere deſinat.l.li-
tibus.C.eo.l.ſi cum dotem.§.ſin autem,in fi.ff.ſolu. ma.Bal.in
l.fi.C.vbi in rem ac.fuſius glo.in.l.ſi fideiuſſor, in.§.fi.ff.qui ſa
tiſda. co.Fallit etiam regu.fauore dotis, vt per Bar.in.d.§.ſin
autem,in prin. Et eo caſu quo fit, non parti incumbit, ſed iu-
dici.l.acceptam,& ibi Pau.de Caſ.col.2.C.de vſu. Et poſſet di
ci vnico verbo, quòd prohibeatur à lege, & permiſſa non ſit,
niſi in caſibus à iure expreſsis,vt dicit Bal.conſi.195.punctus,
col.2.vol.1.Gui.pap.conſi.123.magnificus,col.vlti.Seyſel.in
l. ſi mora, col.2.pariter.ff.ſol.ma. Et quòd à ſequeſtro incipi
non debeat, quòdque prohibitum ſit vtroq; iure ciuili & Ca-
nonico,tradit etiam Ancha.conſi.140.primum dubium,col.
2.Sed pro declaratione ſciendum eſt,ſi ſit voluntarium, quòd
ſemper licebit.l.ſi ſoluturus.ff. de ſolu l.1.ff.depo.quoniam à
voluntate partium etiam procedit,& eſt argu.in.l.1.in.§.ſi cõ

ueniat.ff.eo.& in.l.legem,cum ſimilibus.C.de pac.non autem ſi inuita parte fiat, niſi in caſibus à iure expreſsis vt ſupra & enumeratis in.l. iſta, & in.d.l.ſi fideiuſſor, in.§.ſi. qui ſatiſda. co.Bar.in.l.intereſſe.ff.de acqui.po.vbi praticam quoque ponit, calamo non occludendam, ſi iudex faciat ſequeſtrari res, quæ ſint tempore perituræ,vt vendantur,& precium, ſeu pecunia,in ſequeſtro ponatur,& bene.d.l.litibus.C.de agrico.& cen.lib.10.l.is cui.§.queri poteſt, cum.l.ſeq.ff.vt in po.le.l.ſi. ff.de requi.re.& idem dicit in.l.ſi oleum.ff.de dolo.& aliud ad materiam,quòd natura ſequeſtri eſt,vt nõ reddatur,niſi finita lite. Item quòd quando res deponitur apud ſequeſtrum, licèt perdatur poſſeſsio, quòd non tamen perditur commodũ poſſeſsionis,quãtum ad onus probandi, per not.hic, & in.d.l.intereſſe,& vbi de via facti dubitatur,propter partium potentiã, addendum eſt, quòd etiam ad ſequeſtrum procedi poteſt.l. æquiſsimum.ff.de vſuf. & teſtatur Gui. pap. ita etiam in iudicijs ſeruari,deci.246.Iudex, col.2.& dicit,quòd proprie banna appellantur,& latius in.d.§.ſin autem not.Et in præallega. deci.246.in prin.idem Guid.Pap. quòd eo caſu quo ad ſequeſtrum proceditur,quatuor ſeruãda ſunt.Primo ſummaria cognitio iuris creditoris, vel alterius ſequeſtrum fieri petentis. Secundo citatio debitoris. Tertio quòd ad conſeruationem iuris petentis fiat,& non calumniæ,vel æmulationis cauſa. Vltimo quòd ſuſpicio debitoris appareat, vel alterius cõtra quẽ ſequeſtrum fieri requiritur, de quibus aliqua etiam ſupra eſt verum quamuis fieri non poſsit(vt dictum eſt,niſi in certis caſibus)quod tamen creditore poſtulãte,deſcriptio rerum, quæ ſequeſtrari debebant, fieri poterit.l.j.§.ſeruus, & ibi Bar.ff.de ven.in po.mit.Idem Gui.Pap.deci.351.vtrum,col.2.

### *Ad.c.1.quæ ſint* Rega.*in uſib.*
### Regalia.44.

INTER Regalia ſupremorum Principum, non ſolum enumerantur flumina nauigabilia,verum etiam portus & ripatica,vt hic,immo quòd ſunt quandoque in dominio ipſius Principis, ex quo leges ipſi ſoli de his diſponere permittũt.l. quominus ff.de flu.l.continuus.§.cum quis.ff.de verbo.obli.l.Celſus,in prin.ff.de contrahen.emp.Bal.conſi.254. caſus, col.2.volu.3. Qui



Qui etiam conſil. 370.verba, col.2.pariter,eo.lib.dicit,quòd exactiones vectigalium ſunt contra ius, quòdq; præſcribi nõ poſſunt,& quòd exactio ipſorum pertinet ad Regalia, non ad ciuitates. Et conſi.439.amplius, col.3.eo.lib.quod nulli,niſi Principi,Regalia poſſunt applicari. Et ferè ad idem,maxime quòd præſcribi non poſsint,conſi.468.qualiter, col.vlti.eo.libro in paſſagijs exemplificando,& cæteris, quæ Principi ſunt reſeruata, in ſignum ſupremæ poteſtatis. Et conſi.52.in primis,col.j.volu.4. quòd habere territoria caſtra & imperia, eſt habere regalia.Et conſi.445.qualiter,col.2.volu.5.quòd licèt merum & mixtum imperium præſcribi poſsit lõgiſsimo tempore.l.viros.C.de diuer.offi.lib.10. non poſſunt tamen quæ ſunt Principi reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, vt paſſagia,et ſimilia,niſi vt infra.Et dixi ego in.l.imperium.ff.de iu. om.Iudi.poſt alios, quòd mandata iuriſdictione etiam per dictiones vniuerſales,omnis iuriſdictio mandata videbitur, præter ea,quæ Principi ſunt reſeruata in ſignum ſupremæ poteſtatis, vt Regalia. Pulchre Seyſel.in ſpecu.feu.qui feu.da.po.in prin.col.j.Cudere monetam,etiam ad hæc ſpectet,& ſoli Principi conceſſum eſt,vt inquit Gui.Pap.deci.498.cui competat, in prin.Et in flumine Rhodani,vltra ſupra dicta, exemplificat quoque,deci.577.ad quem,col.j.Et dicit rurſum Nicola.Boe. in tracta.de ſeditio.præſuppoſi.6.col.2. quòd Dux Florentiæ habet Regalia,ex priuilegio.& iure merito quidem,quoniam inter cæteros totius orbis Principes tantum eminet, innocentia eximius, ſanctitate præcipuus, Iuſtitia clarus, liberalitate admirabilis,clemens & pius, ad quem tanquam ad vnicum decus & præſidium,nõ ſecus quàm ad anchoram, literati omnes cateruatim decurrunt,quãtum lenta ſolent inter Viburna Cupreſsi.Et ad propoſitum redeuntes,adhuc ſciendum eſt, quòd Regalia hæc conſtituta fuerunt, vt Rex faceret Iuſtitiam ſubditis,quemadmodum hic not.per Docto.& in ſpecie Afflic.in rub.nu.28.Et nu.26.poſt Bal.in.l. cum multa.C. de boniſque libe.& in prima conſti.Codi.quòd Conſtantinus,poſt eius baptiſmum,in reſignatione Regalium, quam fecit beato Syluestro,reſignauit ſibi enſem oſtendens ſe non legitime vſum gladij poteſtate,nec legitime Imperium habuiſſe.Dicunt quoque Veronen.in.l.eum qui vectigal,col.vlti.ff.de verbo.ſi.quòd ſi Papa,vel Imp.faciat Regem, videtur etiam ſibi concedere ius colligẽdi pedagia,& omnia Regalia,& bene.quatuorque ſunt

quoque Regalium caſus, Pro filia maritanda, Pro noua militia, Pro redemptione Domini. & pro terra emenda, quos enumerat Guid. Pap. conſi. j. col. 5. Et nota, quamuis dixerim ſupra non præſcribi regulariter, quòd verum eſt, niſi labatur tẽpus, cuius memoria hominum non ſit in contrarium, quoniã habet tunc vim priuilegij & conſtituti. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſti. & ibi diximus. & nouiſsime Bar. verbum eſt, in. l. ſi publicanus, in. §. fi. in prin. ff. de publica. Sauilia. conſi. 54. quæritur, col. 2. volu. j. diſputant Moder. Bononiẽ. in. c. j. nu. 205. de conſti. Et caſum decidunt in. c. quæ in eccleſiarum, vbi & nos multa, nu. 85. eo. ti. ſi Tyrannus violenter ciuitatem occupet Imperij, & Regalibus vtatur, demum poſt aliqua tempora à Principe confirmetur, quòd non propterea violentiæ vitium purgabitur. & probatur in. l. cum hæres. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. & in. §. furtiue, Inſti. de vſucapio.

## *Ad. l. quotiens. C. de rei uendica.*

## Prior tempore. 45.

IDEM quod hic dicitur, habetur etiam in regu. qui prior, de regu. iu. in. 6. ſumpta tamen ex iſto tex. & in. l. ſiue autem, in. §. ſi duobus. ff. de publicia. & ita declarat per eam quod legitur in c. Abbate ſanè, de re iudi. in. 6. Bal. in. l. j. in. 5. col. C. ſi plu. vna ſen. quòd hoſpitalarij, in caſu de quo ibi, quoniam priorem titulum habebant, debent eſſe potiores in iure, & monaſterio, ſeu Abbati de Roſellis omnimodo præferri. Et conſi. 58. quidam, in prin. vol. 5. quòd pręſumitur prioritas poſſeſsionis, ex prioritate tituli. Rom. conſi. 298. circa, col. 2. Aliter dicit Bal. hic, & Gui. Pap. deci. 85. curia, col. vlti. quòd in beneficialibus inter contendentes, attenditur iuſtior. Et inducit Deci. in regu. contractus, col. 4. de regu. iu. quòd ſi res vendita ſit, vel donata duobus ſucceſsiue diuerſis temporibus, ille erit potior, cui prius traditio facta ſit. Idemq́ue in regu. quotiens, in princi. ff. eo. Bal. ante eum, conſi. 468. factum, col. j. vol. 5. & conſilio. 369. venditor, in prin. eo. lib. & conſi. 414. factum, ad fi. volu. 2. Ro. conſi. 270. pro deciſione, in prin. Et ampliat Gui. Pa. teſtatus etiam, ita de ſtylo ſeruari in curia parlamenti, quamuis per traditionem calami is poſſeſſor factus ſit, nec actus aliter corporeus interuenerit, vt eſt regulare, deciſio. 81. ſi debitor.



bitor. exemplum, debitor cùm per traditionem calami prius creditor, vel etiam emptor rei pignoratæ, poſſeſſor factus fuiſſet, rem ipſam vendidit alteri, & eidem tradidit, certe primus erit omnino potior ex his, quod & ipſe fuſius probat, & bene ibidem, col. 2. & deci. 22. fuit, col. 2. & deci. 112. in dicta, in princi. Eſt verum quando appareret de contraria voluntate mandantis, in caſu. c. pe. vt ibi not. de præben. in. 6. Secundo receptum omnibus etiam anterioribus eſſe præferendum, quòd tunc regula non haberet locum. & hic, & in. d. regu. quotiens, & in. d. reg. qui prior. Vbi melius & poſterius priori pręfert. c. prima annotatio. 16. diſ. c. ſicut. 23. q. 4. c. loca. 40. diſ. §. ordinatione, in authẽ. de Mona. Et quòd in perſonis eccleſiaſticis regu. locum habeat, vt etiam dictum fuit ſupra in inductione. c. Abbate, de re iudi. in. 6. & tradit Iaſ. hic, limita. 7. nouiſsime tenuit etiam Capici. deci. 182. in cauſa, col. 4. Et in ſpecie quòd habeat locum, ſeu quòd ſeruetur etiam contra clericum, non obſtante quòd incommodum afferre poſsit, affirmat Abb. in c. continebatur, de his quæ fi. à præla. Alex. conſi. 122. viſo, colum. 2. vol. 5. Felin. in. c. eccleſia ſanctæ Mariæ, col. 26. de conſti. Zane. in tracta. diffe. iu. ca. & ci. differentia. j. col. 2. num. 15. Rui. conſi. 37. proſequendo, nu. 15. vol. 4. Maran. diſpu. 8. nume. 22. Et idem in locatione, vt per Soci. conſi. 29. viſis, col. 1. & 2. vol. 4. contra Rot. deci. 879. vtrum, in antiq. Non tamen in feudo, ſecundum Ro. conſi. 70. viſis, col. 3. Nec in iure patronatus, quoniam poſt inſtitutionem primi, non valet inſtitutio alteri facta, etiam cum traditione poſſeſsionis. c. ſi tibi abſenti, de præben. in. 6. Abb. in. c. quod autem, col. 2. de iu. patr. Et ad feudum redeuntes, declarant Veronen. caute. 130. ſi Dominus. ver. ſed quid ſi Vaſallus. & in prin. cautelam tradũt pro ſecundo inueſtito, vt ſit primo potior. Contra quam tamen faciunt dicta per Ro. in loco de quo ſupra referunt Bononiẽ. ſingu. 82. volo tibi, in prin. vbi alias etiam limitationes ponũt. multa ante eos Soci. reg. 118. emptorũ, cũ fallen. ſuis. & intellectum Gui. Pap. deci. 603. & dictis, in donatione, quòd procedit, quando quis omnia bona ſua donauit, non ſi partẽ, ex quo donator vnam rem alteri donare poteſt, & is primo donatario præfertur. Et ad propoſitum, ſi non conſtat, cui prius tradita res ipſa fuerit, quòd præſumatur tradita primo emptori, tanquam iuſtiori, vt hic not. Verum eſſe dicas, quando vterq; precij numerationẽ probat, ex quo aliàs prius illi tradita præ-

 ſumetur,

ſumetur, qui ipſum numerauerit.§.venditæ, Inſti.de emp.& ven.Bal.in.c.j.in.§.ſi facta,ſi de feu.conten.fue.int.do.& agna in vſib. Qui ſumpto argu.ex iſta.l.dicit etiam in.c.cęterum,in prin.& poſt Iaco.de Are.hic.quòd eſt ſimile in duobus literas præſentantibus, quòdque hoc caſu prioritas datæ attendetur. refert idem Zaneti.in loco de quo ſupra.nu.17.Et quia in pignore conſtituitur ius ex ſolo titulo, abſque traditione.l.j.ff. de pi.ac. in eo diſpoſitio huius legis locum non habet, vt hic per Cy.Bal.Saly.Pau.de Caſ.& Iaſ.& Soci.in regu.præallega. fallen.vlti.& Moder.Fanen.in tracta.de pi.& hypothe. in primo membro quintæ partis, nu.46.Tho.Fer.cau.48.ſi quis,colum.2.Tiraquel.in tracta.retrac.fo.368.nu.4. Nec in Principe,ex quo dominium transfert ſi contrahat ſine aliqua traditione,vt adhuc not.hic per eundem Iaſ.col.2.poſt Bal.in prælu.feu.& eſt not.limitatio etiam ad.l. traditionibus, vbi idem Iaſ.fuſius,in prima.C.de pac.adde quod not.in.cap.volumus. 16.q.6.& in.c.capitulum Sanctæ Crucis,de reſcrip.& in.cap.ſi clericus,de præben.in.6.& in.c.fin.de pecu.cle. Afflic.plene in d.§.ſi facta,col.2.& breuiter an locum habeat in beneficialib⁹. in iuribus incorporalibus,in cõſtitutione precarij,in locatione vt ſupra in Publiciana. in ſententia.in ceſsione.& matrimonijs denique,idem Afflic.vltra Iaſ.hic, & alios in locis præallega.videndus eſt,in.c.j.col.7.qui ſuc.tene.in vſib.

## *Ad authen.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.uen.*

## Iuramentum minorum.46.

Ex quo hanc authen. repetij aliàs, dixique ſatis in collectane. non multa dicam nunc,ſed ea tantum, quæ mihi magis neceſſaria videbuntur,ad locum hunc formandum,exordientes primum,quamuis ſumma religione facta compoſitaque ſit, & ex corpore authẽtico.ab Irne.excerpta, vt ĩ prin.quomo.opor. ep.eo.lib.quòd nihilominus Hẽri.Imp.7.decreuerat eam abolere penitus,niſi morte præuentus fuiſſet, ex quo diſponit iuramentum minoris valere, præbet materiam delinquendi, & multorum animas deducit ad inferos,& ideo ſtatutum eſt potiſsimum hic,Papiæ,& Parmę,quòd locum non habeat,vt per Cy.Albe.Fulgo.Pau.de Caſ. & alios hic, & poſt omnes Fortu.in tracta.de vlti.fi.iuris,nu.371. nonnihil Ancha.in.c.cano num



num ſtatuta, col.136.& ibi an valeat, de conſti. & quòd ſumma religione facta ſit, immo quòd fundamentum habeat à iure diuino,probatur,quia venditio facta Iacob per Eſau,firmitatem habuit à iuramento, vt etiam dicit Io.de Ana.in.c.fi.colum.pe.de Iudæ.& ſuſius Io.Pariſien. in tracta.de primogeni. q.8.lib.3.nu.19. Dum igitur ex ea colligitur, quòd iuramentum minoris, eum facit maiorem, quòdque ſeruãdum eſt,dic, quòd ſic communiter tenetur,etiam quòd contractus ſine curatore celebratus ſit, teſtaturque ſe ita ſemper tenuiſſe Guid. Pap.conſi.81.ad decem,col.4.& latius,col.6. Et quia de ætate loquitur,alio caſu infert Bal.iuramentum non valere, ſi alienatione bonorum,in quibus uſuſructus quæritur patri,facta per filium,appoſitum reperiretur,in.l.ſi in.§.filiis autem, in princi.C.de bonisque libe.& in.l.ſi prædium, in prin.C.de iu.do. reſpectu alterius prohibitionis, puta alienationis fundi dotalis.Et in contractibus quidem, ſitque donatio huiuſmodi,dicit ad propoſitum quoque,in.l.ſi quis emptionis,in princi.C. de præſcrip.30.an. quòd in donatione locum habebit pariter, & ante eum glo.hic,Bar.& omnes communiter.& Feli.in.c.in præſentia,col.4.de proba.Corne.conſi.140.quanquam, volumi.4.etiam ſi eſſet facta ab impubere doli capace. & ſi à minore facta ſit rurſum, valebit, abſque auxilio reſtitutionis in integrum,vt per Soci.conſi.279.viſa, vol.2.excipiẽdo caſum ſemper,ſi reperiretur enormiter læſus,quia tunc ſecus, ex quo dolo circunuẽtus præſumitur.l.omnes.§.Lucius.ff. quæ in frau. cre.& vbi dolus interuenit,iuramentum nihil operatur.c.quãuis,de pac.in.6.c.ſi vero,de iureiu.cap.Abbas, quod met.cau. quoniam debet habere tres comites,iudicium,veritatem,& iuſtitiam,alioquin non iuramentum, ſed periurium dicitur.c.innocens.22.q.4.c.quanto, de iureiu. & cum ita breuiter ſe habeat in hoc quoque opi.communis, ex pluribus demonſtrata locis ſuis, de quibus etiam plene Ripa, reſpon.lib.3.de dona. & gra.c.15.per totum,tranſeo.niſi etiam donatio facta ſit hæreditatis,& minor donans,ſcientiam non habeat ęſtimationis bonorum, quia tunc non obſtante iuramento, poterit etiam hoc caſu reuocari,Rui.conſi.107.viſo,nu.15.16.vol.1. Et de enormi læſione in minori & maiori per glo.in.c.1.in.§.item ſacramenta,de pa.iu.fir.in vſib.aliquid Ancha.in.c.1.col. 138. 139.de conſti.in repe.& Roſ.in tracta. lib.de ac.ciui. quantomino.nu.26.quòd excluſus ab vno beneficio,aliud non amittit.

tit. Et licèt prohibitio alienationis,ſacta cenſeatur,in fauorem
ipſius minoris, nec huic poſsit renunciari, vel ab eo propter
imbecillitatem ætatis,vel à curatore,qui non poteſt ipſius cõ-
ditionem deteriorem facere,vt per Barto.in.l.filiusfamilias,in
§.diui.ff.de lega.1. poteſt tamen ſi iuramentum interuenerit,
quo (vt diximus ſupra) repræſentatur maior.c.cum contin-
gat,de iureiu.c.licet mulieres,eo.ti.in.6.Areti.conſi.22.diligẽ
ter,col.2.Qui poſt Imo.in.d.c.cũ cõtingat,cõſi.74.diligẽter,
col.3.dicit etiam,quòd quamuis per authen.iſtam, ſint corre-
ctæ leges antiquæ in iuramento promiſſorio, incorrectæ ta-
men remanent in aſſertorio, de quo in.l. ſi alterius.C. ſi mi.ſe
ma.di. inferendo amplius, promiſſorium adhuc inter coniu-
ges,non adiuuans mendacium, nec fraudem faciens legi, ſer-
uandum eſſe, licèt aſſertorium ſuſpicionem falſitatis,ſeu dona
tiõis,nõ tollat.Iuramẽtũ nihil operaretur quoq;,ſi generaliter
interpoſitum fuiſſet in actu,inque his, quæ debent ſpecificari,
ſecũdum glo.hic,quam ordinariam dicit Bal.in.l.ſed & ſi quis,
in.§.quæſitum,in vlti.col.ff.ſi quis cau. poſt Cy.etiam, in.l.1.
C.commo.Et quòd validet contractum nullum aliàs,ac dona
tionem inter patrem & filium,oſtendit,ex multis,Gui.Pap.de
ci.46.Immo,col.3.&.4. Et quia de puberibus loquitur tex.di
ſputant adhuc Docto.precipue Iaſ.hic,col.4.an locum habeat
etiam in eo, qui eſt doli capax, proximus pubertati. ſed quia
profunda, & alta.q.eſt, tranſeo, & addo tantum communiter
teneri,quòd ſic,vt hic per Bar.nu.9. Alex.plene,in.l.qui iuraſ-
ſe,col.1.ff.de iureiu.eſto quòd in puberibus loquatur,quoniã
loquitur quoque in contractibus,& tamen ex identitate ratio
nis,extenditur etiam ad diſtractus,licèt correctorius ſit,fauo-
re animæ,vt per Alex.in.d.loco,idem Bar.hic,num.20.Afflic.
in.d.§.item ſacramenta,in.6.not.col.1.idem Alex.in.l.ſi apud
col.1.C.de tranſac.Bal.conſi.408.ſuper eo,in prin.vol.4.ple-
niſsime Reſtau.Caſtal. in tracta. de Imperato.q.73. colum.1.
Et ideo quod inquit Guid.Pap.de quo ſupra conſil.78. quod
Roletus,col.2.quòd hæc authen. non extenditur ad iuramen
tum impuberis,debet limitari,niſi ſit doli capax,proximus pu
bertati,vt in locis præallega. Expeditumque eſt ad materiam,
iurandum eſſe,manu tactis ſcripturis,vt per Bar.& omnes hic.
plus dicit Bal.quòd ĩ magnis factis,vidit per eccleſiaſticas per-
ſonas deferri ſæpe euangelia, & ſuper eis manu (vt diximus)
tactis ſcripturis,iurari, refert, & plura ad idem addit Afflic.in
cap.1.



cap.1.in.§.item ſacramenta,colum.3.de pa.iu.fir.in vſib.Et li-
cèt certo caſu dixerim ſupra poſt Bald.in.l.fina.in.§. filiis au-
tem.C.de boniſque libe.filium iuramento non obligari,obli-
gatur tamen regulariter, præterquàm in voto, ſi contrahat &
iuret.l.filiusfamilias.ff. de ac. & ob.l. tam ex contractibus.ff.
de iudi.Idem Afflic.in ſpecie,in.d.§.item ſacramenta,in ſepti-
mo notabi.nu.29.&.30. quòd habet locũ quoque in pubere
ſeruo,& bene,quoniã naturaliter obligatur.l. naturaliter.ff.de
condic.inde.& nu.31.multo magis in ſeruo putatiuo, & rur-
ſum bene,quoniam eſt tex.in.l.ſi is,in.§.ſi liberto .ff. commo.
Immo dicit glo.in.d.§.item ſacramenta,quòd etiam blanditijs
inductus ad contrahendum & iurandum,tenetur ad obſeruan
tiam iuramenti,nõ alienum à ratione,quoniã probatur aperte
etiam in.l.ſi.C.ſi quis aliq.teſta.prohi.& in.l.ſi maiores .C. de
tranſac.& idem tenet,in.d.§.item ſacramenta, Iſern.& Afflict.
met,nu.36.Cy.vero diſtinguit,in authen.hoc ius porrectum.
C.de ſacroſan.ec.& forte melius,vt per eum. Eſt verum ſi con
tractus eſſet factus contra legem,quòd nec iuramentum vale-
ret.l.non dubium.C.de legi.l.iuriſgentium.§.ſi paciſcar .ff. de
pac.glo.in.d.§.item ſacramenta.Quòdque non poſſet contra-
uenire læſus intra dimidiam, per iuramentum repræſentatus
maior vt ſupra & adhuc per gl.in.d.§.item ſacramẽta. Et quia
(vt inquit Bar.hîc) iuramentum eſt ſacræ rei ſignum, videre-
tur dicendum,Iudæos,hæreticos,& excommunicatos, nõ in-
cludi in tex.iſto,neque comprehendi ſub generalitate huius
authen.c.gaudemus,de diuor.nihilominus cõtrarium eſt ve-
rius.l.quoniam.C.de hære.not.in loco præallega. vbi dicitur
etiam quòd locum habet in compromiſſo.forte quoniam in-
ter volentes fit.l.3.l.non diſtinguemus.§.fi.ff.de arbit. & quia
arbitria ſunt redacta ad inſtar iudiciorum.l.j.ff.de arbit. deque
contractibus ad iudicia arguimus,& è contra.l.3.§.idem ſcri-
bit.ff.de pecu.Verum dubito in materia,iurauit minor nõ ve-
nire contra aliquem contractum in futurum,poſtea contrahit
ſine iuramento,an reſtituatur,in.d.§.item ſacramenta, & hîc,
determinatur,quòd ſic,quòdque de præſenti, non de futuro,
debet iurari,& verum eſt,ſicuti etiam in continenti, & non ex
interuallo,quod tamen verum non videtur nec proxime di-
ctum,niſi de iure ciuili, vt ibi per ſcriben. & adhuc contractus
appellatione,comprehẽdetur quoque minoris fideiuſsio pro
alio facta,vel quietatio facta tutori,ſecundum Bal.& Saly.hîc,
& Afflic.

& Afflic.in.d.§.item ſacramenta,in.6. not. in fi.quæ duo cum ſint quotidiana præcæteris,nolui,de induſtria,prætermittere, & quòd habeat locum in quolibet pacto, licèt ( vt dictum é ſupra) loquatur in contractu,nouiſsime probat Bal.in rubri.C. de pac.& in.l.quid ergo,in.§.contrarium,in fi.ff.de contraria ac.tu.& in.l.iurisgẽtium,in prin.col.2.ff.de pac.Quòdque iuramentum minorem repræſentet maiorem ( vt adhuc eſt dictum ſupra ) confirmat in not.caſu Fede.de Se.conſi.31.minori,col.1.Sed nouiſsime addas,quòd non tamen eum fingit prudentem & ſagacem,& differentiæ rationem idem Bal.aſsignat, authoritate Ariſto.fretus,in rub.C.de re.permu.ad finem fuſius ego,in.l.precibus,lectu.2.dicebam.C.de impube.quòd iuramentum validat contractum minoris,non obſtante defectu ſolẽnitatis,quia clauſulam habere cẽſetur,vt valeat omni meliori modo quo valere poteſt.l.cum pater.§. filius matrem.ff. de lega.2.ſed non infantis,vel furioſi,in quibus deficit conſenſus,qui eſt de ſubſtantia obligationis.l.obligationum ſubſtantia.ff.de act.& ob.Ro.plene,conſi.517.in caſu, colũ.6.&.7.& quia affert efficaciam contractui,notandum eſt rurſum, quòd hac ratione tranſit ad hæredem,vt idem Bal.dicit in.d.l.iurisgentium,in.§.ſi paciſcar,colũ.3.ff.de pact. quòdque limitatur quod habetur in.l.quid enim.ff.de dolo. vbi in dolo é minor, qui iurauit ſe maiorem,& non ſuper contractu,vt hic.& decidit in tracta.execu.inſtru.Anto.cana.q.16.quid ſi minor,ad fi. & quòd non habeat locum in pupillo,vel prodigo, cui bonis interdictum ſit,ſicuti nec in infante,vel furioſo vt dicebã proxime,ratione probatur,vltra ſupra dicta,quia iuramentum nõ excludit cauſam prohibitionis,idem Bal.in.d.l. iurisgentium, in.§.& generaliter,in.2.lectu.in prin.ff.de pac.& caſu quo minor reſtituatur,reſtitutioniq́ue,renunciet,ad eam admitti amplius nõ debebit,vt in.l.ſi intra,& ibi Alex.C.de reſti.in integ. Aliqui dicebant ad propoſitum tamen, licèt iuret non venire contra contractum,quòd nihilominus ſi certioratus non fuerit,reſtitutionem petere poterit,& male,ac contra text.iſtum, & ita tenet etiam Bar.in.l.ſi duo patroni , in.§.idem Iulianus, col.2.ff.de iureiur.Qui dicit etiam ad materiam in.l.iuſiurandum.2.in prin.ff.de iureiu.quòd licèt iuramentum non ſit modus inducendæ obligationis regulariter, in caſu tamen fallit, in liberto ſcilicet,in iuramẽto obligationis introductorio intelligentes.l.vt iuriſiurandi,in prin.ff.de ope.lib.l.fi.C.de lib.

cau.



cau.late idem Bar.in.l.ſi quis pro eo.ff.de fideiu. vel ſi ſit litis deciſorium,vt toto titu.ff.de iureiu.aut contractus etiam inualidi confirmatorium,vt hic.

## *Ad.l.inter ſtipulantem.§.ſacram.ff.de uerbo. oblig.* Triſtis euentus. 47.

CASVM aduerſamq́ue Fortunam ſpectari hominis liberi, neque ciuile,neque naturale eſt,inquit Vlpia.hic, & bene, vnde argu.ſumit etiam Ro.conſil.122.circa, colũ.1.quòd in ſimili nec de triſti euentu vxoris ſuæ præſumendum eſt teſtatorem cogitaſſe.Et Docto.in.l.ſi conſtante,vbi præcæteris Seyſel. colum.2.in fi.ff.ſo.ma.quòd è contra,cogitare maritũ effici pauperem,in caſu de quo ibi eſt expectare triſtem euentum liberi hominis,& male,quod tamen tutum nõ eſt,vt ſubijcit col.ſeq. quia in caſu diuortij,qui cenſetur aduerſus & triſtis.præſumitur extraneus donaſſe mulieri.l.ſi cum dotem,in princ.ff.ſolu. ma.ergo & in caſu quoque.d.l.ſi conſtante,ſic donatio præſumetur.forte dotis fauore,ſicuti & in libertate dicitur in.l.generaliter,in.§.ſi libero homini.ff.de fideicom.lib. quando legatur libero homini,ſi efficiatur ſeruus,quoniam ei prouidetur per dationẽ libertatis.tradit Bar.in.l.ſi ſeruo,in fi.ff.de adi. lega.& quòd in dote,quod hic dicitur,locum non habeat, declarat Cy.in.l.quamuis.C.de pac.conuen.& not.in priuilegijs dotis,de quibus in.l.1.ff.ſo.ma.Immo quòd triſtis euentus poteſt eſſe in conſyderatione etiam,quando ex ſtatu præſenti iudicatur,exẽplũ,quòd maritus efficiatur pauper vt ſupra quia res ſuæ ſint in loco periculoſo,vel ruinis ſubiaceant, & ſuſius per glo.& Docto.in.l.2.in verbo ſuſpectũ.ff.ſo.ma. & ad not. per eundem Bar.hic,maxime ſeruiunt.nonnihil Seyſel.in.l. cũ filio,col.5.ff.de lega.j. Vel ſi prouideatur alias ne iudiciũ reddatur eluſorium.d.l.generaliter.§. ſi quis ſeruo pignori dato. ff.de fideicom.lib.Alaxandri.collega,in.l.pen.in.§.ad crimen, nume.292.ff.de pub.iudi. Aliam pulcherrimam declarationẽ quoque ponit idem Bar.in.l.Mutianæ,nu.6.ff.de condi.& demõ.& inducuntur multa iura,maxime tex.in.l.pater, in.§.ſocrus,& in.l.cum tale,in prin.ff.eo.quòd expectare mortem alicuius,triſte eſt,niſi naturalis ſtatus rei tendat ad hoc, exemplificando in patre, vt ibi per eum. & idem ſi aliquis eſſet in culpa,

pa,quoniam caſus adhuc conſyderandus eſſet.l.diuortio, & ibi not.ff.de nego.geſt.Idem Bar.in.l.in lege, in.§.j.in.3.opp. ff.ad legem aqui.& ad regu. dicebat Cro. in.l. ſtipulatio hoc modo concepta,col.22.ff.de verbo.ob.quòd ponere hominẽ in eo ſtatu,in quo certum ſit,quòd nihil vllo vnquàm tempore poſsit habere,eſt contra bonos mores,ita eſt caſum aduerſamq́ue Fortunam expectare.Et Nicel.Placen. in concordan. Bar.337.operæprecium,col.4.quòd non debet eſſe in conſyderatione,quòd Iudex aliquid male faciat,pro ſe præſumptionem habens.l.Herennius.§.Caia.ff.de euict.c.in præſentia, de renun.Idem Cro.in.l.ſi conſtante,alleg.etiam ſupra, colũ.2.ff. ſolu.ma.quòd turpe eſt putare pariter,quòd mulier adulteriũ committat,& amittat dotem.& colũ.20.ibidem quòd non ſequitur,Titius amiſit aliquid de bonis ſuis, exercendo mercãtias in Mari,ergo in futurum amittet,immo pręſumptio eſt in contrarium,quòd ditabitur.l.ſi defunctus.C.arbi.tu.l. cura.§. deficientium.ff.de mu.& ho.Bar.in.l.ex diuerſo, in.§.fi.ff. ſol. mat.& quia triſtis euentus non eſt regulariter conſyderãdus, nec ſperandum quòd contingat,vt hic,& in.l. Iulianus .ff. qui & a quib.& in.l.ſi in emptione,in.§.& liberum.ff.de contrahẽ. emp.Dicit etiam Ancha.conſi.122.ex narratis,col.2.declarando tex.in.l.iubemus,in fi.C.de ſacroſanc.eccle.quòd loquitur de clericis eccleſiæ,quorum intereſt de præſenti res ipſius nõ alienari,quòdq́ue patronorum intereſſe non eſt conſyderandum,nec præſumendum,ſicuti nec aduerſa Fortuna . & Bellame.deci.663.pauper,col.2.quòd expectare beneficij vacationem per mortem inhoneſtum eſt.& deci.752.ſuppoſito,colũ. 7.quòd mors hominis non eſt ſperanda Barba. in.c.j.colũ.21. de lit.cõ.quòd vnicus ille armorum Dux Hannibal,hoc idem ſæpe dicere ſolebat.Vincendum ò milites,aut moriẽdum, nec caſus aduerſaq́ue Fortuna ſpectanda eſt.& in homine ſanæ mẽtis,quòd fiat furioſus exemplificat Seyſel.& poſtea limitat, in l.ex facto.ff.de vulga.& pupil.ſub.col.5.dictumq́ue fuit ſupra nec repeto.& licèt expectandum nõ ſit in ſpecie, quòd aliquis efficiatur ſeruus,niſi in euentum ſibi prouideatur,vt dictũ fuit pariter ſupra in genere tamẽ tolerabile eſt.l.3.§.de illo .ff. pro ſo.l.fi.C.de pac.not.in.l.quod te.ff.ſi cert.peta.idem Seyſel.in l.ſi ex legati cauſa,col.2.ff.de verbo.ob.& in ſimili, inueſtitura ſimpliciter facta de feudo viuentis non valet,& tamen ſecus eſt ſi fiat ſub conditione, ſi ſine legitimis hæredibus moriatur

c.j.



c.j.& ibi plene Afflic.col.j.qui ſuc.te.in vſib.Ex quibus regu. & limitationes ẽt ad eã,quantũ tamen ſatis ſit declaratã habes.

*Ad.l.in ambiguo .ff. de reb.dub.*

## Verborum impropriatio. 48.

LICET (quemadmodum hîc dicit Bar.) verba improprianda
„ ſint,vt voluntas teſtatoris ſaluetur,& innuunt ibi,Non vtrũ-
„ que dicimus,ſed id dũtaxat quod volumus.attamen hoc idem commune eſt,& in libello quoque locum habet, in ſententia, in contractibus,& generaliter in quolibet actu.l.ſi quis intentione ambigua.ff.de iudi.l.ſed & ſi,aliàs,& puto.§.Iulianus .ff. fami.her.l.ſi tam anguſti.ff.de ſerui.& vtrobiq́ue Flo.in princ. Deci.in.l.precibus,col.10.C.de impube.Cur.iu.conſil.16.videretur,nu.11.Boe.deci.j.nu.12.par.1.& idem quod hic, in.l. Titia,in.§.Lucius.ff.de lega.2.& in.l.quibus diebus, in §.dominus.ff.de condi.& demon.& in.l.hæredibus,in.§.fi.ff.ad trebel.Areti.conſi.145.reſpondendo,col.2.Pau.de caſt.conſil.5. quicquid,col.2.&.3.vol.1.& conſi.123.viſo teſtamento, col. 2.eo.lib.& hac ratione dicebat Gui.Pap. deci.308. Titius, ad fi.ſi quis vxorem inſtituat quoad vixerit,& poſt eius mortem Titium vniuerſalem hæredem,quòd inſtitutio valebit, etiam ſi teſtator miles non ſit,quoniam verbum inſtituo, in perſonã Titij,ideſt ſubſtituo,exponetur.& quotidianum eſt.l. Gallus, vbi glo.exprimat.ff.de lib.& poſthu.& in fideicõmiſſarijs ſubſtitutionibus hoc idem maxime locum habet, vt verba menti deſeruiant,non è contra,mens verbis.c.intelligentia, de verb. ſignifi.l.ſcire leges.ff.de legi.Idem Gui.Pap.vbi alia multa,cõſilio.135.conſilium,col.3.& fuit verbum etiam Bellame. deci. 755.ſi rector,col.3.quòd habito effectu ſecundum mentem,de verbis prima facie non eſt curandum.

*Ad.l.ſi quis maior .C. de tranſac.*

## Periurus. 49.

VENIRE contra tranſactionem iuratam,non ſolum periuriũ eſt,verum etiam infamia,vt hic,& per Bal.conſi.351.Ioannes, col.3.volu.5.& hac ratione ei non eſt fides adhibenda .c. licèt

ex

ex quadam.c. teſtimonium.c.ex parte.de teſti.Gui.Pap. conſ.
228.in hac cauſa,col.2.& ad periurii propoſitum, crimen cõe
eſt,deque eo cognoſcit etiam Iudex ſecularis, per viam puni-
tiuæ iuriſdictionis,vt per Ro.conſi.512.quo ad primum, col.
pen.niſi periurus clericus ſit,quia tunc ſecus.c.venerabilis, de
elec.not.in.c.cum ſit generale,de fo.compe.& in contractibus
quod hìc dicitur verum eſt,non in teſte falſum deponẽte, quia
ſi cauſa fuerit criminalis,pœna vltimi ſuplitij caſtigabitur, ſi
vero ciuilis,Deum habebit vltorẽ.l.2.C.de reb.cred.& ſi quis
iuraret per genu Principis,fuſtibus cæderetur.l. ſi duo.§.fi.ff.
de iureiuran.Gui.Pap.deci.178.de periurio,col.2. Qui etiam
ad materiam,& per not.hic,dicit deci.546.teſtis, colũ.1.quòd
teſtis qui modo vnum dixit,poſtea aliud,eſt infamis & periu-
rus,quòdque depoſitioni primę ſtandum eſt.Immo quòd hęc
lex locum habet etiam in fidei.præſtatione.c. ad aures, quòd
met.cau.probat concludenter Zaneti.in tracta. diffe. iu. cano.
& ciui.diffe.j.nu.92.& licèt dicat ſi quis, terminus eſt tamen
vniuerſitatem comprehendens,vt hic per Docto.& in .l. ſi fa-
milia.ff.de iur.om.iudi.Tiraquel.in tracta.retrac.in glo.9.§.i.
fo.80.nu.211.& de actore ſecundum gloſ.ad reum extẽditur,
quamuis rurſum diſpoſitio pœnalis ſit,adde Saly.hic, in pen.
q.& natura correlatiuorum hoc ipſum patitur,vt per Io. Bap.
de S.Blaſio,de correlati.in.prin.caſu.38.nu.15.aliquid Seyſel.
in.l.ſi prius,vbi etiam ſimile adducit,in penulti.colũ.ff. de no.
oper.nun.& adeo verum eſt quòd contrahentes non poſſunt
venire contra iuramentum,vt nec poſsit Princeps ipſum re-
mittere,per clauſulam non obſtante, in reſcripto appoſitam,
iuxta not.in.l.fi.C.ſi contra ius vel vtili.publ.quod tamen idẽ
Seyſel.declarat hic,verum eſſe,col.pen.ſi expreſſe faciat men-
tionem pœnarum hìc contentarum,ſubijciens not. dictum ſo
re in materia,& eſt vltra eum argu.in.l.item apud Labeonem,
in.§.hoc edictum.ff.de iniur.Bar.in.l.j.C.de nauti. Tyb.lib.x.
glo.in.c.quanquam.23.diſtin.& hinc dicebat Ioan. Andr.in.c.
de multa,de præben.Ancha.& Franc.in.c.j.de conſue. in.6.quòd
ſi diſpenſatum ſit cum aliquo,ſuper pluribus dignitatibus ob-
tinendis,non intelligetur de dignitatibus eiuſdem eccleſiæ,ni-
ſi exprimatur,quia prohibitio iſta ſpecialem habet notam,cu-
ius mentio ſpecificè,vt etiam hic,fieri debet. Dum text.adhuc
mentionem facit commodi,quòd periurus eo quoque priua-
tur,declarant Moder.Bononien. ponderantes dictionem ex,
in.c.



in.c.potuit,nu.59.de loca.de commodo intelligi debere,à cõ-
tractu proueniente,non a lege,& veriſsimum eſt.l.j.§. ex in-
cendio,& ibi Bar.ff.de incen.rui.nauf.ego late hic in repeti. &
quòd non ſolum in tranſactione locum habeat, ſed etiam in
quolibet contractu, vt hic dicunt Docto. ponderantes ver-
bum pacta,quod eſt generale ad omnes cõtractus.l.j.ff. de pac.
l.j.ff.de ac.& ob.& vtrobique glo.not.quoque in.l.ſi inſulam,
& ibi in ſpecie Imo.in.6.fallen.regu.affirmatiuæ .ff. de verbo.
obliga.Alexan.conſi.76.videretur,col.4.volumi.5. Rui.con.
198.viſo,nume.6.volumi.1.& quia de pœnis dictum eſt,nota
quòd poſſunt etiam excedere quadruplum, ex quo imponun
tur ſimpliciter,non per nomina multiplicatiua habendo reſpe
ctum ad rem,ſeu ad eius æſtimationem, vt per gloſ.in.§. om-
nes,in verbo nulla,& ibi Ioan.Fab.Ioan.de Pla.& Angel. In-
ſtitu.de ac.Saly.& alij in.l.vnica.C.de ſenten.quæ pro eo.Cõ-
trarium vero Roma.conſi.510.quod ad primum,colum.3.&
ex his male,tamen opi.Roma.in repe.nos aliàs tenuimus. No
ta rurſum,quòd contraueniens,in eas incidit, quamuis con-
trauentio modica ſit,puta circa acceſſoria.l.quãuis .ff. de con-
di.& demon.propter iuramentum,quoniam alias ſecus, ſecun
dum Alexan.in.l.in executione,in.§.pen.ff. de verbo.obliga.
& conſil.106.viſo themate,colum.3.volumi.3.multa Alexan
dri.collega,conſilio.30.viſo,numero.3.Sauilia.conſilio. 182.
videtur,numero.16.volumi.1.& ad materiam dicit etiam hic
Alexan.quòd non eſt locus purgationi morę.Idem Gui.Pap.
conſilio.192.ex facti,colum.2.& communem opinio. Alexã.
adhuc eſſe teſtatur,cõ.præallega.76.Bar.Ang.& Mod.in.d.l.ſi
inſulã.& nouiſsime idẽ Alexãdri,conſi.præallega. in princip.
& idem Gui.Pap.conſi.23.viſo, col.2.quòd iſte tex. eſt mira-
bilis,iuramento pactum nudum veſtiri, referendo verba lite-
re, ibi, Verum actione priuatus,tam ad pacta quàm ad tranſa-
ctionem, vt vnum determinãs adiectum pluribus determina-
bilibus,ea pariter, & vniformiter determinet. & idem conſil.
31.viſo, col.4.7.9. & ferè per totum,vbi etiam.18. facit men-
tionem Barba.quoque hanc.l.repetijſſe. & colũ.20.quòd non
habet locum viſi contra doloſum. & 21. quòd iuſſus Princi-
pis à pœnis ipſius neminem excuſat.& conſi.132. circa, colũ.
4.& 5. quòd ſi in quacunque ſimplici promiſsione locum ha-
bet,& in pacto iurato, vt ſupra multomagis locum habebit in
donatione. quòdque pœnæ peti poterunt, licèt donatio non
valeat.

valeat.& conſi.63.circa, col.2.quòd ſublato iuramento, ſubmouetur diſpoſitio huius legis, quæ facta fuit in odium periurij.& conſil.89.circa,col.2.& 3. ponit periurij pœnas.& Rui. conſi.58.quia locator, in prin.& nu.2.volu.j.quòd ſi locator non adimpleuit promiſſa,dicitur cecidiſſe.quòdque lex iſta locum habet (in omni enim contractu procedit, vt ſupra & ibi idem teſtatus eſt)quando conductor promiſſa obſeruauit,& prius ipſe non contrauenit. & quòd denique regulare eſt ad obſeruantiam promiſſorum non teneri,cui non fuit obſeruatum.l.cum proponas.C.de pac. etiam ſi iuratum ſit.c.peruenit,de iureiu.& nu.9. quòd etiam quòd locator in pœnas huius legis,incidiſſet,valet nihilominus locatio, & ab ea nõ eſſet recedendum,quoniam cedunt ad commodum obſeruantis,& per ipſam poſſunt remitti.l.ſi quis in conſcribendo.C.de pac. & conſi.141.non videtur,nu.3.eo.lib. quòd ad hoc vt locum habeat adhuc,requiritur morã promiſſoris præcedere, & indicant verba ibi, non ſeruando promiſſa.& conſil.110.videtur, in fi.vol.4.quòd iuramentum habet vim clauſulæ,rato manente pacto. & Afflict. in.c.j.ad fi. de feu.da.valua.in vſib.(eſtque pro complemento huius legis obſeruandum)licèt dictum ſit, & ita communiter teneatur, hanc legem locum habere in omni contractu, quòd tamen in emptione & venditione nõ procedit,quòdque reſolutio contractus fieri non poterit, ſi venditor pro parte ſua non obſeruat quod promiſit, vel è cõtra, ſubijciẽs, hoc eſſe ipſius ſpeciale priuilegiũ, nihilominus quia contrarium (vt diximus) communiter tenetur, à ſupradictis non recedo.Id vnum quoque non omittentes, quòd à transactione etiam iurata, ratione enormis læſionis, recedi poteſt, ſicuti in ſimili in authen. ſacramẽta puberum.C.ſi aduer. ven. not.hîc,&ibi,& nouiſsime Deci. conſi.60.viſo,ad fi.& conſi. 203.vt vera,in prin.vol.j.Gramma.plene deci. 101. Magnifica.nu.54.& deci.102.quo vero,nu.104.In cæteris,quia ĩ collectane.& repeti.dictum eſt ſatis, transeo.

## *Ad.l.1.§.ſed & ſi ſeruus.ff.de uen. inſpi.*
## Agnatio. 50.

VLPIANI verba hic,quæ ſunt,Publice enim intereſt,"Partus
„ non ſubijci,vt ordinum dignitas familiarumque ſalua ſit. no-
„ bis argu. præſtant, vt dicamus, cum de agnatione familiaque conſeruanda agitur,in hoc publicum intereſſe verti, vt etiam ſonant,& tradit Alex.conſi.84.animaduerſis,col.j.volu.4. Et dixit pulchrum verbum Bal.in.l.ſi defunctus,col.2.C.de ſu.& legi.quòd præferre genus paternum materno,æquum eſt, hac ratione, quia ſcilicet ad fauorem familiæ & agnationis tendit. Et Iaſ.in rub.de acqui.po.colu.1.in fi. quòd ſi ſtatutum velit, quòd ſoror non ſuccedat fratri,laudabile eſt, quoniam ipſius ratio eſt agnationis fauor, & ſentit idem Bal.in.l.lege duodecim tabularum,ad fi.C.de legi.hæ.& Bar.in.l.2.in.§. videndũ. ff.ad Tertu. Et conſyderat adhuc Bal. quòd ſtatutum fœminarum excluſiuum, quod ferè eſt per totam Italiam, factum ſit propter publicum bonum conſeruandarum familiarum, in.l. certum, in prin.C.vnde legi.& in.l.2.C.de in ius vo. & in authen.habita,col.3.C.ne fi.pro pa.& in.l.maximum vicium,colum.4.C.de libe.præte. & in.l.Titia,in.§.Lucius.ff. de lega.2. Cur.iu.conſi.9.circa,nu.3.Roma.conſi.4.ſententiam, ad fi.& conſi.399.vt præſens,col.2.& conſi.411.quatuor,in prin.Ancha.in repeti.c.canonum ſtatuta, col.314.Sicu.conſi.4.ſcribitur,col.j.vol.j.& conſi.12.ſcribitur,colu.2.& conſi.13.circa, & conſi.14.circa,col.j.eo.lib.& conſi.39.in hac,in prin.vol.2. & conſi.50.illud afferam, in prin.vol.3.& dicit conſi.67.illud in medium,colu.1.eo.lib. quòd per agnatos virilis ſexus perpetuatur agnatio,idque etiam in.l.pronunciatio, in.§.familiæ ff.de verbo.ſi.idem Bal.conſi.176.ſtatuto, col.2.volu.5.Ioan. And.in addi.Specu.in rub.de ſuc.ab inteſta.in princi. Et quòd lex magis faueat agnationis quàm cognationi, probatur in.l. fratres.C.de inoffi.teſta.& ibi, Saly.in prima colum.ait, quòd nõ eſt abſurda lex municipalis,quæ ab inteſtato præfert agnatos cognatis,vt domus conſeruetur.Si tamen(quod ad declarationem nota)prohibitio alienationis facta ſit, vt bona perpetuo remaneant in familia, & non exeant de nomine teſtatoris, non extendetur vltra quartam generationem, vt per Barto.in authen.de reſtitu. fideicom.in princi. Et ad propoſitum noſtrum,hac de re proditum eſt, vt legitima in totũ tolli poſſit,ne dum minui,ex cauſa.l.cum lege,& ibi Bal.C.de ep.& cleri.plene Cur.iu.conſi.10.viſa,nu.7.Bal.nouel.in tracta. de dote,in.6.par.in.16.priui. & ita ſeruatur de conſuetu.per Italiã, quod vltra Bal. in loco de quo ſupra teſtatur & refert Gramma.deci.101.Magnifica Franciſca, nu.61.62. Ante Solonem

etiam non poterant relinqui bona extra familiam. olimque lege Voconia cautum inuenio, ne quis cenſus, hoc eſt pecunioſus, hæredem relinqueret filiam. Et idem ratione ſupra dicta, dicit Pau. de Caſ. in ſtatuto præferẽte agnatos cognatis in emptione, conſi. 92. notandum, col. 2. vol. 1. Bal. 373. præmittendum, col. 3. vol. 1. Quòdque teſtator loquutus de maſculis, videtur voluiſſe bona in familia & agnatione cõſeruari, & quòd lege duodecim tabularum, non habebantur pro deſcendentibus, qui deſcendebant ex fœmina, conſi. 40. quidam, columna prima, volumine tertio, & conſi. 411. quidam, colum. 1. vol. 1. quòd principalis intentio ſtatuentium eſt agnationem conſeruare per maſculos, ſecundario fœminas excludere, ſicuti per ſimilitudinem, principalis intentio naturæ eſt generare, ſecundo, corrumpere. & conſi. 218. ſtatuto, col. j. vol. 2. quòd huiuſmodi ſtatuta, videntur fundata in præſumpto priuilegio agnatorum, ſeu lineæ maſculinæ, per quam conſeruatur dignitas familiarum. & conſi. 215. verba, col. 2. vol. 3. quòd fœminarum excluſio eſt in priuilegium maſculorum inducta. Et cõſi. 465. ſtatuto, colu. j. quòd familia conſeruatur per maſculos, quòdque in fœminis finitur, quoniam tranſeunt in alienam familiã. & notiſſimum eſt ad idem Euripidis dictũ in Iphigenia, Quis enim (inquit) ignorat, quanto amplius Reipub. proſint maſculi, qui bella gerunt, ſacra faciunt, muneraque publica obeũt. Et quia materia fauorabilis eſt, ſtatutum de agnatis loquens, includit etiam emancipatos, quoniam eſto, ꝙ agnati nõ ſint, ſuccedunt tamen ad ſimilitudinem agnatorum. l. meminimus. C. de legi. hæ. Bal. Pau. de Caſ. & Moder. in not. q. in. l. qui ſe patris. C. vnde libe. Deci. conſi. 13. diligenter, col. 1. vol. 1. Cro. in. l. Gallus, in. §. & quid ſi tantum, col. 54. ff. de libe. & poſthu. Dicit etiam Rui. cõſi. 110. circa caſum, nu. 11. vol. 2. ꝙ honor teſtatoris eſt, quòd bona in agnatione conſeruentur. Et Gui. Pap. deci. 485. ſi in aliqua, in prin. quòd ſi in aliqua diſpoſitione fiat mentio de liberis maſculis, vt in inſtitutione, vel ſubſtitutione prima, verbum prædictũ maſculis, hac ratione, in omnibus ſubſtitutionibus ſequentibus repetitum cenſebitur, & probatur in. l. 3. in. §. filius. ff. de libe. & poſthu. & in. l. relegatorum, in. §. qui plures. ff. de lega. 3. & in. l. nihil. ff. de coniungen. cum eman. libe. ob dignitatem ſcilicet familiæ ſuæ & agnationis, quę, vt dictnm fuit etiam ſupra per maſculos conſeruatur, & vt ille fuſius. Et ex verbis huius. §. reprehenditur opi. Bal. in. l. ſi



in. l. ſi matre, in prin. C. de ſu. & le. tenentis, ſi mulier mortuo primo viro ſtatim nubat, & pariat intra nouem menſes, quòd filius ſuccedit ei, in cuius domo natus eſt, quoniam Reipub. intereſt, vt ordo familiarum, & dignitas ſalua ſit, & in ſpecie ipſum reprehendit Alex. in. l. Gallus, in prin. in pe. col. ad fi. quẽ Seyſel. & alij ſequuntur ibidem. ff. de libe. & poſthu. & hinc eſt ad propoſitum, vt inquit Io. Feral. in tracta. de priui. regni Frã. col. pe. quòd ius sereniſſimæ coronæ eſt, vt in eo non ſuccedat fœmina, ſicuti nec in feudis regulariter, nec maſculus ex ea deſcendens. latius Io. Pariſien. in tracta. de primogenitu. libro. j. q. 22. nu. 3. 4. 5. 6.

## *Ad. l. placet. ff. de aqui. hæ.* Seruus. 51.

CLARA eſt etiam hæc. l. quòd iure iſto, quicquid acquirebat ſeruus, Domino acquirebat, adeo verum, vt nec momẽto quidem hæres eſſe poſſet, non de iure, vt hic, nec de facto, vt in. l. qui hæredi. ff. de condi. & de. tradit Bart. & poſt eum Seyſel. in. l. cum filio, col. 6. ff. de lega. j. Bal. in. l. j. col. 8. C. qui admi. Ad de ſimile, quando fit reſtitutio fideicommiſſi procuratori, quòd ipſo iure tranſeunt in fideicommiſſarium actiones, nec momento quidem, in perſonam procuratoris reſident. l. apud Iulianum. §. vtrum, & ibi per Docto. ff. ad Treb. latius in. l. qui ita, in. §. 1. ff. eo. Et idem quod in ſeruo hic dicitur, locum habet etiam in filio, & debet intelligi de iuſta acquiſitione. l. qui ſeruus. ff. de acqui. po. not. in. l. j. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. & eſt ſimile in inueſtitura generali facta de omnibus poſſeſſionibus, vel generali cõfirmatione priuilegiorum. c. 1. per quos fi. inueſti. in vſib. Specu. in. §. nũc aliqua. ver. 4. de inſtru. edi. Bal. poſt Cy. in. l. cum oportet, col. 3. C. de bonisque libe. Stepha. Fede. de interpreta. iu. qualiter lex reſtrin. ex mente, colum. 8. Immo quòd nec filius adhuc poſſeſſionem habebat rei peculiaris, quoniam ſtatim patri etiam ignoranti acquirebatur. l. quicquid. ff. de acqui. po. l. j. §. item acquirimus. ff. eo. Deci. in. l. filiusfamilias. ff. de regu. iu. & ſi acquiſitio continebat commodum, fiebat patri, etiam inuito. l. etiam inuitis. ff. de acqui. re. do. l. ſeruus vetante. ff. de verbo. ob. Iaſ. in. l. j. in prin. C. qui admi. Et idem in Monacho, vt per Archi. in. c. vnico. 18.

q.j.Fedė.de Sen.conſi.4.teſtator,col.2.Abb.conſi.88.facti,co
lum.2.vol.j.Calde.conſi.22.Papa,in prin.de regu.idem Abb.
conſi.298.hæc materia,col.1.vol.1.& Bal.cõſi.63.factum,co-
lum.2.vol.1.nonnil Bar.in.l.ciuibus.ff. de reb.dub. & diſput.
12.quidam,col.2.Et in filiis dicit Anto.cana.in tracta.de exe-
cu.inſtru.q.23.petitur,colum.2.quòd in profectitiis iura anti
qua nõ ſunt mutata. & ad idem Bal.in.l.fi.col.4.C. quod cum
eo.quòd per filium deriuatur ad patrẽ,quòdque pluribus par-
ticipantibus eandem obligationem æqualiter, ſucceſsione v-
nius,non confunditur obligatio in perſonam alterius.Et ibi-
dem quo ad momentum, quòd præter reliquias, ideſt nudum
nomen,nihil remanet in quærente.Et in.l.bonorum,col.3.C.
qui admi.quòd licèt pater iubeat,& authoretur filio,quòd ad-
eat hæreditatẽ,nihilominus ipſi patri quæritur, quòdque hoc
idem cõtingit,ex natura perſonarum, & ex authoritate legis,
vt hic,& in.l.ſi quis mihi bona, in.§.iuſſum.ff.de acqui.hæ. &
in.l.cum quidam,col.3.C.de verbo.ſi.quòd filius adiectus vi-
detur ad ſolutionem tãtum. Et procedit regula etiam ſi pater
ſit furioſus.l.patre furioſo, & ibi Iaſ.in prin.ff. de his qui ſunt
ſui vel alie.iu. Et licet adhuc filius habeat legitimam perſonã,
ſicuti & ſeruus petendi bo.po. ſecus tamen eſt in hæreditate
adeunda.d.§.iuſſum,declarat Alex.in.d.l.1.in.2.not.C.qui ad
mi. & hac ratione,ſi filius emancipatus patrem prætereat, ha-
bebit ipſe pater in bonis filii bo. po. contra tabu. vt patronus
in bonis liberti,æquitate prætoria, quoniam per emancipatio
nem,beneficium bonorum ſibi quærendorum,conſecutus eſt
l.1.ff.ſi quis à pa.fue.ma.qui pro concordanti hic allegatur,&
per Bar.in.d.l.1.in prin.C.qui admi. Et quod de momento ad
huc dicitur,maxime verificatur, ſi ſeruo relinquatur,vel filio,
contemplatione Domini,aut patris.l.ſed ſi plures.§.in arroga
to.ff.de vulga.& pub.ſub.ſufficitque aliàs momento quem eſ-
ſe hæredem,ad excluſionem ſubſtituti.l.ſi pater,& ibi Bal.co-
lum.2.ff.de hæ.inſti.Immo quòd acquiritur actio patri, & ta-
men non ſtatim tranſit in eum,ſed mortuo filio,poſt lit.conte
ſtatam.l.tam ex contractibus.ff.de iudi.quod forte in contra-
ctibus locum habet, non in aditione hæreditatis, de quo dixi
in.l.1.C.qui admi.& in.l.frater à fratre.ff.de condic.inde. Bo-
norum po.etiam delata filio vel ſeruo, & agnita non acquiri-
tur patri,niſi ratificauerit.ideo dicit Deci.in.d.l.colu.3. quòd
hoc ipſum quod hic dicitur, locum habet in his, quæ tranſire
poſſunt.



poſſunt.Dicebam quoque aliàs,in.d.l.frater à fratre,verum eſ
ſe quod hic dicitur,quando à tertio acquirit filius, non ab ip-
ſo patre,cum quo ſi contrahat,oritur naturalis obligatio,quę
patri non acquiritur, per illum tex.in.§. quæſitum.ubi etiam
Iaſ.lectu.1.col.3.4.&.7.& in.l.2.in.§. quod ſi in patris, col.2.
ff.ſolu.ma. Et quo ad ſeruum,nota,quòd Pau.de Caſ.in.l. ex
hoc iure.ff. de Iuſti.& iu. errauit grauiter, dicens, quòd habet
dominium ſaltem rei mobilis, quoniam acquiſitio rerum mo
bilium,eſt de iure gentium ſecundario,vt etiam immobilium,
quarum non eſt capax, vt ibi Seyſel.declarat, & bene,colu.8.
Ad materiam inquit etiam Bar. quòd ſicuti Domino acquiri-
tur, ſi relinquatur ſeruo ſuo, ita acquiritur ſi relinquatur rei
ſuæ,in.l.Gaius,in fi.ff.de an.lega.Conſtituens tamen alibi dif-
ferentiam inter filium & ſeruum, quicquid dictum fuerit ſu-
pra vt filius in caſu huius legis,nomine ſit hæres, effectu tamẽ
acquirat patri,ſeruus autem nullo modo,in.l.cum filio, colu-
mna tertia.ff.de lega.j. quod poſtea in.4. diſputat, dic vt per
eum.Et hac ratione ſeruus adhuc,quia nihil habet,accuſari nõ
poteſt,vt puniatur in bonis, licèt in eum cadat pœna genera-
liter pecuniaria,ſecundum eundem Barto.in.l.hos accuſare,in
§.omnibus,col.1.&.2.ff.de accuſa. Eſt verum,quòd limitatur
l.iſta,ĩ electione,ſeu in facultate eligendi,quę inhæret perſonæ
ſerui,nec per ipſum quæritur Domino,intelligẽdo de electio-
ne quæ cadat in ſeruum, puta alternatiua vel optionis.l.ſi ſti-
pulatus,& ibi Bar.in princi.ff.de verbo.obli. Et in ſimili, quia
de vxore nihil dictum eſt,facit,quia ſi donata ſit res vxori,cõ-
ſtante matrimonio,acquiritur marito,nec ipſa interim domi-
na eſſe poteſt.l.2.C. de inoffi.dona. Bart.in.l.ſub conditione,
col.1.ff.de ſolu.Verum ad filij propoſitum inſtatur,ſi nihil ha
bet,non debet poſſe obligari,& tamen obligatur.l.tam ex con
tractibus.ff. de iudi. Sol.incarcerabitur, niſi cedat bonis.l.3.
§.ſed vtrum,& ibi Bar.ff.de mino.tradit Iaſ.in.l.qui Romæ,in
§.Augerius,nume.4.&.5.de verbo.ob. Per tutorem etiam ſic
quæritur infanti,ſed nõ per curatorem furioſo,rationem aſsi-
gnat Bar.in.l.ſi infanti, col.4.C.de iu.deli. & ſic nõ ſemper eſt
bonum argu. de infante ad furioſum, ſi fiat reſtitutio quoque
ex Treb.Senatuſcon.ei qui eſt in aliena poteſtate,ſtatim acqui
rit cui ſubiectus eſt.l.poſt mortem, & ibi idem Bar.in fi.C. de
fideicom. Et quia de aditione hæreditatis dictum fuit, non eſt
prætermittendum,ſi pater furioſus ſit,quòd filius ſine iuſſu ip

ſius,hæreditatem adit.l.cum hæres.ff.de acqui.hære. quòdque
hæc lex fallit in multis caſibus,de quibus per glo.vbi etiam Ia
ſo.in.l.cum filiusfamilias,colum.3.ff.ſi cer.pe. Et ad regu.di-
cit Bal.in.l.generaliter,colum.4.C.de ep.& cle.quòd in hære-
ditate acquirenda,agnatio non reſpicit ſucceſsiuum effectum,
ex quo momento fit acquiſitio. Si tamen pater eſſet in articu-
lo mortis conſtitutus, filius tunc ei non acquireret, caſus eſt
ſingu.in.l.fi.in fi.C.de bonisq; libe.not. Bal.in.l.fi.ff.de condi.
inſti.Areti.conſi.141.in præſenti,colu.6.Iaſ.in.l.quoniam,in
fi.C.de teſta.& dicit vltimo loco,in.l.filii,in fi.C.de inoffi.te-
ſta.quòd conſilium illius legis hodie non tenet, ex quo filius
poteſt pure inſtitui,& pater ab vſufructu prohiberi,authen.ex
cipitur.C.de bonisque libe. vnde id quod debet fieri pure, nõ
debet fieri conditionaliter & ſuſpenſiue, iure veteri autem ſe-
cus, vt hic, quia quicquid acquirebat filius acquirebat patri,
etiam prodigo,ſicuti furioſo,vt ſupra,& in.l.vlti.C.de ſen.pa.
& iſta ſufficiant.

### *Ad.l.mulier.§.cum proponeretur.ff.ad Treb.*

### Caſtitas. 52.

QVOD in matrimoniali coniugio ſeruetur caſtitas,vt in.c.Ni
cena Synodus.31.diſ.& in.cap.non eſt culpandus.32.q.j.& in
c.quoniam.31.q.1.& in.l.caſtitati.C.ad legem Iul.de adul.no
tat etiam Bar.hic,& ad.q.infert,ſi teſtator dixit,relinquo vxo-
ri meæ,donec caſte & honeſte uixerit,quòd relictum habebit,
etiam ſi tranſeat ad ſecunda vota. & probant verba text.ibi,
» Quod & mulieris pudicitiæ,& patris voto congruebat, & ita
» tenuit etiam Ric.Mal.hic, vt Fulgo.refert. idem Barto.in au-
then.hoc locum.C.ſi ſecun.nup.mu.& in.l.fi.in.§.fi.C.de in-
dic.vidui.tol.& in.§.cum igitur, in authen. de non eligen.ſe.
nu.in prin.Bal.in.c.pe.de proba.E hanc opi.indiſtincte, à quo
cunque verba hæc proferantur, tutãtur Bononien. quia idem
Bal.in.d.l.fi.col.1.diſtinguebat contrarium ſentiens,quòd vi-
deatur potius maritus cogitaſſe de caſtitate viduali, in ſingu.
nouis.577.mulier & idem quod Bal. Afflic.in.c.1.nu.107.ex
quib.cau.feu.ami.in vſib.& male,vt in loco ſupra allega.effica
citer oſtenditur. nonnihil Abb.in.c.vt clericorum, colum.2.
de vi.& ho.cle. Et quòd nubere non ſit turpe, ſed honeſtum,
tradit



tradit nouiſsime idem Bal.conſi.336.iuxta, col.1.volu.1. Et
ad propoſitum in.l.Deo nobis,col.3.C.de ep.& cle.quòd ca-
ſtitas triplex eſt,virginalis,continentialis, & pudica, vt hic,&
de his etiam in ſumma.27.q.5. Immo quòd ſi longo tempore
continentia obſeruetur, non longe à virginitate diſtat, vt in
d.locis legitur.& dixi ego in.l.tranſigere, lectu.2. in.2.notab.
C.de tranſac.& ex his verum eſt,quòd in concubinatu tolera-
biliter viuitur,in virginitate virtuoſe, in adulterio damnabili
ter,& in matrimonio denique pudice,vt hic.Tamen quòd trã
ſitus ad ſecunda vota odioſus ſit aliàs notandum eſt,vt hic per
Docto.tradit Bal.poſt Guliel.de cu.in.l.3.C.de præſcrip. lon.
tempo.refert Seyſel.in.l.ſi diuortio,in fi.ff.de verbo.ob. Ani-
ma mariti cõtriſtatur.§.nos igitur videntes,in authen.de nup.
Bal.in authen.cui relictum,col.3.C.de indic.vidu.tol. & con-
ſi.51.iſta quæſtio,col.2.volu.3.Et ſi non petierit tutorem in-
fra annum filio, eius ſucceſsionem perdit.l.ſciant.C. de legi.
hæ.& in ſubſtitutione punitur.l.credendum.§.ſi vero, iuncta
glo.ff.qui pe.tu.Et virtute compendioſæ factæ à pagano,ver-
bis communibus, non admittitur, quia omni tempore ſit fi-
deicommiſſaria,vt per Iaſ.in.l.precibus,colum.11.C.de impu
be. Quid quòd Cataphriges ad idem ſecundas nuptias à for-
nicatione nihil differre cenſebant. Fortunæque muliebris ſi-
gnum nefas erat attingere, niſi ab ea,quæ ſemel tãtum nupſiſ-
ſet.& antequam Gorgophone Perſei filia, mortuo priore ma
rito Oebalo,nupſiſſet ( author eſt Pauſanias ) ſecunda matri-
monia incognita erant.& cum his finio.

### *Ad.l.finalem.ff.de rebus eorum.*

### Actus nullus. 53.

EX actu nullo,quamuis,mirum videatur, quia non entium, nõ
eſt qualitas.l.eius qui in prouincia.ff.ſi cer.peta.l.nam & ſi ſub
cõditione.ff.de iniuſ.teſta.Seyſel.in.l.cum filio,col.9.ff.de leg.
j.declaratur tamen teſtatoris voluntas, vt hic, & in.l.non du-
bium.C.de teſta.& in.l.j.C.de fideicom.Are.conſil.150.viſis,
col.vlti.Ro.conſi.179.ampliſsime,col.3.Bart.q.11.habeo fi-
liam,col.j.Bal.in.l.ſi poſt diuiſionem,col.j.C.de iu.& fac.ign.
& idem in donatione.l.cum de bonis,& ibi Ange.C.de dona.
Idem Areti.conſi.17.conſyderatis,col.8.& ideo licet teſtamẽ

tum efficiatur nullum, attamen Iudex ſequitur patris iudiciũ, quia (vt diximus) volũtatem ipſius probat. l. ſi pater, & ibi no. ff. de teſta. tute. & ſi minus ſolẽne fuerit, liberat eadem ratione tutorem à ſatisdatione. l. qui à patre, & ibi Bal. ſignãter per iſtũ tex. ff. de confir. tuto. Qui in ſimili dicit etiam in. l. ſi fundus, in §. quanquam. ff. de reb. eo. quòd ſic ex contractu inualido ius excipiendi oritur. & mirum videtur ex alio, quoniam de actu nullo, nulla debet fieri mẽtio. c. per veſtras, vbi Hoſti. & Abb. col. 3. de do. int. vi. & vxo. Feli. in. c. ex tenore, de reſcr. & quoniam qui præſtat authoritatem actui nullo, tenetur ad intereſſe, de quo tamen vide eundem Bal. in. l. j. in princi. ff. de tute. & ra. diſtra. Dicunt etiam Modern. Bononien. in repetitio. l. qui ſe patris, col. 26. C. vnde libe. quòd ſufficit in quacunque volũtate etiam minus ſolẽni dare licentiam filio abſtinendi. Deci. in. l. j. in prin. ff. quod quiſque iur. & in. l. ſi auiæ, num. 10. C. de ſuc. edic. & in. c. at ſi clerici, col. 10. de iudi. quòd licèt cauſa nulla non ſit in conſyderatione, & paria hæc, quòd nulla exprimatur, vel pro nulla habeatur. d. l. j. l. i. vbi glo. ff. de no. oper. nun. ex actu nullo tamen effectus aliquis inſurgit, vt hic, & in. §. ex non ſcripto, vbi Areti. col. 8. inſti. de iu. natu. Bal. clarius, in. l. de quibus, col. 7. ff. de legi. de conſuetudine, quòd & ipſa quoque ex actibus nullis inducitur. & idẽ in pœnis, à quibus quælibet cauſa, etiam iniuſta, excuſat, vt per glo. in. l. ſi plagij. C. ad legem Fa. de pla. & hinc idẽ Bal. inquit adhuc, in. l. hęredes palam, col. 2. ff. de hære. inſtitu. quòd voluntas facilius probatur, quàm ſolẽnitas. & quòd teſtamentum nullum ſufficiat ad probandam voluntatem teſtantis, tradit etiam Bar. in. l. fideicommiſſã, in. §. quotiens. ff. de lega. 3. & in. l. in teſtamento. ff. de fideicom. lib. vbi ſimile quoque adducit, quòd ſic etiam inſtrumentum cancellatũ, probat quòd fuit. & intellectus eſt ad iſtũ tex. vt ſentit Cur. & bene, in. l. admonendi, nume. 46. ff. de iureiu. quòd loquatur, quando illud quod probatur ex teſtamẽto nullo poterat fieri in minus ſolẽni voluntate, prout eſt licẽtia alienandi, quæ poterat dari coram duobus teſtibus, & notãdum eſt. & ad propoſitum, ſicuti ex actu nullo plærũque effectus inſurgit, ita è contra videmus quòd ex bonis rebus exẽpla mala exorta ſunt, vt per glo. in rub. de his qui po. no. & in ſimili conſuetudo etiam nulla, tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ, & excuſat à pœna, ſecundum glo. in. c. cum venerabilis, de conſuetu. bonus tex. in. c. 2. de tempo. ordin. & in. l. ſi pater, in prin.



prin. ff. ad Macedo. Bal. in. d. l. de quibus, in. 5. col. ff. de legi. Areti. conſi. 154. cõſultatio, col. 2. & quòd ex actu nullo, & improbato à lege, plerũque reſultet effectus, tradit Alber. in rub. de vulga. & pup. ſub. col. 4. Caſſane. nouiſſime, conſi. 1. col. 29. vſque adeo vt clericus perdat beneficium, mero iure matrimonium contrahens, etiam quòd nullum ſit. c. j. de ſponſa. in. 6. c. auditis, de elec. Staphi. in tracta. de vari. mo. va. nu. 87. aliquid Bal. in. c. quia propter, col. 3. de elec. dicẽs quòd licèt per actus inualidos nihil validum ſequatur, attamen vt ſupra datur voluntas & conſenſus intelligi. Si Princeps etiam manum apponat in aliqua re, quamuis inutiliter cenſentur ligatæ manus ordinarij & aliorum, vt amplius ſe de. d. re non intromittant. c. vt noſtrum, de app. Ro. conſi. 335. circa primum, col. j. Deci. in d. c. vt noſtrum, & conſi. 5. viſis, ad ſi volu. 3. & in reſtitutione vſurarum, quòd à ſuccedente retineri non poſſint tuta conſcientia, ſed pauperibus erogari pro anima teſtatoris, dũmodo voluntas ipſius probetur, etiam ex diſpoſitione minus ſolemni, affirmat Ancha. conſi. 429. pro euidentia, colũ. 2. & idem in interruptione præſcrip. Deci. in. c. vt debitus, col. 3. de appe. ꝙ quamuis adhuc præſcriptio non interrumpatur per lit. conteſtatam factam coram Iudice incompetenti, vel quãdo proceſſus nullus eſt, aut citatio, ſecus eſt tamen ſi coram eo tale quid exprimatur, quod habeat malam fidem inducere, quæ ex indicijs probatur, nec nouum ſubijcit, quòd ex actu nullo effectus extrinſecus cauſetur. & Bal. in. l. j. lectu. 2. col. 15. C. de ſacroſã. ec. quòd cum duo teſtes probent voluntatem teſtatoris, corã duobus teſtibus pariter valebit teſtamentum ad pias cauſas. & Cro. in. l. ſi conſtante, col. 6. ff. ſolu. mat. quòd ſi pater in teſtamento nullo, legauerit quantitatem filiæ pro dote, eã minuere non poterit, facta ſemel declaratione, etiam quòd teſtamẽtum inualidum ſit. Si tamen actus ſit preiudicialis facienti actũ nullũ, dubitat Deci. omnino videndus, in. c. cũ acceſſiſſent, col. pe. de conſti. Ad regu. vltra iſtum text. & ſimiles ſupra allega. facit etiam tex. in. l. militis, in. §. Veteranus. ff. de mili. teſtamẽ. & in. l. ſi maritus. C. de do. int. vi. & vxo. & ſi inter liberos pater, non relinquendo, ſed permittendo diſponat id quod aliàs erat prohibitum, valet permiſſio, authen. hoc inter liberos. §. per nuncupationem. & ibi Bal. C. de teſtamen. & quòd ex teſtamento etiam inualido probetur volũtas teſtatoris, tradit Iaſ. in. l. nemo poteſt, col. 13. ff. de lega. 1. Rui. in. l. 2. in. 14. ff. eod. Butigel.

Butigel.præcep.in.l.j.in.§.ſi quis ita,col.penul.ff.de verb.obl. Immo plus ait idem Rui.conſi.3.de pluribus, nu.26.volu.2. quòd non ſolum ex actu nullo,verum etiam ex defectu poteſtatis,declaratur voluntas,& conſi.134.viſo nume.10.eo.lib. quòd ſufficit ad inducendum fideicómiſſum. Et quo ad intellectum iſtius tex.adhuc dici poteſt,quòd alienans habuit iuſtam ignorantiæ cauſam,ex quo teſtamentum fuit detectum nullũ, poſt alienationem,de quo tamen poſt Oldra. Ioã.And.in addi.Spe.de rerum permu.in rubri.Seyſel.in.l. qui Romæ,in.§. Griſogonus,col.12.ff.de verbo.ob.

## *Ad.l. nec adiecit .ff. pro ſo.*

## Affectio. 54.

PONDVS, in legatis loquentes, vt infra habent verba Vlpia. » hic poſita,quæ ſunt,Fortaſsis hoc ideo,quia non ſine cã obue» niunt,ſed ob meritum aliquod accedunt. Adde glo.in.l.miles, in prin.ff.de lega.2.& Bal.in.l.fœminæ,col.1.C.de ſecun.nup. & in.l.idemque,in.§.ſi quis ea,in fi.& in.§.fi.ff.man. vbi legatum,ad dona.cauſa mortis etiam extendit.& Ancha.con.219. mirum,in prin.& quòd hac ratione,ſi relictum ſit ſub cõditione negatiua,ſi legatarius ſcilicet capitoliũ nõ aſcendiſſet, quoniam non debetur,niſi purificata conditione.l.cedere diem.ff. de verbo.ſignifi.purificarique non poſſet,niſi vltimo vitæ ſpiritu,nec legatarius aliquod conſequeretur commodum, quia legatum eo tempore deficeret.l.hæres meus.§.quamuis.ff.de lega.j.inuenta eſt Mutiana cautio,qua promittit de nunquàm aſcendendo,& tunc actionem habet,legatumque conſequitur l.Mutianæ,& ibi Soci.in prin.declarat.ff.de condi.& demõ.& ad materiam facit,quòd ſi etiam filijs relictũ ſit, ad poſthumos non extendetur,in quibus nec meritum nec demeritum cadit, vt per Bar.in.l.qui filiabus,nu.2.ff.de legat.1.licèt in tutela ſit ſecus,quoniam datur ratione filiationis,vt ibidem, & per Bal. in.l.ſi quis filiabus.ff.de teſta.tu.Por.in.§.fi. col. fi.inſtitu. qui teſta.tu.da.po.& eſt communis opin.quam tamen ad longum diſputat Præpo.Sene.q.j.per totum. intellectus eſt tamen, ſecũdum quoſdam,quòd dictum verum ſit in legato extraneorum,non ſuorum.l.his verbis.§.illa inſtitutio.ff.de hære.inſti. l.cum ratio.ff.de bo.dam.non tutum,quoniam in hæreditate iura



iura prędicta loquuntur,non in legato. Hinc Bal.in.l.ſi donatione,in prin.C.de colla.ait,ſi pater dixerit, do vt bene merito,quòd merita non præſumentur præceſsiſſe, niſi probetur, quòdque hoc probato,etiam ſi dictum non fuiſſet, vt bene merito datum intelligetur,& quòd denique magis veritas quàm confeſsio inſpicietur.l.ſi forte.ff.de caſtren.pe.l.qui teſtamentum.ff.de proba.l.ſi vero.§.inde Papinianus .ff. man.l. ſi teſtamento.§.j.ff.de fideiu.& hic,& vtile eſt etiam ad.q.quia ſi ego ſim parrochialis vnius eccleſiæ,eidemque relinquam aliquid, poſtea me transferam ad aliam parrochiam, non propterea videor ſecundæ voluiſſe relinquere,ratione meritorum, tamẽ dubitat Imo.videndus omnino,in.c.requiſiſti,col.16.de teſta. poſt Cy.in.l.1.C.de ſacroſanc.ecc.& propter inſinuationem, vt per Bal.in.l.illud,col.4.C.de ſacroſan.eccl.& tradit rurſum Deci.conſi.21.viſo puncto,col.4.volu.1.quòd in ſocietate,veniunt tantum ea,quæ ex quæſtu acquiruntur, & ex opera cuiuſque.l.coiri.ff.pro ſo.non donationes, vel legata, quæ ob merita fiunt.clarius Gui.Pap.con.11.viſo tenore.in fi. & Ancha.conſi.130.pro & contra,col.1.&.2.poſt Bart.& Bal.in locis de quibus per eum,quòd ad ſubſtitutionem factam ſub nomine hæredum,non admittuntur alij, qui non teſtatoris iudicio,ſed fortuito,& per obliquum ad eius hæreditatẽ veniunt, quia (ſubijcit) iſta relicta fiunt ob merita,quæ non cadunt in ignotos.& idem conſi.377.ſaluo,in prin.& conſi.432.B. filijs maſculis inſtitutis,col.1.& Alex.in.l.ſed ſi plures,in.§.in arrogato,col.1.ff.de vulga.& pup.ſub.quòd relictũ alicui, potius ipſius cõtemplatione relictum præſumitur,hac ratione, quàm patris.clarius & fuſius Bal.in.l.certũ,in fi.C.fami.herc. & Bellame.deci.718.collationes,col.3.quòd iſta ẽ ratio pariter, qua ſtatutum eſt,ne in diem vel ſub conditione factum, transmittatur.& non ſolum in legato,& donatione prædicta procedunt vt ſupra verum etiam in feudo,vt idẽ Bellame.dicit deci.742. ſuppoſito,col.4.& quia quotidiana videntur,memoriæ etiam ſunt commendanda.

## *Ad.l.cum precibus.C.de proba.*

## Inſtrumentum. 55.

QVOD inſtrumentum ſit probatio probata, & verum præſumatur,

matur,ſi contrarium non oſtendatur,eſt hic caſus clarus, per quem ita etiam dicit Bal.in.l.optimam,col.2.C.de contrahen. & commit.ſtip.Ro.conſi.509.circa,col.pe.& conſ.518.in caſu.Dy.conſi.1.col.2.Bar.in.l.j.in.§.ſi quis neget.ff.quẽadmo. teſta.ape.Pau.de Caſ.& Iaſ.in.l.2.in.§.j.nume.1.ff. ſi ex noxa. cau.aga.niſi etiam ſuſpectum ſit,quia tunc ſecus, vt in.d.locis not.& nouiſsime idem Bal.in.l.j.in.2.col.C.de iura.cal. Dicẽs etiam in rubri.C.de contrahen.emp.col.5.quòd ſi in eo dicatur,talis vendidit & tradidit, per ipſum probabitur traditio, maxime ſi res ſit mobilis.& in.l.errore,in prin .C. de teſtamẽ. quòd publicum officium,bonæ fidei pręſumptionem inducit. Idem Gui.Pap.deci.129.ſed quomodo,col.1.& Bal.adhuc,in l.Imperator,lectu.1.col.1.ff.de ſta.hom.quòd error ſcripturæ non nocet,quòdque hoc verum eſt probato errore,ex quo in dubio ſtatur inſtrumento.nonnihil conſi.217.punctus,vol.5. & declarat in.l.fi.in fi.ff. de fi. inſtru. hoc idem verũ eſſe in inſtrumento publico,& ſi formam eſſe habeat,aliàs non, ſi exẽplum ſit,vel ſcriptura priuata.l.exemplo.l.rationes.C. de proba.authen.ſi quis in aliquo documento.C.de eden.Bar.in.d.l. j.col.2.C.de iu.cal.& in.§.ſed & ſi.in.2.col.pariter, in authen. de inſtru.cau.& fi.Bal.conſi.333.conſyderato,in prin.volu.2. & con.464.videamus,col.2.vol.3. Immo quòd euidens probatio dicitur,quæ ſit per inſtrumẽtum.c.cũ dilecti, & ibi Abb. in.j.not.de dona.ad ſaturitatem Iaſ.in.l.admonendi, in repeti. col.60.quæ eſt,fol.110.ff.de iureiu. & ſi probationes ſint pares,præſumitur in dubio pro inſtrumento, ſi diſpares probationi ſtandum eſt,quæ magis præponderet, & in hoc verſatur Iudicis arbitrium hincinde,vt inquit Angel.in.l.2.in.§.diem, col.2.ff.quemadmo.teſta.ape.& in dubio diximus, quia in caſu claro ſecus,vt ex multis probat Sauilia.conſi.156.Iacobus, in prin.& nu.15.vol.j.& regulare eſt, quòd non præſumatur falſitas,vt per iſtum tex.dixerunt Veronen.con.38.gratia,nu. 13.vol.ciui.Et ad idem inquit Bal.conſi.233. ſi per inſtrumenta,vol.1.quòd ſi per inſtrumenta conſtat de impoſitione ſeruitutis,in finibus ſuis debent ſeruari,ex quo vim diffinitionis habent.& conſi.249.ſuper libris,col.1.eo.lib.quòd nihil aliud actum videtur, quàm ſcriptum. et conſi.392.anno,colũ.2.eo. libro . quòd dicto ſtandum eſt, quod quis aſſertiue ſcripſit. Et conſi.152.iſta cauſa,col.1.lib.2.quòd ad reprobandum tenorem inſtrumenti,requiruntur teſtes omni exceptione maiores


iores.& conſi.166.proponitur ad fi.eo.li.quòd vnus non ſufficit,quòd tamen facit indicium ad torturam,& quòd denique poteſt torqueri teſtis & notarius.Inſtrumẽtum adhuc dicitur veritas apparens,& quòd certum verum & ſolẽne, idem Bald. in.l.Imperator,col.1.&.2.ff.de ſta.ho.& in.l.2.col.1.C.quando fiſ.vel priua.& in.l.quotiens.C.de iudi.& in.c.j.in.§.inſtrumentum,de not.ſeu.in vſib.Gramma.deci.45.in cauſa, nume. 9.& multa deci.103.Illuſtriſsima, nu.1.& idem in priuilegio Feli.in.c.licet cauſam,col.8.de proba.But.& alij ibidem, & in c.inter nos,de re iudi.& in.c.auditis,de reſtitu.in integr. & eſt vtile ad materiam.c.ad decimas,de reſtit.ſpol.in.6.Capi.deciſ. 77.in cauſa,nume.5.& ad Bal.noſtrum redeuntes, dicit etiam conſi.456.Seia,col.2.volu.1.quòd quale eſt inſtrumentum in forma, tale eſt in materia,quòdque ſtandum eſt verbis ipſius. Et conſil.444.ad euidentiam,col.1.lib.1.quòd inſtrumentum publicum,triplici nomine appellatum,originale,exemplar, & protocollum,ſemper,& regulariter loquendo, probat,niſi(vt ſupra dictum eſt) ſuſpectum ſit,quod nouiſsime ex eo tribus modis contingit, ſi raſum abolitum vel cancellatum ſit in loco de quo eſt quæſtio,vel ex vilitate producentis,aut ſcribentis,quia ſoliti ſint talia ſcribere & producere, & vt per eũ ſuſius . dicentem quoque confirmari ex tribus,ibidem , ex fama producentis,ex fama ſcribentis,& ex munditie ſcripturæ. Et quòd non ſolum præſumatur verum, ſed etiam ſolemne in forma & in cauſa,docet idem adhuc,conſil.179 . ad euidentiã, in fi.volu.2.& conſil.52.caſus,col.1.volumi.3. quòd in foro conſcientiæ ſtãdum eſt veritati,in foro iudicij autem oportet ſeruare ſcripturas,& conſi.322.inſtrumento,colum.2.eo. lib. quòd pro inſtrumento præſumitur propter formam, quæ adiuuatur ex cauſa,quòdque ſimulationem probat,qui dicit contractum ſimulatum,ex quo non præſumitur.& clarius conſil. 352.quæritur,col.2.eo.lib.& conſil.389.quod dictus. colũ.1. vol.4.& conſi.189.punctus,vol.5.& conſil.438.an poſſeſsio, col.2.eo.lib.Ro.conſi.101.propoſitæ,col.3.Anch.conſ.227. ad corroborationẽ,col.2.& idem Bal.conſ.415.ſuper eo, col. 2.eo.lib.quòd in dubio præſumitur quod apparet.& conſilio 450.quæritur,col.2.eo.lib.quòd vbi ſuſpicio eſt purgata, ibi ẽ fides inſtrumenti illibata.& conſi.21.punctus , col.2.vol.4.ꝙ præſumitur verum,ſolẽne,& factũ conſenſu partiũ, quòdque ſunt tres præſumptiones à lege approbatæ.& conſi.154. proponitur,

ponitur,colum.2. vol.5.quòd tribus modis conſyderatur, figuraliter ītellectualiter,figuraliter & intellectualiter ſimul.& conſi.394.ſuper primo vol.4.quòd creditur inſtrumento, ꝙ donatio facta fuerit ex certa ſcientia.& non per errorē.& conſ. 471.ſuper eo,col.2.volu.5.quòd talis præſumitur ſubſtantia, qualis eſt qualitas & ſuperficies,quòdque tale præſumitur inuiſibile eſſe,quale per viſibile figuratur in eſſe. & conſil. 215. proponitur,col.2.volum.1.quòd vbi eſt caſus inſtrumenti,ibi non eſt dubitandum,vt dicimus de lege,refert, & ſequitur Sauilia.conſi.317.in cauſa,nu.1.col.2.vol.2. Eſt verum ſi in inſtrumento aliqua verba inuenirentur enunciatiue prolata, ꝙ vtique non præſumerentur,puta Titius filius Sempronij, vel aſſertiue & incidenter prolata ſint,quod notat pro ſingu. Pet. ſanc.in ſuis.39.nam regula &c.& quòd inſtrumentum habeat præſumptionem pro ſe, quòdque faciat fidem cōtra quemcūque,tradit Abb.in.c.1.col.2. de procu.& in inſtrumento compromiſsi,quòd eidem ſtandum eſt,ſi aſſereat quæſtionem eſſe inter aliquos,Ro.conſi.68.viſis,col.2.Et quòd in dubio,rōne officij pro notario præſumatur,quòdque inſtrumentū contineat veritatem,& quòd à ſe ipſo clauſulas non appoſuerit, Alexan.conſi.125.viſis,col.8.vol.1.Dicit ēt Ancha.conſil.291. ſuper pluribus,col.2.quòd ſuper aſſertioni, quæ habet contra ſe veritatem,de qua conſtat per publicum inſtrumentum,non ſtatur.Et conſi.297.efficacibus, col.vlti.quòd bulla facit plenam fidem.Et Ro.conſi.291.cum iſti fratres, col.3. quòd inſtrumento,in quo matris voluntas ſit de conferendis vel non conferendis bonis inter fratres, ſic pariter ſtandum eſt.& ad materiam multa Io.ani.conſi.13.veritas,col.1. Et data paritate terminorum, magis creditur inſtrumentis, quàm teſtibus, quod tamen verum eſt vbi agitur de probādo tēpore, de quo facile quis obliuiſcitur, vt per Bal.in.l.optimā,col.2.C.de cōtrahen.& commit.ſtipu. Qui dicit pulchre etiam in.l.1.C.de dona. quòd traditio inſtrumentorum habet vim rei traditæ, quòdque fit hoc modo traditiua & poſſeſsiua inueſtitura, ad differentiam ſignificatiuæ,quæ fit per baculum vel per biretū, nihil repræſentans rei cohærens. Et in.l.non ignorat. colum. 5.quòd inſtrumentum dotis probat matrimonium.Et ad propoſitum ſciendum eſt,quòd tota authoritas inſtrumenti, ſtat in ſubſcriptione,& ſigno, eodem teſte, in.l.Imperator,citata etiam ſupra col.vlti.lectu.1.ff.de ſta.ho.& in.l.fi.colū.2.C. de quad.



quad.præſcrip.& conſi.467.quædam, col.2.vol.5.quòdq; nō dicetur vituperatum,licèt in eo ſit defectus latinitatis,quod tamen fallit in literis apoſtolicis.c.ad audientiam,de reſcrip. idē Bal.in.l.Imperator,in prin. Si referat tamen, non creditur eidem, niſi de relato conſtet, vt dictum eſt ſupra fallit nouiſsime, quo ad præiudicium partium. ſi actus relatus potuit interuenire tempore inſtrumenti, quando refertur ab eo qui poſſet diſponere. in verbis enunciatiuis Principis. & quando notarius atteſtaretur ſe legiſſe relatum, & fuſius, vt in authe. ſi quis in aliquo documento, diximus, vbi Seyſel. præ cæteris etiam, columna quarta egregie, & alii.C. de eden. Non omittentes vltimo, quòd licèt pro inſtrumentis præſumatur, non tamen habent executionem paratam .l. minor vigintiquinq; annis, cui fideicommiſſum.ff.de mino.Ias. in.l.fi.col.2.C.de edic.di.Ad.tol.Alex.in.l.ſi cum dotem, in. §.eo autem tempore, col.2.ff.ſolu.ma. Idem Seyſel.in.l.ſi pacto quo pœnam, col.2.C.de pac.& hæc tibi lectori ſint ſatis.

## *Ad.l.non tantum.ff. de appella.*

## Appellatio. 56.

MIRABILIS eſt tex.iſte,quòd non ſolum prouocet qui ad ſupplicium ducitur,& ſic in criminali cauſa, verū alij eius nomine, quanuis ipſe non mandauerit, & eo quoque inuito, vt etiam declarat Bar.conſi.100. à Domino Cyno, col.2. Gui. Pap.in tracta. de ap.colū.15. glo. in ſumma.2.q.6. creat enim
» (ſubijcit Iuriſcon.) humanitatis ratio omnem prouocationē
» audiri debere, & à quocunque, ſuppleas tu, quòd & ipſe met
Vlpia.dicit paulo ante, & eſt ſpeciale, ſicuti & alio caſu, quòd pendente termino appellationis ſententia non exequatur, licet immineat pœna vltimi ſupplicij.l.qui vltimo ſupplicio,& ibi Bar.ff.de pœn.Abb.in.c.cum ſit Romana, col.2.de ap. Eſt verum, quòd proſequutio debet poſtea fieri perſonaliter ab ipſo reo.l.1.ff. an per ali. cau.ap.l. addictos. C.de ap. Bal.in.l. furti, in.§.1. in fi.ff.de his qui not. infa. & rationem aſsignat Alexandri.colle.in.l.pe.in.§.ad crimen, nu.44.ff.de pub.iudi. Et ad propoſitum dicit in ſimili idem Bal.in.l.bonorum, in fi. ff.rem ratam ha.quòd coniuncti redimētes ſanguinem ſuum, poſſunt coniuncto inuito paciſci,ad ipſius commodum,& eo tunc

tunc cùm tangitur caſus totius agnationis. Et Rimi.in.l.tranſigere,col.2.C.de tranſac.vbi & nos multa, quòd ſicuti in cauſis criminalibus pœnam ſanguinis ingerentibus licet tranſigere,& ſanguinem ſuum redimere, ita licebit alienum. & eſt argu.in.l.1.2.3.ff.de libe.cau.glo.1.in.c.1.de procu. Et Bal.rurſum,in.c.cum inter, in.2.col.de elec. quòd eſto quòd nomine alieno poſsit quis appellare,etiam ſi ſua non interſit,nec mandatum ſibi ſit, & ratificatio infra tempus appellandi requiratur,non requiretur tamen in cauſa ſanguinis, vt hîc. Et quòd non ſolum quis pro alio appellans admittatur, verum etiam ſi pro ignoto penitus appellauerit, probatur in.l.ſi quis filio, in.§.quid tamen.ff.de iniuſ.teſta. De coniuncto, Bar.in.l.cum & Iudices, col.2.C.de iu.cal.& in ſimili inuito & prohibente hærede poteſt etiam funerari teſtator,& locum habet actio funeraria.l. at ſi quis.§.idem Labeo.ff.de religio. ego in.l. Papinianus,in.§.quarta.ff.de inoffi.teſta.Conducũt quæ dicit Cy. in.l.quicunque,col.4.C.de ſer.fugi. quòd reus non poteſt eligere pœnam,nec à Iudice ſibi electio dari, etiam ſi ſtatutum alternatiue loquatur, quia minor ſemper impoſita videtur. Et Io.And. in.c.cum c.Laicus, de fo.compe.in.6. Pet.raue.poſt eum,in alpha.ſuo,in verbo lex,vbi alia etiam ad materiá multa, ſi aliquis eſt condemnatus ad mortem, niſi ſoluat centum, quòd.d.centum ſoluere poterit aliquis etiam eo inuito,dicitque pulchrum eſſe pro limitatione.l.fi.C.de nego.geſ.Et Feli. in.c.cum ſuper, col.1.de re iudi. quòd hac ratione etiam permiſſa eſt appellatio cuicunque, quoniam nemo eſt dominus membrorum ſuorum.l. liber homo.ff. ad legem Aqui. & hac ratione clamat Ange.in.l.pactum.ff.de pac.quòd male faciunt Iudices maleficiorum, qui patiuntur reos renunciare ſuis defenſionibus,refert & ſequitur Nath. in cle.ſæpe, in.§.1.col.8. de verbo.ſi. Et Ias.in.l.admonédi, in repe.col.86.ff.de iureiu. quòd ap.non ſolum permittitur ratione leuis præiudicij & intereſſe, verum etiam humanitatis intuitu, vt hîc, & eſt cautela ad differendam executionem, vt in ſuis docent Veronen.2. quando, col.2.Et in.d.l.fi.col.2.C.de nego. geſ.q. in materia decidit Bal.quòd ſi pro compatre meo, etiam eo vetante,ſolui centum,quia erat in diſcrimine vitæ cõſtitutus, eam repetam, quoniam non minus intereſt homines viuentes conſeruari, quàm mortuos tumulari. Et in.l.obſeruare, in.§.proficiſci, col.5.ff.de offi.procon.quòd ſi poteſtas, infra tempus appellandi,



appellatumque ſit,miſit furem ad furcas, tenebitur,accuſatus in ſyndicatu, à quocunque interpoſita ſit, quia ei legitimam abſtulit defenſionem,perinde ac ſi occidiſſet Innocenté. l.lex Iulia.§.hodie.ff.ad legem Iuli repe.Et Gui.Pap.deci.578 ſi agatur,col.3.quòd ſi Iudex, non obſtante ap.vellet ad executionem procedere,poſſet ei de facto reſiſti, & executio impediri. idemque Inno.in.c.ſi quando, de offi.dele.& Seyſel.in repe.l. vt vim, col.3.ff.de iuſti.& iu. quòd quando agitur de pœna ſanguinis, intereſt reipub. ne quis indebite moriatur. Et in.l.4.in.§.Cato,col.10.ff.de verbo.ob.quòd etiam extraneus pro abſente poteſt pacé acceptare. Et Imo.quòd ſi quis accuſatus velit probare ſeruum ab alio occiſum, vel viuum eſſe,audiendus eſt,niſi appareat,quòd hoc faciat calumniandi animo,in.l.is qui reus,col.22.ff.de pub.iudi. Et Bal.in.d.c.cum inter,citatus etiam ſupra verſic.dicit ſtatutum, de elec. relatus nouiſsime per Seyſel.in.d.l.vt vim,in repe.col.5.quòd licet amico amici ſanguinem redimere.& in not.q. idem Seyſel.in.l. quod meo,in.1.col.ff.de acqui.po. quòd hic eſt actus, in quo alteri per alterum quæritur, pro limitatione.l. ſtipulatio iſta §.alteri.ff.de verbo.ob.notandum.

## *Ad.l.ſi adulterium cum inceſtu.§. idem Polioni.ff.ad.l.Iul.de adulte.*

## Notorium. 57.

QVAMVIS notorium releuet ab onere probandi, non tamen releuat ab onere proponendi, & debet omnino allegari, vt hic not.& in cle.appellanti, de ap.& idem dicit Bal. in bona fide,quæ & ſi præſumatur in dubio ſemper.l.pe.C.de decu. libro.10.debet tamen allegari, & in hoc conuenit quòd cautus ſit aduocatus,in.l.ſuper longi,col.3.C.de præſcrip.lon.temp. Et in.l.quicunque,in princi.C. de ſer.fugi. quòd præſumptio ignorantiæ,quæ excuſat aliquem in facto proprio, releuat ab onere probandi vt ſupra nõ ab onere proponédi.De notorio Burg.præcep.in.c.cum dilecti,col.10.de emp.& ven. Qui etiá in.c.peruenit,col.2.eo.ti.ſentire videtur,hoc verum eſſe,quádo præſumptio, ſiue exceptio oritur ex facto partis proponẽtis.& eſt ſimile,in.l.ſi certis annis, vbi idé Bal.C. de pac. quòd ex diuturna præſtatione,cauſa pariter præſumitur, ſi tamen al-

legata ſit,& non aliter,tradit Feli.in.c.de quarta,col.pe.de præſcrip.& Seyſel.in.l.j.col.3.ff.de legi.quòd ignorãtia in illis caſibus,in quib⁹ excuſat,debet allegari.Et ideo ſi quis olim Dominus, non allegaret ſe de præſenti Dominum in libello ſuccumberet, etiam ſi reus id ipſum confiteretur, quod videtur mirabile,ita Alex.in.l.ſi minorem,col.2.C.de in integ.reſtitu. ergo non eſt verum ſufficere quòd libellus concludat præſumptiue contra.l.omnes.§.Lucius.ff.quæ in frau.cre. Sol.in caſu iſto allegando ſe dominum,& intelligendo in præteritum, ex confeſsione rei includeretur negatiua in præſenti, contra naturam rei vendicationis,ergo non mirum ſi non ſufficit,ſecũdum Bar.in.l.certum,in.§.j.declarando glo.ibi.ff.de conſe.Alex.in loco præallega.Vel dicamus eſſe,quia factum partis agẽtis,vel rei excipientis,ex quo præſumitur ſemper,debet allegari,factum autem alterius non, & ita intelligitur regu.d.§.Lucius,declarat Bar.in.l.cum quid, in vlti.col.ff.ſi cer.pet.Areti. multa conſi.109.clariſsime,col.4.Ro.conſi.77. pater Reuerẽde,in prin.Et idem dicit Alex.in.l.j.col.6.ff.de eden.poſt Barto.in.d.l.cum quid,quòd ſi quis in libello fundat ſe ex facto à ſe celebrato,libellus non procedit,licet ex illo facto præſumptio inſurgat certæ cauſæ obligatoriæ,niſi id allegetur,vt hic. nonnihil in.l.qui in aliena,in prin.col.4.ff.de acquirẽ.hę.& ad propoſitum notorij, obſerua quòd debet allegari in actis, vt idem dicit in.l.1.C.vt quæ deſunt aduo.Gui.Pa.conſi.42.credo,col.2.Et ſic in conſuetudine notoria decidit Cur.iu. conſi.60.caſus,nu.5.& conſi.61.habita,nu.7.& conſi.24.cum ſæpius,nu.2.& conſi.52.habita,nu.10.Bal.ante eum in.l.ſi fugitiui, colũ.1.C.de ſer.fugi.& in.l.j.in fi.C.ad Velleia.ego conſi. 74.non debebat, vol.2.quo me aduerſum D. Marianum Soci. acriter & iuridice defendo, obiurgatus quia contrarium conſuluit tunc in cauſa,in qua ego conſulueram prius.Et ad materiam facit, quia immo generaliter inquit Ancha.conſi.388.in caſu, quòd non ſufficit aliquid eſſe, niſi allegetur, & exclamat tex.iſtum ad idem vt ſupra.Et in not.q. Alex.in.l.qui bona,in §.de illo.ff.de dam.infec. quòd creditor debet eſſe cautus & allegare ignorantiam, quòd tempore contractus debitor fuerit ſuſpectus.Et Bal.in.l.venia,col.j.C.de in ius vo.quòd lex nunquam allegat errorem pro aliquo, quòdque requiratur allegatio hominis adhuc per iſtum tex. Et Seyſel.in repe.l. Celſus, col.9. de vſuca. quòd qui habet præſumptionem iuris pro ſe, huiuſmodi



huiuſmodi eſt,vt poſsit allegari etiam poſt concluſum in cauſa,& not.quoque in.c.peruenit,de emp.& ven. & per Alex. in l.vnica.in.2.col.citata etiam ſupra.C.vt quæ deſunt Aduo.Et vltimo loco declarat Bellame.deci.734.ſi in libello, quòd allegari videtur,cum in libello exprimitur.d.l.omnes.d.§.Lucius ff.quæ in frau.cre. Et ad notorij propoſitum dic, quòd ſeipſum oſtendit,vt inquit Bal.conſi.323.proponitur, in prin.volu.2.quòdque nulla tergiuerſatione celari poteſt,ſicuti(vt idẽ Bal.dicit)nec candelabrum ſupra montem poſitum, nec circulus ante tabernam,nec ſcriptura pro roſtris,conſi.21.proceſſus, col.1.vol.1.Pau.Grillan.in tracta.de quæſtio.& tortu.in 3.q.col.2.&.3.& ibi quid à manifeſto differat, ideo (vt diximus)ſola allegatio ſufficit.& quid differat à publico, vide etiã Abb.in.c.fi.nu.7.de maledi.

## *Ad.l.tutor qui repertorium.ff.de admi.tu.*
## Inuentarium. 58.

TVTOR à lege non habet legitimam adminiſtrationem, nec experiundi mandatum, niſi legitime confecto inuentario, vt hic,& per Bal.in.l.in emphyteoticarijs, col.10.C.de iu.emph. Et(vt hic rurſum dicitur)ſi inuentarium dolo non fecerit, in ea conditione eſt,vt teneatur in id,quod pupilli intereſt, & ex iureiurando in litem æſtimabitur. Specialeque eſt hoc caſu,vt inquit Bal.in.l.ſi tutor,ad fi.C.de interdic.mat.& ſciẽdum eſt, quòd ſatiſdatio præcedit inuentarium.l.fi.& ibi idem Bal.C.ſi tutor vel cura.quòdque non conficiens inuentarium, in ſuſpicionem furti incidit,& eſt ſufficiens præſumptio,ſi res hæreditariæ non inueniantur,qua ſubijciatur torturæ.§.ſancimus,in authen.de hære.& Fal. In carceribus cauſam dicit.l.3.§. tutores.ff.de ſuſpec.tu. perpetuam infamiæ notam incurrit.l.fi.C. arbi.tu.& in litem iuratur,vt dictum eſt, quanti intereſt ipſius pupilli,inuentarium confectum non fuiſſe,propter res,& bona,quæ amiſſa,ſeu amiſſæ fuerunt,vt hic, & in.l.j.in.§.officio. ff.de tute.& ratio.diſ.late Ro.conſi.118.quo ad primum, per totum.& conſi.185.pro deciſione,col.2. Et idem in libro rationum dicimus,quòd tutor, vel quilibet adminiſtrator, qui ipſum non fecerit,quo poſtea adminiſtrationis rationem reddat, tenebitur ad intereſſe, iuramento in litem declarandum, &

& nouiſsime Bal.in.d.§.officio. Pulchrum verbum dixit in l. argentarius,in.§.fi.in prima lectu.ff.de eden. quòd hic erat dolus mixtus in faciendo & omittendo,quia intromiſit ſe adminiſtrator,ſine confectione inuentarij, ideo nō mirū ſi iuratur in litem, quod nota.& quòd præſumatur dolus in non faciente inuentarium,tradit idem Bal.conſi.101.ſuper primo,col.1. vol.4. Et hoc idem de induſtria feciſſe,animo celandi veritatem,conſi.383.quæritur,col.1.vol.1. Et quo ad iuſiurãdum, conſi.256.ſuper primo,vol.3.quòd etiam iuratur, quando inuentarium obſcure factum eſt,argu.in.l.prætor edixit.ff.de in iur.& in.l.de ætate, in.§.qui tacuit.ff.de interro.ac. Ex cauſa neceſsitatis tñ pôt adminiſtratio eidem permitti, licèt inuentarium non confecerit,aliàs ceſſante neceſsitate non, vt hic, per quem tex.ita etiam dixit Abb.in.c.fi.col.2. de ec ædifi. Feli.in c.cum acceſsiſſent,col.9.de conſti.nonnihil,in ſimili,de prælato alienante ſine cõſenſu ſuperiorum, Seyſſel.in ſpecu.feu. qui feu.da.po.col.17.Poteſt etiam ſecundum Ro.conſi.106.viſo themate,col.2.facere ea, quæ de neceſsitate præcedunt inuentarij cõfectionem,vt eſt perſcrutatio rerum pupillarium, quæ in inuentario ſunt ponendę.Et ad propoſitum dicit Bal.quòd prælatus debet quaſi inuentarium facere, & ſegregare res ſuas à rebus eccleſiæ, & omnia agere cum conſilio clericorum ſuorum, quod ſi facere prætermiſerit, multum præſumetur contra eum,ſicuti hic contra tutorem,in authen.licentiam, col.2. C.de ep.& cle.& in authen.ſed omnino,col.3.C. ne vxor pro ma.quòd inuentarium factum in præſentia publicarum perſonarum debet immediate Iudici præſentari & conſignari, cùm primum tutor poteſt, aliàs dicetur eſſe in dolo, & poterit vt ſupra contra eum iurari. Et ad materiam docent cautelam Veronen.in ſuis.68.ſi petens, col.2.qua clericus trahi poterit ad forum ſeculare,ſi tutor velit inuentarium facere,& citare creditores,quorum aliqui ſint laici, aliqui clerici,vt citentur per laicum,ſi ſua putãt intereſſe,quia citatio valebit,nec erit opus adire Iudicem eccleſiaſticum. Eſt etiam pulcherrima.q.an hæres rogatus reſtituere hæreditatem,ſic inuentarium facere cogatur, de bonis reſtitutioni ſubiacentibus ad requiſitionem ſubſtituti,& concludendum eſt,quòd ſic, ſumptibus ſubſtituti,vt hic per Bar.plene Gui.Pap. deci.351.vtrum, per totum. Dicit etiam idem Bar.hic,quòd quandoque poteſt remitti confectio inuentarii, ſi expediat pupillo quantitatem patrimonii non



non manifeſtari.l.2.§.tractari.C.ad Tertu.l.fin.C.de ali. pup. præſtan.Gui.Pap.deci.352.confectio inuentarii. Vel etiam ſi tutor ſit à teſtatore releuatus, vt idem adhuc dicit, conſi.41. Antonius,col.2.& bene.l.fi.C.arbi.tu.glo.Cy.& Docto.in.l. tutores.C. de admi.tu.Bar.in.l. in confirmando.ff. de confir. tu.Spe.de inſtru.edi. in.§.fi. idem Gui.Pap.conſi.43. teſtator, numero primo.

## *Ad.l.fi.§.neceſsitate.C.de boniſq; libe.*
## Filius. 59.

FILIVS familias non habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio,ſine conſenſu patris,vt hic,& cogitur pater,quantum ad ſolennitatem iudicii, ipſi authorari, ſed non ipſum defendere l.acquirerent.§.item ſi, & ibi Bal.ff.de pac.immo quòd ſeruat conſuetudo(quicquid dicat hic glo.)vt conueniatur pro delictis,ſine patris conſenſu.§.fi.Inſti. de noxa. idem Bal.in.l. huius,in.§.has actiones.ff.quod fal.tu.Bal.conſi.217.verba, col. 4.volu.2.& etiam agat, ſi pater ſit abſens.l.ſi longius.§.i.ff. de iudi.Ro.conſi.36.viſa,in prin.l.ſi libertus,quam hodie in punctis habuit doctiſsimus Anto.Martinus Luſitanus.ff.de in ius vo.& compromittat in arbitrum .l.licet.§. ſi ſeruus, vbi Bar. & Bal.adhuc, hoc ipſum notant.ff.de pecu. & commiſsionem in curia impetret,Rota deci.175.commiſsio,in nouis. Et verum eſt iſtud etiam,quòd non habet legitimam perſonam ſtãdi in iudicio,quando in figura iudicii agitur,aliàs ſecus,& hac ratione impetrat, vt proxime, nouiſsime Cro.in.c.1.in prin. de reſcrip.in.6. & ideo hinc videmus quòd etiam bo.po.petit l.ſeruus.ff.de bo.po. Bar.in.l.1.in pe.col.C. qui admi.Iaſ.in.l. cum filiusfamilias,in princi.ff.ſi cer.pe.quòdque non requiritur conſenſus patris, ſi imploretur officium Iudicis extra ordinem, & hæc eſt differentia præcæteris, quæ aſsignatur inter actionem & officium Iudicis, Iaſ.in.l.1.col.6.ff.de iu.o. Iudi. niſi contradictor appareat, quia tunc aliter dicendum eſſet, vt per Alex.in.d.l.1.col.5.vbi etiam in duobus caſibus exemplificat,ſi non appareat contradictor. Et ad propoſitum quòd aliàs iudicium ſit nullum ipſo iure, ſi ſine conſenſu patris agat filius, probat Bald.& dicit,deciſioni glo.hic, eſſe omnimodo ſtandum,conſi.194.in decidendo, vol.3. In dote quoque agit

filia ſine patre,ſi ſit aduentitia,authen.quod locum,vbi Barto. alios etiam caſus ponit,in prin.C.de colla.idem Bald.conſi.7. punctus,col.2.vol.3.Seyſel.in.l.2.in.§. quod ſi in patris,col. vlti.ff.ſolu.mat.& ibi Parpa.quoque, nu.15. Et confirmatur regu.in ſimili, quoniam omnis alienatio filio interdicta eſt patre vidente,quam ex multis declarat Nico.Boe.deci.7.Bar.in l.ſi poſtulauerit,nu.13.par.1. Et adeo vera, vt nec ratificatio patris iudicium faciat valere,niſi patris nomine egiſſet,ſecundum eundem Bal.conſi.498.circa,col.2.vol.2.Habet etiam legitimam perſonam, ſine patris conſenſu, vltra ſupra dicta,in pub.iudicijs.l.filiusfamilias,& ibi Bar.ff.ad legem Iu. de adult. & in.l.poſt legatum,in.§.filius fa.ff.de his quib.vt indi.qui aſſignat rationem in.l.inter liberas, in.§.j.ff.eo. Et pro re peculiari,quando pater ſibi adminiſtrationem conceſsit.l.ſi filiusfamilias,& ibi Ro.in princi.poſt Ange.in pandec.Florenti.ff.de dam.infec. Et in ſolutione recipienda ex cauſa aduentitia, in qua non quæratur vſufructus patri, iuxta not.in.l.nõ ſolum, col.2.ff.ſolu.ma.Et quòd aliàs non ſit homo integer, ſupplendusq́ue eius defectus patris authoritate, tradit Bal.conſi.289. quæſtio,col.j.vol.3.Et quòd hac de re teſtari non poteſt, conſi.496.pone,in fi.vol.5. Et cum ſit conſenſus authorizabilis, non poteſt ſeorſum interuenire ab actu,eodem teſte,in.l.j.lectu.2.col.5.C.de ſacroſanc.ec.Ancha.conſi.123.vnus, col.2. Et in ſimili ſupra de ratificatione.Fuſius dicit Bellam.ad materiam,deci.730.commiſsio,col.2.quòd de iure fforũ,erat clauſus aditus filio, quia quicquid acquirebat, patri acquirebat.l. placet.ff.de acqui.hæ.de iure Codicis poſtea proprietas actionis eidem data eſt,exercitium patri,cui etiam hac ratione quæritur vſufructus,intellige in bonis aduentitijs, & etiam eidem actionis exercitium, cum conſenſu tamen patris, vt hic. Tamen ſciendum eſt, hoc idem in curia parlamenti non ſeruari, nec curari patriam poteſtatem,non in agendo,& minus in excipiendo,Gui.Pap.deci.54.tempore,in princi. & in.2.colum. & quòd aliàs non ſit integra perſona, paterq́ue filij caput, idẽ Guid.Pad.deci.46.Immo,col.2.& conſi.81.ad decem,colum. 6.et quia dixi ſupra quòd poteſt compromittere, nunc dubito,ſi ſint duo ſtatuta,quorum vnum dicat, quòd cauſæ compromittantur, aliud autem quòd non poſsit contrahere ſine conſenſu patris, an poſsit hoc quoque caſu nihilominus compromittere.Bal.hic,col.5.dicit quòd ſic,de cuius dicti veritate

videndus



videndus eſt Seyſel.in.l.Gallus,in.§.ille caſus,col.3.ff.de libe. & poſthu. Si filius adhuc procuratorem conſtituat in iudicio ad agendum ſine patre,regulariter cõſtitutio nihil valet, Gui. Pap.conſi.78.quòd roletus,in fi.& quoniam in collectane. aliqua etiam dicta fuerunt,tranſeo,& ad alia pergo.

## *Ad.l.capitalium.§.famoſos.ff.de pœn.*
## Latro famoſus. 60.

CRIMINIS atrocitas,in famoſo latrone, efficit vt iure lege poſsint tranſcendi,& ſententia celeriter ferri, licèt aliàs maturitatem deſideret.l.hac lege,& ibi Bal. ſignanter ſpeciale eſſe dicit in hoc genere perſonarum, columna ſecunda.C. de ſen.ex pe.reci. vt ſtatim deprehenſus, laqueo poſsit ſuſpendi. & cognoſcitur(inquit idem Bal.) ſi delictum in conſuetudinem deducit.l.3.C.de epiſco.audi. Vel ſi furtum magnum ſit & notabile,quod æquipollet tribus paruis,in authen. ſed nouo iure, columna ſecunda.C.de ſer.fugi.vulga.theo.ad idem, Innocẽ. in capitulo primo de conſtitu. Bal.adhuc conſi.255. quidam, columna prima,volumine tertio, Ioan. de Viſch.in tracta.de immunita.eccle.in princi.numero vigeſimoquarto. Et ſi quis alibi fecit plura furta,hic autem vnum, propter furta alibi cõmiſſa,hic punitur acrius,quia ſuſpenditur.d.l.3.l.ſeruos.C.ad legem Iul.de vi.Barto.in.l.ſi cui, in.§.fina.ad fin.ff. de accuſatio. Ad idem pendente ap. executio differtur, & tamen hoc caſu appellatione non obſtante, ad ipſam proceditur.l. ſi quis filio.§.quid tamen.ff.de iniuſ.teſta.Barto.in.l.prima,columna ſecunda.ff.de offi.eius. Et licèt defenſio nemini neganda ſit, quia eſt iuris naturalis.l.prima.§. cum arietes.ff.ſi quad. pau. fe.di.clemen.paſtoralis, de re iudi. negatur tamen hoc caſu.l. per omnes.C. de defen.ci.cap.ſi forte, de pœni.diſtin. prima. exercentq́ue ſeueriores.q. defenſores ciuitatum, quamuis nõ ſit regulare.d.l.per omnes.l.2.C. de defen.ci. Feriæ in honorem Dei quoque ſeruantur.l.dies feſtos.C.de fer. & tamẽ hoc caſu relaxantur.l.prouinciarum.C.eo.Gaſpar Valla.in.l.Imperium,nu.134.de iur.om.iud.& appellatio cuilibet permiſſa eſt.l.j.ff.de appel.l.præfecti etiam prætorio.ff.de mino. & nihilominus huic eſt denegata.l.conſtitutiones.ff.de app. & quòd famoſus dicatur ex iteratione delicti, vt ſupra nouiſsime de-

 clara

clarat Albe.in.l.3.in.§.cognoſcit,nu.1.ff.de offi.præfect.vigi. & ad materiam obſeruãdum eſt,quòd furca eſt pœna antiqua, Ioan.13.dum dicit quòd Iudas erat fur & latro habens loculos,qui tandem laqueo ſe ſuſpendit, vt teſtatur Matthæ.c.27. Caſſane.in conſue.Burgun.fo.49.col.4. & furca ſuſpẽduntur, qui palam delinquunt,non qui clam, ſed pœna extraordinaria,authen.ſed nouo iure allega.etiam ſupra.C.de ſer.fugi.hodie vero,ſecundum ſtatuta locorum,Flo.in.l.3.col.1.ff.ad legem Aquil.& dictu mirum eſt, quòd latrones etiam appellentur,quòd ſunt in cuſtodia Principis,quaſi laterones, alias Somatophylaces. Vel alia ratione,quia ſemper inſidiantur Principi,vt famuli Dominis,qui fures pariter,& capiferi appellantur,iuxta illud.

» Quid faciet Domini,audent cùm talia fures. & de quo in.l.Iulianus,in.§.j.per glo.ff.de actio.emp.& quòd fur mori nõ debeat,niſi ſit latro publicus,probat Iaſ.in.l.cum ſeruus,col.2.ff. de condic.ob cau. Addit piratas, quorum Mare Adriaticum plenum eſt,transfugas,reuelantes conſilia Principum, authores ſeditionum,principes idolatras, ſchiſmaticos, & rebelles, Guid.Pap.deci.589.quæritur,col.1.2.& alias de famoſo latrone multa Paris de Puteo,in tracta.ſyndica.in.§.quidam latro, per totum fo.171.col.4.& Catal.de boncompa.de ſydica. pariter,fo.197.nu.100.quòd etiam latro famoſus ſit, ſi cũ armis aggrediatur,aut vi auferat.& Brun.in tracta. de indi.& tortu. in.3.q.j.par.nu.22.quòd latrones ſunt qui ſtratas publice aggrediuntur.Idem Veronen.in.l.publica,in.7.q.ff. de verbo.ſi. & pro complemento notandum eſt, quòd ſunt ſuſpendendi verſus eum locum,vbi furati ſunt,ſecundum Bal.quem ibi Afflic.quoque refert,in.c.j.in.§.iniuria, in.3.nota. in princip.de pa.iur.fir.in vſib.

## *Ad authen.ex cauſa.C.de lib.præte.*
## Cauſa exhæredationis. 61.

QVONIAM Deus impare numero gaudet, vt eſt in prouerbio,his tribus libris adijcere voluimus 61.locum, in quo agitur de cauſis exhæredationum,dubitantes primum,pro iſtius authen.& materiæ declaratione,conſulto reliqua omittentes, cum à nobis,bis,aut ter, fuerit etiam repetita,quot ſint cauſæ, *quibus*



quibus filius exhæredari poteſt.& ſine diſputatione reſpõdeo, quòd ſunt quatuordecim,de quibus in .§. aliud quoque capitulum,in authen.vt cum de app.co. quòdque vna etiam ex his ſufficit.§.ſiue igitur,eo.titu.& lib.& non habet dubium. & eſt ſimile,quia de pluribus indicijs mentio facta eſt, in.l.j.& in.l. vnius,in.§.1.ff.de quæſtio. & in.l.milites.C. eo.& tamen vnũ etiam ſufficit.l.ſi quis.C.ad legem Iuli.ma.not.in.l.fi.ff. ad legem Cor.de ſica. Ad idem quæro, quot ſint in filio, qui ex cã poteſt etiam patrem exhæredare.Sol.ſeptem,vt in loco pręallega.legitur,& in authen.non licet.C.de lib.præteri.& nimirũ quòd in filio ſint pauciores,quàm in patre, quia magis veriſimile eſt,quòd filius offendat patrem,quàm è contra.l.iſti.quidem,in fi.ff.quod met.cau.l.nec in ea.ff.ad legem Iul. de adul. faciunt quæ dixi apoph.348.dum legerem.& certe in patre optima ratione inuentæ eſſe videntur,quia ſacrilegium eſt eum lædere,patriaque poteſtas ſacra,& iuris publici,vſque adeo vt in emancipatione etiam quæ eſt ab ea relaxatio, decretum Iudicis requiratur.l.1.§.ius publicum.ff.de iuſti. & iu.l.nam ciuium.ff.de his qui ſunt ſui vel alie.iu.Bal.in.l.poſt mortem, in 1.lectu.col.2.ff.de adop.Tertio quæro,quid in fratre,& reſpõdeo breuiter,quòd ſunt tres,quibus fratrẽ exhæredat & ſororem,turpi etiam perſona inſtituta,ſecundum gloſ.adhuc in.d. authen.non licet,& probatur in.§.ingratitudinem, in authen. de nup.& has omnes,volo quòd ſeq.carmine T.Titij Ceſa.Serauallen.poetæ alioquin eruditiſsimi & præſtantiſsimi, legas, quo feſſus longa aliorum locorum lectione recreeris.

IN

## IN PATRE.

BIS ſeptem dantur cauſæ, quis iure parentes
Prognatos priuare queunt, truculentus in illos
Si fuit, ingeſta eſt inboneſta iniuria, ſiq;
Non iuſtis cauſis in eos capitaliter egit.
Si uerſatur item cum ſagis, tenderit illis
Inſidias, cum matre noua, uel pellice, ſi ſe
Miſceat, & cogat ſi grandia damna ſubire.
Pro incluſo nec ſi durus uadimonia patre
Offerat, aut illum ſi teſtamentum uetabit
Condere, & inuito ſi ſe ſociauit harenæ.
Scorta ſequi potius, quàm nubere, filia ſi uult.
Negligit obſequium tum ſi præbere furenti.
Captiuumq; ſimul redimit nec ab hoſte proteruus.
Deniq; ſi placitis pater hunc parere uerendis
Non uidet eccleſiæ, finalis cauſa notatur.

## IN FILIO.

SVNT contra cauſæ ſeptem priuare parentem
Quis poſſunt nati. prima eſt, ſi tradidit illum
Non iuſto interitu, dedit & ſi mixta uenenis
Pocula, ſiq; nuru, uel ſe cum pellice demens
Miſcuit, eulogium uetuit ſi condere rebus,
De quibus indultum eſt, uel ſi curare furentem
Noluit hæreticum poſtrema in cauſa parentem
Si uidet, & ſacris alienum cultibus. At tres

## IN FRATRE.

FRATER habet cauſas, uoluit ſi tendere lethum,
Turpibus atq; illum chartis inceſſuit, aut ſi
Inferre excubuit ſolers diſpendia rebus.

Quarto



Quarto quæro, an ex alia cauſa ſimili, vel maiori, poſſit fieri exhæredatio, non enumerata tamen in dictis locis. Quidam dixerunt, quòd non ex quo iura prædicta loquuntur per dictiones taxatiuas, & idem in.l.ſi.C.de reuocan.dona.conſyderando etiam, quòd diſpoſitio.d.§.aliud quoque capitulũ, eſt correctoria.l.maximum vitium .C. de liber. præteri. quòdque in correctorijs non fit extenſio, etiam ex maioritate rationis, iuxta not.in authen.quas actiones.C.de ſacroſan.ecc.& in.l.ſi conſtante.ff.ſolu.matrimo.Immo plene, in.l.ſi vero, in.§.de viro.ff.ſolu.matri.Ange.autem contrarium, & quidem in ſpecie, in.l.lex Cornelia, in princip.ff.de iniur.& eſt opi.communis, vt teſtantur Docto.in.d.authen.non licet, & pro veritate rei ita tenendum eſt, quia non tam odio filiorum, quàm fauore parentum, hoc idem inductum eſſe videtur, ita vt diſpoſitio potius ampliari debeat, quàm reſtringi, vulga.l. cũ quidam .ff. de lib.& poſthu.& Bar.in.l.quia ſemper.ff.de in ius vo.& in.l. ſingularia, nu.6.ff.ſi cer.peta. Nec ob. ponderatio dictionum taxatiuarum, quia tollitur per glo.in.l.j.ff.ſi men.fal.mo.di. & in.§.quos autem, inſti.de bo.poſ.& minus inductio.l.fi.de reuo.do.quia glo.ibi, & Saly.contrarium tenuerunt. Non ob. vltimum, quia immo debet fieri extenſio, ne ſequatur abſurdum, quòd filius patrem offendat alio modo nec poſſit exhæredari.l.fi.et ibi Bar.C.de indic.vidui.tollẽ. Quinto & vltimo quæro, quid ſi pater iuſta cauſa motus, filium exhæredauerit, poſtea ſe cum eo reconciliauerit, an exhæredatio videatur reuocata. Docto.in.d.authen.non licet, ad fi.poſt Bart.tamen in l.3.in.§.fi.ff.de adi.lega.concludunt, quòd ſic, & non immerito, quia per actus ſociales extrinſecos, reconciliatur pax, & per merita etiam ſequentia.l.in ipſius.C.fam.her.§.fin.inſtitu. de iniur.argu.in.l.Paulus.ff.rem ratam habe.& in.l.reprehendenda.C.de inſti.& in.l.ſi tamen, in.§. ei qui.ff.de ædi.edic. Tamen dubito per tex.in.l.filio quem pater.ff.de libe. & poſthu. vbi pater filium emancipatum exhæredauit, poſtea eum arrogauit, dicit tex.quòd non per hoc exhæredatio erit reuocata. Cogita. Sed ad materiam, quia non minus quotidianum eſt iſtud adhuc quæritur, ſi filia, inuito vel ignorante patre, nubat indigno, an iſta ſit cauſa ſufficiens, qua poſſit exhæredari, prima facie videbatur dicendum, quòd ſic, caſus eſt in.l.3.in.§.ſi emancipatus.ff.de bo.poſ.contratabu.per quem ita etiam dixit Bar.in.l.ſi cum dotem, in.§.transgrediamur, colũ.1.ff.ſolu. matrimo.

matrimo.ſubijciens etiam,quòd nec iſto caſu tenebitur ſe pro dote obligare,& de materia aliàs,in.l.fi.C.de do.promi.& ſignanter Bal.in.l.ſi pater,in.2.col.C.de ſponſ.& clarius in.l.nec filium.C.de nup.vbi etiam rationem aſsignat,ne vilis proles, quæ inde naſcetur,ſibi ſuccedat,indeque eueniat, quòd totum genus vileſcat.& longe magis quidem,ſi meretrix,& vitæ culpabilis eſſet.& in ſimili Alex.in.l.mulier,in.§.cum proponere tur,col.3.ff.de condi.& demon.quòd ſi vxori legatum relictũ ſit,dummodo caſte & honeſte viuat, id ipſum non perdit nubendo,niſi nubat indigno,quoniam tunc,ex veriſimili mente mariti teſtantis,ademptum videbitur. Nihilominus alij contrarium tenuerunt,ex quo non eſt de cauſis enumeratis,in.d. §.aliud quoque capitulum,ita Imo.in.c.accedẽs, col.2.de pro cu.qui tamen pedem non figit,& dubitatiue locutus eſt,& ex ſupraſcriptis argu.tolli facile poſſet,licèt non ſit de cauſis enu meratis in.d.§.aliud quoque capitulum. Vel diſtinctionis fœdere dicamus,opiniones concordari, quòd aut loquimur de iure ciuili, aut de æquitate canonica vt primo caſu, procedat prima,ſecundo vero,ſecũda.quod tamen nõ placet, quia iuri canonico ſtandum eſt, in matrimonijs.c.hoc ſanctum.22.q.2.ergo ex hoc non poterit exhæredari,aut dote priuari.l.3.ff.de iure do.authen.ingreſsi.C. de ſacroſan. ec.c.acceſſorium,de reg.iu.in 6.igitur & hoc quoque caſu cogitandum eſt.

INDEX



# INDEX ALPHABETICVS LOCORVM IN HISCE TRIBVS LIBRIS CONTENTORVM.


A.

ACTVS *nullus.* 53
*Adminiſtrator.* 18
*Affectio.* 54
*Agnatio.* 50
*Ambiguum.* 32
*Appellatio.* 56

B.

BONVS. 3

C.

CASTITAS. 52
*Cauſa exhæredationis.* 61
*Cauſa pia.* 14
*Collecta.* 37
*Conditio.* 7
*Communis vſus loquendi.* 30
*Conſuetudo.* 19
*Copula.* 29

D.

DECEPTIO. 6
*Decretum.* 26
*Doctor.* 42
*Dominus in re propria.* 16
*Donatio.* 22
*Diuturnitas.* 5

E

EMPHYTEOTA. 36
*Equitas.* 23
*Error communis.* 41
*Excuſsio.* 31

F.

FIDEIVSSOR. 28
*Filius.* 59
*Fructus.* 17

H.

HAERES. 33
*Homo diligens.* 4

I

IMPERATOR. 12
*Inſinuatio.* 21
*Inſtitutio.* 34
*Inſtrumentum.* 55
*Inuentarium.* 58
*Iudex.* 40
*Iudicij calor.* 27
*Iuramentum.* 35
*Iuramentum minorum.* 46

L.

LATRO *famoſus.* 60


*Libellus.*

*Libellus.* 15
*Liberi.* 13

M.

MAIOR *pars.* 10
*Monachus.* 24

N.

NOTORIVM. 57

O.

OBLIGATIO *perſonalis.* 11
*Ordo.* 8

P.

POENA. 20
*Periurus.* 49
*Poſſeſſio.* 25
*Prior tempore.* 45

Q.

QVALITAS. 38

R.

REGALIA. 44
*Reuocatio donationis.* 39
*Rixa.* 9

S.

SEQVESTRATIO. 43
*Seruus.* 51
*Simile.* 1
*Symbolum.* 2

T.

TRISTIS *euentus.* 47

V.

VERBOrum *impropriatio.* 48.

FINIS.

AD



AD EXCELL. LEGVM MO. M. MAN. IO. VRSINVS, DOCTOR, GALLVS.

CVM *tua me uirtus pellexerit inclite Marce,*
*Hoc rude pro magno munere carmen habe.*
*Dona dabunt alij, lauto mage grata palato;*
*Sacchara, Parthaico uel mera uecta freto.*
*Alter equos, gemmas, geſtandam aut pectore torquem,*
*Aut tanto poterunt ſi qua placere uiro.*
*Non ea Marce damus, ſed rauco ducta cothurno*
*Carmina, quæ plus his commoditatis habent.*
*Illa quidem pereunt, quanuis precioſa putentur;*
*Quæ damus, Euboicos ſunt habitura dies.*
*Eſt in te grauitas matura, modeſtia prudens,*
*Socratici mores, Cæſareumq; decus*
*Tu legum ſpeculum, legum & uiui Ciceronis imago,*
*Tu ſuperas cunctos nobilitate uiros.*
*Quanta roſis uernos eſt inter gloria flores,*
*Inter & eximios gloria tanta tibi.*
*Ergo uirtutum ſeries immenſa tuarum*
*Me facit ad numeros plectra ciere lyræ.*
*At dices (forſan) titulis non tangimur iſtis,*
*Nec mea uerſiculis gloria maior erit.*
*Es clarus (fateor) fama ſuper æthera notus,*
*Iam celebrant laudes terra fretumq; tuas.*
*Clarus erat Cæſar, Fabius, Cato, cautus Vlyſſes,*
*Quis ſcit qui fuerint? ſic quia ſcripta canunt.*
*Aſpera ſi Troiæ nunquam ſcripſiſſet Homerus*
*Prælia, uix nobis cognita Troia foret.*

Certe

*Certe tecta ruunt Phrygijs innixa columnis,*
*Muta tacent Samio corpora ficta luto.*
*Scripta ſed in cœlum referent poſt funera nomen,*
*Cuncta licèt pereant, carmina docta manent.*
*Ergo Marce tui ne ſpernas dona Poetæ,*
*Sume libens, Vatis tu memor uſque uale.*

### IDEM AD EVNDEM, CVM VIVA VOCE DOCENTEM AVDIVISSET.

*CARMINA mox dederam fama dictata uolucri,*
*In cœlum laudes, quæ uehit uſque tuas.*
*Aſt ubi te uidi legum ſacrata legentem*
*Scripta, tuo quantus defluat ore lepos,*
*Mox dixi, re fama minor, ſub corporis umbra*
*Mens Samij, diui ſiue Platonis ineſt.*
*Tu certe Samij, tu uiua Platonis imago,*
*Immo puto, ingenium ſanctius eſſe tibi.*
*Ergo tibi ſuperas, poſt fatum, deprecor arces,*
*Interea & faciles in tua uota Deos.*
*Tumultuarie.*

QVIA *hæc in uia Appia aliàs ſcripta fuere, idcirco ſcias lector optime, libro nomen Appia inſcriptum quoque de induſtria fuiſſe.*





# ΠΑΡΑΛΕΙΠΟΜΕΝΩΝ, SIVE PRAETERMISSORVM, LIBER, M. MANTVA BONAVITO, PATAVINO, IVRISCONSVLTO, ET COMITE, AVTHORE,

Nunc primum in ſtudioſorum gratiam, quaſi periploma, & appendix, alijs Dialogorum libris additus.

* * *

### CAROLVS BELGA, MAN.

### Ad.l.quæſitum.§.ſi inſtructum.ff.de fun. inſtruc. declaratio, cum aliqua verbi reſtitutione. 1.

CARO. IN.l.quæſitum, in.§.ſi inſtructum.ff.de fun.inſtruc. verba ſunt hæc. Si inſtructum fundum legaſſet, & pædagogia quæ ibi habebat (vt cum ibi veniſſet preſto eſſent in triclinio) legato continetur. vellem ſcire, quid ſibi velit verbum illud Pædagogia, quomodo intelligatur, & quam habeat ſignificationem. Accur. enim ibi, ex.l. quam allegat, iuxta not. per Bar. in.l.non ſolum, in.§.ſi liberationis verba.ff.de libe.le. intellexiſſe videtur Pedagogia, ideſt ſeruos pedagogos, de quibus in.§.eadem, Inſtitu.quib.ex cau. ma.non li. Quod ſi ſic eſt, & maxime quia veteres patres familias filijs ſuis ſeruos pedagogos conſtituere ſolebant, quibus eſſet cura eos, cum inſtituendi, tum ducendi, vt in.d.§.eadem not.& in.l.C.Caſsij.ff.de fideicom.lib.& veriſimiliter, quoniã Græcè παῖς puer dicitur, & ἀγωγὸς ductor, quomodo ridiculè idem Accur. exemplificat in.d.loco, verbum prædictum ſic in-

telligendo, vt hi preſto eſſent ad tenendum ſtipendium & cal-
caria,& eum ſequendum?

MAN. Quòd pædagogus puerorum ductor ſit, veriſsimum ar-
bitror,& negari non poteſt,vt not.etiam in.c.ieiunium.76.di
ſtin.& nouiſsime eſt text.in.l.item apud Labeonẽ,in.§.ſi quis
» virgines.ff. de iniur. ibi, Inter Comites vtique & pædagogi
» erunt,& ſenſit Pau.ad Gallat.3.in illis verbis, lex pædagogus
» noſter fuit in CHRISTO, vt ex fide iuſtificaremur,at vbi venit
» fides,iam ſub pædagogo amplius non ſumus. legiturq́ue in vi
ta Galbæ, de geſtis per eum in initio principatus, aliquos ha-
buiſſe,qui inſtar pædagogorũ ipſum regebant, ibi, Regebatur
» trium arbitrio,quos vnà & intra palatium habitantes,nec vn-
» quam non adhærentes,pædagogos vulgo vocabant.immo ex
» noſtris Bal.in ſimili prætorem dixit, iuris ciuilis pædagogum
eſſe,in.l.ius ciuile,in.§.fi.ff.de Iuſti.& iu.& legem pędagogam
naturæ,Ange.conſi.110.ſanctiſsima, colum.5.ſed quòd ita in
d.§.inſtructum,intelligatur, non probo, ex quo non quadrat
ad id,quod ſtatim de triclinio ſubijcit,Triclinium enim locus
eſt in quo diſcumbitur,dictum à tribus lectis,quia Veteres mẽ
ſas tres in conuiuio apponere ſolebant, & iacendo cenare, vt
Turcæ hodie faciunt.l.foramen.ff.de ſer.vr.prædio.l. ſi vt cer
to.§.ſi de me.ff.commo. quid ad rumbum igitur pædagogus
cum triclinio? immo quòd dictio apud Latinos etiam infre-
quens eſt,& raro inuenitur.& plus quòd pro puerorum con-
cubitu ponitur in vita Neronis, de luxuria & libidine eiuſdẽ,
vnde pueri pædagogiani quoque dicti fuerunt, quemadmo-
dum Amia. Marcelli.lib.26.hiſto.ſcribit. quamuis lectio ve-
rior ſit,proagogia,& inde proagogiani pueri,ideſt proſtituti,
à verbo Græco προαγωγεῖν, quodeſt proſtituo. aliqui etiam le-
gunt non proagogia,nec pędagogia, ſed pederaſtia, quo ver-
bo propric(aiunt)amor in pueros ſignificatur, ſuperius tamẽ
pro veritate rei,magis placet,& Egnatij reſtitutio eſt, ſine du-
bio ſequenda.

CARO. Quid ergo(iterato dixerim)vult ſibi in dicto.§.inſtru-
ctum?

MAN. Audi patienter, quia non dum finieram, & nunc ſcies. in
d.§.inſtructum,firmiter teneo, vel quòd Iuriſcon. improprie
locutus ſit,& pedagogia pro ſeruis triclinarijs capiantur,quo
niam ſic veſtimenta etiam dixit in.l. apud Aufidium.ff.de op.
le.Vel quòd non pædagogia,ſed pedagia,legi debeat, & contẽ
tum



tum pro continenti ponatur, quoniam pedagium locus eſt
(ſi Pli.Ceci.credimus) in quo pueri ſeruiq́ue ſolent commo-
rari,vt ſenſus ſit, ſeruos etiam contineri, quia in triclinio eſſe
poſsint ſi fundus inſtructus legatus ſit.

CARO. Placet, ſed nonne ex recentioribus Iaſ. May. in rub.de
acquiren.hære.colum.2.& in.l. ſi quis filium, in.§.fi.ff.eo.in-
quit, Iuriſcon.ne dum proprie, verum etiam proprijſsime lo
cutos fuiſſe?

MAN. Etiam, ſed verum non eſt ſemper.l.j.in fi.prin.& ibi Bar-
to.ff.quo.bo.quod etiam tibi ad oculum oſtendo, quia in.l.in
actionibus.ff.de in lit.iu.appellat actionem, quæ eſt in rem, &
tamen proprie dicitur petitio.l. actio in perſonam.ff.de ac. &
ob.ſimili modo in.l.poſthumus, in.§.fi.& in.l. inſtituta.ff. de
inoffi.teſta.querelam accuſationem vocat, & tamen accuſatio
proprie non eſt, vt pulchre declarat Azo. in ſumma eo. ti. in
in prin.alibiq́ue vtitur verbo tergiuerſari,in ciuilibus actioni-
bus,in.l.& tertium.ff. de iudi. cum tamen id ſit tantum in cri-
minalibus peculiare & genuinum.l.j.ff.ad Turpi.ſexcentaq́ue
huiuſmodi ſunt non aliter referẽda.immo quòd ipſis ſolis Iu-
riſconſultis poteſtas improprie loquendi data eſt, non alijs,
hæcq́ue eſt ratio,quòd libellus ineptus, verbisq́ue improprijs
conceptus,non valet nec ſaluatur.l.j.ff.de offi.aſſe. declarat Sa
ly.in.l.2.in.2.col.C.loca.

CARO. Quòd pedagia etiam legi debeat, mirum videtur, quo-
niam pedagium genus vectigalis eſt, quod à tranſeuntibus ſol
uitur in locis à principe conſtitutis, ad guidagij differentiam,
quod pro ducatu datur,vt quis ſecurus per locum alterius trã
ſeat pariter.

MAN. Et iſtud quoque verum eſt, de quo in.c. ſuper quibuſdã,
in.§.præterea,de verbo.ſi.& in.c.quanquam, de cenſi.in.6. &
in.c.innouamus, & ibi Abb.eo.ti.plene Caſſane.in conſuetu.
Burgun.fo.33.colũ.3. ſed non quod non dicatur etiam locus
vt ſupra in quo ſerui commorantur.

CARO. Certe præceptor, ſi hoc idem dicere voluiſſet, quòd di-
xiſſet.l.vnica.§.ſin autem.C.de cadu.tol.l.ſi ſeruum.§.non di
xit prætor.ff.de acqui.hæ.cum ſimilibus.

MAN. Dixit ſatis implicite & virtualiter,declaranturq́ue præce
dentia ex ſequentibus.l. ſi ſeruus plurium.§.fin.ff. de lega.1.l.
Seiæ,in fi.prin.ff.de fun.inſtruc.& ad propoſitum quòd ſic po
natur interdum contentum pro continenti, probatur etiam
O 2 in.l.

in.l.iuriſgentiũ,in.§.quod ferè.ff.de pac.vbi pactũ pro inſtru-
ſtrumentis ipſum continentibus ſic ponitur,& cuſtoditas per
ſonas pro cuſtodia,in.l.ſolent.ff.de offi.procõ.& querela pro
appellatione,quæ querelam contineat,in.l.ſi ab arbitro.ff. qui
ſatiſda.co.& in.l.1.ff.de poſtu.ius, pro loco vbi redditur.im-
mo quòd vnum ab alio non ſeparatur.c.1. an fili, vel agna.in
vſib.feu.Bal.conſi.330.in hoc,col.1.vol.3. Et figura eſt,quam
Græci μετωνυμιαν appellant,ideſt nominis tranſmutationem,ſi-
ue hypallagen aliàs, quando inuentorẽ quoque pro re inuẽ-
„ ta ponimus,iuxta illud,ſine Cerere & Baccho friget Venus.

IACOB. ZAGARVS, MAN.

## Ad.l.munerum,§.Camelaſia.ff.de mu.& ho. declaratio, cum aliqua verbi etiam reſtitutione. 2.

IACOB. EGO à te aliud ſcire opto præceptor,in quo non pa-
rum dubitationis etiam eſſe videtur,dum in.l.munerum, in.§.
„ Camelaſia.ff.de mu.& ho.dicitur,Camelaſia quoque ſimiliter
„ perſonale munus eſt.quid ſibi adhuc verbum iſtud velit.
MAN. Bude.Pariſien.vir alioquin de literis optime meritus,cui
tantum debet poſteritas, quantum poſsibile eſt, ibi declarat,
priuſquam ipſum reſtituit,quod & in recentiorum Codicibus
etiam legitur,vt non Camelaſia,ſed Camelelaſia legamus, nil
aliud ſibi velle, niſi vt camelorum productionem intelliga-
mus, & bene, quoniam Græce etiam καμιλιλατις, idem ſonat,
quod camelorum agitator & ductor. Verum eſt, quòd alii ca-
melaria legunt, curationemque intelligunt camelorum, qui
publica alebantur pecunia,vnde curatores camelarii quoque,
qui eos curabant,dicti fuerunt.
IACOB. Quæ verior lectio?
MAN. Prior.
IACOB. Ratio?
MAN. Quia veteres litera S, pro R, vtebantur.
IACOB. Exemplum?
MAN. Ibi habes exemplum, & Inſti.de lege Fuſia, vbi Fuſia lex,
pro Furia dicta eſt. Auſelius aliàs, Valeſius,& Papiſius,pro Au
relio, Valerio,& Papirio. primuſq; fuit L. Papyrius Craſſus,
qui



qui Papiſius vocari deſitus eſt.& Appius Claudius Centima-
nus,primus,qui literam inuenit R,pro S.
IACOB. Tamen litera S, litera ſtrepens eſt.
MAN. Nihil refert,quoniam litera R,etiam canina dicitur, quã
diſtinctis dentibus, canis latrans & irritata quidem, imitatur,
iuxta illud Lucil.
„ Irritata canis, quod R, quamplurima dicat.
„ Et Perſii ſaty.prima ibi, Sonat hic de nare canina
„ Litera. ſatiſque nobis eſſe debet, quòd veteres ita loqueren-
tur,quòdque non ab re dixerint camelelaſia, non camelelaria
l.teſtamenta.C.de teſta.l.ſcimus.§.& hæc quidem.C.de iu.de-
li.§.illud,in authen.de ap.

DONATVS CENTONVS, MAN.

## Ad illud Matth.19. & Marc.10. facilius eſt camelum &c.expoſitio ſcitu digna. 3.

DONA. QVIA de camelo facta eſt mentio,mihi venit in men
„ tem illud Matth.19.c.& Mar.10. Facilius eſſe camelum per fo
„ ramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlo-
„ rum.quomodo intelligatur,& quam expoſitionẽ habeat,vel-
„ lem præceptor hoc ipſum mihi declarares.
MAN. Libentiſsime,tibique hoc ſolo ſatiſfactum putabo, ſi di-
xero, verbum ambiguum eſſe,vt canis, ibiq; funem nauticam
quæ & ipſa camelus quoque appellatur,non camelum animal
eſſe intelligendum,ex quo ad acus,ſeu foraminis eiuſdem,pro
poſitum nõ eſſet. Vel ſi camelum proprie intelligamus,quòd
ſenſus ſit,longe facilius animal tortuoſum,ac deforme,peruer
ſitate ipſa corporis, poſſe per anguſtiſsimam acus, cauernam
tranſire,quam diuites Auaritia oneratos, per arctam atque an
guſtam regni viam,prout intelligit (de camelo ſignanter locu
tus) D.Ambro.ſer.4.in prin.cui, vt pote S.viro, deferendum
eſſet,ſed declaratio ac expoſitio prior,vti melior & verior, ra
tione ſupra dicta,ſine controuerſia amplectenda eſt. Scias etiã
velim ad cameli propoſitum,quòd Iracundiæ ſimulacrum fin
gitur,Baſi.teſte,ex quo offenſus omnia diſsimulat,& cum pri-
mum poteſt, iniuriam ſibi illatam rependit protinus. Item
O 3 quam-

quãuis iumentorum operam præſtet, ꝙ natura tamen eius fera eſt.l.2.in fi.ff.ad legẽ Aqui. vſqueadeo vt equus, quem maxime odit,ipſum reformidet, nec ſpecum eius,vel odorem,intueri,aut ſentire ſuſtineat,verum eſt, quòd caſtratis feritas tollitur, & augetur robur,quòdq́ue ( & dictu mirabile videtur) coituri latebras quærunt, & ne dum Iracundiæ ſymbolũ ſit, ſed etiam, hac ratione,verecundiæ,& vt fuſius Ariſto.Pli.aliique non ignobiles authores tradiderunt.

BRVNORVS A SOLE, MAN.

## Ad intelligentiam verbi Cæſar, quare ſic dictus fuerit,& vnde ortum habuerit,deque primis rerum inuentoribus multa. 4.

BRV. DVAS expoſitiones ad verbum Cæſar, ponit Accur. in prohe.Inſti.in glo.1.quæ incipit Imperator.quòd ab Augu„ ſto ſic dictus ſit, quoniam formalia verba hæc etiam leguntur „ Luc.2.ibi, Exiit edictum à Cæſare Auguſto, vt diſcriberetur vniuerſus orbis. vel quia cæſus fuerit de ventre matris, quænanque verior eſt?

MAN. Vltimam,vti veriorem, probaſſe videtur,iuxta glo.in.l. qui filiũ,in.§.Sabinus.ff.ad Treb.l.bona fides, & ibi Pau.not. in fi.ff.depo.ſed neutra vera eſt. non hæc, quoniam à Cæſare dictatore,qui in Romana Repub. primus ſibi vendicauit Imperium,quiq́ue ſuę ditioni omnem pene mundum ſubegerat, potius dictus eſt,quàm à cæſo matris vtero,vt author eſt Suidas. Non illa,ne Scipionibus Aphricam, Metellis vero Numidiam,& ſimilibus,cognomẽtum dediſſe negemus, cum tamen veriſimum ſit. Immo quòd Metellus nõ ſolum Numidicus, verum etiam Creticus,à Creta deuicta,appellatur, & Caligula ex calciamento militari,quia in exercitu natus erat,& Diocletianus rurſum,notiora prætermittentes, XXXIII.Imp.ab ipſo Auguſto,Diocletes prius à matre Diocle, poſtea Diocletianus.quomodo igitur nomen prædictum Cæſaris ab Auguſto in cæteros Imperatores propagatum eſt? mitto quòd Galerius Maximianus armẽti paſtor armentarius appellaretur. & Valentinianus,funarius,quòd die quadam Gratiano patri, funem venalem portanti, eam ſibi milites aliquot eripere nequiuerunt,



& Romulus ille parens vrbisq́ue conditor,Quirinus denique,à quiri,vel curi,quod lingua Sabina haſtam ſignificat,qua vti ſolebat. Vel vt alii volunt,potius ob generis nobilitatem,milleq́ue huiuſmodi ſunt,non aliter referenda.

BRV. Dixiſti præceptor,Cæſarem dictatorem, primum omniũ ſibi Imperium vendicaſſe.

MAN. Dixi, & verum eſt.

BRV. Admitto,ſed an fuerit etiam dictator primus?

MAN. Non.

BRV. Quis ergo fuit?

MAN. M.Valerius,& Magiſter equitum Sp.Caſsius.

BRV. Quare dictator?

MAN. Quia dicebatur nocturno tempore, à Coſ. ſummamq́ue poteſtatem habebat in populum, & hac de re Magiſter populi etiam (vt memoriæ prodiderunt) appellatus vocatus ve fuit.

BRV. Cur igitur Magiſter equitum?

MAN. Quia ſummã ipſe quoque poteſtatem habebat in equites, dictatoriq́ue iungebatur vt Trib. cæterum regibus, & fuſius in.l.2.ff.de ori.iu.teſtatumq́ue reliquere Varro, Seneca, Liui. & alii quamplures.Immo quòd magiſtratus erat,ita Dictatori connexus, vt præfectus prætorio Imperatori. Ex quo Pli. inter infortunia Auguſti numerat Lepidum ei prælatum fuiſſe apud auunculum in magiſterio.& quia loquendi occaſionẽ præbuit nobis Cæſar,primus(vt dixi) omnium Imperator videnda eſſent ad idem multa, quæ ſcripſimus lib.12. enchiri.c. 274.de his qui aliqua in re primi fuerunt, digni vt literarum monumentis etiam mandarentur.

BRV. Vidi, & multa quidem ſunt ibidem à te dicta, ſed nõ adeo multa,vt multa etiam dicenda non ſuperſint, ideo ſi nunc tibi (quod per ociũ licet) ſuccurrũt alia,ne ea prætermittas rogo.

MAN. Si tibi audienti gratum eſt Brunore,dicam,& quam libentiſsime quidem.

BRV. Immo quòd mihi nihil gratius eſſe põt, hoc modo enim paruo tẽporis tractu,ſcire poſſumus,quæ multo ſudore,multisq́ue laboribus,tu aliàs tibi ipſi comparaſti.

MAN. Verum eſt,tibiq́ue ſi non ad plenum,quantum tamen potero,ſatisfaciam,dummodo ordinem à me non expectes,quãdoquidem impoſsibile ſit hoc idem facere ex tẽpore loquẽti.

BRV. Licèt ordo regulariter ſeruandus ſit.l.ne quicquam.§.obſeruare.ff.de offi.procon.l.generaliter.§. qui ergo.ff. de fidei-

com.lib.& nihil eſſe poſsit ſine ordinis compoſitione, vt dice
bat Plato,attamen hoc loco , & nunc à nobis haud eſt deſide-
randus,adeo vt eo etiam non ſeruato dicere poſsis,quia te di-
centem vtcunque non minus libenter audio .

**MAN.** Et ita ſaciam , primumq́ue dicam , præter ea,quæ in loco
præallega.dicta fuerunt,quòd Romulus,cuius mentio proxi-
me etiam facta eſt,primus Rex à Thuſcis declaratur , qua de
re tamen Mithridates per ignominiam Romanis obiecit (au-
thor eſt Fab.Pic.) quòd Thuſcorũ ipſi Vernæ fuiſſent. Quòd
primus in orbe terrarum fuerit Babilonicus populus . Quòd
Vlphia Epiſcopus Arrianæ ſectæ,cui valens Impera . maxime
fauebat,primus literas Gotticas inuenerit. Nauemq́ue onera-
riam Hippus Tyrius.& Athalus aurum veſtibus intexere. &
Traſimachus,cuius meminit Plato in Dialogis , numeroſam
orationem.& Amphion modulos Lydios,& Dorios Thami
ras Thrax.& Phrigios Marſias.& artem oratoriam Empedo-
cles.& Zeno Dialecticam,& Andromachus philoſophus the-
riacam.& Thales anni tempora eiusq́ue viciſsitudines. & Ar-
chita architectus in Geometria cubum.& Anaximander Gno
monem.& Pyrrhicam ſaltationem in Creta Pyrrhus. & Piro
des primus ignem ex ſilice. Quòd primus Alcmeon Croto-
niata de naturæ ratione ſcripſerit. Deq́ue natura rerum edide-
rit Philolaus Pythagoricus . Quòd primus diſſinierit omnia
quæ fiunt,corruptioni obnoxia eſſe , Xenophanes.& dixerit
Parmenides,terram globoſam,ac rotundã , & in medio ſitam,
duoq́ue elementa eſſe.Item generationem hominum, ex Sole
ortam,& Solem eſſe calidum atque frigidum , ex quibus om-
nia conſtant,& Leucippus atomos principia . & Protagoras,
duas eſſe omnium rerum rationes,inuicem cõtrarias. & quòd
is primus minas centum pro mercede exegerit. Quòd primus
Pythagoras philoſophiam appellauerit . Varioq́ue orationis
flore veſtierit Bion.& diuiſerit Zeno in phyſicam,ethycam,et
logicã.& quòd primus ſapiens vocatus fuerit Thales.& quòd
annum etiam ab eo inuentum,anniq́ue tempora & viciſsitudi
nes,vt ſupra in.xxx.&.lxv.dies diuiſerit. Quòd fabularũ pri-
mus fuerit author Heſio.licèt Aeſopi Phrygis nomine maxi-
me celebrentur. Quòd Chriſippus primus lancea ſe exercue-
rit.quòdq́ue ante alios oẽs ſub diuo ſcholam habuerit. Quòd
Eleuſinus primus ſacra Cereri inſtituerit . Quòd primus Pla-
to dialogos introduxerit,primusq́ue qui in philoſophia An-
tipodas



tipodas nominauerit,elementum,Dialecticã,poemata,& præ-
longum in numero:quique primus vim grammaticæ ſpecu-
latus eſt,& qui honeſti diffinitionem primus etiam poſuerit.
& Academiam conſtituerit . Quòd primus Clinomachus tu-
rius de proloquijs & prædicamentis ſcripſerit. quòd in vtran-
que partem diſſerere ceperit Arceſilaus . Multoq́ue plura etiã
idem Pythagoras,de quo pauloànte,nam dixit primus,amico
rum communia omnia . Veſperum atque luciferum.primus
athletas aluit carnibus.primus ſenſit animas alijs obligari ani-
mantibus.& Græcis pondera,ac menſuras inuexit. Quòd pri
mus Maſurius Sabinus,eques Ro. (is enim Tyberij tempori-
bus floruit ) publice ſcripſerit , & omnium notis excepta in
publicum ediderit , & hiſtoriam etiam ſcripſerit Xenophon.
Quòd primus Pollio Romæ bibliothecam in atrio libertatis
dedicauerit. Quòd primus fuerit Euripides , qui fabularum ar
gumentum introduxerit.& primus,qui armatis circunſeptus
inceſſerit,magiſtratumq́ue ad tyrannidem tranſtulerit,Perian
der Corinthius. Quòd Soſtratus architectus, primus penſilẽ
ambulationem,Gnidi,tradiderit.& Archita , de quo etiam ſu-
pra motum organicum deſcriptioni geometricæ admouerit.
Quòd Socrates primus cum Aeſchine diſcipulo,oratoriæ cã-
pos aperuerit,deq́ue vitę ratione diſſeruerit. quòd primus ethi
cen inuexerit,quæ mores inſtruunt,& quorum vſus domi no
bis eſt quàm maxime neceſſarius . Quòd primus Ariſtippus ,
Socraticorum mercedem exegerit , & quæſtu philoſophatus
fuerit. Quòd Belus primus Aſſyriorum Rex. Argiuorum In-
achus. Mycenarum Euriſteus . Aegyptiorum Amaſis . Athe-
nienſium Cecrops. Quòd primus in Italia Ianus regnauerit .
Quòd Saturnus ipſius filius,primus nummos æreos inſtitue-
rit. Quòd Tullius Hoſtilius primus purpura & faſcibus vſus
fuerit. Quòd Seruius Tullius primus omnium cenſum ordi-
nauerit. Quòd Tarquinius priſcus,primus vĩcula & carceres ,
ac ſimilia hominũ tormenta excogitauerit. Quòd primus ſe-
ctam cinicam inſtituerit Antiſthenes.ſermonem diſſinierit. &
primus pallij vſum etiã habuerit. Quòd Bonifacius octauus,
primus Iubileum Romæ , Iudaico more , celebrauerit , quòd
gymnaſium Viennæ primum eſt ab Alberto Duce in Germa-
nia fundatum,anno Domini.1365.& à Carolo.4.32. Germa-
norum Imp.Pragæ,ſchola liberalium diſciplinarum, primum
erecta. Quòd Numa primus clamidis vſum Romanis intule-
rit.

rit. Quòd primus Nero perſecutionē in Chriſtianos per omne regnum ſuum mouerit. Quòd primi Romæ Imp. Chriſtiani effecti fuerint, Gordiano occiſo, M. Iulius Philippus, & C. Iulius Saturninus Philippus filius. Quòd Aurelianus. 29. Imp. ab Auguſto, primus apud Ro. diadema capiti ſuo impoſuerit. Veſteſque auro & gemmis contextas in vſu habuerit, & porcinæ carnis vſum populo conſtituerit. Quòd Quintilianus ex Hiſpania Calaguritanus primus Romę publicā habuerit ſcholam. & Aegyptus, Octauiano vrbe Alexandria, quæ ibi præcipua eſt, potito, Cornelium, Gallum Romanum primum Iudicē. Quod Pylades Cilix Pantomimus primus Romæ chorū & fiſtulā ſibi præcinere fecerit. Quòd primus Petrus Anthiochenam eccleſiam fundauerit, eiuſdemque fuerit ordinatus Euodius primus Epiſcopus anno Domini. 45. & beati Petri adhuc in pontificatu Romano, annus. 42. Dominicæ incarnationis, primus. Quòd nemo in domo Cornelia ante Syllam dictatorē creatus fuerit. Quòd primum à Germanis Bombarda inuenta eſt, vltra alios inuentores ſupra nominatos, anno. 1380. & Argetorati ars impreſſoria à Io. Guttēberg anno Domini. 1446. Quòd Sigiſmūdus. 35. Germanorū Imp. primū Mantuæ Marchionē F. Gōzagā creauerit, anno Domini. 1437. & quòd denique vt finiamus (iſta etenim tibi ſatis erunt) Amurates. 3. Turcarum Imperator, primus in Europam claſſem traiecerit.

BRV. Satis ſuperque ſatis, ſed gratiora mihi ſanè omnia hæc, & multo iocundiora fuiſſent, ſi loca etiam citaſſes, vt ibi, quaſi quodam in ſpeculo, contemplarentur.

MAN. De induſtria factum eſt iſtud, vt breuitati conſuleremus. & quia etiā (ingenue fateor) tot loca forte non ſuccurriſſēt.

BRV. Vtcunque ſit, ago tibi gratias præceptor, quòd me dignū tanta rerum copia feceris, nil aliud dico, taceo, & non ſecus ac agnus coram tondente, omnibus tuis dictis acquieſco.

GEORGIVS VASQVES. MAN.

## Ad id quod dicitur Io. 5. in prin. de probatica piſcina, quæ in hieroſolymis erat, quare piſcina, et quare ad idē probatica. 5.

GEOR. HISTORIA Io. 5. c. in princip. in illis verbis, eſt autem „ Hieroſolymis probatica piſcina, quæ cognominatur Hebraice Beteſda, ſiue Bethſaida. mihi (ſi literaliter conſyderetur) ſatis clara videtur, ſed neſcio quare ſic probatica dicta fuerit.



MAN. Dicta eſt non ſine ratione, quoniam Græci προβατον vocant ouem, eaque piſcina erat, vbi oues lauabantur, & ſic probatica.

GEOR. Ergo verbum Græcum eſt?

MAN. Eſt vtique.

GEOR. Sed nónne eam Græci μῆλον vocant?

MAN. Vocant, & melotes veſtes ex ouinis pellibus etiam factas, immo quòd οἶς adhuc vocatur ouis interpoſita à Latinis, u, propter hiatum, ſed non quòd non vocetur quoque modo ſupradicto, piſcinaque inde (vt diximus) ab effectu prædicto pariter probatica.

GEOR. Si piſcina erat, debuerunt etiam eſſe in ea piſces, vt Varro dicebat lib. 3. de re ruſti. & Mar. quando cecinit.
„ Piſcina rhombum paſcit, & lupos Vernas.
Vnde piſcinarij, qui loca piſcibus referta habebant forte appellati fuerunt, vt Philippus Lucullus, & Hortenſius, quos ſic vocat Ci. ad Atti. j. & tamen certum eſt, ſi oues ibi lauabantur, in ea piſces non fuiſſe, cur igitur Latine piſcina?

MAN. Figura eſt cathacreſis, ideſt abuſiua loquutio, dictaque piſcina, quia in ea piſcis non erat, & ita omnes intelligūt, & bene.

GEOR. Cur Beteſda Hebraice, ſiue Bethſaida?

MAN. Quia Beth nil aliud quàm domum ſignificat, & ſaida gregem, quaſi domus gregis ſit, ſiue ouium.

GEOR. Placet ſatis, ſed tamen ouile alias eam vocamus.

MAN. Verum eſt, incuſtoditumque captat ouile lupus, inquit „ Poe. immo olim etiam fuiſſe in campo Martio Romæ, tradūt „ ſcriptores, claraque ſunt Io. verba. 10. ibi, & fiet vnum ouile, „ & vnus paſtor. ſed non vt non ſit iſtud quoque inſpecto effectu ſupra dicto, ſine controuerſia admittendum, cum domus receptaculum etiam dicatur. l. plerique. ff. de in ius vo. & verbum ſit generale.

GEOR. Quare vnus tantum in hac piſcina ſanari ſolebat ad motum aquæ, Angelo deſcendente?

MAN. Quia aqua baptiſmi, qua per piſcinam notatur (vt Ioan. Chryſoſt. declarat) macula peccati originalis aboletur, quod vnum fuit. Vel quia baptiſmus reiterari non poteſt, vel vnus tantum, qui in vnitate fidei, & charitatis pœnitentiam egiſſet.

Vel

Vel dicamus generaliter, quòd ſicuti languentes ſani fiebant aqua piſcinæ, ita peccatores, vt oues, mundari debent, quas paſtor, ideſt CHRISTVS, etiam ſuo ſanguine redemit. & aqua dixi, quoniam ſordes lauantur & crimina, ex quo factum eſt, vt non ab re dixerit Maro. Aenei. 2.

» Tu genitor cape ſacra manu, patrioſque penates,
» Me bello è tanto digreſſum, & cæde recenti
» Attrectare nefas, donec me flumine viuo
» Abluero.

Et inſtitutum fuerit olim, vt funus proſecuti, redeuntes, aqua aſpergerentur, quod purgationis genus vocabant. imo quòd in templo Fortunæ miniſtri ex vtraque parte ianuarum ſtantes, aſperſione aquæ pariter ingredientes purgabant. & alibi idem Maro.

» Occupat Aeneas aditum corpuſque recenti
» Spargit aqua. & cum his finem facio.

ANDREAS RAPITIVS, MAN.

## Ad. l. ſtatuæ additio. ff. de verbo. ſignifica. 6.

AND. His diebus multa, quæ ad interpretationem. l. ſtatuæ. ff. de ver. ſi. dixiſti lib. 9. c. 203. Enchiri. pcurri, & affatim intellexi, quid ſibi velit Græce verbum ibi poſitum, προθύρου, ridiculæ ab Accur. alias interpretatum, quòdq; veſtibulũ eſt, ſeu tectum eorum, quæ templorum foribus cõtinuantur, hoc eſt ante ianuam, mihi nunc gratiſsimum eſſet intelligere à te humaniſsime præceptor, & ad illius legis amplificationem, ſi poſticum, ſiue partem poſteriorem domus dicere vellemus, quomodo Græcè dicendum eſſet pariter.

MAN. Dicam, licèt homo Latinus ſim, non Græcus, ſed prius id verum eſſe, quod ibi ſcripſimus, authoritate Liuij confirmo, dum Mutij ad Porſenam Cluſinum regem, verba fiduciæ plena refert, quæ ſunt iſta.

» Romanus ſum ciuis, C. Mutium vocant. hoſtis hoſtẽ occidere volui. nec ad mortem minus animi eſt, quam ad cędẽ fuit. & facere, & pati fortia, Romanum eſt. Nec vnus ego in te hos animos geſsi, longus poſt me idem eſt ordo petentium decus, proinde in hoc diſcrimen, ſi iuuat accingere, vt in ſingulas horas capite dimices tuo, ferrum hoſtemque habeas in veſtibulo regiæ, hoc tibi iuuentus Romana indicimus bellum. προθύρου igitur & veſtibulum idem eſſe videntur, hoc eſt (vt dixi) ante ianuam quotidie ferrum hoſtemque in ſingulas horas habebis.



Poſticus modò, ſiue pars domus poſterior (vt tuo deſiderio ſatisfaciã) dicetur aliter, Pſeudotyrum ſcilicet, quaſi falſum hoſtium, & ita Ci. Oroſius, Amianus Marcellinus, & cæteri, nouiſsime Apuleius Madaurenſis, capiunt, quamuis (vt alibi Seruius ait) poſtica nomẽ ſit augurale, & hoc carmine Perſi. Saty. j. ibi.

» Occipiti cæco poſticæ occurrite ſannæ. deriſionem intellexerit, quæ à tergo priorum dentium denudatione contrahendo labra fieri conſueuit.

AND. Et forte melius, maxime quòd nomen augurale ſit, quoniam Augures lituo ſpatia deſignabant, dabantque eis nomina, vt prima pars, quæ ante nos eſt, antica diceretur, poſterior vero, poſtica.

MAN. Sed tamen primum verius, quòd magis proprie poſterior pars domus dicatur, vt Hora. etiam ſenſit ep. lib. 1. ibi.

» Atria ſeruantem poſtico falle clientem. melius Plau. in Muſtella. quando dicit.

» Nunc ego me illac per poſticum ad congerrones conferam. & quia hæc grammaticum ſapiunt potius, quàm Iuriſcon. neceſſaria tamen ad declarationem & exornationem. d. l. ſtatuæ, ſicuti & alia quãplurima de quibus ſupra nec ſpernẽda, trãſeo.

PETRVS AMATVS, MAN.

## De negociatoribus, ad dictum Iuriſcon. in. l. 2. ff. de nundi. & de Epiſcopis multa. 7.

PET. PLATO ille diuinus, quo nihil maius habuit Gręcia, cum inſtitueret, quemadmodũ ciuitas bene & beate habitari poſſet in primis negociatores neceſſarios eſſe dixit, & bene, quòd & ipſa rerum experientia docet, & teſtatur Iuriſcon. in. l. 2. ff. de nundi. ſed an ipſis præeſſe debeant etiam magiſtratus, à quibus cogantur, rem iuſto precio vendere?

MAN.

MAN. Debent vtique.

PET. Qui?

MAN. Epiſcopi.l.munerum.§.item epiſcopi.ff.de mu. & hono. l.2.C.de ep.audi.c.1.&.2.de emp.& ven.Anchara. conſil.157. ſummæ prudentiæ,in prin. Qui plus dicit ibidem, ꝙ nec iſtis negociatoribus licitum eſt expellerre venientes cauſa emendi,ſicuti nec caupones,venientes cauſa hoſpitandi.l.j.§.fin.ff. fur. aduer.nau.

PET. Durum tamen videtur, cum rei ſuæ quilibet ſit moderator & arbiter.l.in re mandata.C.man.l.ſed ſi lege.§.conſuluit. ff.de peti.hære.l.nullus.C.de Iudæ.

MAN. Immo durum non eſt,cum tabernam publicam habeant, & hac ratione vendere compellantur.& ſi caupones fuerint, hoſpitio (vt diximus) venientes recipere & complecti, vt ſupra,& in.l.fi.ff.ad legem Iuliam, de anno.l.1.§. cura carnis. ff.de offi.præfec.vrb.

PET. Quia de cauponibus mentionem feciſti, ſcirem libenter humaniſsime præceptor,ſi à culpa excuſentur.

MAN. Non.

PET. Ratio?

MAN. Quia opera malorum hominum vtuntur.l.4.§.proficiſci, & ibi glo.ff.de offi. procon. ita vt ſpeciale ſit contra eos, etiam quòd contractus fiat, & ineatur gratia vtriuſque.l.3.§. ex hoc edicto.ff. nau. caupo. ſtabu.tradit Bal. in.l. certi iuris, col.2.C.loca.& in rub.depo.in prin. aliqua Flo.in.l.quod dicitur, in fi.ff.ad legem Aqui. & dicit in.l.1. in fi.ti. præallega. loca.idem Bal.quòd ſunt homines vulgares,& rapaces,quódque generalis præſumptio eſt contra ipſos. & Cy.in.l. pacta nouiſsima,in.2.col.C.de pac. quòd proteſtatio ipſos non releuat, quominus teneantur. Adeo verum igitur (eò redeuntes vnde diſceſsimus) eſt id, quod dicebat Plato, relatus in.d. l.2. vt collegium licitum cognoſcatur, ſi pro Iuſtitia conſeruanda,& ſi pro publica vtilitate inſtitutum ſit, vt Doctorum & Scholarium, & etiam artificum, quia ſine eis bene & beate viuere ciuitates(vt diximus)aliter non poſſent, & ita deducit idem Bal.in.l.1.in prin.in.2.col.ff.quod cuiusque vniuer.no. & pulchre Areti.conſi.29.diligenter, col.9.poſt Bar.in.l.ambitioſa.ff.de decre.ab or. fa.quòd ſtatuta, per quæ prouidetur mercatoribus & artibus, vt melius exerceantur, pertinent ad ſtatum ciuitatis, & bonum publicum, ſignanter vterque per d.l.2.



d.l.2. & non habet dubium.

PET. Sed adhuc dubito, an epiſcopi, qui præſunt rebus, iuſto precio vendendis, ſint hi, prout verbum ſonat, de quibus in ti. de ep. & cle.

MAN. Non credo, maxime in.d.§.item epiſcopi.

PET. Quid ergo dictum verbum ibi ſibi vult, quidque ſignificat,ſeu qui ſunt hi,qui epiſcopi dicuntur?

MAN. Bude. Pariſien.ibi declarat, eos eſſe, qui ſummum rerum arbitratum habent, authoritate Ci. fretus, ad Atti.7.ibi, Ego
„ negocio præſum turbulento, vult enim me Pompeius eſſe,
„ quem tota hæc Campana & maritima ora habeat ἐπίσκοπον.
inde ephori,& antiſtites, qui ſi Latine transferantur, ſpeculatores dicentur, quales.4.lib. etiam Apu. Madauren. de aſino
„ deſcripſit his verbis. Nec iuxta quicquam quàm parua caſula
„ cannulis temere contecta, quo ſpeculatores è numero latro-
„ num,vt poſtea compari ſorte ducti,noctibus excubabant.Seu
& verius inſpectores, qui rem vendendam bene & diligenter conſyderent.l.ſi poſt inſpectum.ff.de peri.& commo.rei ven. & vt ille ſuſius.

PET. Placet,& veriſsimum mihi videtur, ex his, ſed in materia reſtat ſcrupulus, an hodie populus ſtatuere pariter poſsit, rē vendi iuſto precio.

MAN. Poteſt ſine dubio,condendo tamen legem generalem,nō certis perſonis tantum, ita Bar.in.d.l.nemo.C.de Iudæ.multa Cy.in præallega.l.1.C. de epiſ.audi.& declaratur quod habetur in.l.nec emere. C.de iu.delibe. vt ibi per eum.& notandum eſt, vel hæc cura eſſet præfecti vrbis olim.d.§. cura carnis, vel ædilium, qui frumento præeſſent,quique à Cerere cereales dicti erant.l.2.§. deinde Cornelius.ff.de ori.iu. vel populi hodie,quòd iſtos ἀγορανόμους Græci vocant,quaſi lex etiam regula fori, quoniam ἀγορὰ, forum, νόμος vero lex dicitur.§.ex non ſcripto, Inſti.de iu.na.

PET. Ponamus, quòd non habeat quis victualia, niſi quantum ſibi ſufficiat,cogetúrne ea vendere iuſto precio?

MAN. Non,& ita poteſt intelligi tex.in.d.l.nemo, & probatur in.l.fi.allega.etiam ſupra.ff.ad legem Iuli.de anno. multa Iſer. in commenta.conſti.regni,in prin.col.2.

PET. Ad negociatores redeuntes, qui principaliter rebus vendendis & emendis vacant vt ſupra ipſorum appellatione comprehendentúrne vſurarij?

MAN.

MAN. Abſit à ſeculo.

PET. Quare?

MAN. Quia negociatorum & mercatorum nomina honeſta ſunt. l. 1. C. nego. ne mili. lib. 10. l. legatis ſeruis. ff. de lega. 2. Pau. de Caſ. conſi. 160. ad primum, col. 2. vol. 1. vſurarij vero, turpe & inhoneſtum, immo quòd fur dicitur largo modo, bonaque eſt ſimilitudo de vno ad alium, licèt non per omnia, inquit Bal. conſi. 311. quidam, col. 2. vol. 2. qui dicit etiam conſi. 250. in quæſtione, col. 6. vol. 1. ea ratione non comprehendi, quia reatus omnem honorem excludit, quòd perdunt priuilegium, & quòd denique vſura eſt turpis quæſtus, qui non cadit in bono viro. Et dictu mirabile eſt etiam, quòd Solon mercaturæ operam dedit, vnde vitæ quoque rationem ſumpſiſſe dicebat, per quam ad animi quietem & remiſsionem propenſius ferebatur, quomodo igitur volumus fœneratores comprehendi?

PET. Nónne & mercatores, quandoque in eorum contractibus vſurariam prauitatem committunt?

MAN. Etiam, ſed quia ad hoc eorum propoſitum principaliter non tendit, conſyderandum non eſt, nec ob id dicēdum quòd vſurarij comprehendantur. l. ſi quis nec cauſam. ff. ſi cer. pe. l. rogaſti, eo. ti. l. verum. ff. de fur. l. 1. §. 1. ff. de Iuſti. & iu Pau. de ca. in loco de quo ſupra mitto multa eorum odio contra regulas iuris ſtatuta fuiſſe, quæ tamen in mercatoribus non procedunt, iuxta nota. in cle. 1. in. §. cæterum, de vſu. late in. l. 1. C. de eden. eſt verum quòd mercaturam damnat in poli. Ariſto. ſentiens finem emptionis vſum eſſe nō quæſtū. quòdq; odioſa erat Thebanis, cauentibus decennio ab ea abſtinendum, ſi quis ad magiſtratus admitti voluiſſet. & quòd Deo placere nō poteſt mercator. c. eijciens. 88. diſtin. ſed tamen quia neceſſaria eſt mercatura & negociatio vrbibus, inque ea publica conſiſtit vtilitas, Platonis opinionem probo, cum de vſurario etiā intelligatur, quod dicitur in. d. c. eijciens, non de mercatore.

PET. Ad dicta etiam de epiſcopo reuertor, & quæro nūc quid apud nos idem verbum ſignificet.

MAN. Non aliud, niſi diligentem (vt dixi) rerum ſpeculationē, ſicuti & apud veteres, & nouiſſime declarat Guliel. Poſtel. Barento. de magiſtra. Athenien. c. 35. idéque eſt in eccleſia quod in naui gubernator, vel in curru rector, vel in exercitu dux, vel in domo denique paterfamilias.





PET. Quod nanque peculiare, ſeu propriū ē eiuſdem officium?

MAN. Docere euangelium, remittere peccata, minari iudicium de impiis, vt CHRISTVS, item & prædicare, inque his ſpeculatio conſiſtit, ea de re imbutus ſacris literis eſſe debet, ne repellatur ob ſcientiæ defectum, & licèt conueniens toleretur, eminens tamen in concilio Conſtantienſi deſideratur, & breuiter nomen eſt abſolutiſsimæ virtutis, quod &. 1. ad Timoth. teſtatur Pau. c. 3. ibi, Oportet enim epiſcopum irreprehenſibilem eſſe, vnius vxoris virum, ſobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hoſpitalem, doctorem, non vinolentum, non percuſſorem, ſed modeſtum, non litigioſum, non cupidum, ſed ſuæ domui bene præpoſitum, filios habentem ſubditos cum omni caſtitate.

Inquit etiam Bal. noſter, quòd eſt pater & tutor pauperū, pauperes vero vt infantes & pupilli, conſi. 453. ſi ex teſtamento, volumine ſecundo, & Abb. in. c. non poteſt, columna ſecunda de re iudi. quòd olim Sacerdos appellabatur, ſiue presbyter, & bene, per illum tex. quod & probatur etiam in capitulo primo allega. ſupra de emp. & ven. Sacerdos vero prius (vt Beroſi. Babylon. teſtatur, antiquita. libro tertio) Saga. & Sabinorum lingua cupencus. & presbyter idem quod ſenior. c. cleros, 21. diſtinct. eoque ſignificatu quo Senator, qui ætate & prouidentia polleat. immo quòd Romulus Aruales, ideſt ſacerdotes primus inſtituit, ſeque fratrem illorum appellauit. quòdque ſacerdotium eſt à Deo, vt Imperium. & quòd denique per communicabile nomen CHRISTI, eo decurſum eſt, vt Chriſti etiam appellētur. c. ſacroſancta, & ibi Archi. in fi. 22. diſtin. erant etiā antiquitus flamines curiales, ita dicti, quia ſingulis curijs bini erant præpoſiti, honeſti ordinis, moribus & virtute præſtantes. Cn. Vale. Flaccus à Pub. Licinio Pontifice maximo Flamen dialis quoque creatus, ſacerdotium geſsit magnifice. Flamini Senatum ingredi, & publico concilio intereſſe, togamq; prætextam, ampliſsimique ordinis veſtimenta habere licuit. eique, eo die, quo frequens Senatus habebatur, nō ſecus quàm Senatori, in curiam veniendi, conſultandi, ſuffragandique poteſtas data erat. Immunis etiam à collectis patrio iure, deque his aliàs fuſius, hæcque interim ſufficiant.

BERNARDVS COSCOLA. MAN.

## Declaratus locus Iuriſcon.in.l.cum duobus, in.§. quidam.ff.pro ſo.& in.l.procuratoris,in.§.ſi plures.ff.de tributo.ac.de ſagaria negociatione. 8.

BER. QVIA à te dictum eſt nuper,quòd olim Sacerdos Saga appellabatur, & eſt verum, deque negociatione multa, opto ſcire,quid ſit Sagaria,cuius mentio facta eſt in.l.procuratoris, in.§.ſi plures.ff.de tributo.ac.& in.l.cum duobus, in.§.quidā ff.pro ſo.vbi ad literam,de quibuſdam, qui ſagariam negociationem inierant,Iuriſcon.locutus eſt,prouenítne à verbo ſupra dicto,an vero habet potius aliam interpretationem?

MAN. Ridiculum eſt dicere,quòd à ſaga verbo proueniat & deriuetur,quandoquidem nihil commune habeat ſacerdos cum negociatione, ex quo fateri neceſſe eſt, quòd aliam habeat interpretationem.

BER. Quam?

MAN. Iſtam,vt nihil aliud ſit,niſi ea,quando ſaga, vel alia veſtimenta eiuſdem generis emimus,& diſtrahimus, lucri faciendi cauſa,vocabulo à ſagis inclinato.& conſonat, ſagumque erat veſtis breuioris genus,qua Romani omnes belli tempore vtebantur, & ſicuti negociatio Sagaria erat, ita & lintearia.d.§.ſi plures.

BER. Si legeremus Saccariam,forte melius eſſet.

MAN. Admitterem vtiq;,ſi ſaccorum eſſet negociatio, vt Apule.Madau.de aſi.libro primo ſenſit,ibi, Et ipſas etiam lacinias, quas boni latrones contegendo mihi conceſſerant,in eam cōtuli,operulas etiam quas adhuc vegetus ſaccariam faciens merebam.quem locum tamen reſtituit Beroal.ibi,vt ſagariam potius legamus.quod ſi ſic eſt,ridicule labitur Accur.in.d.§.quidam,ſagariam negociationem, ideſt ſalis, intelligi debere, vel ſaccorum,aut vilium veſtium attritarum.& de ſagis eſt tex.in l.non patimur.C. de cur.pub.lib.xij.ibi. Siquidem nonnulli veredarij ſagorum dicuntur auferre vel præcidere. quem tamen corrige,vt dicat ſaga eorum. Et quòd à ſagis negociatio





ſagaria appellata ſit,confirmat Bude in.l.prima,in.§.primo ad ſi.ff.depo.

BER. Si placet,poſtquàm hæc declaraſti, qui ſint Veredarij etiā dic,in præallega.l.non patimur, quod calamo occluſit ibidem Alciat.& in.l. præceden. vbi horum mentio quoque facta reperitur.

MAN. Libentiſsime,ſed oportet vt.d.verba repetam,& quę paulo ſupra dicuntur, huiuſmodi enim ſunt, Non patimur Hippocomos,ꝑ eos qui veredis vtũtur, indigna ſpoliatione vexari. Si quidem nonnulli Veredarij ſaga eorum dicuntur auferre & cætera Veredarij igitur ſunt, non, vt inquit Accur.ibi,qui equos ducunt,ſed qui equis publicis vtuntur,literas Principum afferẽtes,nos tabellarios vocamus, vulgò Corrieri.hi ergo hippocomos plærunque iniuria afficiebant, auferendo vel præcidendo eorum ſaga(vt diximus) & veſtes. cui malo prouidet Leo Imp.mandatque,pœna comminata, vt Iudices hanc iniuriam vindicent.

BER. Sed quare equos publicos dixiſti?

MAN. Quia ad vſum publicum ſunt conſtituti, ſumptuque puplico aluntur.l.2.ff. de in ius vo.vbi Ic.Cora. non ignobilis Iuriſcon.pulchre,expoſitione Budei exploſa,cui nec ego primitus aſſentiebam.

BER. Omnia intellexi,præter verbum hippocomos.

MAN. Nec Accur.intellexit ibidem,minus Bar.& alij,ſtabularij igitur ſunt pariter,qui equos curant,ιππος enim Græce(vt inquit Alci.& bene)equũ ſignificat,κομεω vero, nutrio,ſeu curo.

BER. Quoniam de veſte dixiſti,qualis eſſet,qua vterentur in bello Romani homines, mihi venit in mentem, quæ nam illa ſit, quam pexam vocabant.

MAN. Si de veſtibus loqui vellemus, profectò dies non ſufficeret,materia enim eſt, quæ tractatum non ſimplicē collocutionem deſiderat,& maxime quæ pulla ſit,quæ militaris, quæ dibapha,toga,latus clauus,diptheria apoſtolica,& ſimiles.

BER. De his aliàs,quoniam ſcio,pullam atram eſſe, qua vtimur luctus tempore; militarem,cum ad bellum proficiſcimur,quę & paludamentum etiam appellata eſt,& inde milites paludati. à palam dictum,quia qui eam habent palam quoque ab omnibus conſpiciũtur.& forte eſt ſagum de quo ſupra. Immo plus & nouiſsime, quòd Paulus Oroſi.grauiſsimus author veſtem mœroris etiam ſagum eſſe dixit,libro quinto.c.17.ibi, Sena-

„ tus ſagum, hoc eſt veſtem mœroris, quã exorto ſociali bello
„ ſumpſerat, hac ſpe arridente depoſuit, atque antiquum togæ
„ decorem recuperauit. Scio etiam dibapham eſſe precioſiorem, qua vtebantur magiſtratus. Togam, quæ communis omnium Romanorum dicebatur. & latum clauum deniq; Senatorum. Scio inquam diptheram, aliàs bætam, paſtoritiam fuiſſe, ex pellibus ouium aut caprarum conſutam. & vltimo loco Apoſtolicam, fidem, charitatem, patientiam, caſtitatem, abſtinentiam, diligentiam, obedientiam, humilitatem, contemptũ diuitiarũ, mortis ſecuritatem, modeſtiam, reſurrectionis ſpem, & fiduciam, ſed non quæ ſit pexa.

**MAN.** Pexam Hiero. aduerſus Iouinia. pro lacera & ſordida accipit, & male.

**BER.** Quid ergo ſibi vult in illis verbis, quæ etiã ego legi, Tũc
„ pexa tunica & nigra ſubucula veſtiebaris?

**MAN.** Non aliud, niſi (vt dixi) laceram & ſordidam.

**BER.** Nonne ſic eſt intelligendum?

**MAN.** Non.

**BER.** Quomodo ergo?

**MAN.** Quòd ſit potius elegans & ſumptuoſa.

**BER.** Vbi hoc ipſum aduerſus Hiero. tibi conſtat?

**MAN.** In multis ſanè locis, ſed duos tibi oſtendiſſe ſufficiat, Perſij Saty. 1. cum dicit.

„ Scilicet hæc populo pexuſque, togaque recẽti. pexus ideſt ornatus, ſeu pexa veſte ornatus, elegãti (vt diximus) & ſumptuoſa. & Martia. quando ipſe dicit pariter.

„ Pexatus pulchre, rides mea Zoile trita. dicta hinc à ſpiſſitate textrini. & cum iſtis finem facio.

NICOLAVS PERVSCVS. MAN.

## De pane hordeaceo, neſcio quid ſcitu dignum, de quo aliàs in euanlio Io. 6. c. 9.

**NICO.** Ex pane (vt notum eſt) viuit homo, & Reſpub. ſuſtentatur. l. publicas. C. de fer. plene Bal. conſi. 458. lata fuit ſententia col. 1. vol. 3. immo quòd cum ſit temperatiſsimus cibus, humanæ naturæ maxime etiam eſt conueniens & conformis dici poteſt Iouius, à Ioue principium habens, quoniam ſemper iuuat, ita vt nec ab re CHRISTVS nobis cibum cœleſtẽ ſui corporis quoque ſub ſpecie panis præbuerit, & ſic animalis vitæ (vt diximus) ſuſtentamentum eſt, ſpiritualis vero nutrimentum, & ſupernæ ſatietatis denique oblectamentũ. mitto quòd ſit ſanctiſsimum coeuntium pignus, quòdque etiam quando-
„ que pro voluptate ponatur, vt Prouerb. 19. ibi, Panis abſconditus ſuauior, & quòd olim pane ac caſeo oblationes fiebant. non ignari etiam, quòd annona pro pane ponatur, & è contra panis pro annona. l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecun. nup. l. fina. C. de iu. do. ſic vocata, quia ſingulis annis nouatur, vnde etiam annonaria prouiſio, & leges annonariæ dictæ appellatæque fuerunt. & ad propoſitum not. in rubri. de erroga. mili. anno. libro decimo, quòdque Hebræi panem, virgam vel baculum virtutis intelligunt, eo quòd hominem ſuſtentet ac roboret, & nonnunquam pro euangelio capiatur, vt Deuto. cap. 8. ibi, Dedit tibi cibum manna, quem panem edere, eſt edere CHRISTVM incarnatum. ſed quare panis hordeacei mentio
„ facta eſt Ioan. 6. c. ibi, Eſt puer vnus hic qui habet quinque pa-
„ nes hordeaceos, & duos piſces &c?

**MAN.** Forte quia antiquis panis ex hordeo vſitatus erat, vt Gale. libro primo. de alimẽ. teſtatur, ex quo etiam fit ptiſana Hippocratis præconio tantopere celebrata, & κριθὴ Græce, hordeum appellatur. Vel dicamus quòd cum cibus iumentorum ac ruſticorum ſit voluerit Dominus non aliud ex eo innuere (quod ſacri expoſitores Mar. 6. ſenſiſſe quoque videntur) niſi incipientibus aſperiora groſsioraque præcepta committenda eſſe, quia animalis homo non percipit ea, quæ ſunt ſpiritus Dei, ex Pau. ſententia. 1. ad Cor. c. 2. cuique pro viribus dona tribuens, & ſemper ad perfectiora prouocans. & quia occaſione panis mihi materiam ſumminiſtraſti, neſcio ſi ſcias mi Nicolae reuerende, quid ſit panis herbaceus, affinitatem enim quandam cum hordeaceo habere videtur.

**NICO.** Certe non, nec memini me alicubi legiſſe, mihique gratiſſimum erit & iſtud intelligere.

**MAN.** Eſt etiam panis, qui ſecundus, ſeu ſecundarius appellatur, & multoplura eiuſdem generis, vt oſtrearij, artologani, ſpeuſici, furnacei, ſubcinericij, artopteſi, nautici, & fermentati denique.

**NICO.** Deſiderium auges Man. tibique faſtidium ac tædium paras,

ras,ſatis erat enim locum Io.didiciſſe,abſque eo quòd pro tua
liberalitate docere alia hæc te ipſum offerres.

MAN. Omnino per ocium licet, nec aliud eſt quicquam, quod
hoc tempore nobis poſsit eſſe gratius, ſi te audire non piget,
quoniam mihi dicere leue eſt & iucũdum,nec(vt ais) tædium
ac labor.

NICO. Immo te rogo, vt dicas, & currenti calcar adiungo, nil
mihi optatius,aut charius hoc vno eſſe poſſe pariter.

MAN. Poſtquam igitur ita eſt,dico panem herbaceum,eſſe Cæ-
ſaris inuentum,quo (licèt in ſummis anguſtijs penuria frumẽ-
ti & cibariorũ reperiretur) Põpeij ſpem minueret apud Dyr-
rachium, famem obijcientis, idq́ue herbæ genus, ſiue radicis
(chara enim appellatur)lacte mixtum fuiſſe aiunt, quod ad pa-
nis ſimilitudinem faciebat, vt inde milites comederent, & in
Pompeianos amplius iacerent vulgo, de quo aliàs in vita ip-
ſius Cæſaris, de amore & fidelitate militum, ad eum, ibi, Fa-
„ mem & cæteras neceſsitates, non cum obſiderẽtur modo, ſed
„ & ſi ipſi alios obſiderent, tantopere tolerabant,vt Dyrrachi-
„ na munitione Pompeius viſo genere panis, ex herba,quo ſu-
„ ſtinebantur, cum feris ſibi rem eſſe dixerit &c.

NICO. Hoc ipſum planè intelligo,reſtant alia id genus (vt dixi-
ſti)plura.

MAN. Secundarius eſt plebis. Oſtrearius ab obſonijs dictus. ar-
tolaganus à delitijs. ſpeuſici à feſtinatione. furnacei & ſubcine-
ricij à coquendi ratione. artopteſij ab inſtrumento panibus
coquendis accommodato. nauticus quo nautę veſcuntur, quẽ
vulgus biſcoctum appellant. & fermentatum denique ex quo
nihil ei ademptum eſt. & fuſius in vita Auguſti, de cibis eius,
„ ex illis verbis argumento ſumpto, Cibi (nam ne hoc quidem
„ omiſerim)minimi erat, atque vulgaris ferè, ſecundarium pa-
nem & piſciculos minutos & caſeum bubulũ manu preſſum,
„ & ficos virides biferas maxime appetebat.

NICO. Vnum reſtat, quid adhuc ſit panis propoſitionis in ſa-
cris literis.

MAN. Et iſtud declarabo, ſed primum ſcito, quòd aliqui huiuſ-
modi erant,licebatq́ue tantum ſacerdotibus eiſdem vti. c. ideo
§. is ita. 25. q. 1. c. tribus, de conſecra. diſtin. 2. aliqui oblatio-
nis,qui in altari holocauſtorum offerebantur, iſtisq́ue vteban-
tur Leuitæ,aliqui vero communes,qui & laici appellabantur,
ſeu populares,& iſtis indifferenter omnes vti poterant, quod
legitur



legitur etiam. 1. Regũ. c. 21. modo ad rem noſtram, panes pro
poſitionis,qui & facierum quoque dicebantur, quadrata for-
ma erant azimi,ſacerdotisq́ue manu compoſiti & decocti, ne
polluti dicerẽtur, vt Malach. c. 1. habetur. item numero. xij. in
memoriam xij. tribuum filiorum Iſrael,quos ſuper mẽſa Do-
mini in diluculo ſabbati recẽtes ponebant,vt ibi vſque ad ſab-
batum ſequens immoti manerent, deinde ſacerdotes ſoli (vt
paulo ante diximus)comedebant. hi ſunt(iterato dixerim)pa-
nes propoſitionis,de quibus etiam fuſius Exo. c. 25.

NICO. Nollem eſſe tibi moleſtus præceptor mi.

MAN. In quo?

NICO. In hoc, quomodo oratio Dominica intelligi debeat, &
„ de quo pane rurſum loquatur,quando dicitur, Panem noſtrũ
„ quotidianum da nobis hodie.

MAN. Moleſtia huiuſmodi appetenda eſt docere cupienti, non
quòd tu docendus ſis,qui oĩa didiciſti, quiq́ue tantũ labore cõ
tendiſti, vt à te ipſo hæc, & multo maiora quidem ſcrutari ac
intelligere ſine controuerſia poſsis.

NICO. Si dixeris mihi (vtcunque ſit) ſupra modum rem gra-
tam facies.

MAN. Obtempero tibi,tuoq́ue voto ſatisfacio,& ſubinde dico,
ex eo,temporalis & ſpiritualis vitæ ſubſidia deſignari.

NICO. Tranſeat, verumq́ue ſit, quare panem dixit,non carnem
& piſces?

MAN. Vt communibus eſſẽmus contenti, & ſimplici victu, ſu-
perflua non quærentes. & noſtrum non alienum, quoniam la-
„ boribus quæritur, iuxta illud Gene. tertio. In ſudore vultus
„ tui veſceris pane tuo, & ne præſens vita deficiat, quotidianũ.
Dixit etiam Da, non reddas, vt liberaliter quaſi donum adij-
ceretur. Item nobis,non mihi,quia oratio communis eſſe,&
quicunq; orat,orare pro fratribus debet. Vnde & bene dictũ
eſt quoque,Pater noſter. Dimitte nobis,ne nos inducas in tẽ-
tationem. libera nos &c. & hodie denique, ne craſtini (vt in-
quit Pau.)ſolliciti etiam eſſemus,ſed orationi potius & obſe-
crationi intenti cum gratiarum actione & petitiones noſtræ
innoteſcerent apud Deum. cap. 4. ad Philip. & quia multa hæc
fuerunt,plura non dico.

## RICARDVS PORTVNERIVS, MAN.

### An ex ſtip. oriatur obligatio naturalis, cum ſit contractus iuris ciuilis. & quæ ſit rō quòd in conſtituto oriatur actio ex pacto nudo. 10.

**RICAR.** SI bene recordor, anno elapſo, dum exponeres difficilimum illum. §. quinimmo, poſitum in .l. iuriſgentium. ff. de pac. & ad id, quòd actio de iure ciuili ex pacto nudo non oritur quòd etiam probatur ibidem, & in. §. ſed. cū nulla, & in. §. Marcellus, ea. l. & in. l. petens, & in. l. legem. C. eo. & per locum à ſpeciali, in. c. j. de pac. in. 6. traderes ampli⁹ limitationes multas, nec iſtam quoque prætermiſiſti, quòd fallat regula in conſtituto, quòdque omnino in eo oriatur.

**MAN.** Verum eſt. §. de pecunia autem conſtituta. inſtitu. de act. vbi caſus clarus. de pecunia autem conſtituta (inquit tex. ille) cum omnibus agitur quicunque pro ſe vel pro alio ſoluturū ſe conſtituerit, nulla ſcilicet ſtipulatione interpoſita, quoniam tunc ſtipulanti promittens iure ciuili teneretur, ergo ex pacto nudo aliàs, & (vt dixi) neceſſariò quidem tenebitur, & ita etiā Bar. in. l. j. in. §. ait prætor. ff. de conſti. pe.

**RICAR.** Quantum ad iſtud non dubito, & ſcio quòd interuentu ſtipulationis, non actio de conſtituta, ſed quòd certi condictio ex ipſa ſtipulatione competeret, vt legitur quoque inſtitu. de verbo. ob. in prin.

**MAN.** Quid eſt igitur id, de quo dubitas?

**RICAR.** Dubito cum ſtipulatio ſit cōtractus iuris ciuilis, an ex ea oriatur obligatio naturalis. & quę nā ſit ratio inſuper quòd ex pacto nudo competat actio (vt dicebas) in conſtituto.

**MAN.** Quoad primum reſpondendum eſt, quòd ſic, licèt tecū valde dubitent ſcriben. quoque in. l. ſi fideiuſſor. ff. de condict. inde. & iudicio quidem meo, dubitandum non erat, quoniam ſola ciuilis ad agendum non erat efficax, vt no. inſtitu. de obli. in prin. & quoniam eſto quòd ſit contractus iuris ciuilis, neceſſarius tamen eſt partium conſenſus. l. j. §. adeo. ff. de pac. ibi,
„ Nam & ſtipulatio, quæ verbis fit, niſi habeat conſenſum, nul-
„ la eſt. ex conſenſu autem oritur obligatio naturalis. l. cum amplius. §. is natura debet. ff. de regu. iur. Bal. in. l. cum quis, col. j. C. de



iu. & fac. igno. & in. l. non dubium, col. 2. C. de teſta. & in l. ex hoc iure, in. 4. ff. de iuſti. & iu. qui plus dicit ibidem, quòd eſt regula, quæ nunquàm fallit, ergo. Quoad 2. glo. aſsignat rationem in. d. §. de pecunia, in verbo nulla, quòd iſtud ideo ſit, quia ſi pro eo, quòd ſe ſoluturum conſtituit, vt conſtituit, vnū inducitur, ne teneatur niſi. x. diebus elapſis .l. promiſſor. §. j. ff. de conſti. pe. argu. in. l. quod dicimus. ff. de ſol. l. eum qui Klen. §. quotiens. ff. de verbo. ob. l. cedere diem. ff. de verbo. ſigni. rationabiliter etiam induci debet contra eum, & pro eo cui promittitur, vt ex pacto nudo oriatur actio, quaſi dicat quòd in vno releuatus, debet in alio grauari, vt iuris regula dictat poſita in. l. eum qui. ff. de iureiur. Eſt verum quòd eam, quam nihilominus tradit etiam in. d. l. promiſſor, impugnant Docto. maxime Iaſ. & Ange. in. d. §. de pecunia, moti ex duobus, quia ea ſtante, ſequeretur quòd antè inductionem dictorum dierum. x. factam per Iuriſcō. actio ex pacto nudo nō oriebatur, quod tamen notorie falſum eſt. d. l. promiſſor, in prin. 2. quia nō debuit propter modicum commodum dictorum dierum. x. tanta ſpecialitas cōtra iuris communis regulas induci. Ad quod Ange. & idem Iaſ. poſt eum in loco præallega. nihil adducunt, adde tu, bene facere tex. quem ibi in ſpecie notat Flo. in. l. nam ſatis, in fi. ff. quemadmo. ſeru. amit. quòd conqueri non debet quis, ſi vno reſpectu grauatur, alio vero maius commodū ſentiat, quàm ſit grauamen, ergo ſecus ſi paruum, vt hîc. Lyſimachus etiam in Scythia ſitiens, ſeſe, exercitumque ſuum in poteſtatē hoſtium dedit vt biberet, poſt quàm bibiſſet vero, dixit, Dij boni, voluptate quàm parua, quàm magnam fœlicitatem amiſi. ex quo fit vt non ab re quoque dixerit Periander Corinthius, voluptatem corruptibilem eſſe, remque cito trāſeuntem, vbi honos eſt alias immortalis & ſempiternus.

**RICAR.** Vrgent valde, & ſi mihi prima facie vera videretur.

**MAN.** Si vera eſt, quare nolumus etiam nos hanc veritatem fateri, ſpretis fallacijs eorum qui eam impugnare nituntur, non dicas igitur & tu, quòd vera tibi ſit viſa Ricarde, ſed ꝙ ē vera.

**RICAR.** Dicam, ſi fallacias mihi detexeris, quoniam ſtatim eam probabo, nec curabo ſcire alias, quæ multæ ſunt.

**MAN.** Detegam, & plene quidem.

**RICAR.** Et ego tuis dictis, vt ſoleo acquieſcam.

**MAN.** Quòd vera ſit & indubitata ratio igitur, ex ſupradictis liquet, nec aliter probabo, quoniam rei demonſtratæ fruſtra fit demonſtratio.

demonſtratio.l.j.ff.de do.præle.l.hæc ſtipulatio.§.diuus,vt le-ga.no.ca.l.cum ſeruo.§.fi.ff.de contrahen.emp. Abb.in.c.ſi-gnificantibus,col.4.de lib.ob.Bar. in .l. libellorum, in.2.ff.de accuſa. Alex.in.l.j.in prin.ff.de lib.& poſthu.reſtat ſolũ obie-cta tollere,quorum primum debile eſt,& non verum, ex quo declaratur prin.d.l.promiſſor, ex ſeq.§.vt teneatur promiſſor elapſis (ſicuti diximꝰ) dictis .x.diebus.l.ſi ſeruus plurium.§.fi. ff.de lega.j.l.fi.& ibi Bar.in fi.ff.ad trebel. Debilius, ſecundum quoniam eſto quòd induci non debuerit, inducta tamen fuit, & à lege quidem,quo caſu non eſt amplius à nobis diſputan-dum.l.patre furioſo.ff.de his qui ſunt ſui vel alien.iu.l.2.C. de cri.ſac.c.in iſtis. quarta diſtin.& ita teneo.tu,ſi hoc ipſum ex-optas,pro tuo arbitrio, interim aliàs vide in.d.loco, quas hic referre non curo.

IDEM RICAR. MAN.

## De vernis, ad dicta quandoque alibi, appendix. 11.

RICAR. SCIO etiam te Man.de Vernis aliqua.c.322.Enchiri. ſcripſiſſe,quæ à nobis aliter nõ ſunt referenda. verum ſi dixe-ris mihi an idem ſit vernaculus,tibi debebo plurimum,ex quo non parum ambigo.

MAN. Idem eſt abſque dubio,voce diminuta tantum, ſeruũque omnino intelligimus,vernaculum, ideſt domeſticum, quod ſanè verbum Apule. Madauren.lib.j.de aſi.ad finem, ita etiam intellexit,ibi, Quid vxor,quid liberi,quid vernaculi agunt?

RICAR. An à verna vernaliter aduerbium formari poſsit?

MAN. Quid obſtat?

RICAR. Neſcio.

MAN. Scio ego,nihil obſtare,quominus ita loquamur.& verna liter,ideſt ſeruiliter exponamus vt ſupra & forte ſic ſermo.ſe-cũdo Hora.locutus eſt,ibi, „ Necnon vernaliter ipſis,fungitur „ officijs.& ad vernæ propoſitum,non ab re hic etiam addendũ cenſui,quòd Mitridates Aſiæ Rex, pro ignominia Romanis obiecit,quòd Thuſcorum vernæ fuiſſent,quandoquidem Ro mulus Rex pariter,ex regulo primus,à Tuſcis (author ē Fab. pictor) declaratus ſit.Demetriumque phalereum (vt inquit Aelianus) Timothæi & Cononis, & quòd Sara (adhuc Chry ſoſto.teſte) quadringentos decem & octo vernas habuit, ac dominata mancipia.& epitaphio denique omnia, cùm hic, tũ alibi dicta,quaſi antiquorum teſtimonio quodam locupletiſ-ſimo confirmanda,quod in ędibus Io.cauini antiquarij, inque ſaxo, ſibi ex vrbe Roma allato,ſic legitur.



IVLIA HELPIS FECIT IVLIAE
EVCHAE VERNAE SVAE.
VIX. ANNIS XVI.
MENSES X.

M. ANTO. MVSSATVS MAN.

## Ad declarationem.l.ſanctum, in princip.ff. de rerum diui.in qua Ro.lapſus etiam detegitur. 12.

M.AN. SALVIA herba vulgo nota eſt, quæ Græce ἐλελίσφακον vocatur,mentæ ſimilis,aliàs matris Apule.Madauren.nomen, quod ipſe quoque teſtatur lib.1.de aſi. Verum à te ſcire volo Man.quare ſic,fretus authoritate Iuriſcon.in.l.ſanctum .ff. de re.di.Ro.in.l.qui bona,in.§.ſi quis iuxta,in fi.ff.de dam. inſec. legatos po.Ro.eam ſecum ferre cõſueuiſſe dixerit,ne quis eos violaret.bene enim credo, quòd ſalubris ſit, ſaluiaque dicta, quaſi ſalutis via,quod diuerſos ſanet morbos,immo quòd ve-terinarij in ægrotantium animalium curatione,ſaluiato potio nis genere etiam vtuntur,ſed qua ratione efficiat,ne legati vio lentur,non video.

MAN. Romani error eſt,eoque grauior,quia in.d.l.ſanctũ, hoc „ idem non dicitur,cuius verba ſunt hæc, Sanctum autem dictũ „ eſt à ſagminibus,& ſagmina herbæ,quas legati pop. Ro. ferre „ ſolebant,ne quis eos violaret.

M.AN. Quomodo ſic lapſus eſt Ro.quem tantopere Io.Fichar. celebrat,vt non Roma tantum, ſed cœlo etiam dignus vide-retur,& cui nemo mortaliũ facile erat tunc comparandus.

MAN. Lapſus eſt,quia homo,& quia nullus eſt qui labi nõ poſ-ſit,& pedem in lubrico figere, vnde factum ē quoque iam tri-tum

tum ſermone prouerbium. Quandoque bonus dormitat
Homerus.

**M.AN.** Ni fallor,dixiſti ſatis lib.1.c.1.Enchi.

**MAN.** Verum eſt,et ſuperque ſatis,& ad propoſitum ex ipſamet
l.ſanctum,liquet,quòd errauit.

**M.AN.** Quid ergo ſagmen,ſiue ſangmina verbũ ſibi vult in.d.l.
ſeuque herba illa erat,quam ferebant legati,ne violarentur?

**MAN.** Verbena,vulgaris & ipſa,ac vbiq; ſine ſemine creſcẽs,pura
& ſancta,quia(vt inquit Feſt.)ex loco ſancto ideſt ex arce capi
tolij,& à conſule quidem,ſecari ſolebat legatis, vel ad bellum
indicendum proficiſcentibus,qui coronati ob id ſancti quo-
que dicebantur,nec poterant violari,& ſic ab hominum iniu-
ria defenſi,atque muniti erant.Et fuſius ibidem, & in.l.ſequẽ.
eo.titu.pluraque Liui.1.ab vrbe condi.&.10.Bel. Pun.eãdẽq;
herbam,quia ſacra (vt dixi)periſtereon,& hierobotane voca-
bant,quandoquidem Græci hieron ſacrum dicant,botanẽ ve-
ro herbam.& de his aliàs.ſufficiatque tibi dictum locum decla
raſſe ac oſtendiſſe.Roma.lapſum fuiſſe,quod pro ſagmine ſal-
uiam intellexerit.

### ALOYSIVS QVIRINVS, MAN.

## De adoptione multa, & an frater, poſsit à fra- tre de iure adoptari. 13.

**ALOY.** CERTVM atque indubitatum eſt Man.Platonem in
repub.ſua voluiſſe,adoptionem quàm maxime neceſſariã eſſe,
quòdque pater plures habens filios,vno retento,alios ciuibus
nõ habentibus in adoptionẽ daret. ex quo arguitur antiquiſ-
ſimum filiationis genus fuiſſe,immo quòd cum Moſes à filia
Pharaonis adoptatus fuerit,Egeus à Pandione, ab Egeo vero
Theſeus,non aliud dici poteſt,& adeo verum,vt adoptatus in
familiam adoptantis tranſeat,& nomen etiam ab ipſo ducat,vt
T.Pomponius à Q. Cecilio,qui poſtea Q. Cecilius Pompo-
nianus dictus eſt,de quo tamen alias in.§.ſed hodie, Inſtitu.de
adop.& in.l.cum in adoptiuis.C.eo.verum quæritur, nũquid
frater fratrem adoptare poſsit.

**MAN.** Fatuus quiſpiã ſortaſsis dicet, ꝙ ſic, quia adoptio ẽ actus
legitimus,per quem fit quis filius,qui non eſt.l.j.ff.de adop.§.
adoptio,



adoptio,Inſti.eo.& tamen non eſt verum,quia ars naturæ imi
tatrix dicitur,& æmula,immo pædagoga.l.adoptio, & ibi in
collecta.Ego multa.ff.eo.§.minorem,Inſti.eo.& in pulcherri-
ma.q.Bal.conſi.386.in regno,col.1.& conſi.389.conſuetudo,
in.2.volu.2.vſque adeo vt tunc operatio artis incipiat,vbi de-
ſinit operatio naturæ,& nihil ſit in arte,quod non prius fuerit
in natura,nec officiat adoptionis diffinitio, quia verbũ omiſ-
ſum eſt,penè naturam imitans, vt in locis præallegat.legitur.
Vnde ſit,vt non ab re Eupompus pictor etiam interrogatus,
quem imitaretur antiquorum, naturam reſponderit, oſtenſa
hominum multitudine.& dixerit hinc Cy.in.l.in bonæ fidei,
col.2.C.de pac.quòd ſicuti non conuenit, vt ſeruus à Domi-
no veſtiatur,non cõuenit pariter,vt acceſſorium veſtiat prin-
cipale; & pœnalis ſtipulatio,efficaciam agendi pacto nudo tri
buat,& latius in.l.petens.C.eo.& idem Cy.in.l.legem, col.1.
eo.quòd ſicuti veſtitur qui nudus eſt,ita veſtitur pactum,quia
nudum,re,verbis,literis,& conſenſu.& ante eum gloſ.in.l.iu-
riſgentium,in.§.quinimmo.ff.eo.modo ad propoſitum, natu
rale eſt,quòd frater à fratre non naſcatur,ſicuti nec etiã quòd
maior ſit filius,quàm pater.d.§.minorem.ergo nec debet poſ-
ſe adoptari.l.nec apud.C.de hæredi.inſtitu.vbi caſus clarus, &
pulcherrimum verbum dixit ad idem Bal.conſ.364.quia quę-
ſtio,in fi.volu.3.quòd medicinæ, ratione delectationis non ſu
muntur,ex quo natura eas abhorret, ſed ſanitatis recuperan-
dæ,retinendæ vel adipiſcendæ gratia,ſicuti arte & natura ma-
nifeſtum eſt.Tu ergo Aloyſi chariſsime, cum filios non ha-
beas,alienos tibi adoptabis, & naturam recte operantem vti
medicus (quod Gale.aſtruit) laudabiliter imitabis.

### MARCVS A SOLE, MAN.

## Ad prouerbium,Qui vehementer emungit, ſanguinem elicit,quare id dictum ſit, & ad quid ſeruiat nobis. 14.

**MAR.** MEMINI me legiſſe,audiuiſſeque ſæpe, multos dicen
tes,quaſi prouerbiali quodam ſchemate, Qui mamillam du-
rius præmunt,pro lacte ſanguinẽ bibunt.quid ſibi hoc ipſum
velit,& quare dictum ſit,planè non intelligo.

MAN.

MAN. Ni fallat me ipſum ſenilis obliuio, legitur prouerbio.c.
30.prope finem.

MAR. Verum eſt,ibique legi primum.

MAN. Si verum eſt,verum erit quoque,licèt ibi non dicatur,ſan
guinem elicere vehementer emungentes,qui nimiũ iuſti ſunt,
quòdque nimium corrigunt, ex quo oſtendunt, vt dicitur in
» c.cum beatus.45.diſtin.ibi,Leuiter caſtigatus, reuerẽtiam ex-
» hibet caſtiganti,aſperitatis autem nimiæ increpatio,nec incre-
» pationem recipit,nec ſalutem.& in.c.ſerpens, de pœni. diſtin.
» j.ibi,Noli eſſe nimium iuſtus, debet enim Iuſtitiam tempera-
» re moderatio.& quia Paſtor euangelicus etiam, Luc.15. lap-
ſam ouem vexit non autem abiecit.

MAR. Huic affine mihi ex his videtur illud, quod vulgo etiam
dici ſolet,non ignotum adhuc lippis & tonſoribus, Summum
ius ſumma iniuria.

MAN. Eſt vtique, & ſenſu ex eo nil aliud innuitur, licèt verbis
differant, quæ curanda non ſunt, quia qui verba ſectatur (vt
prouerb.19. dicitur) nihil habebit.l.ſcire leges.ff.de legi.c.in-
telligentia,de verbo.ſi.c.Marchion.1.q.1.Bar.in.l.Imperator.
ff.de ſta.ho.quod etiam fluxit à ſpecie ſtricti iuris, iniqui,& ca
uillatorij, vt not.in.l.1.ff.de Iuſti.& iu.nonnihil Veronen.in
l.ſciendum,in.§.illud,in fi.ff.de ędi.edic.nos lingua noſtra ma
» terna iocari ſolemus,quod & ipſi referunt ibidem. Chi trop-
» po tira, ſpezza.& da rabia more, chi troppo vole.& piu che
» ogni ſouerchio rompe il couerchio. Vnde leges Draconis,
hac de re, quia ſanguine erant ſcriptæ, paulopoſt obliteratæ
fuerunt. Iſtudque rurſus ſummam crucem putabant antiqui,
de dominis loquentes, vt colonos non ad viuum reſecent &
contorqueant.l. ſi merces.§.vis maior.l. ex conducto.§.1.ff.
loca.& ob id(vt finiã)laici,& ſeculares, qui die dominica car-
nis priuij,plus ſolito cęteris diebus,accuratius cibos carnium
appetunt,quique niſi noua quadam auiditate,uſque ad medias
noctes,ſe ingurgitent,non aliter ſacri temporis obſeruationé
ſuſcipere putant. & male,cum non rationi, ſed voluptati, im-
mo potius cuidam mentis cæcitati,aſcribendum ſit,à tali con-
ſuetudine auerti nõ poſſunt,ideo cum venia,hac ratione,ſuo
genio relinquendi ſunt,ne forte peiores exiſtant,ſi ab ea pro-
hibeantur.c.denique.§.de ipſa.4.diſ.

GASPAR



GASPAR FABIANVS. MAN.

## De libertate, quòd inæſtimabilis eſt, quid in iure patronatus domini, deque libertinis & libertis aliqua non ſpernenda. 15.

GAS. DIOGENES interrogatus, quid eſſet inter homines
optimum, libertas inquit. & non ab re eidem maxime fauent
leges & magiſtratus.l.3.§.1.ff.de alie. iu.mu.cau. fac. uſque a-
deo vt non reuocetur reſti.in integrũ, ſi ancilla à pupillo ven
dita,ab emptore manumiſſa ſit, ſed ipſe pupillus aduerſus em-
ptorem actionem habeat quãti ſua intereſt.l. minor.§. 1.ff.de
mino.nec voluntas finiatur morte.l.ſi pater,in prin.ff.de ma-
nu.vin. ſimiliſque ſit relinquens libertatem ſeruo,eumque li-
berans à miſeria ſeruitutis,ei qui pecuniam reliquit in redem-
ptionem captiuorum, videaturque teſtari ad pias cauſas, vt
not.in.l.eam quam.C.de fideicom.& in.l. in teſtamento.ff.de
fideicom.liber.Bal.conſi.244.proponitur, col.1.vol.5.

MAN. Dixi ego late, in tracta.de fauo.liber.

GAS. Scio vtique, ſed nouiſsime à te ſcire opto, an libertas &
ſeruitus, poſsint ſtare ſimul in eodem ſubiecto.

MAN. Si ſunt contraria,quomodo poteſt dubitari, an in eodem
ſubiecto ſimul ſtare poſsint? & maxime quia formari potius
dicitur in ſeruo, quam dari.l. vbi repugnantia.ff. de regu. iu.
Bal.in.l.ſi qua Illuſtris, ad fi.C.ad Orfi.Seyſel.in.l. manumiſ-
ſiones quoque, col.3.ff.de Iuſti.& iu.

GAS. An ſaltim naturalis libertas in eo eſſe poſsit?

MAN. Poteſt, ſi liberi arbitrij tamen exercitium intelligamus.l.
3.C.de hæ.inſti. vnde conſenſum habet voluntatem, nolun-
tatem, & naturaliter etiam obligatur l.ſi id quod.ff. de cõdic.
inde. Seyſel. in loco præallega. & adhuc pro intelligentia eſt
notandum,quem liberum fieri tribus modis, cenſu, vindicta,
& teſtamento.Cenſu,ſiquis,conſentiente domino,vel iuben-
te,nomen ſuum in cenſum detuliſſet (cenſus enim eſt faculta-
tum æſtimatio,& cenſere nihil aliud,quàm æſtimare,taxare,&
(vt ita dicam)appreciare,ſolique ciues olim cenſebãtur, & in-
de magiſter cenſus vocatus.l.2.ff.de ori.iu.l.cenſualis.l. ſecun
dum.C. de dona.l.conſulta diualia.C.de teſta.l.repetita.C.de
ep.&

ep.& cle.) Vindicta,ſi prætor ſerui caput,virga tetigiſſet quam vindictam appellabant.& vindex non à vindicio ſeruo (vt aliqui putant)ſed à vindicando qui ſeruum liberum aſſerebat,vt toto ti.de ma.vindic.& ſpecifice in.l.manumiſſio, eo.& in.§. multis,inſti.de liber.teſtaturque ſaty.5. Perſi. ibi.

» An dominum ignoras,niſi quẽ vindicta relaxat. Immo quòd Romanis etiam mos fuit,quem manumittebant,feſtuca dimittere,eius corpori iniecta, quod alio carmine ibidem etiam ſenſit, quando dixit.

» Non in feſtuca lictor,quem iactat ineptus,
» Ius habet ille ſui palpo &c. notumque illud Plautinum, & clarius.

» Quid ea ingenua,an feſtuca facta?
» Serua an libera. Teſtamento, cùm Dominus eam ſeruo reliquit,& hoc eſt cæteris notius,quod toto ti.legitur pariter, de ma. teſta. & quòd libertas res inæſtimabilis ſit.l.libertas.ff. de regu.iu.ego in tracta.prealleg.plene,liquet ex eo,quòd eiuſdẽ erat Romæ atrium, in quo Pollio primus bibliothecam erexit,& quia libertatis feſtiuitatẽ priſci, eam Eleuteria appellantes,quaſi liberatoria, colebãt.cuiuſcę rei Plau.adhuc in Perſa. meminit,ibi.

» Baſilicæ agito Eleuteria.
O ( igitur ) felix nimium generoſo pectore digna
Libertas cunctis anteferenda donis.

GAS. Amator libertatis quomodo vocatur?

MAN. φιλελευτερος.

GAS. An ſicuti libertas inæſtimabilis eſt, ita ſit inæſtimabile ius patronatus,quod habet Dominus?

MAN. Sine dubio,caſus eſt i.l.naturalis,in.§.fi.ff.de præſcri.ver.

GAS. Nónne etiam manumittuntur ſerui in eccleſia?

MAN. Vtique.l.j.C.de his qui in ec.ma.Conſtantini decreto,vt olim Romæ pileo,in templo Feroniæ Deæ.hæc & multo plura dixi aliàs,licèt memor nõ ſim quo in loco,nunc aliter haud repetenda.

GAS. Solum à te iſtud ſcire cupio, quis ſit libertus centenarius. an libertinus & libertus differant.& an is ſit infamis,quaſi macula ſeruitutis infectus.

MAN. Primum tibi declarat Imp. in.§.ſed noſtra cõſtitutio,Inſtitu.de ſuc.lib.vt is ſit,qui centum aureorum ſubſtantiam habere reperitur.quo ad ſecundum dico,nõ differre, niſi in hoc, quòd



quòd libertinus hominis conditionem denotat,libertus vero relatiue priuatum reſpectum.libertinus rurſum adiectiuũ eſt, ſubſtantiuum vero libertus.ſeu illud abſtractũ,iſtud vero concretum.exemplum,Libertinus eſt Titius,quia ex iuſta ſeruitute manumiſſus eſt,vt Inſti.de liberti.in prin.l.fi.C.de lib.& eo. libe.libertus vero Cæſaris.nonnihil Valla elegan.lib.4.c.183. & libertinitas dicitur,non libertitas.l.placet prima, in fi.C. de peda.iudi.Quo ad vltimum ſcias etiam velim,licèt macula ſeruitutis infectus videatur,quòd tamen nõ eſt infamis,vnde aſſidere poteſt, quod vtique ſibi aliàs permiſſum non eſſet, ſi foret infamis.l.2.ff.de offi.aſſe.

MELCHIOR CHARTVLARIVS. MAN.

## De ſeruitute, vnde ortum habuerit, & quotupliciter conſyderari poſsit. 16.

MEL. SERVITVTE nihil fœdius,cum ad libertatem (vt inquit Ci.) nati ſimus.immo quòd ei mors anteponitur,quòdque dulce bonum eſt libertas, quę morte emitur,ex quo fit,vt non ab re (adeo odioſa eſt ſeruilis conditio) dum quis ſub haſta hominem venderet, eumque mancipium emptoribus nominaret, mẽtiris inquit,dic captiuũ(de ſeruis nihil ad præſens loqui volo, quia ſcio te aliàs multis in locis hoc ipſum præceptor humaniſsime,pertractaſſe,nec etiam & nouiſsime quidẽ, qui ſint vicarij,qui verberones,receptitij,furciferi, & ſimiles, quoniam certum eſt,eos vicarios eſſe (mihi ipſi,non tibi, hæc dico, ne ſim veluti delirus ille ſenex Phormio coram Hannibale,de militari diſciplina diſputans) qui in familia maioribus obediunt ſeruis.l.ſi peculium.ff.de pecu.le.l.ſeruos.ff. de lega. 3.quaſi eorum vices gerentes, iuxta not.in.l.2.C.de offi.eius qui vi.al.ge.& in rubr.ff.de offi. eius. vulgatumque illud Poe. dictum ad idem facere.

» Eſſe ſeruum ſat eſt,iam nolo Vicarius eſſe. Verberones vero qui verberibus ſunt digni, immo quòd in fronte notis literarum cauterio inuſtis, ſignari ſolebant,ob noxam, & ob peccata etiam in piſtrinum detrudi,& à verberibus & flagris flagriones etiã vocati, Græceque μαστιγια. item receptitios mulieris

proprios, & qui in datione dotis ab ea retinebantur, vnde & recipere pro retinere quoque capitur.l.emptorē.ff.de ac.emp. l.1.§.j.ff.de ſer.cor.l.doli,eo.ti.late Gel.li.17.c.6.& furciferos denique,qui iuſſu domini furcam ferebant, obleue delictum, ignominiæ potius cauſa, quàm ſupplicij, quos Græci etiam σταυροφόρους appellant. ſcio adhuc qui ſint fugitiui & errones, quòdque illi animum reuertendi non habent,iſti ſic,etiā quòd fugiant.l.j.& ibi not.C.de ſer.fugi.l.quis ſit fugitiuus.§.erronem.ff.de ædi.edic. & quòd apud Oſcos,ſeruus famel nominabatur. vnde familia & famulitium deriuatur, dicimusque nos materna lingua,famiglio & ſeruitore)Sed libenter à te diſcere vellem,quo iure ſeruitus inuēta ſit, ſeu vnde ortum habuerit, & quotupliciter conſyderari poſsit.

**MAN.** A me petis Melchior,quod ſanè nullus ignorat,iure gentium ſcilicet inuentam fuiſſe.§.ſeruitus, Inſti.de iu.per. ſeruitus enim(inquit Imp.ibi)eſt conſtitutio iuriſgentiū, qua quis domino alieno contra naturam ſubijcitur.nec ab re contra naturam,quoniam iure naturali omnes liberi naſcebantur.§.ius autem gentium,Inſti.de iu.na. idque etiam conſtat in.§.ſerui, eo.ti.& lib.dum dicit, quòd ſerui aut fiunt, aut naſcuntur, naſcuntur ex ancillis noſtris,fiunt autem iure gentium,id eſt captiuitate.

**MEL.** Immo quòd maxima eſt dubitatio, in qua doctiſsimi viri, & non ignobiles etiam Iuriſcon. plærunque errarunt, quoniam duplex eſt ius gentium,primæuum & ſecundarium, primæuum naturalis inſtinctus & ratio hominibus inſita.Secundarium, quo leges & conſtitutiones factæ ſunt,illi derogātes, quo iure gentium igitur inuenta eſt?

**MAN.** Secundario.

**MEL.** Ratio?

**MAN.** Quia primæuo non reperitur,quòd ſeruorum ſtatus fuerit annihilatus,ex quo fit,vt nec ſit mirum,ſi naturaliter obligatur.l.ſi id quod.ff.de condic.inde.

**MEL.** Dominium rerum mobilium, quo iure inuentum eſt?

**MAN.** Gentium.l.ex hoc iure.ff.de Iuſti.& iu.

**MEL.** Primæuo, vel ſecundario?

**MAN.** Secundario?

**MEL.** Paulus de Caſtro tamen tenet contrarium, in dicta.l.ex hoc iure.

**MAN.** Et male,quia ſi ſic eſſet, ſeruus admitteretur, & dominij eſſet etiam capax, quod tamen eſt falſum.l.placet.ff.de acquiren.hæredita.§.primo. Inſtitu. per quas per. nob.acqui. ergo iure gentium ſecundario (vt dixi) inuentum dicetur.l.prima, & ibi ita declarat Alexan. in.12. columna.ff.de acquiren.poſſeſſ.Sequitur Seyſel.& dicit,Pau.non intellexiſſe,quid ſit ius gentium primæuum, in.d.l.ex hoc iure,columna octaua,&.14.



**MEL.** Nonne à Noe propter ebrietatem ortum habuit, vt inquit gloſ.in.l.manumiſsiones.ff.eo.& not. in capitulo ſexto die.35.diſ.

**MAN.** Habuit inquam,ſed non eſt proprie ſeruitus, verum potius ſubiectio quædam, qua inſipientes ſapientibus ſubijciuntur, vt ibi not.& bene, quoniam ebrietate nihil homine indignius, quam perniciem etiam vocabat Pythogoras. oſtentabantque pueris Lacones,vt ipſam vitarent,& abominarentur. & in ſympoſijs arcus ac ſagittas denique tractabant Scythę,vt animum ab ipſa penitus auocarent.

**MEL.** Dubito rurſum,quòd immo ortum habeat à iure ciuili dicto.§.ſerui, cuius finem inductione ſuperius facta prætermiſiſti.

**MAN.** De induſtria id feci, quoniam illa eſt,quando quis vendidit ſe ad precium participandum, non autem de ſeruitute loquitur,de qua nos ad præſens.

**MEL.** Seruitus tamen eſt.

**MAN.** Non nego, ſed non proprie ſeruitus eſt. vel dicamus aliter, & nunc ſatisfaciam tibi à me aliud quærenti, quotupliciter conſyderari poſsit, quòd quædam eſt de iure diuino, ſecundum quòd peccans ſeruus peccati officitur, & de iſta Ioan.octauo ibi, Amen amen dico vobis, quia omnis qui facit peccatum,ſeruus eſt peccati, loquitur.not.in capitulo cum redemptor duodecima quæſtione ſecunda. Quædam de lege naturæ propter ebrietatem, & de iſta in dicta.l.manumiſsiones, & in dicto capitulo ſexto die.Quædam de iure ciuili,& de iſta in dicto.§.ſerui,& in.l.& ſeruorum quidem, in.§.primo.ff.de ſta.homi. Quædam de iure canonico,& de iſta in capitulo ita quorundam,de Iudæ. Quædam, & vltimo loco; de iure gen. & de iſta nos.& fuſius in dicta.l. manumiſsiones quoque, Seyſel.

HANNIBAL BVZACHARINVS, MAN.

## Quid ſit mundus muliebris, de quo aliàs in.l. argumento, in.§.mundus.ff. de ſup. le. 17.

HAN. VLPIANI Iuriſcon.verba ſunt hæc,in.l.argumento,
„ in.§.mundus.ff.de aur.& argen.lega. Mundus muliebris eſt
„ quo mulier mundior ſit. & continentur eo ſpecula, matulæ,
„ vnguenta, vaſa vnguentaria, & ſi qua ſimilia dici poſſunt,ve-
„ luti lauatio & riſcus. nonnihil in.l.pediculis, in.§.Labeo,&
ſeq.ff.eo.muliebria ornamenta poſtea ſeparatim enumerantis,
quòd ſint vittæ,mitræ,ſemimitræ,lautica,acus,cum margarit-
ta,quam mulieres habere ſolent,reticula,& crocohyphanta.et
dicentis vltimo loco optima ratione iſtud factum fuiſſe, cum
poſsit eſſe mulier munda, quæ tamen ornata non ſit, & con-
tra, ornata, quæ non ſit munda. éſtne huic ſententiæ ſubſcri-
bendum?

MAN. Quis dubitat, immo quòd Iuriſcon.deferre debemus,&
acquieſcere eorum dictis, veluti oraculo, quantum ſit poſsi-
bile.l. ſi non fuerit, vbi glo.ff.pro ſo. capitulo in iſtis, quam
diſtinctione,& ſecundum Odof.in.l.Proculus, columna ter-
tia.ff.de nego.geſ. ipſorum opiniones vſque ad ſanguiné pro
poſſe tueri.

HAN. Tamen video, quòd & ipſi quandoque etiam ſunt contra
rij,vixq́ue poſſunt concordari,& plus quòd alter alterum cor
rigit & taxat.l.prima.§.dolum.ff. de do.l. diffinitio peculij.ff.
de pecu.l.Domitius Labeo.ff.de teſta.not. in capitulo ne inni
taris, de conſti. Seueri.in tract.de tranſac.in duodecima quæ-
ſtio.col.2.

MAN. Nimirum,quiá ipſi quoque homines erant,& potuerunt
errare,cum nullus vnquam inuentus ſit αναμαρτητος. hoc eſt im
peccabilis, ſed nobis nõ licet hoc idem facere capitulo omnis
anima,de cenſi.

HAN. Addo, quòd diſputationis gratia omnia permitti poſſe vi
dentur,quia(mitto quòd dicatur alibi in.l.munerum,in.§.mix
ta.ff. de mu. & ho. hoc modo veritatem aliquando inuentam
fuiſſe)quæ diſputando dicimus,pro vera concluſione non te-
nemus



nemus.l.damni.§.1.vbi glo.quam ibi ad hoc not.Ro.ff. de da
mn.infec.mihi enim vnum maxime mirum videtur, quod ſi à
te didicero,non parum lucri feciſſe hodie videbor.

MAN. Dic tandem quid iſtud ſit,quamuis non liceat, quia ſatiſ-
facere tibi quantum potero conabor.

HAN. Nil aliud ſcire opto, niſi hoc, àn debuerint à mundo or-
namenta muliebria ſeparari,vti factum eſt.

MAN. Prima facie quiſque diceret, quòd ſic, quia iam ipſemet
Iuriſcon.ſenſit,quando ſubijcit ſtatim, quòd mũda mulier eſ-
ſe poteſt,quæ tamen ornata non ſit, & contra, quaſi rationem
reddat, ſe non ab re iſtud ipſum omnino feciſſe. & nihilomi-
nus contrarium verius eſt, quoniam mundum dicere, eſt non
aliud,quàm rem perfectam abſolutamq́ue omni ex parte ſigni
ficare,inde κοσμον Græce,ideſt ornatus,à perfecta(iterato dixe-
rim) abſolutaq́ue elegantia.tamen quia ſic dixit Iuriſcon. nec
(quaſi Pythagoricum verbum ſit) à nobis dicẽdum eſt aliter.
Plus dico tibi,quòd mitras & ſemimitras inter ornaméta mu-
liebria ponit,& tamen ea magis capitis tegendi cauſa,quàm or
nandi comparãtur.l.veſtis.§.muliebria.ff.eo.ex quo fit vt mi-
rum non ſit(quod alibi ſæpe diximus)ſi his modis, & impro-
prijs quidem loqui ipſis ſolis legum conditoribus, non alijs,
conceſſum eſt.l. ſed ſi ante.ff. de excep.l.veteres.ff. de ac.emp.
Saly.in.l.2.C.loca. & huius mundi muliebris aliàs,ac ad pro-
„ poſitum meminit etiam Apule.Madauren.de aſi.lib.2. his ver
„ bis, Quamuis auro, veſte, gemmis, omniq́ue cætero mundo
„ exornata mulier incedat,tamen niſi capillum diſtinxerit,orna
„ ta videri non poteſt.quem adhuc nuptialem vocat,in quarto.
Inq́ue L. Valerij Tribuni pl.defenſione pro mulieribus con-
„ tra legem,apud Liui.ſic legitur,Munditiæ, ornatus, & cultus,
„ fœminarum inſignia ſunt,his gaudent & gloriantur, hunc mũ
„ dum muliebrem appellauerunt maiores noſtri.

HAN. Hoc modo nec Iuriſcon. læſiſti, mihi ipſi ſatisfeciſti, &
perinde eſt,ac ſi nihil à nobis dictum fuiſſet, & plus quòd non
dubito amplius,ſed ſi placet, quid ſibi velit illud verbum ma-
tula,aut quid ſit declara.

MAN. Matula,nil aliud eſt,quàm vas aquarium, quod & matel-
la etiam appellatur.

HAN. Quid riſcus?

MAN. Ciſta,quæ ſit(vt aiunt)ex pelle contexta.

HAN. Vitta?

MAN. Capitis ligamentum,ſiue faſcia,qua priſci,crines,vel quiuis aliud religabant.

HAN. Quid mitra rurſum?

MAN. Corona, qua ſimiliter ornamentum vti adoleſcentulis mos erat,ex qua faſciolæ pendebant,quæ philla dicebantur.

HAN. Eſt etiam aliud verbum,quod non intelligo.

MAN. Quod nanque eſt?

HAN. Id, quando dicit Iuriſcon. calantica, acus ue cum margaritta.

MAN. Haloander aliter legit.

HAN. Quomodo?

MAN. Sic,calantica,acus cum margaritta.

HAN. Quæ igitur lectio verior?

MAN. Neutra, quoniam lautica acus legi debet, ex quo lautica ea omnia dicuntur, quæ ad elegantiam cultus pertinent,& ſic quid ſibi verbum iſtud velit intelligis, traditque Nebriſſē. grammaticus,& eſt lectio veriſſima, nec ab eo diſſentio.

HAN. Duo alia reſtant, quibus(cætera enim clara ſunt)ſi ea adhuc declaraueris,omnia ad d.§.pertinētia,hodie perficies,quorum vnum eſt reticula, alterum vero crocuſuſcia, vel vt idem Haloander legit,crocohyphanta,vt ſupra.

MAN. Reticula ( vt agam breuibus ) eſt adhuc capitis tegmen, quod capillos continet,iuxta illud.
Reticulumque comis auratum ingentibus implet. Quid ſit autem crocufuſcia,vel crocoyphanta,non facile intelligi poteſt, forteque reſtitui debet tex.vt non crocufuſcia, vel crocohyphanta legatur, ſed crocotula potius,& veſtem crocei coloris intellexerit Vlpianus.Quod tamen tutum non eſt,& confundi videtur per tex.in.l.quamuis.ff.eo. vbi veſtis ornamentorum numero habenda non eſt,inuenta potius vt corpus tegat, quàm ornet, vſqueadeo vt iſtud quoque vel crocofuſcia legamus,vel crocohyphanta, vel & melius κρονυφανδος, non aliud quàm capitis ornamentum, crocei coloris fuiſſe videatur.

⁂

Valerius



VALERIVS LARGIVS. MAN.

## De manu mortua, quotupliciter manus in iure capiatur, & ad idem alia multa. 18.

VAL. MANVS (vt alibi dixiſti præceptor, in multis ſanè locis,ni fallor)eſt organum organorum.

MAN. Non dixi ego, ſed Ariſto. quem etiam refert Bal.in.c.ſignificaſti,in fi.de elec.in.3.de ani.

VAL. Omnino dixiſti & tu, illius authoritate fretus.

MAN. Et verum eſt, & corporis pars, vt ille idem Ariſto.ait.7. metha.ſi tamē poſsit opus manus perficere, ſubijcit idem Bal. in authen.ſed nouo iure,colum.4.C.de ſer.fugi. Immo quòd homo prudentiſsimum omnium animalium(Gale.teſte,in libro de iuuamen.membro.) iudicatus eſt, quia manum habet, quæ ſibi ſit inſtrumentorum armorumque loco. & dicit adhuc Bal.conſi.312.Viſis,in princi.volumine quarto, quòd ad humani corporis tuitionem, eſt naturaliter generata, & bene l.vt vim.ff.de iuſti.& iu.In manu etiam religio ineſſe creditur, ex quo principes ac ſacerdotes eam oſculandam porrigunt. Orationis humanæ adiutrix eſt. victoriam cedit. & breuiter, cum nihil ſit, quod manu fieri haud queat, eam antiqui bonū dicebant,& Manij,quaſi mane editi,ideſt boni.& per antiphraſim Manes inferi,quia boni non ſunt.

VAL. Certum eſt, quòd manus regulariter capitur proprie, vt in.l milites,in.§.ſi vitē.ff.de re mili.& in.c.ſi quis ſuadente.17. q.4.an aliter etiam capiatur?

MAN. Sine dubio.

VAL. Si tibi moleſtum non eſt,dic rogo quomodo.

MAN. Quandoque capitur pro dominio,ſi dicat teſtator ꝙ non vult rem exire de manu hæredis,qm̄ locari poterit,ex quo dominium hoc caſu retinetur.l. non ſolet.ff.loca.Bal.in.l.voluntas,in vltim.col.C.de fideicom.& in.l.fi.in.4.q.C. de reb.alie. non alie.not.in.l.manumiſsiones quoq;.ff.de Iuſti.& iu. & in c.cum acceſsiſſent,de conſtitu. Quandoque capitur pro adiutorio iudiciali, ſi quis promittat alteri tenere manum, vt per Ange.& Alex.in.l.à diuo Pio,in.§.ſed ſi emptor, colū.2.ff. de

q 4 re

re iudi.& eſt tex.ibidem iuncta glo.videndum,ex quibus hoc idem colligitur.aliquando pro arbitrio & voluntate.l.2.in princi.ibi,Omniaque manu à regibus gubernabantur.ff.de ori.iu.c.1.de re iudi.in.6.Bal.conſi.443.Cechus, col.vlti.volu.3.& conſi.291.ad euidentiam,in pe.lib 2.& quando etiam res ferro geritur,ſilentque (vt aiunt) inter arma leges,tunc ius in manibus eſſe dicitur, vnde forte poe. Lyricus non ab re dixit alibi.

Ne u'accorgete (Italis loquitur) anchor per tante proue
Del Bauarico inganno;
Che alzando il dito con la morte ſcherza.

Quandoque μεταφορικῶς adhuc poteſtatem, cum patriam, tum dominicam.l.fi.C.de eman.libe.l. Titius, de ſer. expor. vnde manumiſsio etiam de manu datio dicitur,& emancipatio à manu dimiſsio,& qui in ſeruitute eſt,vel in patris poteſtate,quod manui & poteſtati ſuppoſitus eſt,vt in.d.iuribus legitur,& Inſtitu.de liberti.in prin.quandoque artem ſignificat.l. mulieris appellatione.§.1.ibi, Quia plus eſt in manus precio, quàm in re.ff.de verbo.ſi.hinc mangones, quia homines in manũ ideſt poteſtatem agant,de quibus in.l.mercis.ff.de verbo. ſignifi.& nonnunquam etiã pro actuali executione,appellaturque manus militaris.l.qui reſtituere.ff. de rei ven.ibi, Manu militari compellendus eſt.l.2.C.de his qui latro.occul.l.ſi quis miſſus in princip.ff.ne vis fiat ei.l.non alienum,iuncta glo.tradere.ff. de int.ac.multiſque alijs modis,de quibus in.d.l.manumiſsiones quoque,ſed hæc ſufficiant,ne tibi ſtomachum moueam.

VAL. Vellem ſcire libenter iſtud tantũ,quid ſit manus mortua.

MAN. Nil aliud eſt,niſi cum ex conſuetudine,ſuo homini, ſine liberis morienti Dominus ſuccedit iſte enim dicitur habere & tenere bona eiuſdem,iure manus mortuæ.

VAL. Valétne de iure huiuſmodi conſuetudo?

MAN. Valet vtique,& in aliquibus locis etiam ſeruatur, maxime Galliæ & Delphinatus.

VAL. Vt vbi?

MAN. Hoſti.tractat,& ita decidit in ſumma,de agrico.ad fi.Cy. in.l.ſed epiſcopalis.C.de epiſ.& cle.& in.l.voluntariæ,in vlti.q.C.de excu.tu.Gui.Pap.deci.361.de manu mortua, in princ.& conſi.244.pro deciſione, nu.1. & poſt omnes late Guliel.Bened.in repe.c.Raynutius,nu.953.de teſta.

VAL. Ponamus quòd teſtator dicat, omnia bona mea pono in manu

manu



manu talis,quid hoc caſu ſignificabit manus?

MAN. Poteſtatem adhuc,vt ſupra & proprietatem quæ idẽ erit quod dominium intellige nullo alio hærede inſtituto, & ſic perinde ac ſi ſibi.d.iure omnia reliquiſſet,ita Bal.per no.in pręallega.l.manumiſsiones quoq; cõſ.136.viſo teſtõ,col.j.vol.3.

VAL. Eſt etiam longa manus & breuis.l.pecuniam, de ſolu.l.licet.§.j.ff.de iu.do.nec quæ ſint intelligo facile.

MAN. Declarat Imo.in.d.l.pecuniam, late omnes in.l.ſingularia.ff.ſi cer.peta.& eſt breuiter manus breuis, cum circuitus vitatur,aliàs longa.& in ſimili dicit Alber.magnus in lib.de anima.j.c.2.col.2.quòd manus maior eſt,& minor,maior cũ brachio,vt lõga hoc caſu,ſine brachio vero minor, vt hìc breuis.

VAL. Quid ſibi vult Eſaias.c.60,quando dicit,In manu Domini hoc eſt?

MAN. Tutelam intelligit.& vindictam.9.his verbis,Manus Domini tetigit me,eſt etiam ſymbolum admiſsi criminis, in ſcriptura,quod pro facto ponitur,hocque ſchemate vtuntur Hebræi,quando quem pro conuicto habent,& noxio, inuenitur in manu eiꝰ,ideſt manus eius noxiæ ſunt.& legitur Exo.c.20.

VAL. Quid in.l.quod per manus Iuriſcon.ff. de iure co. quando dicit per manus traditum fuiſſe,codicillis hæreditatem dari non poſſe?

MAN. Ideſt vulgo intelligitur.Manus quoq; munus ſignificat, quia doron Græce palmũ, dora munera,quòd manu dentur, dici ſolent,& inde donatio ſiue obligatio, ad antidora.l.ſed ſi lege.§.conſuluit.ff.de peti.hære.

VAL. Si hoc verbum proprijs manibus,ſcriptum reperiatur aliquo caſu,quid importabit?

MAN. Quòd actus fieri per alium non poſsit.c. ad limina.30.q.1.l.vnica.§.ne autem.C.de cadu.tollen.l.iubemus.C.de erroga.mi.an.lib.12.& hac ratione compaternitas per procuratorem contrahi non poteſt,vt per Bar.& alios (& eſt communis opi.) in.l.Gallus,in.§.forſitan.ff.de libe.& poſthum.nonnihil Are.in.l.j.in.§.adipiſcimur,in prin.ff.de acqui.poſſ.idem Bart.& Ro.in.l.j.in.§.ſi quis ita.ff.de verbo. obliga. bonus text.in c.1.de libel.obla.& in.l.j.de eo per quem fac.erit. Reſtau. Caſtal.de Impera.q.26.in princip.Regien.conſi.23. viſo themate,numero.14.volumine.1.& hæc de manu ſatis ſint,quæ ſi ad manus in promptuque habueris,bene tibi erit,& nominis gloriam præceteris tibi ipſi comparabis.

Andreas

ANDREAS GALLVS, MAN.

## De lapide multa, quid ſit per Iouem lapidem iurare, & quis, ſiue quid, ſeruum eſſe de lapide emptum. 19.

AND. NEMO ambigit, lapidem in ſcriptura CHRISTVM intelligi, quando dicitur Matth. c. 21. ibi, Lapidem quem reprobauerunt ædificantes factus eſt in caput anguli. & Danie. ſecũdo, ibi, Lapis autem qui percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vniuerſam terram. & Eſai. c. 28. ibi, Ecce ego mittam in fundamentis ſyon lapidem probatum angularem, precioſum, in fundamento fundatum. quoniam dicitur ẽt j. ad Corin. c. 10. ſic, Bibebant autem de ſpirituali, conſequente eos petra; petra autem erat CHRISTVS. argumẽtumque nobis eſt, ſicuti vbiq; eſt ignis, etiã in lapide, quòd ita vbique ſit Deus, & (vt dixi) nil aliud lapis, quàm CHRISTVS. ſed quid eſt per Iouem lapidem iurare?

MAN. Nil aliud, niſi quòd iuraturi (author eſt Gel. lib. 1.) ſilicẽ manu tenebant, hæc verba dicentes, Si ſciens fallo, ita me Dieſpiter, ideſt diei pater, ſalua vrbe, arceque, bonis eijciat, vt ego hunc lapidem. & hoc iuſiurandum olim ſanctiſsimum habitum eſt.

AND. Quare per Iouem lapidem?

MAN. Quia Iouis ſimulachrum lapideum erat in capitolio, à quo iuſiurandum ortum habuit. Vel & aliter (vt Polyb. docet) quia Fecialis ſumpto in manibus lapide, poſtquàm de fœdere inter partes conueniſſet, hæc verba pariter dicebat, ſi recte, ac ſine dolo malo fœdus & iuſiurandum factum eſt. Dij mihi cuncta felicia præſtent, ſin minus, cęteris omnibus ſaluis, Ego ſolus peream, vt hic lapis è meis manibus decidet. nec plura locutus manu lapidem deiciebat. & quia etiam nõnihil ſcripſiſſe recordor, ad aliud tamen, lib. 3. Enchiri. c. 67. iuramenti, quoad hoc tibi aliud non dicam.

AND. Nec ego ſcire amplius cupio, ſed bene quis ſit ſeruus de lapide emptus.

MAN. Breuibus quo ad iſtud etiam, tibi ipſi ſatisfaciam, votoque tuo, ſi ſolo hoc verbo dixero, eum eſſe, qui voce preconia emi ſolebat.

AND.



AND. Quare ergo de lapide?

MAN. Quia ex lapide præconium præcones facere ſolebant, vnde Ci. in ora. contra Piſo. decenti translatione Tribunos dicit de lapide emptos, quia id mercede faciebant. & Apule. Madauren. vbi Beroal. vir alioquin de literis optime meritus, hæc & alia multo plura, lib. 2. ſic dicens teſtatur. Dum ſingula pererrans tenuato admodum viatico, paupertati meæ fomenta perquiro, conſpicor medio foro, procerum quendam ſenem, inſiſtebat lapidem, claraque voce prædicabat, ſi qui mortuum ſeruare vellet, de precio liceretur.

AND. A lapidibus lapidicinæ dictę ſunt, ſicuti ab auro & argento aurifodinæ & argentifodinæ .l. venditor .§. ſi conſtant .ff. communia prædio. l. j. in princi. ff. quod cuiuſque vni. no. nunquid in fructu eſſe dicantur, poſtquã loquimur de lapidibus? ſepoſitis his, quæ ad intellectum. l. ſunt quædam .§. ſaccularij, ibi, Ideſt ponere lapides, indicio futuros, quod ſi quis &c. ff. de extraordi. cri. dixi lib. 8. Enchi. c. 197. quælibet.

MAN. Credo quòd non, niſi ibi lapides renaſcantur, vt in Gallia & in Aſia. l. diuortio. §. ſi vir in fundo mulieris, vbi caſus clarus. ff. ſolu. matri. quem tex. ad plura inducit Nico Boe. deciſ. 19. quo ad ſecundam quæſtionem, nume. 4. & 5. par. j. & quia ibidem à docto. quoque multa dicuntur, tranſeo.

ANTONIVS FABRITIVS, MAN.

## De cauſis, carúmque effectibus, & an ſemper procedat, quòd ſi cauſa bona ſit, vel mala, bonus etiam ſit, vel malus eius effectus. 20.

ANTO. EFFECTVS naſcuntur à cauſis, & non dantur, niſi cauſa præcedat, regulariter. l. 3. C. de no. vecti. inſti. no. po.

MAN. Immo poſita cauſa, ponitur effectus neceſſario. l. 1. §. 1. ff. de alie. iudi. mu. cau. fac. l. ſi remunerandi. §. 1. ff. commo. l. licet §. ea obligatio. ff. de procu. pulchre Albe. in. l. athletas, in. §. fi. ff. de his qui not. infa. & ſi bona eſt, effectus eſt bonus, contra vero, ſi mala, malus. l. cuius effectus. ff. de regu. iu.

ANTO. Nec ab re, quoniam audiui te, ſæpe dicentem, ſuæ cauſę eſſe

eſſe commenſurandum.l.ita autem,in princip.ff.de admi.tu.l.j.in fin.ff.de interd.Pau.de Caſt.conſilio. 83.præſens,colum.2.volumi.2.

**MAN.** Tamen nunc eſt acutius aduertendum,licèt id communiter verum ſit,quòd non propterea ſemper ſit verum, ex quo (vt Plutar.inquit) thimo paſcuntur apes, quæ hærba aridá é, eiusque ſuccus ingratus & aſper,melque conficiunt, & tamen eo nihil eſt dulcius ac ſuauius.leges ex malis moribus conditę ſunt,medicina ex morbis inuenta. Immo quòd ſalutare etiam fuit Tuberoni,in cauſa.Q.Ligarij eloquentia Ci.ſuccumbere, quia relictis cauſis forenſibus,ſe ad ius ciuile tranſtulit.& quia denique philoſophatus eſt Zeno,cum feliciter naufragauerit. Sed ad ſupradicta,quòd in cauſis videamus effectus, & in effectibus cauſas,& per ſimilitudinem quandam, in pœnis culpas inſpiciamus,teſtatur etiam Bal.in.l.quæ fortuitis, col.3.C.de pi.ac.& probatur in.l.damni,in.§.Sabini.ff.de dam.infec.& dicit conſi.344.ſuper eo,in prin.vol.1.quòd omne dicitur tale, quale ex effectu perpenditur, Immo quòd natura cedit effectui,quòdque effectus à prædominio naturam vincit, & bene l.j.§.beſtias.ff.de poſtu.§.pauonum,inſti.de re.di.& licet,vt tu Antoni chariſsime dicebas prius,cauſa præcedat cauſatum,& quicquid eſt cauſa cauſæ,ſit cauſa etiam cauſati.l.manumiſsiones,quoque.ff.de iuſti. & iu. non tamen eſt adhuc generaliter verum,quia efficiens & materialis præcedit,nõ finalis, ex quo tunc cauſa & cauſatum fiunt ſimul, vt per eundem Bal. conſil. 486.ſuper eo,col.2.volu.5.

**ANTO.** An à cauſis incipiendum ſit,vel ab effectibus?

**MAN.** Platonici incipiunt à cauſis & in effectus terminant,contra vero Peripatetici.

**ANTO.** Quo ad nos certum eſt,quòd obligatio præcedit actionem,quo ordine præcedit?

**MAN.** Naturæ,ſeu intellectus,ſicuti ignis præcedit calorem,nõ temporis,& in ſimili dicit Bart. ꝙ ita maleficium præcedit in natura & in intellectu,omnes ſuas qualitates,in.l.ſanctio legū, nu.6.ad fi.ff.de pœn.ſignanter per tex.in.d.§. ea obligatio.& ad ignis propoſitum,cauſa efficiens eſt,quia accendit, alia eſt, ſine qua res non efficitur,vt materia tempus & ſimile. Alia neceſſaria & non neceſſaria,neceſſaria,quia ſi corpus eſt in luce, vmbra eſt, non neceſſaria, quia ſi mulierem amat, eam ducet vxorem,& fuſius in partitio.Ci.

ANTO.



**ANTO.** An effectus quandoque pro cauſa ponatur?

**MAN.** Ponitur.

**ANTO.** Exemplum?

**MAN.** Calumnia,pro controuerſia,quæ ex ea naſcitur, vt Inſti. in prohe.ibi,Per legitimos tramites calūniantium. gloſ. nota. quam ita exponunt ſcriben.in.l.lecta,in verbo ſpopondit.ff. ſi cer.pe.Immo quòd cauſa & effectus quandoque ſimul exprimuntur,& hic me firmabo, quoniam ſatis etiam alibi dictum eſt,ſi mors pallida dicatur,quia pallidos facit, iuxta illud poe. Lirici.

„ Et io ne prego amore,& quella ſorda,
„ Che mi laſciò de ſuoi color dipinto,ideſt pallido, & mortem intelligit.Exprimitur adhuc,ſi inuidia infelix dicatur. Vel ſegnities ſera,quia infelices & pigros facit pariter.pulchrumque tibi potes exemplum ſumere,in.l.pœna.ff.ad legem Pomp. de par.ibi,Virgis ſanguineis verberetur.ſanguineis, quia ſanguis excutitur,ſed tamen quia reſtituendus eſt locus iſte, vt ſagmineis,& non ſanguineis,legamus, ad quod aduerti etiam lib.5. licèt ad aliud,Enchi.c.101.quātū,vt prius & melius dicemus.

PASINVS PASINI, MAN.

## De albo,quid eſſet olim,quomodo Græce appellaretur,& alia ad idem, ac ad multorū iurium declarationē ſpectātia. 21.

**PASI.** DE albo,ſcio te dixiſſe lib.6.obſerua.ad declarationem l.1.§.edere.ff.de eden.&.l.ſi quis id quod.ff.de iur.om.iudi. & ſimilium,in quibus locis eiuſdem albi fit mentio ſimpliciter, clarius mihi nunc gratum foret intelligere,an eſſet paries dealbatus,tabella,vel aliquid aliud.

**MAN.** Tabella erat,quam Græci λευκωμα, aliàs pictatium vocāt, & matricem, idemque eſt quod candor, quia gypſata & alba, in qua actiones,edicta,& nomina ( vt dixi in loco præalleg.) deſcribebantur,vnde fit,vt ſic in album Cytharedorum etiam Nero ſe deſcribi iuſſerit pariter,teſtaturque in vita ipſius Trāquil.grauiſsimus author,de tragedijs &,alijs per eum Romæ
„ publice decantatis,ibi,Ac ſine mora nomen ſuum in albo pro
„ fitentium cytharedorum iuſsit aſcribi. Deque albo Iudicum

eraſerit

eraſerit ſplendidum virum Græciæque prouinciæ principem,
Latini ſermonis ignarum, Claudius.

**PASI.** Quis eſt, qui λευκωμα ipſum vocat?

**MAN.** Iulius Pollux.

**PASI.** Mirum eſt, quoniam Sabini alpum non album dicunt, &
eſt vox quoque Græca ἀλφι, ideſt candor.

**MAM.** Conſonat, quia hinc etiam alpes à niuium candore appel-
lantur, ſed tamen quia aures plerũque ſunt cõſulendæ melius
eſt dicere, album, quàm alpum, immo quòd λευκωμα etiam al-
bugo oculorum, ſeu album oculi dicitur, quod vitellum am-
bit. & hinc Albani (vt Soli refert) quia albo crine naſcuntur,
dicti ſunt, capillorumque color genti nomen dedit. & Britan-
nia Oceani Inſula, Albion quoque vocata ab albis montibus,
qui primo ad eam nauigantibus apparent, à Britone rege tamẽ
poſtea (vt dixi) appellata teſtiſque eſt idem Soli. & Plini. & ad
inſtitutũ redeuntes, vtilitas eſt, quia ſi album tabella erat, tolli
poterat et amoueri, vt ſignanter dicitur in. d. l. ſi quis id quod,
„ ad ſi. ibi, Hoc vero edicto tenetur, & qui tollit, quamuis non
„ corruperit. ſin minus, ſed paries dealbatus potius, corrumpi,
quod ſenſit gloſ. in cle. j. in verbo albo, de vi. & ho. cle. & poſt
eam Abb. in. c. cum cauſam, col. 3. de proba. & male, primũque
verius. & ſine controuerſia tenendum eſt. & dictu mirabile eſt,
quòd album Muſarum, quoque fuiſſe ſcriptum inuenimus.

**PASI.** Vbi?

**MAN.** Lib. 6. Apule. Madau. de aſi. ibi, Iuppiter ſic enunciat, Dei
„ conſcripti, Muſarum albo, adulcſcentem manibus meis alum-
„ natus ſum. vbi & Beroal. multa. adeoque grata alba priſcis fue-
re, vt calculis huiuſmodi in vrna appoſitis, rei ẽt abſoluerẽtur.
Mortui corpus veſtibus indueretur. & in luctu denique; mulie-
res. vt munditiem quandam & puritatem oſtenderent. Qua de
re bene Eſai. 1. ſic ad propoſitum nos inſtrués pariter inquit,
„ Quieſcite agere peruerſe, diſcite bene facere, quærite iudiciũ,
„ ſubuenite oppreſſo, iudicate pupillo, defendite viduam, & ve-
„ nite, & arguite me, dicit dominus, ſi fuerint peccata veſtra vt
„ coccinum, quaſi nix dealbabuntur, & ſi fuerint rubra, ſicut
„ vermiculus, velut lana alba erunt. Nec ſibi aliud volunt ver-
„ ba actuum. 1. ibi. Ecce aſtiterunt duo iuxta illos, in veſtibus al-
„ bis, dicentes, Viri Galilei quid ſtatis aſpicientes in cœlum? etc.
Putabantque alba felicia eſſe. Iunium baſſum hominem dica-
cem, aſinum album, appellãtes quòd feliciter ſtultus ac ridicu-
lus



lus eſſet, contra vero, nigra infelicia, vnde & bene Hora.
„ Hic niger eſt, hunc tu Romane caueto. & hæc de albo dixiſ-
ſe ſit ſatis.

DOROTHEVS BRIGOTVS. MAN.

## De focaria, quid ſit, an cõcubina, an vero fœmina, cuius miniſterium ſit circa focum, necne, deque fornicarijs aliqua. 22.

**DORO.** LIB. 3. enchiri. c. 52. incip. meretrices, de concubinis
dixiſti multa, & inter cætera, quòd quãuis in aliquibus concu
bina cum vxore conueniat, appellata eſt alibi tamẽ adulatrix,
& focaria.

**MAN.** Verum eſt, & dixi, fretus authoritate legis, vulga. §. con-
ſyderemus, in authen. de trien. & ſe. §. cum igitur, de non eli.
ſecun. nuben. eo. lib. immo quòd opinio puſilli Doctoris, lege
roborata, potius ſequẽda eſt, quàm magni, ſine lege, vt inquit
Albe. & bene, in. l. ſed licet. ff. de offi. præſi.

**DORO.** Scio quòd hoc dicitur in. l. 2. C. de dona. inter vi. & vxo.
& in. l. ſi ea conditione, & ibi Bal. C. de condi. inſer. & per An-
cha. conſi. 225. videtur, col. 2. allega. in. d. loco, & male, quoniã
focaria eſt potius fœmina, cuius miniſterium ſit circa focum,
à foco proprie dicta, vbi fit ignis, & vbi lar familiaris DEVS
„ colitur, quod probatur Reg. j. c. 8. ibi, Filias quoque veſtras fa
ciet ſibi vnguentarias, & focarias, & panificas.

**MAN.** Addo ego tex. in indiuiduo, in. l. quæſitum, in. §. Treba-
tius. ff. de fun. inſtruc. vbi inſtrumento legato, focaria etiã con
tinetur, focaria (inquit glo.). quæ facit focum. & in. l. ſi ita, ibi,
Inſtitores et focariam. ff. eo. & declaro, quòd quãuis hoc idem
verum ſit, & negari non poſſit, non propterea ſequitur, quòd
veteres etiam concubinam non dixerint, quam domi habe-
„ bant, ad rei domeſticæ curam. d. l. 2. ibi. Donationiſque cauſa
„ focariæ tuæ nomine inſtrumentum emptionis eſſe conſcriptũ
„ etc. & ibi, Nam licet ceſſante iure matrimonij, donatio perfici
„ potuerit, milites tamen meos à focarijs ſuis, hac ratione, fi-
„ ctiſque adulationibus ſpoliari nolo. quæ verba non aliter
quàm de concubina, ſiue de concubinis, intelligi poſſunt. Et
quòd hoc verum ſit, eo argumento etiam tibi Dorothee oſtẽ-
do, vt cùm plura audieris. plura etiam diſcas, quoniam in ſi-
mili

mili fornicarij, etiam pro fornicatoribus capiuntur.9.eccleſia
» ſti.ibi. Ne des fornicarij animam tuam in vllo,ne perdas te&
» hæreditatem tuam.&.19.ibi,Qui ſe iungit fornicarijs erit,ne-
» quam.dicente etiam Pau.1.ad Timoth.c.1.in prin.Legem iu-
» ſto nõ eſſe poſitã,ſed iniuſtis, impijs, peccatoribus, parricidis,
» plagiarijs, periuris,mendacibus,& fornicarijs, & ſi quid aliud
» ſanæ doctrinæ aduerſatur et.et nihilominus in.l.cum quidam,
in.§.fiſcus.ff.de vſu.aliter capite,pro opificibus,& his qui à fiſco tabernas conducere ſub fornicibus ſolebant, vt ibi merces venales haberent, fornices autem erant arcus, in memoriam rerum,à triumphalibus viris geſtarum, quaſi monumenta victoriarum, extructi, quòd ibi declarat Bude.& dubium non habet.& fornicari vt ſupra eo quòd ſcorta in fornicibus habitare conſueuerant. & ſic omnimodo idem in focaria dicẽdum eſt,idq́ue ſecundum materiam ſubiectam intelligendum,iuxta tex.in.l.ſi vno.ff.loca. immo quòd verba quandoq́ue impropriantur,ratione cõtrarietatis uitandæ, vt Bar.in.l.ſi ſtatua.ff. de iniur. & Alex. in.l.diuortio,col. 4.ff. ſolu.ma. Abb.in.c.1. declan.deſpon.

ASCANIVS TONELLVS. MAN.

## An fornicarius vel fornacarius dici debeat,in.l. ſi ſeruum, in.§.ſi fornicarius.ff.ad legem Aqui. & quando (ad declarationem.§.cum eo,ea.l.) etiam vinum ſpurcum fiat. 23.

ASCA. HERI, dum Dorotheo reſponderes,tecum colloquẽti præceptor humaniſsime, de fornicarijs multa inter cætera dixiſti,quòd pro fornicatoribus capi poteſt, & etiam pro his, qui tabernas à fiſco, quæ ſub fornicibus erant poſitæ, conducebant, domum reuerſus ego poſtea, cum à te diſceſsiſſem, inueni tex.de ſeruo fornicario loquẽtem, in.l.ſi ſeruum,in.§. ſi fornicarius.ff.ad legem Aqui.& Accur. more ſuo,ibi multa pariter garrientem,quòd à fornace dicatur. vel à fornice, id eſt lupanario, vel à fornicæ, ideſt lapideo arcu.nec figit pedẽ, niſi in lubrico, quàm nam expoſitio iſtarum verior?





MAN. Nulla,non prima, quia fornacarius dixiſſet, & non fornicarius.non ſecunda,quia nec conſonat,quòd ſeruus ibi eſſet fornicator. & multominus, quòd à lapideo arcu ſic vocaretur, ex quo repugnant verba Iuriſcon.

ASCA. Quid ergo ſibi vult in.d.loco, iſtud?

MAN. Nil aliud,niſi vt ſeruum coloni(de quo ibi) ex quo fornaci erat præpoſitus, fornacarium fuiſſe dicamus, & ita legamus,non fornicarium,& omnia erunt plana,quem tex.ſic etiã reſtituit Bude.Pariſien.nec dubitandum eſt. & ita reſtitui debet,in.l.continetur.ff.de ſun.inſtruc.vt dicat, continetur autẽ & fornacator,non fornicator, ridiculaq́ue omnia Accur. ibidem adhuc ceſſabunt.

ASCA. In eadem.l.etiam (nolo amplius de his loquamur) in.§. cum eo,aliud dicitur, quod me non parum torſit,dum ait Vlpia. Aquilia poſſe agi cum eo, qui vinum ſpurcauit, ex quo etiam(vt paulo ante dixiſti)idem Accur.ridicule ſatis hoc tantum declarat, id quod ex ore porci cadit, ſpurcum eſſe, ſi placet,quomodo ſpurcum vinum fiat,tu pro tua humanitate explices.

MAN. Idem Bude.ibi explicat.

ASCA. Non vidi.

MAN. Vidi ego aliàs, & fit breuiter, ac conſpurcatur, aqua infuſa,vel ſi igne ſit calefactum. Vel muſtum antequam deferneſcat,& vt ille fuſius.& ſpurcum eſt idem,quod impurum.non nihil Beroal. in commenta.Apuleia.libro octauo, & inde fit, vt à ſimili,argẽtum,purum putum,ſiue puſtulatum, dicamus, quod eſt abſque omni ſpurcitia, licèt alibi puſillatum dixerit tex.deprauatus, reſtituendus tamen, vt dicat poſtulatũ,in.l.in naue Saupheli,ĩ prin.ff.loca. æroſamq́ue pecuniam, quæ pari modo ære ſit contaminata.l. creditor.ff. de ſolu.ego late libro decimo enchirid. licèt ad aliud capitul.230. quæſtio vetus.

**
*

FRANCISCVS FVMATVS. MAN.

## De legitima, an tolli poſsit, quid ſit, de quibus bonis deduci debeat, ſi conſumpta ſit, an amplius peti poſsit, & quid denique ſit apanagium. 24.

FRAN. AMPLA eſt legitimæ materia, vſqueadeo vt non poſsit tantum loqui aliquis, quamuis multa viderit, tractauerit & introſpexerit, & ſit denique etiam conſumatiſsimus Iuriſcon. vt non ſuperſit ſemper aliquid, in quo probabiliter dubitetur, præ manibus enim habeo ego nunc, an poſsit per ſtatutum, vel conſuetudinem tolli, conſuluiſti nę vnquam tu pater humaniſsime?

MAN. Sæpiſsimę.

FRAN. Quid ergo tenuiſti?

MAN. Quod tenent communiter Docto.

FRAN. Quid tenent?

MAN. Quòd poſsit, cum cauſa tamen.

FRAN. Sine dubio hoc ipſum putandum eſt, quoniam aliàs ſecus.l.2.§.circa.ff.de excep.do.

MAN. Quòd poſsit cum cauſa, quòdq́ue ita ſeruet conſuetudo totius Italiæ, firmat Bal.in.l.cum lege.C.de ep. & cle.& Abb. in.c.Raynucius, per illum tex.ibi, Secundum Thuſciæ conſuetudinem.de teſta.& conſi.75.videndum, col.vlti.volu.1. Pau. de Caſ.in.l.Titio cẽtum, in.§.Titio genero.ff.de condi. & de. late Cur.iuni.conſi.10.viſa, nu.7. Gui.Pap.conſi.65.viſo themate, col.5.& conſi.131.circa, col.5.pariter.& conſi.140.conſilium, col.4.Gramma.deci.101.magnifica Franciſca, nu.61.

FRAN. Quid eſt legitima vere?

MAN. Congrua portio, taxata legis arbitrio, perſonis, quibus iurę neceſſario ſibi debetur ſucceſsio.

FRAN. Succedítne loco alimentorum?

MAN. Vtique, præterquam in mulieribus dotatis, quibus raro deficiunt alimenta, authen.nouiſsima.C.de inoffi.teſta.l.1.C. vnde vir & vx.Bal.conſi.69.cum ſtatutum, columna ſecunda, volumine primo.

FRAN.



FRAN. Dato quòd prohibita non ſit, de quibus rebus & bonis deduci debet?

MAN. Paternis regulariter.

FRAN. Non eſt dubitandum, ſed an etiam ſi ſint forte prohibita alienari?

MAN. Et de his quoque, ſi alia non extent haud prohibita, vt per Bal.in rub.de re.di.& in.l. non amplius.ff.de lega.1. Alex. & Docto.cæteri, in.l. in quartam.ff. ad legem Fal.& in.l. filius familias, in.§.diui.ff.de lega.1.& nouiſsime Gramma.deci.93. in cauſa, col.2.

FRAN. An poſsit detrahi de bonis feudalibus?

MAN. Eſt quæſtio quotidiana, & ſæpe euenit in facto, dicendumq́ue eſt, ac determinandum, quòd non, caſus eſt clarus, in c.1.in.§.& quia, qui feu.da.po.in vſib.Cur.conſi.21. pro habẽda.nu.7.

FRAN. Ponamus quòd filius ad reſtitutionem grauatus ſit, poterítne legitimam integram eligere in vna re tantum?

MAN. Et hæc quoque quæſtio antiqua eſt.

FRAN. Veritas quæ nanque eſt.

MAN. Quòd non poſsit, niſi fideicommiſſarius conſentiat, & de materia aliàs in.l.2.C. ad legem Fal.& in.l.ſcimus, in.§.repletionem.C.de inoffi.teſta.& in.l. filium quem habentem.C.fa. her.Bal.conſi.217.quæritur, per totum, vol.1.

FRAN. Si filius eam conſumpſiſſet, tenebitúrne amplius pater?

MAN. Non, filioq́ue erit imputandum, vt not.in.l.Marcellus, in.§.resque.ff.ad Treb.Cur.conſi.59.noua, nu.7.

FRAN. Quid eſt verbum nouum, quod (miſsis alijs) in materia (ni fallor) apanagium vocatur?

MAN. Apanagium nil aliud eſt, niſi quòd in regno, vbi aliquis habet plures filios, primogenitus totum obtinet, & alijs, ætate minoribus pro honeſta eorum ſuſtentatione aliquid datur, quod ſibi ſit in apanagium, ideſt pro alimentis.

FRAN. Legi, ſed quo in loco non bene recordor.

MAN. Legiſti in.c.ſine culpa, de regu.iu.in.6.& in.c.per venerabilem, in.§.quod autem, qui fi.ſint legi.& in.c.prudentiam, vbi Feli.col.2.de offi.de.late Io.Pariſien. in tracta. de primoge.q. 16.lib.2.nu.7.

FRAN. An ius apanagij & legitimæ, idem ſit?

MAN. Non, immo ius apanagij tantum locum habet, glo. eſt in capitulo licet, de voto.idem Ioan.vbi ſupra in fi.Gui.Pap.

r 2 deci.

deci.476.vtrum,in princi.& columna ſecunda, & deci.487.pa ter,columna ſecunda pariter.

### FEDERICVS TRENTA. MAN.

## De vite centuriali, declaratusque locus Iuriſcon.in.l. milites, in.§.ſi vitem ff.de re milita. 25.

FED. VITIS quæſtio eſt,ſi ex fundo meo in tuum deprehenderis,ibique coaluerit,an vtile mihi interdictum competat,vt in agrum meum reducatur.

MAN. Dicendum eſt,quòd ſic,intra annum, aliàs nulla remaneret actio,caſus eſt in.l.ſi vitem.ff.quod vi aut clam.

FED. Ego etiam ſcio, quòdq; vitis vſum primus inſtituit Noe, domus & familiæ tuæ ſymbolum, ſcio inquam,quòd ſignum eſt firmitatis,vt viola humilitatis,Lilium caſtitatis,roſa charitatis,oliua benignitatis,palma longanimitatis, & triticum denique ſatietatis. Legi vitem auream Darij Perſarum Regis, quam in cubiculo habebat, lapillis & gemmis diſtinctam,qua velut pergula vtebatur, & vnde etiam precioſis lapidibus ac margarittis, racemis penſiles vndequaque prodibant. fuſius Amyntas in libro de manſio. regijs. ſed non tamen vt intelligam,quid ſibi velit Iuriſcon.noſter,in.l.milites agrum, in.§.ſi
„ vitem.ff.de re mili.ibi,Si vitem tenuit,militiam mutat,ſi ex in-
„ duſtria fregit,vel manum Centurioni intulit,capite punietur.

MAN. Certe locus eſt non contemnendus,ſcias igitur mi Federice,velim,minus dubitationis habere, quàm habeant alij,licèt ſenſum inuoluat Accur.

FED. Ego bene ſuperficialiter intelligo, ſed non quid ibi ſit vitem tenere.

MAN. Text. ille loquitur de vite centuriali, quam aliàs Poetæ Latiam dixere, præſertim Martia. Iuuena. & cæteri. ille lib. epig.10.ſic,
„ Vare(Varum enim Centurionem extinctum deflet) Paretho
„ nias latia modo vite per vrbes
„ Nobilis &c.iſte vero ſaty.8.
„ Nodoſam poſt hæc frangebat vertice vitem,
„ Si lentus pigra muniret caſtra dolabra.melius Luca. de Scena.





„ Promotus latiam longo gerit ordine vitem.

FED. Adhuc non intelligo.

MAN. Intelliges ſtatim,ſi patienter audies. Vitis geſtamen erat Centurionis,qua milites in opere ſaciundo,caſtriſque muniēdis metu continebantur. quoſque peccantes caſtigabat, modo in prȩallega.§.ſi vitem,dicitur, militem ſi vitem (intellige centurialem) tenuerit, militiam mutare, ideſt priuari. ſi vero ex induſtria fregerit,vel manum ei intulerit, puniri capite.

FED. Veriſsimus ſenſus eſt certe ex his, ſed mihi maxime mirū videtur,quaſi ſic deſenſio ſibi denegetur, quod à iure eſt alienum penitus.l.j.ff.ſi quad.pau.ſe.di.l. vt vim.ff. de Iuſti. & iu. l.1.§.eum qui.ff.de vi & vi ar.

MAN. Iuriſcon.reſiſtere non licet,cui ſat eſt ſic dixiſſe,ac voluiſſe,vt alibi notauimus,& iterato probari affirmabo, in.capi.in iſtis.4.diſt.immo quòd hoc caſu,debet poſſe negari, quandoquidem caſtigatio ſupponat culpam, Centurionique data ſit poteſtas hæc abſoluta, & inde etiam pœna conſtituta. & in ſimili facit quod habetur in.l.ſi ſeruus.C. de his qui ad ec. confu.& in.l.quemadmodum,in.§.fi.ff.ad legem Aqui.& in.l. iniuriarum,in.§.j.ff.de iniur.pulchre Flo.in.l.tertia, columna ſecunda,& in.l.magiſtratus,in.j.ti.præallega. ad legem Aqui. & colligitur declaratio ex not.in.l.prohibitum.C.de iu.fi. libro decimo, multa Gramma.deci.41.duo,num.1.5.&.6.nonnihil ego apopht.231.quædam.

### BERNARDINVS BORGARVCCIVS, MAN.

## De peremptorio aliqua, & quare (ad multorum iurium interpretationem) peremptorium dictum fuerit. 26.

BER. DE peremptorio edicto,fit mentio in pluribus locis,& & potiſsimum in.l. ad peremptorium, in.l.& tertium, in.l.in peremptorio,& in.l.& poſt edictum,in prin.& in.§.fi.ff. de iudi.ponamus quod clauſula comminatoria appoſita ſit in ſimplici citatione,habebítne vim peremptorij?

MAN. Abb.in.cap.cauſamque, col.3.de reſcrip.ſenſiſſe videtur, quòd ſic,poſt Bar.in.l.ſi finita,in.§.Iulianus.ff.de dam.infec.diſtinguendo tamen fuſius poſtea,vt per eum.

**BER.** Mittamus iſtud, ſcire vnum aliud volo, an & quando aliquis peremptorie citatur, debeat expreſſe citari ad ſententiam audiendam.

**MAN.** Debet vtique, aliàs pronunciatio foret nulla, ita per d.l. ad peremptorium, & alia multa, determinat Rota, deci. 342. retento in nouis.

**BER.** Si eſſemus in ſynodo, quid iuris?

**MAN.** Iſto caſu vnica citatio tantum ſufficeret.

**BER.** Vbi hoc probatur?

**MAN.** In.c.ſi epiſcopus.18.diſ.

**BER.** Eſt magna limitatio ad ſupra dicta.

**MAN.** Magna certe & pulchra, quam tenet etiam Abb.in.c.ex literis, col.4.de conſti.& in.c.cum cauſa, in.2.de offi.dele.& in c.cum nobis, in vlti.de elec.Feli.in.cap.cum ſit Romana, in.6. de ap.

**BER.** Scirem libenter etiam rationem.

**MAN.** Plana eſt & ipſa, quia actus ſunt extraiudiciales, vt in.d. locis not.& per Bar.late in.l.ſi tempora, nume.6.C.de fide inſtru. & iu.haſ.fiſ.lib.10. Alexan. & alios in.l. contumacia, in 8.fal.ff.de re iudica. & in.l.de pupillo, in.§. ſi quis ipſi prætori.ff.de no.o.nun. Henri.in tracta. de ſyno. in ſecunda parte, nume.54.

**BER.** Vnica dilatio datur etiam in.l.in pecuniarijs.ff.de fer.& tamen eo caſu actus eſt iudicialis, nec ſumus in ſynodo.

**MAN.** Ibi dilatio datur præſenti & petenti, quo fit vt mirum nõ ſit, ſi vnica datur, vim monitionis habẽs.l.2.C.quomo.& quãdo Iud.at nos loquimur in abſente, & de materia etiam in.l. qui Romæ, in.§.Augerius.ff.de verbo.ob. Vel dicamus quòd d.lex in pecuniarijs, loquatur in dilatione probatoria.l.autem ad peremptorium, & ſimiles, de quibus ſupra in dilatione, quæ aſsignatur ad parendum & ad ſiſtendum in iudicio, & fuſius vt per Bal.in.d.l.in pecuniarijs, col.3.

**BER.** Quare ſic edictum peremptorium appellatum eſt.

**MAN.** Quia perimit diſceptationem, vt etiam exceptio doli mali, quod metus cauſa, & pacti de non petendo.§.appellãtur autem, Inſti.de excep.l.peremptorias.C.ſen.reſcin. non po.not. in.l.exceptionem.C.de proba.Immo quòd per ſimilitudinem quandam ſic dicimus etiam, à perimendo, peremptorium venenum, & peremptalia fulgura.author eſt Apule.10.lib.de aſi.
» ibi, Nam cum venenum peremptorium comparare, peſsimus





» iſte geſtiret.&c.figuráque eſt (ni fallor) pleonaſmos, verbi-
» que ſuperuacui adiectio, quia ſi perimit peremptorium eſt.
» quale illud Poe.ſic ore locuta eſt. & Pſal.141. Voce mea cla-
» maui ad Dominum, & auribus audiui.&.73. Incẽderunt igne
ſanctuarium tuum.deque his aliquando etiam diximus ſatis.

### MARSILIVS MADARVS. MAN.

## De thalamego, bucentauro, alijsq́ue nauibus onerarijs, longis, piſcatorijs, actuarijs, & ſimilibus duobus Iuriſcõ. etiam locis reſtitutis. 27.

**MARS.** THALAMEGVS, nauis eſt, à Philopatre Aegyptio rege primum fabricata, qua Nilum & Aegypti foſſas nauigaret, eo vſu, vt intra thalamum regium eſſe videretur. qua de re Strabonis interpres thalamiferas eas appellauit, quaſi thalamum ferret, viſitur & Venetijs perſimilis, cui bucentauro nomen eſt, magna ſcilicet nauis, priſci enim magnum quiddam ſignificare volentes, id ſemper, hac voce præpoſita faciebant. & ad inſtitutum redeuntes, Pli.haſce vittatas etiam dixit. hæc Egnatius in Cæſaribus & fuſius. Sunt etiam onerariæ quòd oneri ferendo ſint idoneæ, qua ratione à Græcis φορτηγοὶ appellantur. Piſcatoriæ, quæ capiendorum piſcium cauſa comparantur. Longæ, ideſt celeres, cui & ἀρκὸι nomen etiam, ea de cauſa inditum eſt. Actuariæ, ſi voluptatis cauſa paratæ ſint, & actuariæ denique, quia remis aguntur, de quibus in.l.nauibus. ff.de capti.& poſtli.re. vbi Lazarus bayfi. non ignobilis author, multa.ſed quæ ſunt, quas vltra onerarias, emphatas appellauit Iuriſcon.in.l.j.in.§.quædam.ff.de exercito?

**MAN.** Idem Bayfi.in loco præallega.ni fallor, declarat.

**MARS.** Non recordor.

**MAN.** Vidiſti Accur.in.d.§.quædam?

**MARS.** Vidi.

**MAN.** Dicítne aliquid?

**MARS.** Dicit, ſed ſuo more, in Parnaſo ſomniaſſe videtur, quòd emphatæ ſint, ideſt habiles ad portandum leuia pondera.

**MAN.** Si pondera ſunt leuia, nõ poſſunt eſſe niſi habiles, & plus

quòd hac de re non emphatæ, ſed onerariæ dici deberent, vt ſupra.

**MARS.** Aliter etiam exponit, quòd habiles ſint ad portãdas homines.

**MAN.** Nec iſta placet, quoniam ſimpliciter naues dixiſſet, ad differentiam earum, quæ onerariæ ſunt, vel ſic quædam enim naues onerariæ ſunt, quædam non.

**MARS.** Quid eſt igitur dicendum?

**MAN.** Nil aliud, niſi quòd locus ſit deprauatus, reſtituendusq́ue tex. ille, vt non emphatæ ſed emphractæ.

**MARS.** Ignotum per ignotius.

**MAN.** Immo non, quia emphractas naues eas intelligimus, quæ ſint vndique clauſæ & tectæ, à Taſijs (vt Pli. inquit) primitus inuentas, à verbo ἐμφράττω, quod obturo, ſiue occludo ſignificat. Aliter Haloander tamen legit, ſed cũ iſtud ipſum mihi verius videatur, non refero aliter, minusq́ue Bayſi. videas tu, ſi hoc idem ſcire concupieris.

**MARS.** Poſtquàm de nauibus locutus es, occaſionẽ nactus ſum, à te aliud petere, quod adhuc in eadem. l. dicitur, in. §. nauem, vbi nauis accipienda eſt, ſiue Marina, ſiue fluuialis, ſiue ſinedria ſit, quæ nã ſit nauis ſinedria, ex quo rurſum Accur. mihi, vt rana, viſus eſt perprata vagaſſe.

**MAN.** Non ſum memor quid dixerit, ſi tibi moleſtum non eſt, referas, vt non ſecus ac Menij & Bonij verſus, aliquando Roma fecit, Græciaque Cherilli, & nos etiam Accur. ineptias rideamus, quoniam ſic Aiacis riſus non erit.

**MARS.** Sinedria (inquit) nauis eſt, quæ nauigat in illum locum, vbi hincinde voluitur aqua, vel paruula nauis aliàs, vel à portu, vel à loco ſic dicta.

**MAN.** Certe expoſitiones iſtæ ſunt admirabiles, diciq́ue poteſt bene, quòd iſtas nunc quoque ſomniauerit.

**MARS.** Igitur me hac moleſtia libera contagio eſt enim, quæ hominem inficit & necat.

**MAN.** Schedia dici debet, nõ ſinedria, nauigijq́ue genus eſt incõditũ, Græci σχέδιον vocant, quod ex tempore compoſitum eſt, & trabibus tantum inter ſe connexis factum, & omne delirium ſanabitur.

Gyſippus



## GYSIPPVS PHOEBEVS. MAN.

## De numero, qui ſint octauarij, an valeat argumentum à proportione numeri, & an ſemper pluralis in ſingularitates reſoluatur. 28.

**GYS.** DIXISTI aliquando Man. de ternario numero, multa lib. 10. c. 247. Terna, Enchiri. ad illud vulgatum, Deus impare numero gaudet.

**MAN.** Verum eſt, addoq́ue nunc, quòd in omnibus rebus nulla eſt numero nobilior. Immo quòd Boetius dicere ſolebat, nihil eſſe quòd abſque numero factum ſit à Deo optimo maximo. nihilq́ue adhuc in rerum natura, quod finitũ ſit, quòdq́ue numerari non queat. & plus quòd numeri ſunt noſtræ mentis accidentia vera, tantamq́ue habeant cum anima noſtra viciniã, vt nõnulli philoſophi dixerint, eam numerum eſſe ſeſe ipſum mouentem. primum (iterato dixerim) rerum exemplar. & quia in archa Noe, diluuij tempore fabricata, animalia erant ẽt immunda, binario numero, qui primus eſt, excedens ab vnitate, nimirum ſi Deus impari numero gaudet. eſtq; omnium potentiſsimus, eo quòd ad Deorum cerimonias eo Pythagorici vtebantur. & quia perfectus perfectos gignit, ſenarium & nouenarium ſcilicet, maſculus quoque vocatus eſt. & dictu rurſum mirabile eſt (nota) quòd in Scipione numerum, cum iſtũ, ideſt ſeptenarium, tum octogenarium fuiſſe legamus.

**GYS.** Vbi?

**MAN.** In ſomnio ipſius.

**GYS.** Quare?

**MAN.** Quia ipſe erat vir, & abſolutiſsimus quidem, vt numerus ipſe.

**GYS.** Quare octogenarius?

**MAN.** Quia in aduerſis & proſperis idem erat ſemper, vt cubus qui ſi iaciatur æqualiter in ſe ſoluitur. & quia bis duo quatuor ſunt, bis vero quatuor octo, annoq́ue ætatis ſuæ, coniectura facile aſſequimur, quinquageſimo ſexto, ex hac vita migraſſe, quia ſi octies ſeptem numerentur, non alius quàm annorum. 56.

56.numerus eſſe poterit.fuſius etiam hoc ipſum declarantes dicimus,quòd vnus ad vnitatẽ Dei refertur, duo ad duo teſtaměta,tres ad trinitatẽ.quatuor ad quatuor euãgelia. quinque ad quinque libros Moyſis.Sex ad diem ſextum,quo deus hominem creauit & cætera animantia.& ſeptem denique (vt Eucheri.Lugdunen.de numeris ſcribens ait) ad diem ſeptimum, in quo requieuit.

**GYS.** Neſcio quo modo mihi verbum ex hore abſtuliſti, effeciſtique vt à ſemita diuerterim, de numero enim non dubitamus,vt nunc,& aliàs multis in locis apertiſsime oſtẽdiſti, vellem ſcire,quid ſibi verbum Octauarij velit,in.l.à legatis.C.de vectiga.

**MAN.** Nomen eſt publicanorum,vectigal tunc exigentiũ, id eſt partem octauam eorum,quæ vehi ſolebant.d.l.à legatis, gl.in l.eum qui vectigal.ff.de verbo.ſign.Azo in ſumma de vectiga. in princip.& in prælud.Firmia.in tracta.de gabel.& dixi ego in.l.edita,lectu.4.C.de eden. & ad exornationem.d.l.addo, quòd Græci (quicquid dictum ſit ſupra) aiunt πανταοκτω, id eſt octonario numero omnia contineri.

**GYS.** Argu.à proportione ipſius numeri,ſi fiat,valebítne?

**MAN.** Vtique.

**GYS.** Exemplum?

**MAN.** Sicuti ſe habet vnum ad vnum,ita ſe habent duo ad duo.

**MAN.** Adhuc non percipio.

**MAN.** Fingis.

**GYS.** Non certe.

**MAN.** Duo ſunt arbitri,vnus condemnat in decẽ,alius in quinque,neutra condemnatio valet,quod tamen tibi nõ firmo, ex quo in quinque concordaſſe videntur,& maiori ſummæ minor etiam neceſſario ineſſe.l.diem proferre.§.ſi plures.ff.de arbi.l.j.§.ſi ſtipulanti.ff.de verbo.ob. igitur videndus ad longũ eſt Bal.conſi.307.quatuor,per totum,volu.1.

**GYS.** Regulare eſt etiam,pluralem numerum in ſingularitatem reſolui,& è contra.l.2.§.exactis regibus.ff.& ori.iu.l.falſa demonſtratio.§.fi.ff.de condi.& demon.an omni caſu procedat etiam ſi pro forma exigeretur pluralitas?

**MAN.** Regulariter dixiſti,& bene, eſtque figuratus modus loquendi,per enallagem,ergo non omni caſu.l.omnis diffinitio ff.de regu.iur.l.j.ff.de regu.cato.glo.not.in.§.j. in auten. vt ſi prohi.mat.debi.ideo ſi pro forma exigitur, non ſolueretur.d. Pedius



Pedius.§.in ſeruum,&.l.ſeq.l.ſicut tribus.ff.de arbit.l.Pomponius.ff.de re iudi.Bal.conſil.123.reuerendiſsimus,col.penulti. volu.5.& ad idem facit,quia à forma legis recedere non oportet.l.qui Romæ.§.Flauius.ff.de verbo.ob. & dicit idem Bal.alibi,quòd quando lex tradit formam,non eſt neceſſe ei aliquid adiungere,con.99.proponitur,ad fi.eo.li.ĩmo text.in.l. in cõuentionalibus.ff.de verbo.obliga.& conſi.144.col.2. volu.4. quòd omnis forma eſt de ſubſtantia.

HYERONYMVS DANAVS, MAN.

## De amico,quòd nulla poſſeſsio eſt melior, & an iura in coniunctis ſanguine loquentia, locum habeant etiam in amicis. 29.

**HIE.** OMNINO Man.veriſsimum eſt quod tu ſæpe dicere ſoles,ſumque his diebus expertus,& de te deque tuis ſalutaribus monitis recordatus.

**MAN.** Quid eſt hoc?

**HIE.** Quòd amico fido nihil charius eſt,aut precioſius.

**MAN.** Immo quòd mori ſatius eſt,quàm viuere,ſi ab amicis cauendum eſt,ne dum ab hoſtibus.& dicebat Pyſiſtratus Athenienſium Tyrannus,ſine amicis nec regnandum nec viuendũ. & rurſum Scipio minor,quòd amico nulla eſt homini poſſeſſio melior,dulcior,vel iocundior.maluitque Africanus conſulatum potius,quàm Pompeium amicum, perdere. & inter cæteras felicitates hoc præcipuum duxit Sylla, quòd Metellũ pium haberet amicum.& certe non voluptatis tantum capimus ex literis,quantum ex amici præſentia,iuxta illud.

" Nil mihi reſcribas,attamẽ ipſe veni. & maxime ſi in rebus aduerſis probatus ſit,vt aurum igni,dicebat Socrates ad Dæmonicum ſcribens.Quid quòd Alexander interrogatus, vbi nam ſuos reconderet theſauros,apud amicos inquit.& Achillis ſtatuam coronans,Ilium profectus,O te felicem exclamauit, cui viuo (Patroclum enim intelligit) talis amicus contigit. Pepercitque Alexandrinis ob vrbis pulchritudinem, memoriãque conditoris,& in Arij amici quoque gratiam (quod magis eſt) Auguſtus.

**HIE.** Hæc ſatis ſint,cum tibi,tum mihi,etiã notiſsima, alij enim fructibus

fructibus prædiorum, annuoque cenſu, felicitatem ſuam metiuntur, ego vero mihi ipſi locupletiſsimus videor, immo Creſo beatior & ditior, qui diuerſis regionibus tam multos habeo, eruditione celebres, & nobilitate ac dignitate præcellentes. Verum quæritur, nec ab re erit, vt contentio hæc iuridica videatur, & legibus etiam comprobata, an amico liceat amici ſanguinem redimere. an iura in coniunctis ſanguine loquẽtia, vendicent ſibi locum etiam in amicis. & vltimo loco, an poſſeſio poſsit per amicos retineri.

**MAN.** Quo ad primum (vt tecum agam mi Hieronyme peramate breuibus dicendum eſt, quòd ſic. l. non tantum. ff. de appe. & ita decidit in terminis Bal. in. c. cum inter, col. 2. de elec. Seyſel. in. l. vt vim, in repe. col. 5. ff. de iuſti. & iu. Quo ad ſecundum, idem firmiter eſt tenendum, vt tenent Cy. Bal. & Pau. in. l. inuitus. C. de procu. & eſt tex. ſingu. in. l. in teſtamento. ff. de fideicom. lib. ibi, „Pios tamen filios debuiſſe manumittere, eam quã „pater dilexiſſet. quem extollit ad idem Barba. in. l. acutiſsimi, col. 4. C. de fideicom. & Scriben. in. l. quæ dotis. ff. ſolu. matr. & Bal. adhuc, conſi. 372. in quæſtione, col. 1. vol. 5. & ſubinde declarant omnes in. d. l. quæ dotis, quòd verum ſit in amico, maxima amicitia coniuncto. declaratio iudicio meo parum neceſſaria, quia iam dictum eſt, & quia aliàs nõ eſſet amicus, niſi abuſiue, argu. in. l. 1. in. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vecti. vel emphy. pe. & ſic nec in hoc eſt dubitatio. Quo ad vltimum dico pariter, quòd ſic, ex his. & videtur caſus in. l. qui fundũ. ff. quẽadmo. ſer. amit. & quia quæ fiunt per amicos, per noſmetipſos fieri videntur, argu. in. l. cum ſeruus. ff. de verbo. obli. & in. l. liberto, in. §. fi. ff. de nego. geſt. Bal. in terminis, conſi. 431. quia in accuſatione, col. j. vol. 4. & hæc omnia vera ſunt de iure, ſed cũ hodie amicitia in ſpecie (in genere enim eſt officiũ, quod homo homini debet. l. ſeruus ea lege. ff. de ſer. expor. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de peti. hære. cum ſimilibus, & charitatiua patris ad filium. l. ſi pupilli. §. ſed ſi ego. ff. de nego. geſt. vbi gloſſ. l. is qui amicitia ductus. ff. eo.) inter paucos inueniatur, licèt ſecus dicas tu, & glorieris, vt teſtatur Bar. (& experientia docet, magiſtra rerum efficax) in. l. j. in. §. j. ff. man. neſcio quo modo poſsint praticari.

Thomas



THOMAS GOMES, MAN.

## De fama, déque effectibus eius, an & quando plenam, vel ſemiplenam probationem faciat, & quibus caſibus. 30.

**THO.** FAMA multos effectus operatur, quos enumerat (vt breuitati ſtudeamus, & Laconiſmo) Gui. Pap. deci. 301. fama operatur, per totum.

**MAN.** Ego etiam conuiuator lautus eſſe malo, quàm moleſtus.

**THO.** Dubito ergo, an ſola ſufficiat, ad probandum delictum.

**MAN.** Non eſt dubitandum, quia cum probationes hoc caſu, & regulariter in criminalibus debeant eſſe luce meridiana clariores, certum eſt non ſufficere. l. fi. C. de proba. l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſti. not. in. c. cum cauſam, de proba. & in. c. veniens, de cenſi. Bal. in terminis, conſi. 140. ſuper primo puncto, in prin. volu. 4. Qui tamen alibi dicit, quòd poſſet eſſe ita vehemens, q̃ ad probationem ſufficeret, conſi. 445. viſis, ad fi. eo. lib. & probatur in. l. vbi adhuc. C. de iu. do. & in. l. ſi conſtante. ff. ſol. ma. & in. l. 1. in. §. 1. ff. de flum. & quòd regulariter non ſufficiat ad probandum crimen, nec ſit ſpecies probationis, immo nec præſumptionis iuris, habetur in. l. de minore, in. §. tormenta. ff. de quæſtio. quamuis idem Bal. dubitauerit, con. 254. proponitur, volu. 2. dici poteſt, quòd iunctis alijs indicijs ad condẽnationem ſufficiat, aliàs non. c. præterea, de teſtib. But. in. c. veniens, eo. ti. Grãma. ex recentio. dec. 42. Angelus, numero. 12.

**THO.** An ſufficiat ſaltim ad torturam?

**MAN.** Minus, ſi non ſit cum aliquo indicio legitimo, vt adhuc legitur, in. d. §. tormenta, multa idem Bal. conſi. 402. quæritur, col. 2. volu. 2. aliàs eſt vana vox populi, quæ non ſufficit. l. decurionum. C. de pœn. c. Oſius, de elect. & vt ibi fuſius. & conſ. 77. ad euidentiam, in prin. vol. 3. niſi vehemens ſit, quia tũc ſufficeret. l. fi. & ibi Cyn. de quæſtio. Bart. conſi. 191. Domino paci. Feli. in. c. veniens, de teſti. Gramma. deci. 34. in præſenti, nu. 52. & hoc idem relinquitur arbitrio iudicis, vt in. d. locis not. immo tanta eſſe poſſet, quòd induceret notorium. l. indicia. C. de rei ven. l. 2. §. 1. ff. de excu. tu. no. in. l. at qui natura. in. §. cum me abſente. ff. de nego. geſt. Bal. conſi. 204. longũ, col. 3. vol. 3.

THO.

THO. Quid ſi eſſemus in antianis, nónne ſola fama ſufficeret?

MAN. Abſq; dubio, habebiturque hoc caſu pro veritate. c. quid per nouale, de verbo. ſigni. idem Bal. conſi. 109. ad ſciendum, col. j. volu. 4. & conſi. 400. ſuper primo, col. vlti. eo. lib. l. ſi arbiter. ff. de proba. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æſti. intelligo excedentibus hominum memoriam, vt declarat Bal. in. d. conſi. 400. Cur. iuni. conſi. 17. licet, nu. 3. Feli. in. c. veniens, de teſti. & ad propoſitum dicit Ro. in. l. j. in. §. item labeo, col. 1. ff. de aqua plu. ar. poſt Bald. in. l. conuenticulam. C. de epiſ. & cleri. & in authen. quas actiones. C. de ſacroſan. eccl. quod ſic etiam Pap. probare poteſt, abſque alijs inſtrumentis, ſe eſſe dominum ciuitatum eccleſiæ, & alibi Guid. Pap. deciſio. 357. quomodo, in prin. & conſi. 244. pro deciſione, colum. 5. quòd quamuis probatio centum annorum directo fieri non poſſit, poteſt tamen fieri præſumptiue. & ad propoſitũ quòd hoc caſu ſufficiens ſit, tradit Bellame. deci. 70. adminicula iſta, per totum, multa Deci. conſi. 42. inſpecto tenore inſtrumenti, nu. 10. vol. 1. Regien. conſi. 92. in hac cauſa, nu. 2. vol. 4. & cõſil. 173. viſo proceſſu, col. 2. eo. lib.

THO. Sed ſi placet, declara quæ nam fama ſit, & quomodo intelligatur.

MAN. Fama illa eſt, quæ veritati conſonat, & quæ naturæ negocij conuenit, aliàs rumor diceretur, vt no. in. l. cum quidã, in. §. quod dicitur. ff. de acqui. hæ. & in. l. Pacumeuius. ff. de hæredi. inſti. Bal. conſi. 447. ad euidentiã, col. 4. vol. 5. & rumor ab incerto authore prouenit, fama autem à certo, vt teſtatur Mil. in verbo fama, primo & de materia aliàs in. c. veſtra, de cohab. cleri. & mu. aliter Bal. in. l. ea quidem, col. 1. C. de accuſa.

THO. Pone quòd aliquis habeat notitiam excommunicationis ſola fama, debebítne abſtinere à communione fidelium, & ſacramentorum, ne in irregularitatem incidat?

MAN. Ex ſupra dictis videretur dicendũ, quòd non, tamen contrarium hoc quoque caſu eſt verius, & plenam probationem facit, caſus eſt, quem ibi not. dicit Abb. in. c. illud, in. 2. colum. de cle. excom. mi.

THO. Debet ne probari fama?

MAN. Debet.

THO. Quot teſtibus?

MAN. Duo ſufficiunt.

THO. Quid deponere debent, & teſtificari?

MAN.



MAN. Quòd maior populi pars ita ſentit, vt plene per Bart. in d. l. de minore, in. §. ſi pluriũ. ff. de quæſtio. & in. l. 3. in. §. eiuſdem. ff. de teſti. Gui. Pap. deci. 193. quia in hac patria, in princi.

THO. Regulariter loquendo, facítne ſaltim ſemiplenam probationem?

MAN. Facit, ſi (vt dixi) legitime probata ſit. l. in bonæ fidei, cum ibi not. C. de iureiuran. Bal. conſi. 482. primo videtur, in princi. vol. 5.

THO. Si agatur de probanda morte, quid iuris?

MAN. Sufficit, ſi mors antiqua ſit, non ſi recens. l. ſi quidem. C. ſolu. ma. l. 2. §. ſi dubitetur. ff. quemadmo. teſta. ape. Bald. conſi. 398. per ſolam famam, vol. 2. & quòd in antiquis faciat ius, tradit Abb. in. c. inter dilectas, col. 5. de fi. inſtru. idem Bald. conſi. 265. verba, columna prima eo. libro. & conſi. 267. quæſtio, & conſi. 286. thema, columna prima & ſecunda eo. lib. Caſſiodo. de proba. deci. 1.

THO. Quòd ſufficiat ad inquirendum, licèt non ad condemnandum, credo quòd non ſit dubitatio.

MAN. Non. d. §. tormenta, & ibi not. idem Bal. conſi. 447. ad euidentiam, allega. etiam ſupra, col. 4. vol. 5.

THO. In quo loco inſpicitur?

MAN. Conuerſationis, mala vel etiam bona fuerit, ideſt delicti, vel contractus, & ſi generalis ibi fuerit, cuilibet eſt præferenda l. 2. C. vbi de cri. agi opor. l. non omnes. §. à barbaris. ff. de re mili. Bal. in. c. poſtquàm, de elec.

THO. Hoc ſolum reſtat ſcire, & ſtatim tuis dictis acquieſcam, quid ſi de finibus probandis agatur.

MAN. Multis modis probantur, & præcipue (quod ad rem noſtram maxime facit) per famam, vt in preallega. deci. Gui. Pap. 193. colũ. 3. & in ciuilibus cauſis generaliter ſcias, quòd iuncta cum vno teſte, & fortius cum duobus facit plenam probationem, vt in. d. §. eiuſdem not. & in. d. §. tormenta, & in prædicta. l. fi. C. de quæſtio. vbi Cyn. & alij, & in. l. admonendi. ff. de iureiur. nouiſsime Aretin. conſilio. 61. in cauſa, ad finem.

IO.

IO. BAP. AMALTHEVS. MAN.

## De fuga, an ſit indicium ſufficiens, quo libere poſsit quis ad rigoroſum examen perduci, ſeu ad eruendam veritatem torqueri. 31.

IO.B. FVGIENS in Aegyptum CHRISTVS (vt Matth.2. legitur) Herodis metu, nobis exemplum præbuit, vt in periculis idem faceremus. c. ſignificaſti, de elec. quod per ſimilitudinem etiam quàm eleganter expreſsit poeta, dicens,

„ Sic aquilam penna fugiunt trepidante columbæ;
„ Sic agna lupum fugit, ſic cerua leonem.

ſed an hoc idem liceat ſemper, & omni caſu quidem?

MAN. Non, immo quòd in delictis, ex fuga arguitur dolus. l. impuberibus. ff. de ſuſpec. tu. not. in. l. admonendi. ff. de iureiur. Bal. conſi. 432. caſus talis, col. j. vol. j. non quòd probetur delictum. l. diuus. ff. de custo. reo. Cyn. in. l. j. C. de rap. vir. idem Bal. conſi. 254. proponitur, in prin. vol. 2. Sauilia. ad primum, conſi. 6. plura, nu. 37. vol. j. & ad propoſitum eſt coniectura ex conſequentibus ad differentiam antecedentium & coniunctorum, vt alibi dixi, ſicuti pallor, trepidatio, latitatio, & ſimilia, de quibus in. l. de minore, in. §. tormenta. ff. de quæſtio. inquit etiam Bal. conſil. 429. an mandatarius, in prin. vol. 3. id ipſum adhuc ſentiens, quòd impius fugit, etiam nemine perſequente, quòdque iuſtus, tanquàm leo, abſque terrore manet, & legitur prouerb. 28. c. & Paris in tracta. de ſyndica. fo. 160. col. 2. quòd fuga quoque delictum appellatur, per text. in. l. quis ſit fugitiuus, in prin. ff. de ædi. edic.

IO.B. Nunquid faciat indicium, vt fugiens abſque alio poſsit poni ad torturam?

MAN. Videretur forte ex his dicendum, quòd ſic, ſed tamen indicium non facit, quod ſufficiens ſit, vt torqueatur, ex quo nemo eſt. qui torturam non timeat, vt plene per Cy. in. d. l. j. de rap. vir. aliquid Bar. in. l. j. in. §. j. ff. de ædi. edic.

IO.B. Vellem ſcire, quæ requiratur, ad hoc vt quis torqueatur?

MAN. Tria requiruntur.

IO.B. Quæ ſunt hæc?

MAN.



MAN. Primum, quòd indicia ſint certa, probata ſaltem per duos conteſtes. 2. quòd ſint veriſimilia. 3. quòd probabiliter concludant, tex. eſt multum not. in. l. milites, in. §. oportet. C. de quæſtio. Bal. egregie, conſi. 515. quidam, col. 2. vol. 5. quòd pro ſuſpecto tamen habeatur, eſt glo. ſingu. in. §. ſi vero, in authen. de exhib. re. & quòd faciat indicium, tenet Bal. in. l. ſi oleum, in fi. prin. ff. de dolo, ſed non figit pedem, & dato quòd figat, nõ eſt tamen indicium ſufficiens ad torturam, vt ſupra, & per eundẽ in. d. l. in bonæ fidei, colũ. pe. Aug. de Arimi. in addi. Ange. in verbo fama publica præcedente, nu. 46. vel diſtingue fuſius, vt in. d. l. j. not. de rapto. virgi. & per Bar. in. l. lege Cornelia. ff. ad Syllania. & Brun. in tracta. de indi. & tortu. in. j. q. col. 8. & Ange. in loco præallega. aliquid Bonien. ſingu. 115. fuga.

IO.B. Si fugiens interficiatur, ſeu vulneretur, quid iuris?

MAN. Vulnerans non tenebitur, ſi reſiſtat, eo caſu tamen, quo capi poterat. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec. confu. argu. in. l. milites, in. §. ſi vitem. ff. de re mili. late Bald. in. l. neminem. C. de exhi. re.

PROMETHEVS CHERMADIVS. MAN.

## In his, quæ ſunt difficilis probationis, an poſsimus ad coniecturas recurrere, & an probatio huiuſmodi ſufficiat. 32.

PROM. QVANDO probatio difficilis eſt, ſufficit ne, quòd fiat per coniecturas?

MAN. Sufficit.

PRO. Vbi hoc deciditur?

MAN. In. l. non omnes, in. §. à barbaris. ff. de re milita. per quem tex. ita ſignanter dixit Pau. de Caſ. conſi. 139. pro declaratione, col. 1. vol. 1. & conſi. 202. in cauſa, col. 4. & conſi. 115. ſuper primo, col. vlti. eo. lib. Bal. conſi. 174. caſus, col. 2. vol. 2. & conſi. 229. verba, col. 1. & conſi. 254. proponitur, circa medium, eo. lib. Caſsiodo. deci. 7. concludit Rota, in fi. de dolo & con. & in confeſsione extraiudiciali, inimicitia præcedenti, & fama publica, exemplificat idem Pau. in. q. incendij, quod huiuſmodi eſt, quia ſcilicet difficulter probari poteſt, conſi. 74. contra ſuperius conſulta, in fi. eo. lib. & nunc ſimilis caſus diſputatur

MAN. ſ hîc,

hîc,quod credo te non ignorare,eſt verum,quòd res iuramento decidi debet hoc caſu, vt ſentit Bal.met, in.l.1.in.2.col.C. de dila. ſed quia iſtud non eſt generaliter verum, nec in omni perſona, vt ibi,& per eundem Bal.in.l.vniuerſi.C.de vectiga.à communi inductione non eſt diſcedendum, quod & nouiſſime etiam oſtenditur, quia ſi vxor reperitur habere bona,& non probet quòd habuerit à ſuis progenitoribus, vel aliunde ſibi obuenerint,præſumitur ex bonis viri acquiſiuiſſe.l.Quintus.ff.de dona.int.vi.& vxo.l.etiam,eo.ti.& idem in filio, ſi pecuniam expendant,nec appareat quòd habeat propriã,vt præſumatur paterna ex coniecturis, ad inſtar vxoris, ſecundum glo.in.l.cum oportet, in princi.C.de boniſque libe.Specul.in in.§.1 nu.26.de acto.Soci.late,conſi.16.in cauſa, colum.1.& 2.vol.3.

**PRO.** De incendio exemplificaſti ſupra & bene, ponamus quòd probetur oſtium effractum fuiſſe, famulum aufugiſſe, probabitúrne furtum?

**MAN.** Probabitur, vt not.Docto.in.l.ſi creditor.C. de pigno. ac.& regulam tradit Bart.quòd vbi caſus ſunt clandeſtini, occulti,& fortuiti,probatio huiuſmodi ſufficit,argu.etiam ſumpto ex.d.§.à barbaris,in.l.ſi quis ex argentarijs,in.§. an vero, nume.3.ff.de eden.Alexan.conſi.69.viſa, colum.1.volumi.2. Pulcherrimum exemplum eſt quoque in ſcholaſtico,ſi cum libris huc ſe conferat,vt cauſa ſtudij veniſſe videatur, quòdque probat ſe ſcholarem ex his, quæ ſecum affert, ſi ſe ſcholarem eſſe aſſerat,authen.habita, & ibi Bar.in prima lectu. & in repe. in princi.C.ne fi.pro pa.& in dolo ac fraude, an interuenerit, nécne, eſt tex.quòd hoc ipſum coniecturis probare ſufficiat, ratione prædicta,in.l.dolum.C.de dolo, & in.l.fina.ff. de ritu nup.late Alex.conſi.143. viſo titulo quæſtionis, col.2.vol.6. fuſius,conſi.77.in cauſa,nu.4.vol.7.& Bal.ante eum,in.l.2.colum.1.C.de repu.hæ.

**PRO.** Eſtne caſus, in quo etiam iuramentum requiratur?

**MAN.** Eſt vtique.

**PRO.** Exemplum?

**MAN.** Si dicat hæres aliquid expendiſſe, vt ex hæreditate hoc ipſum deducatur,nam iſto caſu ad confirmationem coniecturarum,defertur ſibi iuramentum, tex.eſt, & ibi not.Bal.in princi.in.l.fi.in.§.in computatione.C. de iu.deli. qui tamẽ in executore aliter dicit,in.l.nulli,col.3.C.de ep.& cle.& in.l.ſi quis





pro redemptione, in fi.C.de dona. & quòd ad argumenta deueniamus,vbi deficit clara probatio,ex multis oſtendit Rom. conſi.451.quædam mulier, in prin.pulchre Alexã.conſi.152. viſo proceſſu,col.4.vol.5.

**PRO.** Dubitatio aliquando exorta eſt,ſi probetur fama & communis opinio,an veritas probata videatur,factaque plena probatio quo ad hominis qualitatem,quid diceres tu præceptor?

**MAN.** Quòd ſic,quia ita etiam dicit Bal.in.l.j.in prin.C.de teſta. per text.in.d.§.à barbaris, qui in materia mihi ſemper præcipuus viſus eſt, ibi,
„ Sed licèt hoc liquido conſtare non poſsit,
„ argumentis tamen cognoſcendum eſt. & ſi bonus miles ante
„ æſtimatus fuerit, prope eſt, vt affirmationi eius credatur.
In hoc etiam mirabilis, ꝙ perſonarum qualitas attendi debeat, quòdque viro bono cum iuramento credendum ſit.l.vniuerſi, allega.etiam ſupra, & ibi Bald.C. de vectiga.qui in not.caſu idem etiam dicit in.l.j.in.2.col.C.loca.

**PRO.** Volebat quis heri ſatisdationem vitare, iuratoria cautione, quia non inueniebat fideiuſſores, à me quæſitum eſt, an poſſet.

**MAN.** Quid reſpondiſti?

**PRO.** Quod poterat.

**MAN.** Ecce,non eſt verum generaliter,niſi pauper ſit is, qui iurat,quoniã pium eſt ei ſuccurrere.l.qui filium.§.1.ff. ad Treb. aliàs non admitteretur,& maxime ſi vilis ſit,corruptoſque habeat mores.d.§.à barbaris.l.hac edictali.§.his illud.C.de ſecũ. nup.c.per veſtras,de do.int.vi.& vxo.Bal. in authen. cui relictum,col.2.C.de indic. vidu.tol.

ANTONIVS MARTINVS. MAN.

## An & quando poſsit quis, vel in expenſis condemnari, vel abſolui, deque multiplici expenſarum ſpecie. 33.

**ANTO.** AEQVITAS Iudicis dictat, vt in expenſis condemnetur,qui alium temere in ius vocat.l. eum quem temere.ff. de iudi.l.properandum.§.ſin autem alterutra,& ibi not.C.eo. Bar.in.l.edita,col.10.C.de edẽ.& in.l.qui ſolidum,in.§. etiam ff.de lega.1.in tantum vt nec etiam ratione iuramenti excuſe-

tur,ex quo id propter calumniam defertur,vt idem Bar. decla
rat,in.l.1.in.§.hanc autem,in fi.ff.ſi muli.ven.no.& in.l.gene-
raliter,in fin.C.de ep.& cle.& idem in emendatione libelli,vt
non admittatur agens,niſi liquidas prius reficiat,vel de nonli
quidis ſatiſdet,propter temeritatem,iuxta not.in.l.ſancimus.
C.de iudi.dicit Bal.conſi.3.per ſtatutum,in fi.volu.2.& habe-
tur in.d.l.edita.ſed pulchra eſſet dubitatio,an etiam fiat quan-
doque abſolutio,eadem æquitate conſyderata,quæ temerita-
tem litigantium excuſet.

**MAN.** Sine controuerſia dicendum eſt,quòd ſic, ita idem Bal.in
terminis,conſi.323.cum quidam,col.2.vol.1. & eſt argu.in.l.
Arrianus.ff.de ac. & ob.& in.l. eius qui in prouincia, ibi, ne-
que enim &c.ff.ſi cer.pe.c.ex literis,de proba.immo quòd ge-
neralis regula eſt, ſi quis habuerit iuſtam cauſam litigandi, vt
ab expenſis abſoluatur.d.§.ſin autem alterutra, & ibi Iaſ.late,
col.1.præallega.l.qui ſolidum.§.etiam.ff.de lega.1.§.oportet,
in authen.de iudi.

**ANTO.** Vbi æquitas ergo non eſſet,nec iuſta litigandi cauſa,cō
demnaretur.

**MAN.** Sine dubio,vt in.d.locis,factumque eſt iam tritum ſermo
ne prouerbium, victum victori in expenſis eſſe condemnan-
dum.d.§.ſin autem alterutra.

**ANTO.** Quoniam de expenſis tantum fit mentio,vellem ſcire,ſi
veniunt damna.

**MAN.** Non veniunt.

**ANTO.** Mirum videtur, & ni fallor,contra tex.in.l.ſancimus,al
lega.etiam ſupra.C. de iudi. & in.l.non ignorat.C. de fruc.&
lit.expen.

**MAN.** Falleris,quia ſi quis contumax eſt,veniunt non ſolum ex
penſæ,verum etiam damna, & ita loquantur iura præallega.at
vbi quis contumax non eſt,venitq; cōdemnandus rōne teme-
ritatis,iſto caſu tantum expenſæ veniunt, & tunc intelligatur
preciſe, quod dicitur in.d.§.ſin autem. & eſt glo. quam ibi ſic
Bal.declarat, in.l.1.in.§.hoc iudicium, in.2.colu.ff.ſi quis ius
di.non ob.

**ANTO.** Quo ad primum, contumax quis dicitur pluribus mo-
dis,apparenter & exiſtenter,apparenter non exiſtenter, exiſtē
ter non apparenter,nec apparenter nec exiſtēter, vt plene per
eundem Bal.in.l.inter,col.2 lectu.1.ff.de reſti.in integ.de quo
igitur cōtumace intelligēdū eſt iſtud, quod pauloante dixiſti?

MAN.



**MAN.** De vero,ideſt qui apparenter & exiſtenter ſit contumax,
ſi dixerit, nolo venire, nec propoſitum mutauerit.d.l.ſanci-
mus,Bal.in.d.l.inter,& eſt argu.in.l.1.in.§. qui in perpetuum.
ff.ſi ager vecti.vel emphy.pe.

**ANTO.** Ex his(vt conijcio)ſunt expenſæ, quæ debentur ratio-
ne temeritatis & contumaciæ, differuntque vt ſupra.

**MAN.** Iam dictum eſt.

**ANTO.** Satis, ſed nonne ſunt etiam expenſæ, quæ debentur ex
deſertione?

**MAN.** Sunt vtique.

**ANTO.** Differúntne à ſupra dictis?

**MAN.** Differunt.

**ANTO.** A quibus,& in quo?

**MAN.** Ab expenſis,ratione temeritatis,quia debētur officio Iu-
dicis mercenario.d.§.ſin autem alterutra,nec damna veniunt,
vt oſtenſum eſt, & tamen in his reus actione de dolo ad inter-
eſſe, ſeu ad damnum tenetur,caſus eſt,& ibi per Docto.in.l.rē
venalem.ff.de dolo. & à debitis ratione contumaciæ,quia illæ
præſtātur officio Iudicis.d.l.ſancimus,iſtę vero(vt dixi)actio
ne de dolo.& ad propoſitum notandum eſt,quòd nos Barba-
re loquentes,taxationem expenſarum dicimus, cum aliàs litis
æſtimatio ſit,& ita loqui debeamus,vt tex.met in.d.l.ſancim9,
docet, quòdque generaliter ſucceſsit expenſarum refectio, in
locum decimæ partis,quæ olim præſtari ſolebat, vt in.§.1.In-
ſti.de poe.te.liti.Bar.in.l.j.in prin.in.4.col.ff.ad Turpi.& quia
ſunt etiam expenſæ retardati proceſſus, dic pariter quòd cum
eis veniant & debeantur damna,vt in.l.nō ignoret.C.de fruc.
lit.expen.aliter diſtinguit etiam Bal. & differentias adducit,in
l.ſi mulier,in.§.ſi rem,in fi.ff.de lega.3.quòd iuſta cauſa litigan
di excuſet,ſi petantur,ratione victoriæ, vt ſupra non ſi ratio-
ne contumaciæ,retardati proceſſus, vel temeritatis in proce-
dendo commiſſæ.& ad propoſitum.d.l. eum quem temere, ſi
ſcire cupis chariſsime Antoni,quid à temeritate amplius diffe
rat calumnia,vide Abb.in.c.calumniam,in princi.de pœ. egre
gie dicentem,differre,quia calumnia quidam dolus eſt, in ani-
mo conſiſtens,qui probari non poteſt, niſi coniecturis.l.do-
lum.C.de dolo. Temeritas vero ſine dolo, quæ probatur ex
actis,pro indubitato habentes vltimo, victum fore in expen-
ſis condemnandum,tum quia calumnioſe, tum quia temere li
tigat,præallega.l.eum quem temere.

IOANNES BEROSIVS. MAN.

## An ignorantia in facto proprio excuſet, nécne, ad ornatum.l.ſi.& ſimilium ff.pro ſuo. 34.

IO. IGNORANTIA in facto proprio non eſt probabilis, nec prodeſt alleganti.l.ſi.ff.pro ſuo,quãquam obliuio ſępe mẽtes hominum circumueniat.l.fina.ff.de libe.le.quæ etiam non præſumitur.l.magnam.C.de contrahen.& commit.ſti.Bal.in l.cum alienam, col.vlti.C.de lega. & hoc eſt quod dicebat etiã Bar.in.l.quod te, col.vlti.ff.ſi cer.pe. quòd ſufficit debitori ad eum in mora conſtituendum,denunciare vt ſoluat, quia cum ex facto ſuo hoc ipſum dependeat,intelligit, vel intelligere debet ſe eſſe obligatum,quòd ſecus ſi ſit debitor ex facto alieno, ex quo tunc ignorãtia probabilis eſt, & oportet ſibi debitum inſtrumenti oſtendere.l.quãquã.ff.ad Velleia.d.l.ſi.ff.pro ſuo. nonnihil Bal.conſi.9.ad euidentiam, col.2.vol.3.& conſ.154 proponitur,col.vlti.vol.5.& conſi.436. ſtatuto, col.j.eo.lib. Qui dixit etiam conſi.446.quidam,col.j. quòd producens falſum teſtem ſuper facto proprio probando, præſumitur habere ſcientiam veritatis, & contra veritatem produxiſſe, ſi teſtis deponat falſum.Sed an præſumatur ignorantia,etiam data longinquitate temporis?

MAN. Si factum ſit graue & notabile, non præſumetur etiam data temporis longinquitate.c.vt animarum,ad ſi.de ſen.excommu.quem tex.dicit ad idem not.Ro.conſi.391. vt præpoſita, col.2.aliàs ſecus, vt per Bar.in.l. ſi res obligata.ff.de lega.1.& in.l.non fatetur.ff.de confe.col.3.& in.l.ſi quis delegauerit,in fin.ff.de noua.l.3.§.duæ autem.ff.de Carbo.edic.l.peregre,in prin.ff.de acqui.po.Iaſ.in.l.error,colũ.4.C.de iu. & fac.igno. Ancha.conſi.419.in cauſa,col.1.Ro.fuſius,in.d.loco, Sauilia. conſi.6.plura,nu.26.vol.1.

IO. Quid,ſi quis eſſet mortis anguſtia perturbatus?

MAN. Toleraretur etiam hoc caſu ignorantia in facto proprio, & iudicio meo indubitatũ eſt, quia proximus morti mortuus eſt,argu.in.l.pe.ff.de mi.teſta.l.hac conſultiſsima.§. at cum humana fragilitas.C.qui teſta.fa.po.§.illud quoque,& ibi Ange.





hoc notat,in authen.de trien.& ſe.

IO. Ponamus rurſum, quòd erret quis in facto proprio, isq́ue tractet de damno vitando, & probet amplius rem ſe aliter habere, excuſabitúrne?

MAN. Nec iſtud dubium habet,quòd ſic,vt not.omnes in.l. ſed & ſi me putem,in prin.ff.de condic.inde.& in.d.l. ſi res obligata,pulchre Bal.conſi.231. in cauſa,ad fin. volu.2.& de materia dixi,ac ad regulam,in.l.verius, in.3. euiden.& in.2.limitatio. ff.de proba.ibi videbis hæc, ni fallor, & multo plura.& quòd in facto proprio communiter tolerabilis non ſit,nec præſumatur,in alieno autem ſic,& tenuit etiam Areti.cõſi.35. viſo themate,col.j.& conſi.103.breuitas,in prin.Alex.cõſi.69.in cauſa,in fi.vol.7.& conſi.76.in cauſa,num.8.eo.lib.Ancha.conſi. 122.ex narratis,col.j.& conſi.133.ſatis,col.2. & conſi.270.in primo dubio,col.2.pariter.& conſi.295.pro clariori, in prin. Barba.in.c.ſignificantibus, nu.72.de lib.ob.idem Alex.conſi. 80.examinato proceſſu, col.vlti.vol.2.Barba.adhuc in.l. cum acutiſsimi,col.5.C.de fideicom.Ange.conſi.310. in propoſita,col.3.Alex.conſi.3.viſo proceſſu,col.j.vol.3.& col.2.& cõſi.16.ponderatis,col.3.eo.lib.in not.q.Bal.in.l.generaliter, in 3.col.C.de ep.& cle.& in.l.ſi poſt diuiſionẽ, in prin.C. de iu. & fac.igno.& in.c.j.in.§.fi.de not.feu. in vſib. & in authen.ad hæc,col.5.C.de vſu.Bar.in quæſtione per Italiam,col.3.Rota deci.58.fuit dubitatũ,in nouis,& deci.5.ſi poſt,eo.lib.in princi.Abb.in.c.j.de cle.per ſal.pro.& alij, quos ſi referre vellem⁹, profecto dies non ſufficeret, ſed iſta pro peculio ſint recondita,ad quæ poſsimus,cum occurrerit,tanquam ad rem,quæ ſubſidio nobis eſſe poſsit,recurrere,vt in ſimili,ſecundum verum intellectum,habetur in.l.ſi chorus.ff.de lega.3.

IO. Eo caſu quo etiam in facto proprio præſumitur, quòd eſt aliquando vt ſupra, & in locis allega.ad idem,erítne allegãda?

MAN. Eerit.

IO. Ratio?

MAN. Quia releuat ab onere probandi,non proponẽdi, & iſto caſu transfundit onus probationis in aduerſarium, clem.appellanti, de ap.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem Pollioni.ff. ad legem Iuli.de adul.

IO. Quid in facto alieno?

MAN. Allegatio tunc neceſſaria non eſt,vt not.in.l.j.ff. de recepta.pulchre Bal.in.l.quicunque,col.j.C.de ſer.fugi.

ANGELVS RVSCVS, MAN.

## De homicidio, an & quando facinus impunitum ſit, déque coniecturis potiſsimum, quando ad defenſam commiſſum dicatur. 35.

ANG. HOMIcidium, factum ad neceſſariam defenſionem, nó eſt punibile.l.vt vim.ff.de iuſti.& iu.l.ſcientiam.§. qui cum aliter.ff.ad ldegem Aquil.l.1.C.vnde vi.c.ſignificaſti.de homici. Bal.conſi.312.viſis,in prin.volu.4.& cum moderamine inculpatæ tutelæ commiſſum,vt in.d.locis not. plus dicit idé Bald. conſi.406.lata,col.3.volu.5.quòd qui ſe defendit,neceſsitatus dicitur verum ſcirem libenter & in ſpecie circunſtantias, quibus oſtendi poſsit,non aliàs factum fuiſſe,vt occiſor abſoluatur,& non aliter de occiſo teneatur,ex quo aliàs, & in dubio quidem,homicidium doloſum præſumitur.l.j.C.ad legé Corneliam,de ſica.dixi in.l.quotiens,in.§.qui dolo.ff.de proba.

MAN. Circunſtantiæ ſunt hæc,neceſsitas ratione arctationis,inſultus,& fuga,factum incontinenti,inſultus à robuſto,vulnus iam illatum,rixa cœpta,armorum qualitas,& vltimo loco naturalis æquitas,qua decet,vt quiſque ſe,corpuſque ſuum tueatur,& quia quiſque de vita ſua ſollicitus idem feciſſet,& fuſius vt per Bal.qui omnino videndus eſt,conſi.111.qui mortem, per totum,ſed hæc potiſsimum ponit in.2.col.volu.4. & hoc caſu non timeat homicida,quod dicitur Gen.9. Quicúque fuderit humanum ſanguinem,fundetur ſanguis illius.non quod Pſal.54.ibi,viri ſanguinum non dimidiabunt dies ſuos.& minus quod in.l.3.C.de epiſ.au.quod fecit ſemper expectet.quia lege permittente factum eſt.l. Gracchus .C. ad legem Iuliam de adulter.

ANG. Romulus fratrem interfecit,Horatius ſororem, Oreſtes matrem Naſica Tyb.Gracchum,an bene vel male fecerint?

MAN. Bene,quandoquidem cauſam & ipſi qui occiſi ſunt præbuerint occiſoribus:Remus enim muros tranſcendit,Horatij ſoror publicam turbabat letitiam, Oreſtes furijs agitatur, & plebem denique commouit Gracchus, horumque omniú hiſto.nota eſt,& apud nos probatur primum tertium & vltimú, in.l.fina.de re.diui.& in.l.diuus.ff.de offi.præſid.& in.l.in his, in princ.



in princip.ff.ſolu.ma.& ſi iure iſti occiſi ſunt,iure etiam occidi potuit à Milone Clodius,quem non alia ratione, quàm iſta defendit Ci.quia vitæ eius fuerat inſidiatus,& quia homicidiũ grauiſsimum eſt,plærunque tamen ex cauſa commiſſum, vt oſtenſum fuit,debet in eo mature procedi,non celeriter, & cã indiſcuſſa,& quia etiam quæ cito fiunt cito pereunt,quæ paulatim exacta cura abſoluuntur,ætatem ferũt,vt beta & buxus, illa cito naſcitur,hic paulatim creſcit.& ad propoſitũ pulchre probatur,in.c.iudicantem.30.q.5.

ANG. Nónne etiam conceditur,quòd poſsit impune quis occídi,per legem?

MAN. Etiam,quod non eſt quoque abſque cauſa,exemplificando in bannitis.l.vt vim,præallega.de iuſti.& iur.c.quæ in eccleſiarum,& vtrobique not.de conſtitu.cauſa autem eſt publica vtilitas.l.congruit.ff.de offi.præſid.c.factę autem ſunt leges 4.diſ.l.amiſsione.§.qui deficiunt.ff.de capi.di.Bal.in.l.1.col.x. in fi.C.de confeſſ.

ANG. Tamen ſtatuto ſtante,quòd homicida prior eſſe non poſſit,nec occidentem bannitum ad prioratum admittet,ita Bald. in.l.decuriones,ad fi.C.ex quib.cau.infa.ir.

MAN. Illud ideo eſt,quia licet ſtatutum tale tolerabile ſit, non tamen eſt laudabile,& occidens omnino infamis ſaltim infamia facti,vt ibi declarat,& Deci.poſt eum, in.l.bona fides, ad fi.ff.de regu.iur.

ANG. Ad propoſitum redeuntes, ſi ad defenſionem quis alium occidat,quid habet probare?

MAN. Nil aliud,niſi iſtud.ex quo delictum eſt actu tranſiens, & non reiterabile,vt percuſsio,quod declarat Bal.in.d.l.j.col.xj. de confeſſ.

ANG. Ponamus quòd ignoranter factum ſit,puta quia cõfodat quis,ſeu feriat ſagitta,dumis latitantem, vt Cephalus Prochin coniugem,erítne hoc caſu punibile?

MAN. Nodum in ſcyrpo quæris,& rationem vt ſenſum relinquas,& male.l.illam.C.de colla.quis enim eſt,qui aliud dicere poſsit,niſi iſto caſu quoque, & longe magis quidem à reatu hunc eſſe abſoluendum,cum fortuitus ſit,nec ſibi culpa imputari poſsit,ſcientiam enim (inquit alibi text.) nó ignorantiam obligari volumus,in.l.generali.C.de tabu.lib.10. nec conueniens eſſe,alibi Pap.in damnum vocare rem quæ culpa caret, in.c.cognoſcentes,de conſti.Immo quòd in delicto caſuali, ſi

culpa

culpa non præcedit caſum,& delinquens det operam rei licitæ, regulare eſt vt non puniatur.c.ſuſcitata, de in integ.reſtit.d.l. ſcientiam.§.qui cum aliter,& vtrobique not.ff.ad legem Aquil. Bar.in.l.j.poſt princip.ff.de legi.& in.l.reſpiciendum,in.§.delinquunt,in fi.ff.de pœ.& in.l.ſi adulterium cum inceſtu,col.ii. 3.ff.ad legem Iul.de adulte.& in.l.ſi cum ſeruo,per illum text. ff.de iniur.plene Iaſ.in.l.ſi pater,in.2.&.3.col.C.de hære.inſti. & de materia etiam in.c.dilectus,in.c.ad audientiam,& in.c.cótinebatur,de homi.quod ſecus ſi rei illicite, quoniam tunc cótra eum præſumeretur,vt in.d.locis,& in.l.ſi ex plagis,in.§.tabernarius.ff.ad legem Aquil.ſicuti etiam contra eum, qui primus aggreſſor fuit.l.1.§.cum arietes.ff.ſi quad. pau. fe.di. Vel ſi primo cœpit verba contumelioſa efferre.l.ſi non côuitij.C. de iniur.aut forte primo arma euaginare.l.1.C.ad legem Cornel.de ſica.& quòd ab his,qui dant operã rei licitæ,omnis culpa abeſſe præſumatur,contra vero non,ſi illicitæ, tradit etiam Bal.conſi.322.viſis,volu.5.& Bar.in.l.diuus.ff.ad legem Cor. de ſica.& Pau.de caſt.conſi.199.licet,nu.2.& 3.volu.1.

CLEMENS VALVASORIVS, MAN.

## Ad vulgatum illud dictum, quæ ſpeciali nota ſunt digna,niſi exprimantur, videntur neglecta applicata quotidiana quæſtio. 36.

CLE. PAPA in expectatiuis verba ampla & generalia appoſuit,dubito ( & quotidiana eſt quæſtio,ac vtilis ) an ex his videatur derogaſſe iuri patronatus,maxime laicorum.

MAN. Ex verbis generalibus prima facie omnino videretur dicendum,quòd ſic,vulg.l.Iulianus.ff.de lega.3.c.ſolitæ, de maio.& obe.plene Abb.in.c.ſedes,col.4.de reſcrip.Tamen contrarium eſt verius,ex quo non derogaret veriſimiliter in ſpecie.c.cum in generali,de offi.Vi.in.6.l.item apud Labeoné.§. hoc edictum.ff.de iniur.ergo multo minus in genere, ſeu per verba generalia.

CLE. Quare non derogaret veriſimiliter?

MAN. Ne laici à conſtructione,dotatione,& fundatione eccleſiarum retraherentur.c.cum dilectus, de iurepatrona. clemen. 2.de præben.& in terminis ita dicit Abb.in.c.Abbatem,col.1. de



de reſcrip.Staphi.in tracta.de gra. de modo & for. impetran. fol.46.numero octauo.

CLE. Si vellet,nónne poſſet?

MAN. Poſſet vtique,cum in hiſce habeat plenitudinem poteſtatis.c.2.de præben.in.6.clemen.1.vt li.pen.tamen ratione prædicta,non vult,& difficulter hoc idem facit.

CLE. Ponamus quòd ſit diſpenſatum cũ aliquo ſuper pluribus dignitatibus obtinendis,poterítne in vna eademque eccleſia, iſtud ipſum conſequi?

MAN. Poterit,ſi expreſſum ſit,aliàs non.

CLE. Ratio?

MAN. Quia iura abhorrent hanc pluralitatem in eadem eccleſia, clemen.fi.de præben. Vnde quia prohibitio ſpecialem habet notam,de ea ſpecifice mentio fieri debet, & legitur aliàs in.c. de multa,vbi Io.And.& cæteri, de præben.Ancha.& Moder. in.c.1.de conſue.in.6.Staphi.de quo ſupra, de gra.expec.forma.3.nume.8.

CLE. Facta eſt rurſum conſtitutio eccleſiæ ſuper miniſtris,comprehendetur ne epiſcopus,vel Archiepiſcopus?

MAN. Minus.

CLE. Mirum videtur,cum & ipſi miniſterio haud careant.

MAN. Ne tibi videatur mirum Clemens, quia hoc dicit Inno. pater veritatis,in.c.dilectus,de conceſſ.præben. & quia etiam verba generalia non cõprehendunt ea, quæ ſpeciali nota ſunt digna vt ſupra & confirmat Bal.conſi.242.factum, in fi.volu. 4.& in ſimili Ro.in.l.dies cautioni,in.§.prætor ait,col.3.ff. de dam.infec.& Ancha.conſi.161,viſo,col.3.& conſi.222.ſubtiliter,col.2.pulchre conſi.429.pro euidentia,col.2.pariter.Dicitque Bellenzi.in tracta.de charitati.ſub.q.65.ſtãte opinione, col.6.&.7.quòd conſtitutio generaliter loquens, per quæcunque verba,non comprehendit Cardinales, niſi de eis fiat ſpecialis mentio,quoniam ſummi ſunt patritij.§. filiusfamilias. Inſtitu.quib.mo.ius pat.pot.ſol.ſi tamen materia odioſa ſit & pœnalis,quo caſu intelligi & reſtringi etiam dictum debet Io. Mona.in.c.j.de ſchiſma.in.6.& vt per eundem Bellézi.fuſius.

Domitius

DOMITIVS MARINVS, MAN.

## An & quando quis cogitationis pœnam patiatur, & quibus caſibus. 37.

DOM. COGItationis pœnam nemo patitur, dicit Iuriſconſ.in l.cogitationis.ff.de pœn.intelligendo tamen in foro fori,non in foro poli,quoniam.d.caſu ſecus eſt, vt per Cyn.in.l.ſi quis non dicam rapere,col.pen.C.de epiſ.& cleri.& fuit ad propoſitum etiam verbũ Feli.in.c.1. col.2. de præſump.quòd conatus non punitur,quando ſtetit in ſola voluntate,etiam deliberata.& appellatur actus intrinſecus,differens ab extrinſeco;& licèt contrarium dici videatur in.l.is qui cum telo .C. ad legẽ Corne.de ſica.& in.d.l.ſi quis non dicam rapere.d. iuribus tamen de conſuetudine eſt derogatum,vt inquit Specu.in tit.de accu.in.§.j.& Alex.in.l.j.in.§.fi.in fi.ff.quod quiſque iuris,& Flo.in.l.item ſi obſtetrix.ff.ad legem Aquil.& Bal.conſil.443. Cechus,col.2.vol.3.& conſi.361.quidam,in fi.volu.1.Gramma.deci.2.Franceſchella,nu.20.& deci.74.in cauſa,numero.8. & alias pulcherrimas ponit declarationes ad.d.l.cogitationis, Bal.in præallega.l.ſi quis non dicam rapere,col.2.Pet.Iac.eleganter,in prati.ſua,de actio.in factum paulia.col.2.pariter.ſed pone caſum quòd clericus beneficiatus matrimonium cõtrahat cum puella annorum .xj. per verba de præſenti,perdẽtne beneficium,licèt matrimonium conſumatum non fuerit?

MAN. Ex his videretur dicendum,quòd non, tamen contrariũ eſt verius.

DOM. Mirum videtur,immo etiã ſupra dictis etiam repugnare.

MAN. Non eſt verum, quod ratione ſuadetur,quia videtur habuiſſe animum perdendi beneficium,ex quo per eum non ſtetit,quin conſumaretur.c.nuper,de biga.l.quid ergo.§.cum autem.ff.de his qui not.infa.& quia conſenſus non concubitus matrimonium facit.l.nuptias.ff.de regu.iur.Bal. conſil.184.ſi qua,in princip.volumi.3.& conſilio.200. in cauſa, colum.1. eodem lib.!

DOM. Ob.etiam tex.in.l.ſicut.ff.de oper.lib.& in.c.verum,& in c.ex publico,de conuer.coniuga.& in.c.debitum, de biga.& in.l.ſi vxor,in.§.minor.ff.ad legem Iuli.de adul.

MAN.



MAN. Nihil eſt,& contrarium eiſdem non obſtan. hoc caſu, ac rationibus ſupra dictis,fuit determinatũ, & eſt nouiſsime tex. in.c.fraternitatis, de eo qui cogno.con.vxo.ſuæ,& in.c.1.de ſponſa.in.6.& ita Rota deci.103.nota quòd vbi clericus, tenuit,in antiq.Staphi.de vari.mo.vaca.fo.60.nu.75.

DOM. Tamen prædictis adhuc videtur mihi,quòd ſit caſus contrarius,in.l.ſi quis maior.C.de tranſac.vbi ſi quis putauerit venire contra tranſactionem iuratam,incidit in periurium, & punitur pœnis in eadem lege contentis.

MAN. Si iudaice intelligatur,& ad corticem, abſque alio, vt inquit glo.in.l.damni,in.§.ſi is qui vicinas.ff. de dam.infec.& in l.non dubium.C.de legi.verum eſt,ſed debet ſubaudiri ad verbum putauerit,& cum effectu venerit,ne ſit contra.d.l.cogitationis,& eſt communis expoſitio (vt ibi dicunt omnes) & veriſsima.& quia aliàs (vt inquit Pau.2.ad Corinth.c.3.) litera occidit,ſpiritus autem viuificat,non aliter igitur hoc ipſum,& ſupra dicta interpretemur,quia interpretatio iuridica eſt, nec aliter pro nunc dici poteſt.

IACOBVS CISTERNINVS, MAN.

## De immunitate,an & quando vni conceſſa,extendatur ad alios, & an ſemper dicatur ſtricti iuris, ſtricteque interpretanda ſit. 38.

IAC. CONCESSIO immunitatis eſt ſtricti iuris,caſus eſt in l.1.in fi.ff.de iu.immu.vbi dicitur,quòd perſonis datæ immunitates,hæredibus non relinquuntur.quòdque generi poſteriſque datæ rurſum,cuſtoditæque,ad eos qui ex fœminis naſcuntur,non pertinent.& ibi glo.ad ſaturitatem concordãtes adducit,nonnihil Alex.conſi.2.viſis,col.6.volu.1.Deci.conſ. 32.& pro tenui,in prin.volu.1.& col.2.rationẽ aſsignat, quia eſt contra publicam vtiliratem,ſi non ſint tamen alia verba in conceſsione,vt per eundem Deci.vbi de intellectu.d.l.primæ, multa,conſi.233.in caſu,per totum,vol.2.Verũ dubitari poſſet,quid in emphyteoſi,ſi cõceſſa ſit alicui,pro ſe & liberis ſuis, an extendatur pariter ad filios ex fœminis deſcendentes.

MAN. Specu.tetigit hãc.q.in titu.de loca.in.§.nunc aliqua, ver. 146.& Bal.poſt eum,in.l.ſed ſi hac,in.§.liberos.ff.de in ius vo.

IACO.

**IACO.** Quid tenent?

**MAN.** Non extendi.

**IACO.** Qua ratione?

**MAN.** Non alia,niſi iſta,quia filius & nepos eſt in poteſtate aui, filius vero filiæ non.§.ſui,inſti.de hæ.qua.& diffe.& de pa.po. in fi.eo.lib.ſumpto etiam argu.ex.d.l.j.de iure immu.

**IACO.** Ponamus quòd immunitas conceſſa ſit alicui pro ſe & hæredibus ſuis, tranſibítne ad ſucceſſores ſingulares, titulo emptionis?

**MAN.** Credo quòd magis communis concluſio ſit, quòd non, vt per Bar.in.l.j.in.2.col.ff.de conſti.princi.& in.l.penul.ff.de ſer.le.& in.l.quia tale,vbi etiam Alexã.& alij,ad contraria reſpondentes.ff.ſolu.ma.& maxime non facta derogatione.l.vacuatis.C.de decu.lib.x.quia munera pro modo fortunarum, ſunt ab omnibus ſubeũda,quo facilius obſequijs publicis parcatur.l.j.l.fi.C.de mu.patri.lib.x.Ancha.conſi.383.viſis,colũ. 2.Bal.conſi.312.ſi de iure,in fi.volu.3.& conſi.406.lata,colũ. 3.volumi.5.omnino videndus in terminis Cur.iuni.conſ.60. caſus,numero.10.

**IACO.** Illud quod dictum eſt ſupra eſt ne verum ẽt hodie?

**MAN.** Credo adhuc quòd non,quòdque de ſtylo curiæ nõ ſeruetur,& licèt priuilegium conceſſum ſit poſteris,ſeu generi,ꝙ nihilominus extendatur etiam ad filios ex fœminis deſcẽdẽtes.c.venerabilis,de præben.Feli.in.c.nouit,col.j. de iudi. Nicola.de Vbal.in tracta.de ſuc.ab inteſta.fo.15. Caſſiodo. vltimo loco refert,deciſ.1.in princip.de iu.patro.

**IACO.** Seponamus ſtylum curiæ,quamuis aliàs ſeruãdus ſit, vt inquit Barba.in.c.1.colũ.3.de proba.nos alibi multa,ad.c.quã graui,de cri. fal. & de iure loquamur,videtur enim mihi ꝙ ſupra dictis adhuc valde ob.tex.in.l.j.C.de impo.luc. deſcrip.li. x.vbi priuilegium immunitatis,poſteris conceſſum, extenditur etiam ad nepotes ex fœminis deſcendentes, & ſic directo pugnant text.iſte,& tex.in.d.l.1.de iu.immu.

**MAN.** Eſt verum quòd prima facie ob.quòdque (vt dixiſti Iacobe) contrariari videntur,ſed tamen nihil eſt,ex quo tex.ibi loquitur de quadam immunitate particulari curialibus conceſſa,quæ non eſt vti fauorabilis,ita ſtricte interpretanda,vt in caſu.d.l.j.quæ cum loquatur de immunitate generali, ſtrictius interpretatur,quia nocet etiam magis reipub.vel & fuſius, vt per Deci.in regu.fœminæ,col.9.de regu.iu.& pro rei veritate nil



nil aliud dici poteſt.

**IACO.** Quia de genere ibi mẽtio facta eſt, vt ſupra comprehendetúrne frater?

**MAN.** Sine dubio, quoniam venit generis appellatione.l.eum qui.ff.de interdic.

**IACO.** Nónne potes mihi dare caſũ, pro limitatione.d.l.j. quòd deſcendentes etiam ex fœmina comprehendantur?

**MAN.** Poſſum.

**IACO.** Dic, ſi placet.

**MAN.** Caſus eſt in libertate ( ne te longa morer ambage, ne ve polylogus videar ) ipſius fauore.l.1.ff.de libe.cauſa Barba.in. l.cum acutiſſimi, col.50.C.de fideicom.

**IACO.** Tranſeat & iſtud, ſi conceſſa ſit immunitas ingenuo, habebítne locum in liberto ad iura ingenuitatis reſtituto, per ius aureorum anulorum?

**MAN.** Alex.in loco ſupra allega.ideſt conſi.2.vol.j.concludit quòd ſic,& probatur in.l.cum ex oratione.ff.de excu.tuto.

**IACO.** Mirum videtur, cum ingenuus non ſit, ſed pro ingenuo habeatur.l.ſi maritus.§.legis Iuliæ, & ibi Bar.ff.ad legem Iu.de adulte.Pau.de Caſ.conſi.117.ſuper primo dubio, col.vlti.vol.j.

**MAN.** Ceſſet admiratio, quia paria ſunt,quòd alicui inſit qualitas,vel de iure commnni, vel ex priuilegio principis, ex quo tantum conſequitur ratione qualitatis ſimilitudinariæ,quantum ratione vere,vt in.d.l.cum ex oratione.l.fi.C.de iu.aure. anu.Cro.in.l.Gallus,in.§.& quid ſi tantum,col.33.& 50.ff.de libe.& poſthu. Alex.in.d.loco.

**IACO.** Aliud ſuccurrit, quòd nullo modo eſt prætermittendũ, ſi incolis concedatur, nunquid Iudeos quoque comprehendat,& ad ipſos extendatur.

**MAN.** Certe pulchra eſt dubitatio, & frequens, in qua primum dicendum videretur,quòd non, ex quo nobiſcum non participant, deque his qui foris ſunt, nihil ad nos.c.gaudemus, de diuor.cum ſint etiam odioſi.l.Lutius.§.Lucius Titius.ff.de lega.2.Sed tamen poſtea mihi rectius & maturius cogitanti,viſum eſt contrarium verius,& nunc ratione confirmo,quia immo in humanis actibus nobiſcum participant, non in diuinis, nec in aliquo caſu ſuperioritatis,& ita dubitatio procedat,vnde fit vt poſſit eſſe Iudæus procurator Chriſtiani, & pro eo agere in iudicio, ſicuti è contra pro Iudæo Chriſtianus,& reliqua

liqua facere, dummodo non ſit ſpecialiter prohibitus.l.necnõ.§.quòd eis.ff.ex quib.cau.ma.& ſignanter in immunitate, q ad ipſos extendatur, ita concludit Bal.& teſtatur, co anno de facto habuiſſe, & etiam conſuluiſſe, in.l.Spadonem, in.§.iam autem.ff.de excu.tu.per illũ tex. Ancha.conſi.271.de titulis, col.3.Soci. plenius conſi.62.in præſenti conſultatione, col.4. &.5.vol.j.aliquid idem Bal.conſi.428.inquiſitio, col.2.vol.j.

IACO. Si non eſſem tibi moleſtus pater, aliud quærerem.

MAN. Immo moleſtum eſſet mihi, ſi taceres Iacobe.

IACO. Ago gratias quã maximas, optoq́ue ſcire tandem, ne tacendo (vt dicis) moleſtiam tibi afferam, ſi immunitas conceſſa ſit habenti.xij.filios, ex his autem aliquis moriatur, an duret.

MAN. Multa hinc inde dici poſſent, & eſt ardua.q.& pro parte affirmatiua, quòd duret, facit tex.in.c.decet, de regu.iu.in.6. in.l. ſi quis hæredem.C.de inſti.in.l.ſciendum, in.§.fi.ff.qui ſatiſda.co.in.l.2.in.§.j.ff.de excu.tu.& in.l.j.C.de his qui nu.lib. lib.10. Pro negatiua vero, quia ceſſante cauſa priuilegij, priuilegiũ ceſſare debet.l.Titia ſeio.§.vſuras.ff.de lega.2.l.pe.et ibi Ias.ad fi.C.de mili.teſta.l.cura.§.deficientium.ff.de mu.& ho.tamen Bal.diſtinguit, & poſtea in hãc vltimam partem inclinaſſe videtur, dũ allegat.tex.in.l. ſi pro patre, in.§.verſum. ff.de in rem ver.cum ſimilibus, conſi.117.verba, vol.j.& ſeruiunt ad dicta in.l.ſemper, in.§.demonſtratur.ff.de iu.immu. & in.l.ſi quis decurio.C.de decu.lib.10.Idem Alex.in.l.ſi cũ dotem, in.§.ſi maritus, col.3.&.4.ff.ſolu.ma.vbi etiam reſpõdet contrarijs, & dicit, in pũcto iuris uerum eſſe, quãuis magna ſit authoritas Io.And.qui tenuit contrarium, in.d.c.decet, & Bal.ibi in addi.& refert amplius, quòd hac de cauſa Bononien.fecerunt ſtatutum expreſſum, pro opinione Io.And. & ſequaciũ, quã ſenſit et Deci.conſ.24.diligenter, col.2.vol.j.

GYSIPPVS FABRITIVS. MAN.

## An filiorum ap. veniant nepotes. differantq́ue hæc duo, ſi vocatio fiat per nomen filiorum & liberorum. & ſi veniunt, quibus caſibus veniant & comprehendantur. 39.

GYS. SINGVLA quæque caduca ſunt & occidua, quæ tamẽ ſucceſſiua



ſucceſſiua prole fiunt perpetua.

MAN. Et bene, dictumq́ue alibi reperitur, quòd Epaminundæ pugna leuctrica, pro liberis nunquam erat interitura, & apud nos vulgata ſententia, filiorum appellatione, nepotes etiam contineri.l. liberorum.ff. de verbo.ſi.Bal. multa in.l. maximũ vitium, col.4.C.de libe.præte.qui ait etiam, ſcituq́ue dignum videtur, quòd filius eſt nomen naturæ, quòdq́ue mirum non eſt, ſi ipſius appellatione (vt diximus) venit nepos.l.tutelas.ff. de capi.di.

GYS. Quid ſi reſpectu gradus, vel ratione determinatæ affectionis conſyderaretur?

MAN. Tunc non veniret.l.iubemus.C.ad Treb.l.Gallus.§.inſtituens.ff.de libe.& poſthu. idem Bald. vbi ſupra eoq́ue fit ad propoſitum, vt ſic memoria defuncti per propagationem conſeruetur.d.l.liberorum, in fi.Odof.in.l.iſti quidem, in.§.j.nume.3.ff.quod met.cau.& cum nepos diligatur propter filium, hoc idem quod naturale eſt, eidem obeſſe non debet, pariq́ue affectione diligi videntur, vt inquit Ro.conſi.370. in propoſita conſultatione, col.j.Bal.conſi.146.titulus, col.2.vol.1.

GYS. Nunquid iſtud ſit generale?

MAN. Non.

GYS. Quomodo igitur intelligi debet verum?

MAN. In diſpoſitione legis non odioſæ.

GYS. Et non in diſpoſitione hominis?

MAN. Non.

GYS. Ratio?

MAN. Quia primo caſu conſyderamus modum ſignificandi, ſecundo vero communem vſum loquendi.l. librorum.§. quid tamẽ Caſsius.ff.de lega.3.glo.in.§.fi.Inſti.qui teſta.tu.da.po.

GYS. Ergo ſi pater prohibeat ne filij poſsint bona ſua alienare, non videbuntur prohibiti nepotes.

MAN. Non, glo.eſt not.in.§.nos igitur, in authen.de reſti.fideicom.Dy.Ray.Bar.& Bal.in.l.filiusfa.in.§.diui.ff.de lega.1.idẽ Bar.in.l.Lucius, in.§.Sempronio.ff.de lega.3.late Alex. conſi.j.col.pe.vol.j.Cur.conſi.22.præſupponitur, nu.13.

GYS. Quid in contractibus?

MAN. Senſit Bar.in.d.l.liberorum, quòd non veniant.

GYS. Ergo nec in feudo, & tamen contrarium deciditur in.c.j. in.§.& ſi clientulus, de alie.feu.& ibi Bal.in.2.col.& in.c. quæ in eccleſiarũ, in pe.de conſti.Alex.in.l.Gallus, in.§. inſtituens,

in fi.ff.de libe.& poſthu.

MAN. Nimirum quia feudum non eſt contractus,ſed gratia,late interpretanda vt fauorabilis, ſecundum Bald. poſt Iaco.de Bel.in prælu.feu.col.4.& eſt argu.in.l.fi.ff.de conſti.prin.Regien.in terminis,conſi.12.circa,nu.13.vol.1.

GYS. An ſit differentia,ſi vocatio fiat per nomen filiorum,& liberorum?

MAN. Maxima.

GYS. Quæ nam erit iſta?

MAN. Quia primo caſu ſpecifice facta videtur, ſecundo vero in genere.l.Titius,iuncta glo.& ibi Alex.col.2.in fi.ff. de libe.& poſthu.

GYS. Quæ vtilitas reſultat ex hoc?

MAN. Reſultat,quia ſi teſtator vocet filios ad fidei commiſſum, & eorum liberos, filij erunt nepotibus ex fratre præmortuo præferendi, ratione prædicta.l.cum ita.§. in fideicommiſſo, vbi Barto.& alij.ff.de lega.2.Alex.conſi.123.diſcuſsis,in princi.vol.1.quam deciſionem communiter incognitam,peregrinam tamen & ſingu.dicit Cur.iuni.conſi.58.circa, colū.2.ſed Bal.ita etiam dixit,conſi.183.factum,col.2.pariter, volu.1.& conſi.492.non eſt dubium, vol.2.& conſi.488.caſus, in prin.vol.3.virtualiter Pau.de Caſ.conſi.159.ſuper primo, in prin.vol.1.Deci.conſi.1.ad fi.vol.1.

GYS. Si vocatio per nomen liberorum eſt generalis, ergo omnes deſcendentes continebuntur?

MAN. Quis dubitat?

GYS. Ego.

MAN. Nunc non dubitabis amplius Giſippe,quia eſt caſus in.l. liberorum, & in.l.2.in.§. non ſolum.ff. de excu.tu.& in.l. ſed ſi hac, in.§.liberos.ff. de in ius vo. eſt verum quòd hoc verbū non cadit in quemlibet teſtatorem, ideo videndus eſt Bal. (vt ſim breuis)conſi.40.quidam, per totum, volu.3.immo quòd communiter homines aliter filios aliter nepotes appellāt,maxime idiote,qui neſciunt grammaticam,& quòd filius dicitur à φίλος Græce,Latine amor, & quòd ſignificatio filij nepotem includit vt ſupra & fuſius idem Bal.conſi.487. in iſto puncto, in prin.vol.2.& conſi.362.opiniones variæ, volu.4.& conſi.364.paterfamilias,col.1.& conſi.413.viſo teſtamento,in princi.eo.lib.

Ludouicus



LVDOVICVS TERTIVS. MAN.

## An in dubio princeps præſumatur voluiſſe derogare iuri tertij,ſeu ius altari quæſitum tollere, eique in aliquo præiudicium facere. 40.

LVD. MAGNA eſt principis poteſtas, præſertim non recognoſcentis ſuperiorem,cum ſit ipſe ſupremus omnium magiſtratuum,vt formaliter inquit Bal.in rub.C.de preci.Imp. offe.quem refert Afflic.in.c.j.in.§.item ſi quis feudum,num.14. quibus mo.feu.amit.in vſib. ἄρχος Græce dictus,quaſi primum capiens locum. ponamus quòd lite pendente motu proprio alicui priuilegium concedat,nocebítne parti aduerſæ, & maxime(vt dixi)quo ad litis pendentiam?

MAN. Omnino clauſulæ motus proprij, virtus maxima eſt, vt dixi alibi, ad.c.ſi motu proprio, de præben.in.6. ſed non hoc caſu operatur,vt liti pendenti præiudicium fiat,quoniam non præſumitur voluiſſe in dubio derogare iuri tertij.l.2.§. merito.§.ſi quis à principe.ff.ne quid lo.pub.l.nec auus.C.de emā. lib.l.ex facto,in prin.ff.de vulga.& pup.ſub.l. impuberibus.ff. de admi.tu.Old.conſi.310.thema,col.2. Abb.in.c.j.colū.8. de iudi.& in.c.cauſam, colū.2.de teſti.ex recentioribus Staphi.in tracta.de vi & effectu clau.fo.68.nu.20.

LVD. Tamen Bald.tenet contrarium,conſi.305.verba, colum. 2.vol.1.

MAN. Contrarium tenet,quia alia verba erant in priuilegio, & aliæ clauſulæ,ex certa ſcientia ſcilicet, & de plenitudine poteſtatis,immo & plus facta etiam mentione litis pendentis, ergo non ſimpliciter & in dubio, in ſimili idem Bal.conſi.95. mortuo Gregorio,col.vlti.vol.3.aliàs nec præſumeretur Iuſtitiæ plenus,vt poſtea per iura vulga.allega.etiam ſupra inquit,conſi.395.pro Domino Dinaldo,col.2.vol.2. & iudicio meo indubitatum eſt. Et hac ratione etiam videmus, quòd aſſertioni Papæ, licèt in beneficialibus ipſe quoque plenitudinem poteſtatis habeat.c.2.de præben.in.6.clem.j.vt lite pen.non eſt credendum,nec eidem ſtandum,quando eſt contra ius,vel in præ

t 2 iudi-

iudicium iuris alteri quæſiti, vt concludit Ancha.conſi.398. præmitto, ad fin. idem. Staphi. de comi. lit. inſti. folio.114. nume.101.

LVD. Nónne iſtud quoque eſt directo contra tex.in clem.1. de proba. vbi etiam literis & verbis narratiuis Papæ credendum eſt,& ad.d.tex.dixiſti(ni fallor) etiam multa aliquando vſque ad ſtomachum.

MAN. Ille tex.procedit, quando aſſertio non eſt expreſſe contra ius,& ita Ancha.declarat, & bene, in loco præallega.& ad propoſitum,eoque redeuntes vnde diſceſsimus, dicebat Bald. conſi.327.pridie, colum.2.volum.j.quòd in dubio princeps adhuc non præſumitur velle tollere ius tertio quæſitum, maxime verbis effuſis & generalibus. & conſi.363. quæritur, in prin.vol.j.quòd generale mandatum debet adaptari ad ea quę ſunt iuris,quòdque principum commiſsiones interpretari nõ debent,vt alijs præiudicium inferant,& alteri dominium auferant, quod eſt de iure gentium.l.ex hoc iure.ff. de Iuſti.& iu. & But.conſi.2.viſo puncto,col.3.quòd in ſtatutis quoque ius tertij ſemper exceptum intelligitur. Feli.multa in.c.cauſamq; in verbo interpretatio, de reſcrip.Iaſ.in.l.j.& fi.col.4. de conſtitu.princi.Alcia.in tracta.præſump.regu.3.præſump.11.

LVD. Adhuc mihi pertinacius inſiſtenti, videtur quòd ob.tex. in.l.venditor.ff.communia prædio.& in.l.ſi priuatus.ff.qui & à quib.

MAN. Non eſt verum,& diſtingui debet,quòd poſsit præiudicare generalem legem,condendo,non ſpecialem.d.l.venditor d.l.ſi priuatus,declarat Bar.conſi.172.dubia, col.1.& Bal.conſi.361.verba,in prin.volu.5.& dato quòd hoc caſu valeat lex, poterit tamen reuocari,cum ſit iniqua, ex quo res de facili ad ſuam reuertitur naturam.l.ſi vnus.§.pactus.ff.de pac. idẽ Bal. in loco ſupra allega.

LVD. Nónne præiudicat ſubſtituto,ſi ſpurius legitimetur?

MAN. Hoc caſu etiam permittitur, quia legitimatus nihil à legitimis & naturalibus differt.l.Imperialis.C.de nup.§.ſit igitur, in authen.quib.mo.na.effi.le. & quòd excludat ſubſtitutum, not.in.l.ex facto,in.§.ſi quis rogatus.ff.ad Treb.Barba in.l.cũ acutiſsimi,col.93.100.105.&.107.C.de fideicom.Ancha.conſi.225.videtur,col.1.Bal.conſi.466.quidam,vol.3.Alex.conſi.172.viſis,col.2.vol.7.Vel(vt inquit Ancha.in loco præallega.)dicamus,quòd præiudicat, quia tractatur de iure quærendo



do auferendo,pendente à futuro & incerto exitu, & eſt argu. in.l.qui autem,cum ſimilibus.ff.quæ in frau.cre.Immo pro cõplemento ac ad corroborationem prædictorum, quòd arbitrium datum alicui, intelligitur etiam ſine læſione iuris alterius,vt per Bar.in.l.j.in.3.col.C.de nouo Cod.fa.& dicit gẽm poſte. quem alij ſequuntur, in.c.cauſamque de reſcrip.relatus quoque per Deci.conſi.11.quoniam,col.4.vol.1.quòd verba hac ratione impropriãda ſunt, ne tertio præiudicium inferatur,in pulchra & not.q.Iaſ.in repe.l.quominus,col.9.ff.de flu. & Ancha.conſi.20.viſo,col.1. quòd iſtud omnia iura clamãt, non eſſe ſcilicet intentionis Papæ reſcribentis, velle ſuis literis præiudicare iuri alterius.idemque conſi.364.viſo,col.1. & cõſi.34.in hac cauſa,in prin. quòd in reſcripto apoſtolico hæc clauſula præceteris ſemper ſubintelligitur.nonnihil conſi.44. primo de uiribus, col.1.& conſi.87.omiſſo, ad fi.& conſi.97. in quæſtione,col.3.& conſi.241.ex tenore, col.3.Abb.in.c.1. col.3.de reſcrip.& in.c.1.col.8.de mu.peti.& in.c.cum dilecti, col.4.de do.& contu.Old.conſi.268.quæſtio, nu.1.& Ro.cõſi.89.viſis,col.1.quòd interpretatio reiciẽda eſt, per quam ius impetrantis tollitur, admittenda vero ea, per quam in aliquo ſaltim conſeruatur.& Præpo.in.c.per venerabilem,in.§.quod autem,num.23.qui fi.ſint legi.quòd licèt beneficia principum ſint latiſsime intepretanda.l.fi.ff.de conſtitu.princi.non ita tamen interpretanda ſunt,vt tertius conqueratur,quia ſibi præiudicium fiat.aliquid Deci.in.c.in præſentia,col.40.de proba. & conſi.23.in caſu, col.2.volu.3.& intelligitur regu. etiam ſi præiudicium modicum ſit.

LVD. Tamen dici ſolet vulgo, quòd de minimis non eſt curandum.l.ſcio.ff.de in integ.reſti.c.terrulas decima quæſtione ſecunda.c.ſi proponẽte,de reſcript.Bal.in rub.de reſcrip.in princi.& in.2.col.

MAN. Quando modicum de iure communi competit, etiam ꝙ minimum ſit, curatur.l.ſi proprietarius.& ibi Bart.ff.de dam. infec.idem Deci.in.c.quæ in eccleſiarum, columna vndecima de conſtitu.

LVD. Si quis in integrum reſtituatur poterítne præiudicari tertio?

MAN. Diſtinguo,quia aut eſt reſtitutio gratiæ, aut Iuſtitiæ,primo caſu non præiudicat,ſecundo autem ſic.

LVD. Quis dicit hoc?

MAN. Bar.

LVD. In quo loco?

MAN. In.l.cum quis,in.§.ſi quis pro eo,in prin.ff. de ſolu.Cro. ſetius in.l.Gallus,in.§.& quid ſi tantum, columna.38.de libe. & poſthu.& ad regulam adhuc redeuntes, quòd veriſsima ſit, ita etiam nouiſsime tenet Abb.in capit. licet,de deci.per illum tex. & dicit, quòd priuilegium concernens præiudicium tertij,ſtricte interpretandum eſt, nec debet aliquo modo excedere caſum proprium,idemque in cap.nonnulli,in.§.ſunt & alij, columna ſecunda de reſcrip.& in cap.dudum,ad fi.de priui.& in capitu.certificari,columna ſecunda de ſepul. quòd ſi in priuilegio liberæ ſepulturæ non eſt appoſita clauſula ſalua Iuſtitia,perinde eſt tamen ac ſi appoſita fuiſſet, quia non eſt veriſimile, quòd princeps velit concedere priuilegium cum graui præiudicio parrochialis eccleſiæ,& in cap.ex literis, columna tertia de pigno. quòd lex non deſert vni beneficium cum diminutione iuris alterius. & Ancha. conſi.153. pro fratribus, in princi. quòd priuilegia conceſſa contra iura, debent ſtricte interpretari pariter, & cum minori quàm poſſumus læſione iuris communis, & diminutionis iuris tertij indulta intelligi. & idem conſi.260.in quæſtione,in prin.& conſi.282.pro deciſione,in prin.& conſi.308.prima faciæ columna ſecunda,& conſi.157.ſumme, columna ſecunda non aliter ſtatuta marchionum, quòdque eſſe debent ſuper re licita, nec vetuſtati, vel perſonis extraneis, quæ eorum legibus non ſunt ſubiectæ, oneroſa.aliquid conſi.161.viſo,columna ſecunda, & conſilio 164.de iuribus,columna ſecunda, & dicit cõſi.174.dominus, columna ſecunda, quòd in conceſsione feudi noua, clauſula ſemper ſubintelligitur, ſaluo iure quarũcũque perſonarum. & conſi.222.ſubtiliter, in fi.quòd certo certius eſt, nec ſtatutum, nec priuilegium nec indultum præiudicare iuri tertij.& Abb. ſi ſpecialem faciat mentionem, quòd præiudicat, alias non,conſi.57.in quæſtione, columna ſecunda, volumine ſecundo non tamen legem condendo vt ſupra, & conſilio.352. pro clariori,in princi.quòd ordinatio Papæ, eſt redigenda, vt concordet cum iure communi, ſine læſione tertij, hoc idemque repetitum eſt,conſi.424. pro clariori, columna ſecunda, & Deci.in.c.quæ in eccleſiarum,in octaua columna de conſtitu. quòd abſolutio quam tribuit eccleſia baptizato, intelligitur tributa quo ad animam tantum & ſine pręiudicio alterius, & Alex.



& Alex.conſi.125.viſo, columna prima,volumine ſecundo, quòd princeps donando ius tertij non ledit. & conſi.60.viſa legitimatione,columna ſexta eodem libro, quòd Comes habens poteſtatem legitimandi à Papa, vel ab Imperatore, vt ego, non poteſt hoc idem facere præiudicando tertio, eo reſpectu etiam,quia tales conceſsiones intelliguntur ſine præiudicio aliorum. & hinc eſt quòd dicimus ſemper ad prnicipis intentionem recurrendum fore, quæ talis eſſe præſumitur, qualis de iure eſſe debet,vt alius ſcilicet non grauetur, nec iniuriam patiatur,etiam quòd conceſsio(vt dictum quoque fuit ſupra) habeat clauſulam motu proprio, quæ ſimilis eſt teſtamento, quod fit pariter motu proprio, & nihilominus teſtator non præſumitur velle iniuriam facere.l.impuberibus.ff. de admi.tu.allega.etiam ſupra, Bald.in capitulo ad aures, columna prima de ræſcrip.

HERMES FERERIVS, MAN.

## An facta mortis mentione, intelligatur de naturali, an vero etiam ciuilis veniat, & quid in violenta. 41.

HER. FIDEICOMMISSVM relictum in diem mortis, non cedit ante mortis naturalis diem.l. Statius florus.§. fina. ff.de iur.fiſci, ex quo infertur, quòd quis mori non dicitur,licèt condemnatus vel deportatus ſit, vt ibi per glo. & in.l. ex ea,in.§.inſulam.ff.de verbo.obliga.& in.l.cum pater,in.§.hæreditatem.ff.de lega.ſecundo, & in.c.ſuſceptum, de reſcrip.in 6.Ponamus in ſimili, quod filiorum mentio facta ſit legitimorum & naturalium, intelligetúrne pariter de filijs ex legitimo matrimonio natis,an vero etiam de illis, qui per actus ciuiles ſunt legitimati?

MAN. Etiam.l.Imperialis.C.de nup.§.illud,in authẽ.quib. mo. na.effi.ſui.melius in.§. ſit igitur, quib.mo.natu.effi. legi. ibi, „ Nihil à legitimis filijs differentes.

HER. Ergo & pari ratione,mortis appellatione, non ſolum naturalis,verum etiam ciuilis veniet,ideo dubito, an quod dicitur,in.d.§.fina.& ſimilibus,ſit generaliter verum.

**MAN.** Omnis regula patitur exceptionem,ineptumq́ue eſt non fallere,ſi æquitas patiatur,vt inquit glo.in authen.vt ſi.prohi. ma.deb.in prin.quantum ad iſtud tamen dico, ſimile non eſſe bonum,quoniam illud eſt in filijs ita deciſum,ex quo naturales habent iura naturæ.§.liceat, in auten.quib.mod.natu.effi.le.Bar.in.l.tutelas,in prin.ff.de capi.di.Vel dicamus, quòd & ciuilis mors veniat ſub appellatione mortis, quando eundem effectum habet,quem habet naturalis.l.j.§.fi.ff. de bono.poſſ. contra tabu.l.adeo.§.publicationem.ff.pro ſoc.Bal.in.l.1.lec. 2.col.9.C.de ſacroſan.eccle.Alex.conſi.2.viſis, col.8.volu.1. ſed nó quòd regulare non ſit, vt de naturali aliàs intelligatur, & eſt argumen.in.l.fina.C.de his qui ve.æta.impe.dixiq́ue fuſius alibi.

**HER.** Interim aliud vellem ſcire, an ſubſtitutio, per ingreſſum religionis ordinis minorum,facta ingredienti,expiret.

**MAN.** Bal.conſi.280.factum,ad fi. volu.1. ſenſiſſe videtur quòd non,quòdq́ue mors naturalis expectari debeat vt ſupra.

**HER.** Mirum videtur,cum ex morte naturali non augeatur effectus.l.Deo nobis.C.de ep.& cle.l.Gallus.§.& quid ſi tantum. & vtrobique not.ff.de lib.& poſthu.

**MAN.** Admirari deſinas,quia eſt caſus in.l. cum pater,in.§.hæreditatem,& in.§.ab inſtituto,vbi ſunt in materia duo pulcherrimi tex.ff.de lega.2.idem Bal.conſi.407.in quæſtione col.vlti.eo.lib.& in.l.1.in fi.ff.de teſta. Deci.in.c. in præſentia.colú. 41.de proba.Ancha.conſ.436.in his,col.vlti.Eſt verum quòd tradi poſſet intellectus ad.d.§.fi.quòd ibi mater, quo ad códitionis implementum,non habetur pro mortua, nec ante mortem naturalem fiſcus bona quæ occuparat fideicommiſſario reſtituit,poſt mortem vero ſic,quia non habetur loco filij, & nota,quoniam aliàs quoad amiſsionem bonorum ſecus, ex quo pro mortua haberetur,& fiſcus pro hærede, licèt proprie hæres non ſit,quia deportatus non habet hæredem.l. tutoris. C.ad legem Iul.de vi.l.nouatio.ff.de noua.Bal.conſi.284.præmiſsis,in fi.volu.1.poteſt etiam dici, quòd mors naturalis & ciuilis æquiparentur ſi hoc idem exprimatur in iure.c.placuit. 16.q.j.Calde.conſi.2.an epiſcopus,de reb.ec.non aliená.ergo non aliàs,Bal.in.l.j.col.15.in princi.C.qui admit.& in.l.ſuper rebus,col.5.&.7.C.de contrahen.emp.& in.l.penul.C.de do. int.vi. & vxo.

**HER.** Quid in morte violenta?

MAN.



**MAN.** Idem operatur quod naturalis,vt per Bal.in.d.loco, vltimo allega.& poteſt in gladio,ſeu veneno, alioque ſimili modo exemplificari.mors ergo naturalis eſt,ciuilis, & violenta, naturalis,& violenta æquiparantur,naturalis & ciuilis nó,niſi (vt diximus) in caſibus à iure expreſsis,& quando eundé habet effectum,quem naturalis,vt ſupra.

GABRIEL GANDINVS, MAN.

## An perempta inſtantia, pereant omnia acta, & dato quòd pereãt,quo iure pereant, & an omni caſu prohibitum ſit ne ſententia inde feratur. 42.

**GAB.** FIGVRATO modo loquendi vſus eſt Pau.in.l.2.ff.iudica.ſol.litem mortuam appellando,quando inſtantia triennalis,de qua in.l.properandum.C. de iudi. perempta eſt, quæ & peremptoria etiam tunc vocari poſſet,à perimendo,argu.in.l. ad peremptorium,vbi aliquando dixiſti tu multa.ff.de iudi.ex quo omnia acta pereunt, vt per Bart.in.l.2.in penulti. colum. C.de edendo.

**MAN.** Scíſne quæ figura ſit iſta?

**GAB.** Ni fallor προσωποποιΐα eſt, cum animatis connenientia,applicamus ad ea,quæ animam non habent,quale illud Poe.

„ Iactat & ipſa ſuas,mirantur Gargara meſſes.

**MAN.** Et bene,vel illud etiam pſal.

„ Cœli enarrant gloriam Dei.

„ Eleuauerunt flumina vocem ſuam.& ſimile.

**GAB.** Sed ad propoſitum quare eſt vt in.d.l.2.dicitur, ꝙ perẽpta inſtantia fideiuſſores liberantur? (intelligo enim hæc,quo ad lit.ordinationem vera eſſe) & probatur etiam in.l. Græce, in.§.poſt litem.ff.de fideiu.

**MAN.** Quia noua inſtantia requirit noua acta,& omnia edi debent à capite,vt per Bal.in.d.l.2.colú.penulti. in princip.C. de eden. Vel quia foret abſurdum,eos remanere obligatos, perẽpta (vt diximus) inſtantia.l.fideiuſſor obligari.ff.de fideiuſſo. Dy.& Bar.in.d.§.poſt litem.Soci.in.c.venerabilis,colum. 27. de iudi.

GAB.

**GAB.** Perempta inſtantia,pereúntne acta,taliter,vt nec actio dicatur perpetuata?

**MAN.** Non.

**GAB.** Quoad quid ergo finitur iudicium?

**MAN.** Vt renouetur.l.fi.& ibi not.C.de præſcrip.30.anno.

**GAB** Si ſententia tamen feratur,valebítne?

**MAN.** Non de iure,quia ſic reperiretur lata ſine libello & ſine lit.con.quæ ſunt præcipua iudicij fundamenta,vt not. in locis ſupra allega.& in.c.cauſamque,de teſti.Bal.conſi.298.præmittendum,in prin.volu.3.

**GAB.** Quis pronunciat inſtantiam eſſe peremptam?

**MAN.** Iudex coram quo agitata fuit cauſa, vt Soci.in.d.c. venerabilis,in fi.tenuiſſe videtur.

**GAB.** Rationabile eſt,quia de qua re Iudex cognouit &c.l.de qua re.ff.de iudi.Bar.in.l.edita,col.9.C.de eden.

**MAN.** Mirum videtur tamen, quia perinde eſt, ac ſi non cognouiſſet.

**GAB.** Verum eſt,ſed tamen quia cognouit, antequàm perimeretur,dictat æquitas,vt & ipſe quoque hoc ipſum pronunciet, & maxime quia competens Iudex eſt,& quia coram eo renouatio fieri debet,ſed aliud eſt,in quo valde dubito.

**MAN.** Quid eſt iſtud?

**GAB.** An perempta inſtantia quis deſinat eſſe malæ fidei poſſeſſor,vel duret vitium litigioſi, inductum per litem conteſtationem.

**MAN.** Videbatur prima facie dicendum,quòd ſic, quòdque vitium litigioſi non duret,vt per glo.in.l.2.C.de fruc. & lit.expen.tamen cõtrarium verius eſt,ex quo vtroque caſu effectus erat conſumatus,ita Barto.& fuſius quàm ego,in.d.l. ſecunda, numero.4.

**GAB.** Ego neſcio,quia in multis video ius canonicum à iure ciuili diſtingui,an pereat iſto tantum,vel etiam illo.

**MAN.** Perit tam de iure canonico,quàm de iure ciuili,& ita cómuniter tenetur,licèt ſecus dixerit Bar.in.d.l. properandum, numero.1.& male,vt per Abb.in.d.c.venerabilis,col. penulti. vbi pulchrum dictum adhuc ponit pro complemento, quòd etiam perempta inſtantia,ſi pars confiteatur, iudex poterit inde ſententiam ferre,ex quo factum notorium eſt.c. veſtra, de cohabi.cle.& muli.c.cum olim,cum ſimilibus,de verbo. ſigni. ſi partes etiam ſe adeo aſtrinxerunt,vt labatur tempus inſtantiæ,



tiæ,nec poſsit propter breuitatem ipſius ſe informare, non eſt à lege prohibitus ſic pronunciare,Abſoluo abſoluendum, & condemno condemnandum ex actis,Abb.ibidem.addo quòd hanc formam primus inuenit Iacob. Butriga. ſecundum Bald. conſi.229.primum dubium,in princi.vol.1. & quòd denique cautus eſſe debet,quia ſi videat inſtantiam perire,ex officio poteſt ad ſententiam peruenire, quod rurſum Abb.in.d.c.venerabilis, teſtatur.

LVDOVICVS PEROLERIVS, MAN.

## Quòd de cauſa Iudici liquere debet, vt inde ſententia ferri poſsit,& videatur lata viſis actis. 43.

**LVD.** QVID eſt id,quod dicit Iuriſconſul.in.l. hæc autem,in „ §.j.ibi,Conſtare debet,liquereque prætori &c.ff.quib.ex cau. in poſſeſſ.ea?

**MAN.** Nil aliud,niſi iſtud, quòd pronunciatio facta non viſis actis,nulla eſt,quoniam tunc verum erit dicere etiam prætori pronuncianti, de cauſa non liquere (prætorem enim pro termino generali poſitum eſſe intelligo, vt in.l.vbicunque.ff.de regu.iur.& in.l.3.in.§.præterea.ff.de ſuſpec.tu.& in ſimili in.l. j.ff.de of.præſi.& in.l.fi.iuncta glo.C.de prin. agen.in reb.lib. 10.quamuis alibi eum ſignificet,qui iudiciorum ſummam habet,cuique iudices omnes parent) & ita ad propoſitum text. in.l.2.vt ibi per Bar.col.2.intelligi debet.C.de eden.& hoc eſt quod dicit etiam Bal.conſil.402. coniũgamus,colũ.2.volu.1. quòd non ſufficit veritas ſine probatione,quòdque non dicetur conſtare officiali,quando dominus mandat condemnationem cancellari ſi talis pacem habuerit niſi citato procuratore fiſcali,aliàs mandatum ſuper cancellatione eſſet nullũ, & conſ. 186.ad euidentiam,in fi.volu.2.quòd non poteſt quis perſonaliter detineri,niſi de iure capiendi cõſtet iudici.& conſ.223. proponitur,in prin.eo.lib.quòd ratificatio non poteſt fieri in præiudiciũ tertij,nec decreta interponi in caſu de quo ibi, niſi liquidato debito,nonnihil conſi,122.vtrum,col.1.eo.lib.imo quòd in arbitro etiam,ne dum in Iudice, ne ſit nullum quod ſit,de contumacia liquere debet,& fuit eiuſdem Bald. verbum conſi

conſi.102.omnis poteſtas,col.3.eo.lib. & generaliter verum eſt,iſtud, ne de facto Iudex proceſsiſſe dicatur, qui tamen ex actis iudicat,eodem teſte,conſi.57.ad hoc,in princi.volu.4.

LVD. Si aduerſarius non eſſet certus,quid agendum foret?

MAN. Citatio generalis ſufficit.d.l.hæc autem, Bald.in.l.ſi quis inſtituatur,in.§.ſed ſi ſub conditione.ff.de hære.inſti.Barto.in authen.qui ſemel,nu.13.in fi.C.quomodo & quando iud.

LVD. Vellem ſcire, quando liquere de cauſa non dicatur, ſeu quando non liqueat.

MAN. Docet Bar. opponendo prius à partibus ſufficienter enumeratis,in.l.properandum præallega.in.§.& ſi quidem,nume. 9. C.de iudi.& poſtea ſoluendo,quòd quando actor ſe abſentauit,non datis ſibi dilationibus legitimis, tunc de cauſa non liquet,alias reus abſolueretur.l.qui accuſare.C.de eden.

LVD. Forte olim his duabus notis hoc idem ſignificabant veteres.N.L.

MAN. Verum eſt,ſicuti etiam C,nota erat condẽnationis,& A, abſolutionis.item Theta & Thau.& ad propoſitum redeuntes,quòd liquere debeat Iudici,facit quod dicit etiam Felin.in c.cum olim,col.13.de re iudi.quòd Papa eo caſu, quo poteſt auferre ius alteri quæſitum ex cauſa,non aufert, niſi ſibi prius de cauſa liqueat.& Are.con.165.ſicut, col.6.ꝙ vbicunque certa qualitas requiritur ad fundandam potentiam iudicis, poſſe procedere eo modo,quo procedit,non eſt ſatis ipſam eſſe veram,niſi Iudici conſtet,idem Barba.in.l.ſcire debemus, in.§.ſi à fure,col.4.ff.de verbo.ob.

LVD. Quæ eſt practica, vt Iudex videatur ex actis iudicaſſe?

MAN. Quæ de ſtylo etiam ſeruatur, vt viſis in ſententia dicatur,citatione,libello,lit.con.& ſimilibus, & vt latius per Bart. in.l.conſenſiſſe,nu.4.ff.de iudi.& cum antiqua ſit & ſubſtãtialis,non eſt prætermittenda.l.illud,& ibi Bal.ff.de excu.tu.l.minime.ff.de legi.quoniam vera etiã eſt interpretatio,quæ à practica ſumitur, theoricæ ſemper annexa,vt inquit Bal.in.c.1.de feu.ſi.cul.non amit.in prin.in vſib.feud.& conſi.318.practica, col.2.volumi.1.

Albertus



ALBERTVS CORRADVS, MAN.

## De milite cæleſtis militiæ,& armatæ,an æquiparentur,& quibus caſibus. 44.

ALB. OMNIA priuilegia,& iura omnia,exorbitãtia, loquẽtia in milite armatæ militiæ,habent locum etiam in milite cæleſtis,vt per gl.& Bar.in.l.miles.ff.de re iudi.quod ſi ſic eſt priuilegium etiam.l.centurio.ff.de vulga.& pup. ſub.extendetur ſine dubio,& ne dum in milite armatæ militię,prout loquitur locum habebit,verum etiam cæleſtis,quid cenſes tu Man.

MAN. Soci.ibi tenet,cum ſit militi conceſſum,propter præſumptam ignorantiam.l.j.C.de iu.& fac.igno.l.fi.C.de iu.deliber. not. in.l.precibus.C.de impube.non porrigi ad militem cæleſtis,tamen contrarium,vti verius ſemper mihi magis placuit, quam opi.etiam tenuit Galliau.multis hinc relatis,in.d.l. centurio,col.9.& facit quod in ſimili dicit Bar. in.l.1.colum.5. in 4.oppo.ff.ſolu.matrimo.Vel dicamus,vt dicit Matheſi. ſingu. 61.nota quòd clerici,quòd clerici gaudent priuilegijs conceſſis militibus armatæ militiæ,ſi ſit à iure hoc idẽ expreſſum, vt in ſimili Calde.conſi.2.an epiſcopus,de reb.ec.non alie. nonnihil Abb.in.c.quoniam,col.2.de ſimo.& in repe.c.cum eſſes, col.14.&.15.de teſtã.Ro.conſi.369.circa,col.7.

ALB. Ponamus,& hæc quæſtio nunc eſt de facto,quòd clericus concubinam inſtituat, vel ei donet, valebit ne inſtitutio, ſeu donatio?

MAN. Non,quia non valet in milite armatæ militiæ.d.l.miles. l.miles ita.§.j.ff.de mili.teſta.l.mulierẽ.ff.de his quib. vt indi. ergo multominus ĩ milite cæleſtis,& ibi plene Iaſ.& dixi aliàs ad.l.affectionis.ff.de dona.& bonum verbum dixit Bald.conſ. 267.ad euidentiam,in princi.volu.1.quòd in caſu iſto non cadit donationis liberalitas,quòdque non eſt affectio,ſed potius defectio.l.1.l.ſi quis inceſti.C.de natu.lib.l.fina.ff.de ac.& oblig.Bar.in.d.l.mulierem, & in.l.ſi ancillam.C. de dona.int.vi. & vxo.Ancha.conſi.247.dubium.

ALB. Eo caſu quo miles cæleſtis gaudet priuilegijs militaribus armatæ militiæ, gaudebítne etiam ſi adhuc non ſit miles, ſed eſſe ſperatur?

MAN.

MAN. Pulcherrima dubitatio eſt hæc certe, quam decidit Bar. in authen. ſi qua mulier. C. de ſacroſan. ec. & dicit breuiter, quòd ſic, inferens amplius, teſtamentum monaſteriũ ingreſſuri, eius monaſterij præteritione, quod ſe ingreſſurnm ſcit, non rumpi, ſicuti nec rumpitur teſtamentum militis, præteritione poſthumi, quem ſcit in vtero exiſtere. & male ac perperá, labiturque Bar. vehementer, quoniam eſto quòd æquiparatio procedat, militis armatæ militiæ, ad eum qui iam in cœleſti conſtitutus eſt, non tamen procedit ſi adhuc non ſit, ſed eſſe ſperet in futurum, argu. in. l. minus. ff. de regu. iu. & in. l. fi. C. de iu. om. iudi. & in. l. 1. &. 2. C. de excu. ar. lib. 10. Bart. in. l. legatis, in. §. ornatricibus. ff. de lega. 3. & in ſpecie, ac fuſius, ipſum reprobat ex multis Ro. conſi. 237. oppoſitionem hanc, col. 1. &. 2. Seyſel. in. l. inter cætera, col. 2. ff. de lib. & poſthu. Sicuti etiá miles gaudet priuilegijs militaribus, ex eo tempore tantum, quo in numeris relatus eſt, non ante, ſic gaudet clericus, & non ſi ordine careat, & coronam tantum portet, ſitque ſola animi deſtinatione clericus, quicquid dixerit Archi. in. c. ſi quis ſuadéte. 17. q. 4. Iaſ. in. l. cum quædá puella, col. 2. de iu. om. iudi. multa Staphi. in trac. de gra. expec. for. 9. nu. 36. 37. & poſtquá de milite loquimur armatæ militiæ, haud ignorantes quòd cœleſtis eſt clericus, vt ſupra ſciendũ eſt, quòd miles vere eſt ille, qui non ſolum in matricula militũ deſcriptus eſt, obiterque dictum adhuc fuit ſupra quique eſt inſignitus ſtigmate, qui iurat nõ euitare morté pro repub. qui ſubiectus eſt legibus & diſciplinæ militari. l. eos. C. de offi. mag. mi. l. ſtigmata. C. de fabricen. lib. 10. l. pe. ff. ex quib. cau. ma. (mitto quòd alij ſint expediti, alij impediti, alij pedites, leuis armaturæ, tumultuarij, auxiliares, ſolidurij, deſultores, peltaſtę, ferentarii, capitecenſi, geloni, cattaphrati, cetratti, piliani, rorarij, triarij, retiarij, excubitores, & procubitores) verum etiam qui annonam gratuitam non comedit, quique non in leua denique, ſed in dextra, omnem ſuam ſpem collocat & reponit.

**
*





IOANNES SCVRANVS, MAN.

## De ſententia interlocutoria, an & quando poſſit reuocari, & in quo à diffinitiua differat. 45.

IO. IN. l. quod iuſsit, vulga. ff. de re iudi. regula tradita eſt, ſententiam interlocutoriam nunquàm trãſire in rem iudicatam, quominus ſemper poſsit reuocari, ex quo infertur notabile dictum, quòd excómunicatio, cum poſsit quãdocũque reuocari, erit interlocutoria, ita But. conſi. 6. an ſententia, col. 2. poſt Spe. in ti. de ſen. prola. in. §. j. in prin. Sed an hoc idem ſit indiſtincte verum?

MAN. Non, vt in d. l. quod iuſsit, not. mihique præcipuus caſus viſus eſt, quando fuit executa, res enim non eſt amplius integra, acquiſitumque ius parti, ita vt non poſsit ſibi quouis modo auferri. l. ius noſtrum. ff. de regu. iu. l. fi. cum vulga. ff. de pac. & ad propoſitum eſt glo. in. l. j. in fi. ff. de præto. ſti. tradit Pau. de caſ. conſi. 183. in cauſa, ad fi. vol. j.

IO. Vere & effectualiter quæ nam interlocutoria eſt?

MAN. Quæ aliam poſt ſe, ideſt diffinitiuam, expectat, lata inter principium & finem cauſæ. l. poſt ſententiam. C. de ſen. l. j. C. quando prouo. non eſt ne. glo. in cle. j. de ſeq. po & fruc. But. in loco ſupra allega.

IO. Quid differt à diffinitiua?

MAN. In multis, & in hoc potiſsimum, quia infert præiudicium irreuocabiliter partibus, tranſitque in rem iudicatam, quo ad Iudicem & quo ad partes, nec poteſt vt interlocutoria reuocari, parat excep. rei iudi. & executioni mittitur, Bal. conſilio 344. ſuper eo, col. 2. vol. j. & fuſius in locis ſupra allega. declaratur.

IO. Dixiſti pater humaniſsime, quòd Iudex eam reuocat, delegatus vel ordinarius?

MAN. Vterq; põt. c. cũ ceſſante, & ibi Abb. in. 2. &. 3. not. de ap.

IO. Tamen contrarium innui videtur in. c. ſignificãtibus, de offi. dele. quòd immo poſsit ordinarius tantum, non etiam delegatus, idque confirmat Bal. in. l. ſi præſes. C. quõ & qñ iud.

MAN. Eſt verum, ſi interlocutoria vim habeat diffinitiuæ, non

in

in interlocutoria mera, vt ibi per Abb.nu.3. exemplificantem in eo, qui pronunciat ſe non eſſe Iudicem.& illum tex. ad hoc dicit not.

**IO.** Quid in decreto?

**MAN.** Valet, ſed tamen comperto errore poſtea retractatur.l. quanuis.ff.de reb.eo.d.l.quod iuſsit, Bal.in l.j.in prin.col.3.ff. de cu.fu.

**IO.** Sunt quoque aliqua remedia inducta à prætore ad cogendos inobedientes, de quibus in.l.præſenti.C.de his qui ad ec. confu.& in.l.contumacia, de re iudi.exempli gratia, miſsio in in poſſeſsionem, captio pignorum, & ſimilia, hæc enim, poterúnt ne, ſi Iudici videatur, mutari & iudicari?

**MAN.** Poterunt.

**IO.** Ratio?

**MAN.** Quia naturam quandam interlocutoriæ habere videntur, vt per Bal.egregie in.l.j.col.6.C.de hæ.inſti.qui vltra ſupra dicta, in.l.quia arbiter, in.2.lectu.col.2.ff.de arbi.aliam differentiam aſsignat inter diffinitiuam & interlocutoriam, non occludendam calamo, quòd per diffinitiuam arbiter deſinit eſſe arbiter, per interlocutoriam non.& poſtea quod dicitur etiam in.d.l.quòd iuſsit, non repetendum vt ſupra.

**IO.** Si appelletur, poterítne iudex appellationis pronũciare pro appellante?

**MAN.** Non.

**IO.** Ratio?

**MAN.** Ex quo exceptio non concludit intentum ſuum, & vt latius Abb. in.c.cum contingat, num.8.de offi.dele.bannum eſt etiam ſententia interlocutoria, & poteſt reuocari, non autem ſi eſſet diffinitiua, & ad.q.not. infert Bal.in.l.j.in.2.lectu. colũ. 7.C.de ſacroſanc.ec.

**IO.** Iudex commiſit cauſam conſulendam, poteſt ne hanc commiſsionem reuocare?

**MAN.** Poteſt.

**IO.** In reuocatione requiretur ne partis conſenſus?

**MAN.** Non, quia eſt quędam interlocutoria, ita Bar.in.l.ad principem.ff.de ap. in fi. ergo ſimpliciter debet poſſe reuocari.d.l. quod iuſsit, & cauſa etiam ab eo iudicari, licèt de ſtylo non ſeruetur, poſtquàm commiſſa eſt, & ad vnguem ſeruari debeat.c. quã graui, de cri.fal.l.2.C.quæ ſit lon.cõſue. & dixi alibi ſatis.

Lancelaus



LANCELAVS MARCIVS. MAN.

## Omnia benigna quadam interpretatione intelligẽda ſunt, maxime vt ſolutio fiat ac celebretur, cum aliquo temporis interuallo. 46.

**LAN.** OMNIA, benigna quadam interpretatione & cõditione debent intelligi, exempli gratia, ſi ſit debitor, vt ſoluat, cum aliquo temporis interuallo, ex quo præſumendum non eſt, quòd ſtatim veniat cũ ſacco paratus.l.ratum.l. quod dicimus. ff.de ſolu.aureus tex.in ſimili, in.l.ſi quid vẽditor, ibi. Hęc om
„ nia videntur eo pertinere, ne id quod affirmauit vẽditor, ama-
„ re ab eo exigatur, ſed cum quodam temperamento.ff. de ædi. edic.& in.l.promiſſor, in.§.fi.ff.de conſti.pe. an idem in marito dici debeat (volo parumper tecum iocari præceptor, poſtquam ſerio tantum alij diebus elapſis locuti ſunt) vt nec ipſe debeat ſemper eſſe paratus reddere debitum vxori?

**MAN.** Gandulphus & alij, volebant, quòd quolibet loco & tempore teneretur, & ſic quòd non idem eſſet in marito, quod in debitore, tamen contrarium eſt verius, ne dicam æquius, & rationabilius, caſus eſt in.c.Chriſtiano.33.q.4. & teſtatur Pau.j. ad Corinth.c.7.ibi, Abſtinendum eſt ad tempus, vt expeditius
„ vacetis orationi.& in.c.quoniam.31.diſ.ibi, Aut priuãtes eos
„ familiaritate ad inuicem, in tempore oportuno. & ibi glo. ſignanter, ex ſupra dictis ſumpto argu.ita tenet, Gandul.& aliorum improbata opinione, & bene. & licèt hæc maritis fauorabilis ſit, vt tecum ioco etiam agam reſpondendo, non tamen vxoribus placet, quæ tandiu gaudent potius, quandiu mariti veniunt cum ſacco parati.

**LAN.** Iſtud interuallum temporis ad propoſitum, eſt ne limitatum?

**MAN.** Non.

**LAN.** Quomodo igitur limitandum eſt?

**MAN.** Iudicis arbitrio.

**LAN.** Videtur mihi, quòd immo ſit limitatum ad dies decem.d. l.promiſſor, glo.in.§.de pecunia autem conſtituta, Inſti.de ac.

**MAN.** Puto ad hoc aduertendũ, quia dies, qui miſerationis gratia indulgetur, huiuſmodi eſt, vt Iudicis arbitrio cõmittatur,

MAN. u quia

quia non venit debitor (vt diximus) cum ſacco paratus, Abb. in.c.cũ in veteri, colũ. 3. de elec. in ſimili in.c.j.in fi.quod met. cau. ſi vero adijciatur obligationi ſecus.l.cedere diẽ.ff. de verbo.ob. vel ſimus in actione de cõſtituta, & tunc ad decem dies tempus limitatum eſt.d.l.promiſſor, Bar.in.l. eum qui Kalendis, in.§.j.ff. de verbo.ob. & ideo iniquum dicit, eo puncto tẽporis, quo quis obligatur, eo puncto ipſum etiam in mora cõſtitui, in.l.quotiens, col.2.ff.eo.& in.l.ita ſtipulatus, in.16.col. ff.eo. quòd adhuc modicum iſtud tempus datur à Iudice, non ex natura actionis, ſed ne debitor moram contrahat.

LAN. Quid ſi interpellatio foret neceſſaria, vt quis moram contraheret?

MAN. Adhuc requireretur, tantum ſpacij, vt promiſſa impleri poſſent, ita Areti.conſi.150.viſis, col.4.reprehendendo Barto.& alios, in.l. cognitione.ff. ad Syllania. in precario tamen fallit regula.l.quæſitum.§.eum quoque.ff. de preca. late Deci. in regu.contractus, col.3.ff.de regu.iu.

LAN. Si ego eſſem citatus ſine termino, quid facere deberem?

MAN. Comparere quàm citius poſſes.

LAN. Sine iſto temperamento, & ſtatim currere?

MAN. Non, ſed cum aliquo temporis interuallo.

LAN. Indiſtincte?

MAN. Indiſtincte, etiam ſi citatio eſſet generalis, ita Inno.in.c.ſi. qui ma.accu.po. Abb.in.c. cum parati, nu.8.de ap.& dicit, obliuioni tradendum non eſſe.

LAN. Ergo citatio generalis, etiam ſine termino, valet?

MAN. Valet, vt in.d.locis legitur, fuſius Spe.in ti. de citatione, in.§.ſequitur, nonnihil in.c.cupientes, de elec.in.6.

LAN. Stat ſtatutum in ciuitate, quòd inſtrumenta habeant vim rei iudicatæ. conſtituetúrne debitor ſtatim in mora, ſicuti per ſententiam, ſeu per lit cont.l.certum. C.de rei ven. abſque alia interpellatione?

MAN. Non, immo foret ex his inconueniens, & cõſuetudo breuiter ſeruat, vt de nouo interpelletur, ſicut in eo qui iuramento obligatur, vt per Bar.in.l.eum qui, in.§.ſi iurauero.ff.de iureiu.& in terminis Anto.cana.in tracta.de execu.inſtru.ita decidit.q.40.quæro ſi inſtrumenta.

LAN. Dixiſti neſcio quid in conſtituto, ſtatutum eſſe ſcilicet tẽpus.10.dierum promittenti, nónne eſt hoc idem alio caſu?

MAN. Eſt, ſi quis debitum confiteatur, & dicat, ſe paratum ſoluere, quia non ſententia tunc ferenda eſt, ſed danda ei dilatio modici temporis, ideſt dierum.10.vt dixi, quemadmodum iudicatis, duorum menſium olim, hodie quatuor, & de his aliàs in.l.debitoribus.ff.de re iudi.& in.l.2.C. de vſu. rei iudi. & in d.l.ſi debitori, idem Cana.in tracta.præallega.q.42.quæro iuxta præmiſſa.



IOANNES BONACCVRSIVS. MAN.

## Quòd multa per indirectum, & in conſequentiã, conceduntur, quæ tamen principaliter ſunt nobis denegata. 47.

IO. MIRVM mihi ſemper viſum eſt, quòd multa in conſequẽtiam concedantur, quæ tamen principaliter ſunt nobis denegata, vt dicitur in.l.j.vulga.ff.de autho.tu. cũ à principali omnia regulentur, vt inquit Bal. ſignanter per.d.l.j.conſi.373.præmittendum, col.2.vol.1.

MAN. Licèt à principali regulẽtur, non eſt propterea quòd prohibeantur, ex quo nõ eſt eadem ratio prohibendi, aliter ſecus vnde ſeruus maculatus adulterio dominæ, manumitti nõ poteſt, nec directe, nec indirecte, puta quia hæres inſtituatur.§.eſt autem, & ibi Por.col.j.Inſti.de hæ.inſti.

IO. Dic, ſi placet, caſus, in quibus non ſit eadẽ prohibẽdi ratio.

MAN. Dies non ſufficeret, ſunt enim innumerabiles.

IO. Aliquos ſaltem enumera.

MAN. Quam libentiſsime, ecce, teſtis eſt in teſtamento legatarius, quia non principaliter & directo, ſed in conſequentiam, commodum ſentit, ſicuti tutor authoratur in.d.l.j.in eo pariter quod ſibi prodeſt.d.modo, exemplificando vt ibi, cognoſcitque Iudex an ſua ſit iuriſdictio, licet in conſequentiã ſportulas conſequatur, ita Bar.in.l.2.in.2.&.3.colũ.ff.ſi quis in ius vo.non ie.in ſimili Albe.in rub.C. qui admi.col.2. Ad idem dolus principaliter remitti non poteſt, in conſequentiam vero, ſic, nec Iudex cognoſcit rurſum de cauſa ſtatus, & tamen incidenter ſibi permiſſum eſt.l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.l.quotiens.C.de iudi.Iaſ.in.l.more, col.4.ff.de acqui.hæ.& in.l.cum quid, in.2.ff.ſi cer.pe.nec ſeruus principaliter teſtificatur.l.qui teſtamento.§.ſeruus.ff.de teſta. & tamen in conſequẽtiam ad-

mittitur.l.cum probatio iuncta glo.ff.de proba.& dicit Ange. in ſimili in.l.j.col.21.C.de iudi. quòd qui inuenit rem alienã, licèt fur directo non ſit,eſt tamen per indirectum, ſi eam non reddat.Et in.l.mutum,in.§.eum.ff.de acqui.hær. quòd mulier non obligatur,& tamen gerit actum qui principaliter ordinatur ad acquirendum, obligaturque in conſequentiam. aliquid Bar.in.l.relegatorum, in.§.interdicere, in prin.ff.de interdic. quòd non poteſt ciuitas ciui iubere, vt in ciuitate non ſubdita haud moretur,per conſequentiam autem ſic, interdicendo ſibi prouinciam cui præeſt.Ad idem,beneficium non confertur in inuitum directo.l.inuito.ff. de reg.iu. per obliquum autem ſic.l.ſoluere,& ibi idem Bar.ff.de ſolu.nec actio furtiua in vxorem datur marito,niſi extranei agentis ceſsione, & ſic in conſequentiam & per indirectum,vt per eundem Bar.in.l.cũ quis, in.§.j.in fi.ff.eo.quid plura? In Iudæis cenſuræ locum nõ habent directo adhuc.c.gaudemus,de diuor.indirecte autem ſic. c.poſt miſerabilem.c. quanto, de uſu.not.glo.in clem.1.in.§. cæterum,eo.ti.dixi in.l.1.C. de eden. Nec ferunt ſententiam ſanguinis eccleſiaſtici Iudices,niſi curiæ ſeculari tradant clericum,& ſic in conſequentiam,ſeu indirecte & per obliquum.c. ſententiam ſanguinis.c.clericis, ne cle. vel mo.c. cum non ab homine, de iudi.dixi pariter in.l.imperium, de iu.o.Iudi. Videmusque etiam quòd arma de domo rei non ſumuntur.l.nimis graue.C.de teſti. & tamen poſitionum medio ſecus, quæ non alia ratione inuentæ ſunt,niſi vt actor releuetur ab onere probandi,clem.ſæpe,de verbo.ſi. dixi rurſum in prællega.l.j. Et vt finiamus,plus tibi dicam, quòd Dæmon eſt cauſa peccati,non directe tamen,ſed indirecte, quoniam excitauit, impulitque primum hominem Adam, ad peccandum.

IO. Summopere mihi omnia placuerunt,ſed nónne huic propoſitioni aduerſari alia videtur?

MAN. Quæ nam eſt iſta?

IO. Quòd quando quid vna via nobis prohibetur,alia ad id, ac per indirectum,reddire non poſſumus.cap.cum quid vna via, de regu.iu.in.6.aliàs fieret fraus legi,inquit Ancha.conſi.132. in primo dubio,columna ſecunda aliquid Alexand.conſi.57. proſpectis,columna quarta,volumine ſecundo,Abb.in diſputante ſtatuto, col.2.

MAN. Non eſt generalis,ſed in actionibus tantum procedit,& factis damnatis à iure,vt per Hoſtié. in.c.is qui,col.4.de ſolu. Vel



Vel dicamus fallere,quando alia via expreſſe à lege conceſſa permiſſaque eſt,declarantque Bononien.in repe.c.1.col.44.de re.permu.in.6.& fuſius not.in.d.regu.cum quid.

IO. Facit etiam,quamuis multa dicta ſint, quod ſcribit Anchar. in.c.canonum ſtatuta,colũ.173.de conſtitu. quòd in illis quæ veniunt in conſequentiam alicuius facti præcedentis,non conſyderatur inhabilitas recipientis.

MAN. Verum eſt,ſed longe magis ad regulam,poſtquàm me iterum Ioannes excitaſti, quòd quamuis patris authoritas non ſufficiat ad obligãdum filium, quo ad obligationem voluntariam,& principaliter quidem ac directo.l.fi.§.1.ff.de verb. ob. ſufficit tamen ſi obligatio neceſſaria ſit annexa actui permiſſo, quoniam tunc ex quadam conſequentia neceſſaria pariter venire videtur,vt pulchre per Bal.in.l.ſi infanti, col.3.&.4.C. de iu.delib.aliquid Abb.in.c.fi.col.18.de fo.compe. Alex.conſil. 68.viſo,col.5.volumi.2.& conſi.172.viſis,in.3.eo. lib. Anch. conſi.157.ſumme,in.2 & conſi.283.pro clariori,col.2.& cõſ. 298.in territorio, col.1.& melius quàm alibi conſil.361.viſa, col.2.& iſta ſufficiant.

PETRVS PAPPVS, MAN.

## Quòd nũquàm eſt ab executione incipiendũ,quòdque aliter iudicium vitiatur, & multa inde ad exornationẽ.l.j.C.de execu.rei iudi. 48.

PET. NIMIS propere Iudex pignora Marcelle capi ac diſtrahi iuſsit ante rem iudicatam,inquit tex.in.l.j.C. de execu. rei iudi.& nimirum,quia hoc modo ordo turbatur,& carruca ponitur ante boues, & male, vt per glo.in.c.nullus pluribus, de regu.iu.in.6.dixi ego in.l.cum probatio.ff. de proba.quod non ſolum in ciuilibus cauſis eſt regulare,verum etiam in criminalibus,ex quo nec eſt pariter à tortura incipiendum.l.1.& ibi plene Bononien.in prin.ff.de queſtio.Iaſ.in.l.ne quicquàm in.§.vbi decretum,col.3.ff.de offi.procon.& hoc idem, quia executio non fit,niſi ſententia præcedat,ſecundum Bal.conſil. 98.caſus,in prin.volu.3.& Bar.in.l.ictus fuſtium, in prin.ff.de his qui not.infa.formaliter tex.in.d.l.1.verum dubito, quid ſi eſſemus in notorio.

MAN. Hoc caſu ſecus, quia notorium vim ſententiæ habet.l.emptorem.ff.de ac.emp.l.ea quidem.C.de accuſa.Bar.in loco pręallega.& idem in mandato.l.de pupillo.§.meminiſſe.ff. de no. oper.nun.Bal.conſi.238.ad veritatem, in fi.volu.1.

PET. Si quis in delicto eſſet repertus, quid iuris?

MAN. Adhuc poſſet ab executione incipi.l.non ſolum.§.ſi mandato meo,& ibi Bar.ff.de iniur.glo.in.l.2.ff.arbo.fur.cæſa.quá dicit ſingu.Ro.in.l.2.ad fi.C.qui teſta. fa. poſſ. Bal.in.c.j.in.§. iniuria, de pa.iura.fir.in vſibus plene Gramma.deci.36.Solon, numero.4.5.6.7.

PET. Tex.in prællega.l.1.loquitur in iudice, qui non poteſt prius executionem facere, quàm (vt diximus) condemnet, an idem etiam ſit in libello, ſi dicatur, Peto Titium iuris remedijs cogi & compelli, nec concludat quòd condemnetur?

MAN. Bar.ſi bene recordor, in.d.l.1.& in.l.ſi cum nulla.ff.de re iudi.dicit, quòd ſic, quòdque formatus hoc modo erit nullus, & eum ſequitur Gui.Pap.conſ.241.quadraginta, col.1.& male, contrariumque tenuit idem Bar.in.l.2.in.§.penul.ff.de vulga.& pup.ſub.& ex multis, hoc eſſe verius, oſtendit Bal.conſil. 468.viſa petitione, per totum, volu.2.& firmiter concludit, valere, nec ſecus Abb.in.c.olim, in.2.not.de cenſi.Quando etiam periculum eſt in mora, à præcepto incipi poteſt, & ordo propter neceſſitatem præpoſterari, ſufficitque poſtea, quòd iuſtificetur per examinationem cauſæ.l.ſi quis filio ver. niſi forte. ff.de iniuſ.teſta.no.in.d.§.meminiſſe, Bal.in.l.ſed ſi quis.ff.qué admo.teſtamen.aper.

PET. Si quis petat, ſe mitti in poſſeſsionem bonorũ aduerſarij ſui, debito non liquidato, erítne petitio hæc inepta?

MAN. Erit.l.properandum.§.& ſi quidem.C.de iudi.authé.qui ſemel.C.quomo.& quando iud.c.1.de eo qui mit.in poſ.cau. rei ſer.in.6.Ancha.conſi.133.ſatis, col.1.nulla alia ratione, niſi, iſta, quia prius de debito conſtare debet, deque iure dicti petentis,& vt ille fuſius,& in ſpoliatione, quòd nec ab ea ſit pariter incipiendum.oſtendit idem Ancha.conſi.277.ex prædicta, col.3.& conſi.439.ex prædicta, col.5.& in literis, quòd eſt contra ius, quòd ſine aliquo ordine propere, exequantur, cóſi. 280.viſis, in prin.& in monitorio, quòd nullum eſt, ſi non pręmiſſa cauſæ cognitione decretum ſit, conſi.297.efficacibus, colum.2.& in reſcripto, conſi.353.oportet.in princ.& in brachij ſecularis inuocatione, vt collector Papę decimas exigere poſſit,



ſit, quòd fiat ordine debito ſeruato, aliàs non poſsit inuocari. Bellé.in tracta.de charita.ſub.q.97.an collector, col.2. & quòd aliàs vitietur iudicium,& ordinis præpoſteratio non admittatur, ſicuti nec defectus perſonæ, vel iuſtitiæ, tradit nouiſsime Bal.conſi.122.vtrum, col.1.volu.3.ſi filius agat contra patrẽ, vel ſi actio orta non ſit.l.lis nulla.ff.de iudi.l.ſi pupilli.§. videamus.ff.de nego.geſt.fuſius Bal.in.d.loco, aliquid Paul.de caſt. conſi.183.in cauſa, col.1.volu.1.Gui.Pap.conſi.47.circa, col. vlti.& conſi.118.circa colum.4.& conſi.129.proceſſus, num. 2.& conſi.176.pro diffinitione, in fi.

PET. Quid ſi reus comparuiſſet?

MAN. Nec adhuc eſſet ab executione incipiendum, ſecundum Bal.conſi.104.comparuerunt, col.1.vol.5.

PET. Iudex poſsétne facere (& iſtud tãtum ſcire cupio, poſtea tacebo, & omnibus tuis dictis acquieſcam) quòd ab executione quis initium ſumat,& carrucam (vt dixi ſupra) ponat ante boues?

MAN. Non, alioquin poſſet iuri derogare non dicendum.l.ſi cum nulla.ff.de re iudi. & in ſpecie ita dicit Bald.conſil.274. quia de ſola, col.1.volu.3.eſtque argu.in cle.ne Romani, vltra eum, de elec.& in.c.cum inferior, de maio.& obe.& in.l.nã magiſtratus, cum ſimilibus.ff.de arbit.

FEDERICVS DYNVS, MAN.

## Ad quid ſeruiat nobis dictũ Iuriſcon. vt infra quòd bona dicantur, deducto ære alieno 49.

FED. BONA intelliguntur cuiuſque, quæ deducto ære alieno, ſuperſunt.l.ſubſignatum.§.bona.ff.de verbo. ſigni. Bar.in.l.ſi.ff. de vſufr.lega.& non (vt ibi ſubdit) ſi legatum fiat ſub nomine bonorum, onus æris alieni legatarium nõ ſequetur, per illum tex.& per tex.in.l.generali, in.§.ſi.ff.eo.& idem dicit Bal. conſil.452.ſuper primo, in princi.volu.5.& quia bona (vt dictum eſt) intelliguntur deducto ære alieno.qua ratione etiam legitimam filiorum præcedit,& vt clarius loquar, quia quarta bonorum dicitur.l.cum quæritur.l.parentibus.C.de inoffi.teſta. bona autem dicuntur ære alieno deducto, ergo, & ita declarãt omnes, in authen.nouiſsima, in prin.& tu in ſpecie in tract.de

legi.filiorum,ad illum tex.C.eo.& ibi Iaſ.& fuſius in.§.item ſi quis in fraudem.nu.51.Inſti.de actio. Verum quæritur,certũ eſt ſi vxor conueniatur & condemnetur in actione perſonali, quòd viuente marito executio fieri non poterit in bonis dotalibus,glo.eſt not.in.l.quinque legibus.ff.de bon.dam.quid ſi conueniatur pro debito contracto ante matrimonium?

MAN. A te ipſo,ex ſupra dictis,tibi ipſi potes reſpondere,ſecus eſſe,quia poſtea conſtituendo omnia bona in dotem marito, bona dici non poterát,niſi ære alieno deducto, igitur nec mirum ſi conueniri hoc caſu poteſt.

Fed. Vbi hoc ipſum probas.

MAN. Probo per.d.glo.quam ſic etiam declarat Gui. Pap.& in terminis.q.ponit,deci.447.pone in pri.& ſubinde docet,quomodo ſit creditori ſubueniendum.

FED. Teſtator legat hæreditatem & bona, quæ & quam habet i uia Appia,an debeat heri reſpectus ad illud, vel ad iſtud verbum,eſſectus maximus eſt.l.ſi quis ſeruum.§.ſi.ff.de legat.1.d.l.ſubſignatum.§.bona (ſingula ſingulis referendo) .ff.de verbo.ſignifica.

MAN. Crederem pro vno eodemque ſubiecto capi debere, habendo reſpectum ad verbum hæreditatis,& non bonorum,caſus eſt in.l.cogi,in.§.ſed ſi miles.ver.quamuis.ff. ad treb. idem Gui.Pap.deci.461.vtrum.

FED. In facto rurſum dubitatur,ſtat ſtatutũ in ciuitate,quòd maritus lucretur tertiam partem dotis, vxor eidem aliquid legat dicendo,lego de bonis meis,ſiétne compenſatio?

MAN. Non.

FED. Ratio?

MAN. Quia deducto lucro mariti,tunc bona dicentur,vt ſupra.

FED. Ergo fiet,ſi legatum ſimpliciter relinquatur.

MAN. Sine dubio.

FED. Cur diuerſum?

MAN. Quia non præſumitur liberalis, cum ſit debitrix neceſſaria.l.rem legatam.ff.de adi.lega.tradit Bal. Alex.& alij, in.l.ſi cum dotem,in.§.ſi pater.ff.ſol.ma.& hac ratione, vt finiamus, etiam ſi pater inſtituat filiam in certis rebus,iubeatque eã fore tacitam & contentam (quod fieri quotidie videmus) & quòd plus de bonis ſuis petere non poſſit, poterit tñ ratione ſupradicta,petere dotem maternam.l.vt iuriſiurandi.§. fi.& ibi Bar. in fi.ff.de ope.liber.& quoniã bonorum,quædã naturalia ſunt quædam



quædam ciuilia,naturalia,quæ beant nos & reddunt felices, vt ſanitas & intellectus.ciuilia vero facultates, ſcias de his nos ad præſens loqui non de illis,quibus qui inſidiatur, vt ſi ciuilia ſint,inſidiatur nihilominus vitæ, vt per glo.in.l.aduocati.C. de aduo.diuer.iudi.Bal.in authen.quod mater.C. de reuocan. donatio.

SEVERVS GIRALDVS, MAN.

## An duo in ſolidum domini vel poſſeſſores eſſe poſſint, amplificataque ex multis deciſio Iuriſc. in.l.ſi vt certo,in.§.ſi duobus vehiculum. ff.commo. 50.

SEVE. DVO non poſſunt eſſe domini inſolidum, vel poſſeſſores,eodem tempore,inquit Vlpia.in.l.ſi vt certo,in.§.ſi duobus vehiculum.ff.commo.idem in.l.Meuius, in.§.duobus.ff. de lega.2.& in.l.hæreditate,in.§.pater.ff.de caſtren.pecu. & in l.3.in.§.ex contrario.ff.de acquiren.poſſeſſ. & forte hac de re dominium aliud eſt vtile,aliud directum.l.j.§.qui in perpetuũ ff.ſi ager vecti.vel emphy.pe.Bar.in.l.ſi quis vi,in .§. differentia,col.2.ff.de acqui.poſſ.& in.l.& ſi ſine,in .§. quod Papinianus,nume.4.ff.de mino.& in.l.j.in.§.poſt ſuos, in fi.ff.de ſuis & legi.nec miſſus in poſſeſſionem ex primo decreto,cum non poſſideat,ſed ſit in poſſeſſione,efficiat vt dominus deiiciatur, ex ſecundo autem ſic, quia non poſſunt duo ſimul poſſidere, tradit idem Bar.in.l.ſi finita,in.§.vbi autem.ff.de dam. infec. & quia hæres idem eſt quod dominus, non aliter in hærede eſſe dicendum de iure ciuili teſtatur in.l.qui ſe patris, col.2.C.vnde libe.& hæc eſt ratio, quare præteritus reddit teſtamentum nullum,ex quo vno eodemque tempore duo eiuſdem hæreditatis reperirentur domini inſolidum,& male, vt per Ang.in l.in ſuis,in.1.col.ff.de lib.& poſthu.fuſius Iaſ.in.l. poſthumo, col.9.C.de bo.poſ.con.tabu.niſi dicamus, vnum eſſe vtiliter, alium vero directo,vt in locis ſupra allega.& in.l.defunctis.C. de legi.hæ.in ſpecie Bar.in.d.l.qui ſe patris,col.3.ſed quo modo ſoluemus contrarium vrgentiſsimum.d.l.in ſuis,vbi filius, viuo patre,dicitur dominus bonorum paternorũ, bonus tex. ad

ad idem, in.l.1.in.§.largius.ff.de ſuc.edic.& in.l.nihil,in.§.1. ff.de bo.lib.ita vt nec furti aliàs teneatur.l.ſerui & filij,in prin. ff.de fur.nec immixtio ipſum faciat hæredem,quia erat ipſo iu re.vnde Apoſtolus Pau.Filius,ergo hæres.Bal.conſil.403.Ioannes,col.2.vol.3.& conſi.404.quia dictus,colum. prima eodem libro.

MAN. Non dominus, ſed quodammodo dominus dicitur, vt tex.met ait,in.d.l.in ſuis,ergo nō proprie & vere.l.1. de ac.re. amo.§.igitur,inſti.de pup.ſub.Bar.in.l.meuius, in.§.duobus, nu.11.ff.de lega.2.eſt igitur quodammodo dominus bonorū paternorum,quia de eis alitur,& propter ſpem futuræ ſucceſſionis,vt per eundem Bar.in rub.de pecu.colū.2.quæ legitima non eſt,nec habet filius ius in hæreditate patris, eo viuente.l. precia rerum.ff.ad legem Fal.& cum de futuro ſit, non poteſt dici fundata in aliquo iure de præſenti, ita vt nec eiuſdem æſtimatio,ſeu ratio,haberi etiam debeat.l. poſt emancipationem §.fi.ff.de libe.leg.nec eſt verum,quòd filius Regis, vel Comitis quamuis primogenitus,Rex vel comes proprie dicatur,ex his,licèt Regien.ſecus tenuerint,conſi.19.in hac,nume.2.vol. j.poſt Bal.in.d.l.in ſuis,qui poſtea declarant ibidem, num.12. per quandam fictionem verum eſſe,& non propriæ, vt ſupra, Poſſumus etiā dicere, vt dicit Por.inſti.de hæ. qua.& differ.in prin.col.4.quòd eſt dominus intellectualiter, & interpretatiue,non effectualiter & vere, quia dominium eſt quædam plenitudo,quæ non capit plures in ſolidum, & ferè idem eſt per d.§.ſi duobus vehiculū, & iura ſimilia, de quibus ſupra & fuit Bal.declaratio in.d.l.in ſuis,in repe.col.2.

SEVE. Quo ad iſtud præceptor tranſeat,adhuc mihi animus nō quieſcit,ecce,imperium pariter ſectionem non recipit, iuxta illud,philoſophi,entia nolunt male diſponi pluralitas principum odioſa,vnus ergo princeps.quod etiam probatur in.c.in apibus,vbi & tu multa dixiſti.7.q.1.hinc videmus quòd ſolus Imperator deportat.l.illicitas.§.qui vniuerſas.ff.de offi.præſi. Bal.in.l.1.col.6.C.de hære.inſti.& tamen aliquando duo fuerunt Imp.eodem tempore imperantes, M. Aurelius Antoninus verus,qui alias philoſophus dictus eſt.& L.Anneus Seuerus,quibus primum Ro.reſpu. æquo iure Imperium adminiſtrantibus paruit. Item M.Antoninus cum Seuerum morbo apopletico periſſet, & ipſe ſolus Imperium iterū obtinuiſſet, & L. Commodus filius,quem ſibi regni conſortem fecit. Itē Marcus



Marcus Iulius Philippus occiſo Gordiano,& C. Iulius Saturninus Philippus,filius pariter. Virius Gallus Hoſtilius, et adhuc Voluſianus filius, qui regnarunt anno dominicæ incarnationis.257.Licinius Valerianus & Galienus. Carus carinus, & Numerianus.Diocletianus.33.Imp.ab Auguſto,anno Domini.295.& Maximianus verculius. Tēpore Maximini Thracis etiam duo Gordiani pater & filius. Conſtantius, & Galerius.Conſtantius Conſtantini filius, Conſtantinus iunior & Conſtans.& Valentinianus denique, ab Auguſto. 42.ac Valens frater. Videmusque & legimus ſepe in ſupra ſcriptionibus Romanarum legum & Codicis, quomodo igitur nodū hūc ſine gladio ſoluemus?

MAN. Ea facilitate, qua alios, & dixi lib.1.enchiri.c.11.& potiſsimum,quòd de facto id erat,nō de iure, ex quo Imperium ab ipſis dependebat,& à popu.Ro.non ab eccleſia, vt hodie.l. 2.§.nouiſsime.ff.de ori.iu.Bar.in.l.1.ff.de duo.re.late Imo.in .l.fi.ff.de hæ.inſti.quod tamen & ſi ſenſerint aliqui in.d.l.2.& in.l.2.C.de reſcin.ven.mihi non placet, quia immo dependet à Deo,ita vt Papa illud vſurpare nō debeat, nec Imp.iura pōtificatus.c.Imperator.90.diſ.cuius nutu iuſtificatum eſt, cum à violentia originem habuerit, vt oſtendit Seue.in.l.cunctos populos,nu.2.C.de ſum.tri.& fi.catho.& fuſius vt in loco ſupra allega.

SEVE. Nónne rurſum duo inſolidum poſsidēt, in.l.nec vllam, in.§.pe.ff.de peti.hæ?

MAN. Non poſsident, ſed finguntur poſsidere, in odium delicti,ita Deci.in.l.diem functo.nu.11.ff.de offi.aſſe.

SEVE. Pertinacius iuſto, quòd actio à ſimili eadem numero, duobus inſolidum competat, patri & filiæ, idemque in duobus reis.l.2.§.quod ſi in patris; & ibi not.ff.ſolu.ma.l.2.l.ex duob⁹.ff.de duo.re.Bar. in auc.hoc ita.C.eo.cur ergo duo domini vel poſſeſſores eſſe prohibentur?

MAN. Licèt hoc idem aliquo caſu in actionibus inueniatur, in dominio tamen vel poſſeſsione tolerari nō poteſt,vt per Scriben.in.l.nō ſolum.ff.ſolu.ma.glo.& Bar.in.l.ſi pluribus.ff.de lega.1.eſt verum quòd Flo. ad propoſitum dixit, quòd duobus inſolidum cedi non poteſt, in.l.per quem.ff.de ſer.ruſti. prædio.

SEVE. Dixiſti ſupra quòd de iure ciuili vnus poteſt eſſe hæres directo,alius autem vtiliter,nouiſsime Alex.in.l.ex aſſe,in pe. col.

col.ff.ad Treb.Regien.in.l.1.col.16.ff.de lega.1.nunc ſcirem libenter quid de iure prætorio, & ſi ſuo loco inaduertenter omiſſum fuerit.

**MAN.** Eo iure ſecus eſt.

**SEVE.** Quare? nempe enim eſt quaſi viua vox iuris ciuilis, prætorium.l.nam & ipſum.ff.de Iuſti.& iu.

**MAN.** Quia prætor non habet niſi vnum modum faciendi hæredem.§.quos autem,Inſti.de bo.po.l.fi.ff.de ſuc.edic.Seyſel. in.l.moribus, in fi.ff.de vulga.& pup.ſub. ius ciuile plures.& hoc eſt quod dicit Bal.in.l.ſi non ſinguli,col.2.C.ſi cer.pe.In ſimili, quòd licèt natura non patiatur, quòd dominiũ & poſſeſſio ſint apud plures in ſolidum, & impoſsibile quòd vna re plures obligentur, natura tamen cooperatur fictionem eo in caſu,vt cuilibet datum videatur,cum ſit datum alij, de ſua voluntate.l.ſolutum.ff.de pigno.ac.& eſt ibi mutuum naturale, cui in parte iuris fictio cooperatur, & vt ipſe fuſius. & idem in precario,quoniam corporaliter,ſeu naturaliter et ciuiliter, vno eodemque tempore poſsideri poteſt.l.& habet.§.placet. ff.de preca.in incorporalibus & indiuiduis quoque fallit regula,quia duo vſuarij & conſules poſſunt poſsidere.l.1.ff.de offi.con.l.fi.ff.vti po.quamuis nõ ſit poſſeſsio proprie, vt per Bal.vbi etiã quid in vſufructu,in.c.licet,in.6.&.7.col.de proba. Cuſtodia etiam eodem tempore, pluribus committi poteſt, & patet ad ſenſum, tradit tamen Bar.in.l.actus.ff.de admi.tu.

**SEVE.** An res,quæ in dominio plurium eſſe eodem tẽpore (vt diximus) non poteſt, poſsit tamen pluribus eſſe obligata?

**MAN.** Poteſt,nec committit falſum,qui hoc facit, quod ſecus ſi vendat, ſecundum Bar.in.l.aliena,in.§.ſi pluribus.ff.de pigno. ac.& in.l.ſi quis in pignore,in.§.1.ff.eo.& in.l.ſi fundus,in.§. ſi duo.ff.de pigno. Vnitas igitur, concludentes tandem, diuiſionem non recipit,niſi in caſibus,& diuerſis reſpectibus conſyderatis, vſque adeo vt hinc dicamus etiam ſacramenta, quæ ſunt vnitatis, ſi imperfecta fuerint, perfectum non conſtituere,cum nec diuiſionem recipiat, & latius vt in. c.quorundam. 31.diſ.& quòd plures eſſe Monarchas, ſeu Impp. prodigium eſt,vt plures apparere Soles.& ad propoſitũ facit adhuc quod dicit Bal.in.l.bene à Zenone,col.1.C.de quad.præſcrip.quod regnum Boemiæ eſt Cæſaris patrimonium, non fiſcale.nec ipſius bona ſingularium perſonarum, ne inueniantur plures eiuſdem



eiuſdem rei in ſolidum eodem tempore dominium habere. & in.l.quòd prædium.C.de diſtrac.pi.quòd alio poſsidente non vſucapit quis,nec.Publicianam intentat, ex quo duo non poſſunt in ſolidũ poſsidere. & Roſe.in tracta.de poteſta.Pa.col. 5.quòd hac ratione Papa habet plenitudinem poteſtatis, & non alius capitulo ſecundo de præbend.in.6. clemti.1.vt lite pen. Et Galliau.in.l.Centurio, col.2.ff.de vulga.& pub. ſub. quòd poſt aditam hæreditatem paganus non ſubſtituit directo,quia ſemel fuit hæres, nõ deſinit eſſe hæres, & quia ſi ſubſtitueret directo,duo eſſent domini in ſolidũ, & male. aliquid Ancha.conſi.296.viſis, col.vlti.Gui. Pap.conſi.71.pro deciſione,nu.6.& Bal.in.c.1.in.§.1.de inueſti.de re alie.fac.in vſib. Cuius dictum ſic declarat.Ias.in.l.1.col.2.C.vnde legi.quòd quamuis eccleſia Ro. habeat directum dominium in vniuerſitate regni Apuliæ,non habet tamen particulariter in quibuſcunque locis eiuſdem,quoniam obſtaret regula.d.§.ſi duobus vehiculum,& ſimilium.& Soci.in.c.quoniam frequẽter, in.§. quod ſi ſuper,col.9.vt lit.non conteſ.quòd eadem obedientia in ſolidum pluribus deberi nõ poteſt.& col.31.quòd reus cõuentus in actione reali,nominando aliquem dominum, agentem eẽ talem negare videtur.& Cro. in.l.Gallus,in .§. & quid ſi tantum,col.36.ff.de lib.& poſthu.quòd ſi vnus inſtituatur, & filius non exhæredetur, inſtitutus hæres eẽ nõ poterit .l.in ſuis.ff.eo.& Ragien.in.l.ſi quis in fundi vocabulo,colũ.13. de lega.j.quòd ſi teſtator legat rem duobus in ſolidum,cum effectu exactionis,vnus habebit rem,& alius æſtimationem, ex tacita ipſius mente.quoniam bene ſciuit, apud duos in ſolidum eſſe nõ poſſe,& cum hoc ſit de iure,videtur in dubio voluiſſe ſe cum eo conformare.l.hæredes mei.§.cum ita.ff ad Trebel.

*Laus Deo optimo Maximo, Beatæ Mariæ Virgini, Proſdocimo, Antonio, Danieli, et Iuſtinæ, protectoribus noſtris. Amen.*

INDEX

# INDEX EORVM, QVAE SVMMATIM IN HISCE QVINQVAGINTA DIALOGIS CONTINENTVR.


AD.l.quæſitum.§.ſi inſtructū.ff. de fun.inſtruc.declaratio, cum aliqua verbi reſtitutione. 1

Ad.l.munerum.§. Camelaſia.ff. de mu.& ho.declaratio pariter, cum aliqua verbi reſtitutione. 2

Ad illud Matth. 19.& Mar.10.Facilius eſt camelum. &c. expoſitio ſcitu digna. 3

Ad intelligentiam verbi Cæſar, quare ſic dictus fuerit, & vnde ortum habuerit, deq; primis rerum inuentoribus multa. 4

Ad id quod dicitur Io.5.in princi.de probatica piſcina, quæ in Hieroſolymis erat, quare piſcina, & quare ad idem probatica. 5

Ad.l.ſtatuæ, additio.ff.de verbo.ſi. 6

De negociatoribus, ad dictum Iuriſ. in.l.2.ff. de nundi. & de epiſcopis multa. 7

Declaratus locus Iuriſcon.in.l. cum duobus, in.§.quidā.ff.pro ſo.& in l.procuratoris, in.§.ſi plures.ff.de tributo.ac. de ſagaria negociatione. 8

De pane hordeaceo, neſcio quid ſcitu dignum, de quo aliàs in euāgelio Ioan.6.c. 9

An ex ſtipula. oriatur obligatio naturalis, cum ſit contractus iuris ciuilis, & quæ ſit ratio, quòd in conſtituto oriatur actio ex pacto nudo. 10

De vernis, ad dicta quandoque alibi, appendix. 11

Ad declarationem.l. ſanctum, in prin.ff.de re.di. in qua Ro. lapſus etiam detegitur. 12

De adoptione multa, & an frater poſſit à fratre de iure adoptari. 13

Ad prouerbiū, Qui vehementer emungit, elicit ſanguinem, quare id dictū ſit, et ad quid ſeruiāt nobis. 14

De libertate, quod ineſtimabilis eſt, quid in iure patronatus domini, deq; & libertinis & libertis aliqua, haud ſpernenda. 15

De ſeruitute, vnde ortum habuerit, & quotupliciter conſyderari poſſit. 16

Quid ſit mundus muliebris, de quo aliàs in.l.argumento, in.§. mundus.ff.de ſup.le. 17

De manu mortua, quotupliciter manus in iure capiatur, & ad idem alia multa. 18

De lapide multa, quid ſit per Iouem lapidem iurare, & quis, ſiue quid, ſeruum eſſe de lapide emptum. 19

De cauſis, earumq; effectibus, & an ſemper procedat, quòd ſi cauſa bona ſit, vel mala, bonus etiam ſit, vel malus eius effectus. 20

De albo, quid eſſet olim, quō Græce appellaretur, et alia ad idem, ac ad multorum iurium declarationem ſpectantia. 21

De focaria, quid ſit, an concubina, an vero fœmina, cuius miniſteriū ſit circa focum, nécne, deq; fornicarijs aliqua. 22

An fornicarius, vel fornacarius, dici debeat, in.l.ſi ſeruum, in.§.ſi fornicarius.ff.ad legem Aqui.& quādo (ad declarationē.§. cum eo, ea. lege) etiam vinum ſpurcū fiat. 23

De legitima, an tolli poſſit, quid ſit, de quibus bonis deduci debeat: ſi conſumpta ſit, an amplius peti poſſit, & quid deniq; ſit apanagiū. 24

De vite cēturiali, declaratusq; locus Iuriſcon.in.l.milites, in.§.ſi vitem ff.de re mili. 25

De perēptorio aliqua, & quare (ad multorum iurium interpretationem) peremptoriū dictū fuerit. 26

De thalamego, bucentauro, alijsq; nauibus onerarijs, longis, piſcatorijs, actuarijs, & ſimilibus, duobus Iuriſcon.etiam locis reſtitutis. 27

De numero, qui ſint octauarij.an valeat argumentum à proportione numeri, & an ſemper pluralis, in ſingularitates reſoluatur. 28

De amico, quod nulla poſſeſſio eſt melior, & an iura in cōiunctis ſanguine loquentia, locum habeāt etiā in amicis. 29

De fama, deq; effectibus eius, an et quando plenam, vel ſemiplenam probationem faciat, & quibus caſibus. 30

De fuga, an ſit indicium ſufficiens, quo libere poſſit quis ad rigoroſum examen perduci, ſeu ad veritatem eruendam torqueri. 31

In his, quæ ſunt difficilis probationis, an poſſimus ad coniecturas recurrere, & an probatio huiuſmodi ſufficiat. 32

An & quando poſſit quis, vel in expenſis cōdemnari, vel abſolui, deq; multiplici expenſarum ſpecie. 33

An ignorantia in facto proprio excuſet, nécne, ad ornatum.l.ſi. & ſimilium.ff.pro ſuo. 34

De homicidio, an & quando facinus impunitum ſit, deq; coniecturis potiſſimum, quando ad defenſam cōmiſſum dicatur. 35

Ad vulgatum illud dictum, Quæ ſpeciali nota ſunt digna, niſi exprimantur, videntur neglecta, applicata quotidiana quæſtio. 36

An & quando quis cogitationis pœnā patiatur, et quibus caſibus. 37

De immunitate, an & quando vni conceſſa extendatur ad alios, & an ſemper dicatur ſtricti iuris, ſtricteq; interpretanda ſit. 38

An filiorum appellatione veniāt nepotes, differantq; hæc duo, ſi vocatio fiat per nomen filiorum & liberorum.& ſi veniunt, quibus caſibus veniant & comprehendantur. 39

An in dubio princeps præſumatur voluiſſe derogare iuri tertij, ſeu ius alteri quæſitum tollere, eiq; in aliquo præiudium facere. 40

An facta mortis mentione, intelligatur de naturali, an vero etiam ciuilis veniat, & quid in violēta. 41

An perempta inſtantia pereant omnia acta, & dato quòd pereant, quo iure pereant, & an omni caſu prohibitum ſit, ne ſententia inde feratur. 42

Quòd in cauſa Iudici liquere debet, vt inde ſententia ferri poſſit, & videatur lata viſis actis. 43

De milite cœleſtis militiæ, et armatæ, an æquiparētur, et quibus caſib. 44


De ſententia

De ſententia interlocutoria, an & quando poſſit reuocari, & in quo à diffinitiua differat. 45
Omnia benigna quadam interpretatione ſunt intelligenda, & maxime vt ſolutio fiat ac celebretur cũ aliquo temporis interuallo. 46
Quòd multa per indirectum & in conſequentiam conceduntur, quæ tamen principaliter ſunt nobis denegata. 47
Quod nunquam eſt ab executione incipiendum, quòdq; aliter iudicium vitiatur, & multa inde ad exornationem l. prim. C. de execu. rei iudi. 48
Ad quid ſeruiat nobis dictum Iuriſcon. vt infra quòd bona dicuntur deducto ære alieno. 49
An duo inſolidum domini vel poſſeſſores eſſe poſſint, amplificataq; ex multis deciſio Iuriſcon. in l. ſi vt certo, in. §. ſi duobus vehiculum. ff. commo. 50

INDEX EORVM, QVI IN HISCE. 50. DIALOGIS concluduntur, quiq; cum Authore familiariter ſunt collocuti.

ALBERTVS Corradus. 44
Aloyſius Quirinus. 13
Andreas Rapitius. 6
Andreas Gallus. 19
Angelus Ruſcus. 35
Antonius Fabritius. 20
Antonius Martinus. 33
Aſchanius Tonellus. 23
Bernardus coſiola. 8
Bernardinus Borgaruccius. 26
Brunorus à Sole. 4
Carolus Belga. 1
Clemens Valuaſorius. 36
Domitius Marinus. 37
Donatus Centonus. 3
Dorotheus Brigotus. 22
Federicus Trenta. 25
Federicus Dynus. 49
Franciſcus Fumatus. 24
Gabriel Gandinus. 42
Gaſpar Fabianus. 15
Georgius Vaſques. 5
Gyſippus Phœbeus. 28
Gyſippus Fabritius. 39
Hannibal BuZacharinus. 17
Hermes Fererius. 41
Hieronymus Danaus. 29
Iacobus Zagarus. 2
Iacobus Ciſterninus. 38
Io. Baptiſta Amaltheus. 31
Ioan. Beroſius. 34
Ioan. Scuranus. 45
Ioannes Bonaccurſius. 47
Lancelaus Martius. 46
Ludouicus Tertius. 40
Ludouicus Perolerius. 43
M. Antonius Muſſatus. 12
Marcus à Sole. 14
Marſilius Madarus. 27
Melchior Chartularius. 16
Nicolaus Peruſcus. 9
Paſinus Paſini. 21
Petrus Amatus. 7
Petrus Pappus. 48
Prometheus Chermadius. 32
Ricardus Portunerius. 10. 11
Seuerus Giraldus. 50
Thomas Gomes. 30
Valerius Largius. 18

Laus Deo optimo maximo.

Tractatus



# TRACTATVS CASVVM ALIQVOT, CENTVRIA TAMEN DEFINITVS, STYLI SACRI PALATII APOSTOLICI, ET CVRIAE.

nunc primum in ſtudioſorum gratiam editus.

M. MANTVA BONAVITO, PATAVINO, IVRISCON. Cæſareoque Comite, Authore.

# PRIMA PARS.

LICET ſtylus ſacri palatij & curiæ,modo albus ſit, modo niger, vt inquit Hoſti.in prohe.ſummæ, in princi. & in facto potius conſiſtat, quàm in iure.cap.ex literis,ibi, cum tam iuris canonici quàm noſtri moris exiſtat. de conſtitu.vtrunque Ioan.Staphi.eiuſdem ſacri palatij olim auditor,in tracta.de gratijs expecta.in princi.columna quarta,attamen ſeruandus eſt, vt teſtatur & docet Barba.in capitulo primo, columna tertia de proba.& bene,aliàs ſententia eſſet nulla, ſi contra ipſum reperiretur lata,ſicuti quando lata eſt contra legem,cùm ſtylus vicem legis obtineat,iuxta not.per Cyn.in.l.ſecunda.C. quãdo pro uo.non eſt ne.in tertia.q.Guid. Pap.deci.292. ſi alicui, columna prima,Caſſan e.multa,in conſu.Bur.in prin. columna tertia,& conſi.68.viſis,nume.57.& eodem modo bulla ſic obtenta.c.licet,cum materia,de crim.fal.Specu.in titu.de reſcrip.pręſen.in.§.primo.idem Gui.Pap.conſi.134.circa, colum.vltim. & literæ, ſi appareat quòd in eis ſeruatus non fuerit. Immo quòd de falſitate etiam ſunt ſuſpectæ.c.porrecta,de confir.vti. vel inu.glo.not.in.c.cauſamque,de teſti.Abb.in.c.ex parte.2. de offi.de.& in.c.primo,vt li.pen.pulchre Ro.conſi.376.quæſtio,columna tertia, idem Staphi. in tracta. de quo ſupra forma.4.nume.17.prouin.fo.16.columna ſecunda, & propterea ego Mantua,Iure conſultorum minimus,in gratiam ſtudioſę iuuentutis,caſus aliquot ponere ſtatui,quibus aliquando leuari,eiſdemque vti poſsit,ſine multo labore, cùm tamen ſeſe obtulerit occaſio.

ET primo, quòd de ſtylo palatj & curiæ Apoſtolicæ eſt, quòd omnes termini poſt litem conteſtatam, ſint peremptorij, licèt non exprimatur,ita Specu.in titu.de cita.in.§.viſo, not.in clementi.prima de excep. & in.c.coram, de reſti.in integ. vbi omittens peremptoriam excep.opponere,vel probationes neceſſarias in termino peremptorio proponere, non auditur ſine reſtitutione in integrum poſt terminum. Rota plene deci. 30.fuit dubitatum, columna prima in nouis, in fi.vbi etiam rationem aſsignat.& ideo in cauſa prophana quoque non eſt neceſſe exprimere peremptorium, ſecundum modum & ſtylum

curiæ,quamuis ad audiendam ſententiam,hac ratione,quia ſcilicet poſt litis conteſtationem omnes termini in palatio Apoſtolico ſunt peremptorij,licèt non exprimatur. & notandum eſt,quoniam regulariter in his, in quibus ordo & figura iudicij ſeruatur, neceſſe eſt hoc idem facere, ideſt peremptorium exprimere in citatione vnica,quæ fit ad ſententiam audiendã, alias non valeret.l. ad peremptorium.ff. de iudi.l. ſecunda.C. quomodo & quando Iud.c.de illicita. 24.quęſtio.tertia.Innocen.in.c.ad petitionem, de accu.Specu.in.d.§.viſo.Rota deci. 245.licet in cauſis.& deci.342.retento,eo.lib.& non habet dubium.& præſertim hoc ipſum verum eſt, ſi in partibus ſit cognitum plene,& concluſum. & ad idem ſciendum eſt etiam, ſi Iudex in citatione fuerit comminatus, quòd procedet ad ſententiam,ſi comminatus non compareat, quòd hæc comminatio habebit vim peremptorij, vt per Barto.in.l. ſi finita, in.§. Iulianus, numero quarto.ff.de dam.infec. Abb.in.c.cauſamque, columna tertia de reſcrip.dictumque veriſsimum eſt,moderandum tamen iuxta ſuperius allegata, & vt Rota declarat, in loco,de quo ſupra deci.ſcilicet.245.

Secundo,quòd dentur,reo inſtante,& petente, in cauſa prophana adhuc, quadraginta dies, actori vero triginta, ad ponendum & ad articulandum, ſecundum conſtitutiones Ioan.22. & nimirum, quia reorum partes ſunt fauorabiliores, quàm actoris.c.ex literis, de proba.vulga.l.fauorabiliores, de regu.iu.& quia etiam reorum eſt fugere, actorum vero inſtare.cap. nullus,de præſump.cap.forus,de verbo.ſignifica.l. inter ſtipulantem.§.ſi ſtichum.ff. de verbo. obligatio. & maior denique actoris contumacia,quam rei.cap.cauſamque, de do.& contu. cap.primo, eod.titu.in ſexto,ea forte ratione, quam aſsignat tex.in.l.ſi quando.C.de dila. ibi quoniam inſtructus eſſe non potuit,qui præter ſpem ad alienum trahitur iudicium. Vnde videmus hac de re,quòd reus etiam plures exceptiones,quamuis contrarias,proponit, actor vero non, niſi contrarium in iure deciſum inueniatur, vt per Barto.in.l.nemo, in princi.ff. de excep.& ſimile eſt in.l.ſi quis ex argẽtarijs, in.§. prætor.ff. de eden.ibi, Inſtructus eſſe poteſt ex inſtrumento ſuæ profeſſionis.& ibi, Abſurdum enim eſt &c.Et ad propoſitum inquit etiam Barto.in.l.in lege,in.§.primo,columna ſecunda.ff. ad legem Aqui.quòd reus examinat teſtes ante litem conteſtatam, actor autem regulariter non,quia non eſt in poteſtate rei,quãdo



do conueniatur.& in.l. eum quem temere.ff. de iudi. quòd in actore iuſtior cauſa litigandi requiritur,quàm in reo, vt excuſetur ab expenſis,ex quo antequam litiget, ſubtilius deliberare debet.& quòd maius tempus habeat reus, quàm actor, ad propoſitum,virtute.d.conſtitutionum Io.firmat Rota, deci. præallega.30.col.2.ad fi.

Tertio,quòd quando committitur cauſa in palatio, vt terminis non ſeruatis,ſed ſola facti veritate inſpecta procedatur, vt termini ſubſtantiales ad ponendum & ad articulandum, & dicendum contra articulos, & ad producendum omnia, & dicendũ contra producta, ad arbitrium Auditoris abbreuiari poſsint, ſed non totaliter omitti, alij autem non ſubſtantiales ſic, ita quòd termino ad libellandum omiſſo, poteſt terminus octo dierum,vel decem,ad ponendum,& ad articulandum,ſiue dandum articulos, & ad concludendum aſsignari ad primam diẽ. inquit enim Ioan.Mona.in cap.fina.de hære.in ſexto,quòd vigore ſolius verbi figura, poteſt Iudex incipere ab articulis, eiſdemque probatis,procedere ad ſententiam,ergo multo fortius vigore verborum prædictorum, quæ vltra alia de quibus in cle.diſpendioſam,de iudi. & in clemen.ſæpe, de verbo. ſignificatio.debent aliquid operari.l.ſi quando.ff.de lega. primo,capitulo ſi Papa, de priui.in ſexto,cap.in memoriam.19. diſtin.ad dicendum vero contra articulos, poteſt terminus pariter aſsignari ad primam diem, & ad producendum omnia, etiam ad primam vel ſecundam diem. & ad dicendum contra producta, ſecundum multitudinem eorum. & eſt ſtylus, quẽ inuenit Vrbanus Quintus,ne partes vexarentur litibus laboribus & expenſis, & vt negotia expedirentur celerius.cap. finem litibus, de do.& con.c.frequens, de reſtitu.ſpo. in ſexto. Aliter Egidius dicebat, quòd ſi termini ad ponendum & producendum omitterentur, dummodo aſsignaretur partibus terminus communis, peremptorius, ad proponendum, ponendum,& probandum omnia,quæ vellet in cauſa, proceſſus non eſſet nullus, ex quo rigor iuris tollitur ex verbis in commiſsione appoſitis,verum quia hodie commiſsiones facile obtinentur,ex quibus dubia multa oriebantur,alia ordinatio ſtatuta eſt, quæ ſeruari debet, & quam ad vnguem tradit Rota, deci.33.quando committitur, in nouis.nonnihil deci.96. Domini,eo.lib.& deci.451.nota Domini &c.in antiq. & deciſio. 488.nota quando cauſa &c.eo.lib.

Quarto quòd articuli qui ſunt de iure dantis(hoc enim caſu ſolum conſyderatur,an cauſa vnde competit ius agendi,vel excipiendi,directe deſcendat à iure dantis, cle. conſtitutionem, de elect. Rota deciſio. 36. fuit dubitatum, ad fin.in nouis)& aliàs pertinentes in materia & in forma, dati poſt terminum, ante tamen concluſum in cauſa, poſſint & debeant admitti de æquitate, licèt forſan de rigore iuris contrarium ſeruandum ſit.c.paſtoralis, de excep. & ad propoſitum not. compoſte.in c.quod ſicut,de elec.& Pau.in.d.cle.conſtitutionem. Rota deci.101.omnes, in nouis.& non ſine ratione, antequam ſit in cauſa concluſum, dictum eſt, quia tūc partes nil aliud poſſunt probare,immo quòd omnibus probationibus renunciaſſe videntur,iuxta glo.in.§.quia vero, in authen.de teſti.& in.c.cū dilectus,de fi.inſtru.Ro.in.l.prima,columna tertia de arb.plene Iaſ.in.l.admonendi, in repe. colum.24.ff. de iureiuran.& quia duo hæc parificantur, vel quòd in cauſa concluſum ſit, vel ſententiam latam eſſe, vt per Barto.in.l.ſi mater, in.§.eandem,in fi.ff.de excep.rei iudi.

Quinto,quòd omnes cauſæ in curia,committantur, cum incidētibus dependentibus & connexis,& ideo auditor datus in cauſa appellationis à diffinitiua interpoſitæ, ſi excipiatur de deſertione appellationis, poterit ſine noua commiſsione hac ratione cognoſcere,an ſua ſit iuriſdictio.c. ſuper literis, de reſcrip. cap.ſignificantibus,de offi.de.c.ſua,de ap.quia ſcilicet deſertio eſt incidens,ſeu emergens,de quo,tanquam de principali,ante omnia cognoſcendum eſt.c.1.c.tuam, de ordi.co. Rota deci. 153.auditor, in nouis. & ad prædicta facit etiam quod habetur in.c.translato,de conſtitu.Barto.conſi.159.viſa, col.vlti. Calde.conſi.22.teſtator,in.j.de teſta.

Sexto, quòd ſi in prima inſtantia articuli alicuius admittantur ad probandum in curia & extra,& pars ſit negligens in proſequenda ſeu habenda remiſsione,nihilominus vti poſsit in ſecunda inſtantia,& proſequi.d.remiſsionem de benignitate canonica,& maxime in beneficialibus.c.cum Ioannes,de fide inſtrumento.l.per hanc .C. de tempo.appel. & hoc idem forte, ne probationum facultas anguſtetur, & ius partis pereat.l. quoniam in fi. C.de hære.c.ſignificauit.c. Albericus, de teſtib. Rota deciſio. 302.ſi in prima,in nouis.Bald.conſilio.317.punctus,colum.ſecunda,volumi.quarto,vbi etiam dicit, quòd cū probandi potentia ſtatuta fuerit ob bonum publicū, nec partium



conſenſu poterit (iterato dixerim) anguſtari.l. ius publicum.ff.de pac.c.ſi diligenti,de fo.compe.cum vulga.

Septimo,quòd ſi actor in cauſa beneficiali ante litis conteſtationem renunciauerit liti & cauſæ, vt non propterea videatur reuunciare iuri ſibi pro tunc,in beneficio competenti, ex quo aliud eſt renunciare liti,aliud iuri.c.cum inter, de elec.c.ſanè. c.veniens,de renunciatio.Innocen.in.c.in noſtra, de reſcrip. Vel in præſentia,vel in abſentia,renunciatio fiat,quoniā vtroque modo fieri poteſt,vt not.in.c.cum pridem, de pac.& in.l. poſtquàm liti.C.eodem, quod vltimum tamen in prophanis forte procederet,non in beneficialibus.c.quòd in dubijs.c.admonet,de renuncia.Rota plene,deci.306.ſi actor, columna.1. & ſecunda in nouis.

Octauo,ꝙ auditores,de ſtylo, & obſeruantia palatij,ferè ad idē, renunciationem litis & cauſæ recipere poſsint, non iuris,niſi ſibi expreſſe committatur,de quo tamen aliqui dubitarūt. ſed nihil eſt,ex quo ſtrictiſsimam habent poteſtatem,& ſtrictiorē, quàm alij delegati,vt not.in.c.ſolet,de ſenten. excommunica. in.6.poteſtque facile haberi regreſſus, ad referendarium, vel ad Vicecancellarium,quòd habent poteſtatem recipiendi reſignationes in curia,& quia etiam procuratores poteſtatē nō habent renunciandi,iuri,& fuſius Rota,deciſ.præallegat.306. circa medium.

Nono,quòd ſi appelletur ante tertiam diffinitiuam ſententiam, ab aliquo grauamine,etiam iuſto & vero, & nihilominus tertia diffinitiua feratur,& poſt modū articulus prædictæ appellationis,ſiue grauaminis,alicui alteri auditori committatur,& petatur procedi ac pronunciari ſuper dicto grauamine,vt pars ipſa id petens,non audiatur,nec de ipſo cognoſcatur aut pronuncietur,antequàm dictæ tres ſententiæ conformes fuerint effectualiter executioni demandatæ,clemen. vt calumnijs, de re iudica.& hoc idem quia prædicta cognitio & pronunciatio nullitatem tertiæ ſententiæ concernebant, ita vt omnimodo ſuperſedendum ſit,& vitari circuitus debeat, donec.d.executio fiat,clemen.auditor,de reſcrip.l.dominus teſtamento.ff.de condictio.indebi.R.ota deci.322.dixerunt,in nouis.

Decimo,quòd ſuper articulis non admittendis, vel iam repulſis teſtes affuturi non recipiantur,ſi tamen repulſi ſint vel repellendi,ex defectu materiæ ( probationes enim impertinentes omnino reici debent.l.ad probationem.C. de proba.c.cū con

tingat,de offi.delega.& dicuntur impertinentes, quãdo ex eis nullus ſequitur effectus,vt plene per Bal.conſi.143.ſuper quæſtione,colum.ſecunda volumi.ſecundo & qua ratione repelluntur in prima inſtantia,eadem in alijs ſunt repellendi, quoniam defectus materiæ,concernit inſtantiam totius cauſæ) nõ propter lapsũ termini,vel quia ſit defectus in forma, quia male ſpecificati,quoniam tunc ſecus,& hoc ideo, quia recipiũtur non ſolum reſpectu illius inſtantiæ,verum etiam totius litis, cum ſit cauſa abſentiæ,ad omnes inſtantias vniformis, idcirco ante incohationem totius litis recipiuntur.c.quoniã frequenter,vt lit.non conteſta.& articuli male ſpecificati in prima inſtantia,poterunt melius ſpecificari in ſecunda,vel tertia, & nõ dati in termino,dari poterunt in termino ſecundæ vel tertiæ inſtantie,& prædicta ne probationum copia pereat.d.c.quoniam frequenter,Rota deciſ.323.ſuper articulis,in nouis.

Vndecimo,quòd ſi committatur cauſa,cum poteſtate citandi per edictum affigendum in curia & extra, non ſufficiat, ſi decreta citatione poſtea per auditorem legatur in audientia contradictarum,& affigatur in valuis palatij,& eccleſiæ maioris,vbi eſt curia,& legatur ac publicetur etiam in locis vicinis in partibus in quibus mandatur fieri executio, niſi etiam affigatur in valuis illorum locorum,& dimittatur affixa per aliquas horas ibidem,vſque adeo vt neque affixio copiæ ſufficiat inſtrumenti ſiue literæ citationis, niſi affigatur originalis, cui pars credere tenetur,& non copiæ,quoniam ſi in iudicio fidem nõ facit,multominus faciet extra.c.primo & ſecundo, de fide inſtrumen.c.cum in iure peritus,de offi.delega.not. in authenti. ſi quis in aliquo.C.de edendo, Rota deciſ.223. ſi committatur,in nouis,& ad idem ſciendum eſt, vt ibi etiam dicitur, & bene,quòd in locum albi prætoris,de quo aliàs, in.l.prima, in §.ædere.ff.de edendo,& in.l.prima & ſecunda .ff. de albo ſcribendo, hodie ſucceſsit palatium Apoſtolicũ,quodq́ue in eius valuis fiunt citationes,vt ſupra.

Duodecimo,quòd impetrans certum beneficium, vacãs per obitum extra curiam,cum clauſula, dummodo non ſit in eo alicui ius ſpecialiter quæſitum,non teneatur facere mentionem de expectantibus ibidem authoritate Apoſtolica, & illud idẽ beneficium acceptantibus.c.ſi poſtquàm, & ibi not.de præbẽ. in.6.ſed dubitatio eſt,quid in canonice electis, vel præſentatis ad.d.beneficium ante impetrationem antedictam, licet confirmatio

matio



matio ſubſecuta non ſit,& deciditur ibidem poſt multa, in eiſdem ſupra dicta non procedere,& bene,ex quo electus vel præſentatus ex toto & perpetuo eẽt excluſus,ſi in ipſis prædictus ſtylus ſeruaretur,quod abſurdiſsimum eſſet, nec præſumendum,quòd Papa tantum præiudicij canonice electis, ſeu præſentatis,facere voluerit.c. ex parte .c. ſuper eo.c.quamuis, de offi.delega. capitulo deliberatione, de offi.delega. in.6. & vt ibi latius.

Decimotertio,quòd ſi poſt concluſionem in cauſa factam ad inſtantiam actoris,in beneficialibus admittantur articuli rei, tacite concluſio in cauſa prædicta reuocari videatur, forte quia neceſſaria tunc nõ eſt, ex quo in prophana infertur eſſe ſecus, iuxta not.in clemen.ſæpe,de verbo.ſignifi.Rota deci.5. ſi poſt concluſionem,in prin.in nouis.

Decimoquarto,quòd procurator, articulos per eum datos, etiã per iuramentum,tanquam datos per errorem, quamuis hoc ipſum non docuerit,de ſtylo & obſeruantia palatij, poſsit reuocare,& licèt contrarium notari videatur in capitulo fina.de confeſſ.verum de iure id tamen ſequendum non eſt.c.quàm graui,de crimi.fal.& ſtylus huiuſmodi eſt indifferenter ſeruãdus in beneficialibus & matrimonialibus,in quibus animæ periculum vertitur. & idem in prophanis, niſi articuli dati ſint per iuramentum,quoniam tunc nunquam admitteretur procurator ad reuocationem erroris, iuxta ea quæ habentur, in c.in poſitionibus,de confe.in.6. Rota deciſio. 260. procurator in nouis.

Decimoquinto,cùm mandatur auditori,quòd ſi per euentum litis ſibi conſtiterit,neutrum litigantium ius habere in beneficio,prouideat illi qui ſit magis idoneus, quòd de huiuſmodi idoneitate,poterit ſe informare per teſtes,quis eorum excedat alium literis,moribus,vita,ætate,nobilitate,& conuerſatione, & ſecundum hoc,vnum alio magis idoneũ iudicabit. ad quod faciunt etiam nota.in.c.licet,de tranſla.præla. Rota deci.270. ſi mandetur in nouis.

Decimoſexto, quòd Legatus de latere ſuper pluralitate beneficiorum incompatibilium, non diſpenſet, ſed ſolus Papa, tradit Ber.& Tan.in.c.dudum,de electio. Bartholo. Brixien.in.c. Sanctorum.70.diſtin.Innocen.in.c.de multa,de præben. & ibi de materia,& facit tex.in.c.ſuper eo,& in.c.non poteſt,& in.c. cum ſingula,de præben.in.6.& in.c.ordinarij locorum, de offi.ordi.

ſi.ordi.eo.lib.& quòd ita ſe habeat ſtylus curiæ, teſtatur Archidiaco.in.c.primo, de conſuetudi. Rota deci. 286.legatus, in nouis.

Decimoſeptimo, quòd contumax etiam vere, audiatur appellans à diffinitiua infra decem dies, computandos à tempore prolationis ſententiæ, non ſcientiæ. & nimirum, quia nimis graue eſſet, & iniquum, ſi tantum parti præiudicaretur, quæ ficte citata eſt, nam ei tolleretur defenſio, & appellationis remedium, quod nec Diabolo tamen eſſet negandum, ſi in iudicio foret. c.cum inter, de excep.c.cum ſpeciali, de appel.& quia ſatis eſt quòd abſens in proceſſu & diffinitione cauſæ puniatur, argu. in.l.diuus.ff.de offic.præſi. conſyderando quoque idẽ eſſe in citato ad domum, & in loco beneficij de qúo agitur in eccleſia cathedrali, qui ſi non compareat auditur appellans, clemen. cauſam electionis, de elec.& multo fortius in citato per edictũ in locis publicis, plus diſtantibus & remotis, & prædicta omnia niſi de ſcientia ipſius citati, & contemptu conſtaret, quia tunc non audiretur, vt per Io. And.in clementi.vnica, de do. & con.Rota deci.364.cum iura, colum.ſecũda in nouis.& dubium faciebat, quia iura clamitant, contumacem appellantem regulariter non eſſe audiendum.l. prima.C.quo. app. non reci.l.properandnm.C.de iudi.Rota in.d.loco, in princip.

Decimooctauo, quòd ſemel citata parte legitime ad cauſam, in eius contumacia procedatur per audientiam, etiam ad excommunicationem, puta quia non reſpondeat libello lite conteſtata, tribus tamen citationibus præmiſsis, argumen.in.c.primo de iudi.& in.c.prout, de dolo & contu.& in.c.tuæ, vt lit.non conteſta.Rota deciſio. 399.ſi pronuncietur, in fi.in nouis.

Decimonono, quòd per denunciationem non probetur ſufficiẽter excommunicatio ad effectum obtinendæ abſolutionis ad cautelam, vt per Ioan.Andre. in capitulo pia, de exceptio.in 6.quod planè fatendum eſt, quando opponitur excommunicatio per partem aduerſario in vim peremptoriæ vel dilatoriæ, ad eum repellendum, & eiuſdem opi.ideo de ſtylo, & in curia ſeruatur, quia rariſsime excommunicationis exceptio admittitur, ex quo nunquàm debite proponitur & ſpecificatur, & fuſius Rota deciſio. 400. ſi quis, columna prima in nouis.

Vigeſimo, quòd titulus vt lit.penden.fortius in actore procedat, quàm in reo, ideo intimatio appellationis iuxta formam clemen.



men.cauſam electionis, de electio.quando de ſpeciali mandato cauſa cõmittitur, fit vt reus certificetur ſuper quo velit actor agere, ad hoc vt poſsit venire, vel mittere, inſtructus, argumẽ. in clementi.ſecunda vt lite penden.& in capitulo præterea, de dila.in tantum, vt cùm ipſe actor certus ſit vel eſſe debeat de facto ſuo.c.ab excommunicato, de reſcrip.c. eum qui certus, de regulis iuris in ſexto alia citatio, ſeu certificatio de cauſa nõ ſit neceſſaria, Rota deciſio. 402. ſi actor, colum. prima in nouis.

Vigeſimoprimo, quòd gratiæ pro aliquo beneficiando ſcribantur, vt in loco, de quo infra mirumque videtur, quoniam in volumine Decreti ſcriptũ non reperitur, gratias vnquàm fuiſſe conceſſas, nec poteſt aliud dici, niſi verum eſſe, quòdque Papa ipſe cœpit ſcribere, cum moderamine, dando primo monitorias, ſecundo præparatorias, tertio executoriales.c. mandatum, & ibi Abb.colum.tertia de reſcrip. not. in capitulo primo, & in capitulo ex literis, de conſtitu. & in.c. quàm graui, de crimi.fal.

Vigeſimoſecundo, ferè ad idem, quòd ſolita inſeri in reſcriptis, habeantur pro expreſsis.d.c.ex literis.c.cum cauſam, de elec. c.ſecundo de reſcrip.& hoc quia olim pro ſecundo non ſcribebat, quin apponeret clauſulam, ſi pro alio non ſcripſimus, præallega.c.mandatum.c.literis.c.Abbatem, eod.titu.ita idem Abb.in.d.c.mandatum.

Vigeſimotertio, quòd gratia Papæ non dicatur perfecta, niſi reducatur in mundum, argumen.in.l. contractus .C. de fide inſtrumento.tradit Bald.in capitulo primo in fine princip.per quos fi.inueſtitu.in vſibus feudorum, aliquid in .l. fina.C. ſen ten.reſcin.non poſſ.colum.tertia, Oldra.conſilio.324. factum num. quinto glo. in regu.can. 25. item voluit, in princip. & octaua, in princip.ita vt ſola ſignatura non ſufficiat, nec poſſit gratia prædicta per teſtes probari, nouiſsime Staphi. in tracta.de gratijs expecta.quib.mod.lit.ad be.expi.numero octauo, & numero tertio, de commiſsio. & lit.iuſti. poſt Bellame. deciſio. 644. ſi Papa, Rota deciſio. 458. circa colum.2. in nouis.

Vigeſimoquarto, quòd ſi aliquis impetrat literas Iuſtitiæ, inque eis mentionem faciat, quòd obtinet duo incompatibilia, de quibus in.c.de multa, de præben.non ſufficiet, quòd dicat, ſe illa canonice obtinere, ſed neceſſe ſit, vt aſſerat obtinere ex diſpenſatione

ſpenſatione Apoſtolica, & hoc ideo quia verbum canonice, ſolet referri tantum ad poteſtatem conferentis, non etiam ad habilitatem recipientis. vt not. in capitulo non poteſt, de præben. in. 6. Specula. de diſpen. in. §. dicendum, numero. 14. prouin. ſo. 41. colum. 1.

Vigeſimoquinto, ſi impetretur reſcriptum ſuper aliquo, quod impetrans dicat ſe canonice vel legitime obtinere, cui ius commune tamen reſiſtat, vt neceſſario conſuetudo vel priuilegiũ, & ſimile exprimatur, exemplum in exemptis, quòd niſi fiat, literæ non dabuntur, etiam ſi velit vt in eis ponatur verbũ legitime vel canonice, & ad propoſitum not. in. c. licet, de probatio. & in. c. fina. de reſtitu. ſpoliato. in ſexto, & in. c. primo de præſcrip. eo. lib. & per Innocen. in. c. ſecundo de dila. idẽ prouincia, in loco præallega.

Vigeſimoſexto, quòd licèt committens vices ſuas, totum commiſiſſe videatur. c. ſuper quæſtionum, & ibi not. de offi. delegat. c. ſi duo, eodem titu. in. 6. cancellaria tamen non admittat, niſi exprimatur, quòd iudex totaliter vices ſuas commiſit, & refert adhuc in præallega. loco prouin. fo. 44. colum. ſecunda quòd ſtylus iſte, etiam tempore collecta. obſeruabatur, vti ipſe not. in. d. c. ſuper quæſtionum.

Vigeſimoſeptimo, quòd in reſcripto ſuper manuum iniectione ponatur clauſula vocatis vocandis, ex quo fit vt Iudæi non incidant in canonem Lateranen. concilij. ſi quis ſuadente. 17. quæſtione quarta, & nimirum quia nec poſſunt excommunicari. dixi ego alibi multa prouin. fol. 45. colum. ſecunda, & quòd excommunicari non poſsint, probatur in capitulo gaudemus, de diuor. tradit Ioã. de Ligna. in trac. de ſen. excommunicatio. charta prima, & fuit dictum Hoſtien. in ſumma, de Iudæ.

Vigeſimooctauo, quòd Cardinales poſsint committere eorum auditoribus obſeruationes terminorum, abſque ſpeciali mandato Papæ, quæ conſuetudo curiæ & ſtylus, forte ortum habuit à dictis, & not. per Archidiaco. in capitulo ſuper quæſtionum, in. §. porrò, & in. §. verum, de offi. delega tradit Egidi. Bellame. deciſio. 43. articulus, ad finem. Prouin. fol. 46. colum. ſecunda.

Vigeſimonono, quòd licèt olim inuocatio brachij ſecularis de qua in. c. j. de offi. or. daretur abſque ſignatura, hodie tamen nõ detur, quia nec dabatur tempore collecta. vt teſtatur in. d. c. j. & pro-



& propterea (vt dicebam ſupra) ſtylus inconſtans eſt, & modo albus, modo niger, nec prouin. negat, fo. 28. col. 2. ſed non curandum, quoniam quod de præſenti ſeruatur, non quod ſeruabatur olim, curandum eſt.

Trigeſimo, quod ſuper ſpolio beneficij, vel alterius rei prophanæ, non dentur literæ, niſi ſpoliatus dicat aliquid de proprietate, exempli gratia quòd tale beneficium canonicæ ſibi collatum aſſecutus, aliquandiu tenuit, vel ſi res ſit prophana, eã ad ſe ſpectare. c. in literis, & ibi not. de reſti. ſpo. Prouin. fo. 38. col. j.

## SECVNDA PARS.

TRIGESIMO primo, quòd non dentur literæ captionis ſuper debito ciuili, & mirum eſt, cum de ſanguine non agatur tunc, quod aliàs refugit eccleſia & abhorret. c. ſentẽtiam ſanguinis, ne cle. vel mo immo quòd nec per ſignaturam conceditur, niſi ſit debitum cameræ, ſeu fiſci, & not. in. c. ex reſcripto, de iureiu. Prouin. ſo. 45. col. j.

Trigeſimo ſecundo, quòd quamuis per aſſecutionem ſecũdi beneficij ſub eodem tecto, primum ipſo iure vacare non videatur. c. literas, de conce. præben. tamen expediantur literæ, tanquam pro vacante. Prouin. ſo. 52. col. 2.

Trigeſimo tertio, quòd ſi appellatio extraiudicialis commiſſa ſit auditori in palatio apoſtolico, vel alibi, ſtatim ſint poſt commiſsionem clauſæ & ligatæ manus executoris. c. vt noſtrum, de ap. c. quãuis, de elec. in. 6. Rota deci. 344. licet, in fi. in nouis, Milis in. §. appellatio verſiculo decimo appellatio extraiudicialis.

Trigeſimo quarto, quòd ſi appellatio in partibus interpoſita ſit ad curiam, ante ſententiam, vel poſt, auditor, cui cauſa appellationis commiſſa eſt, poſsit Iudici à quo ſtatim inhibere, cum ſibi conſtat appellatum, & per appellationem cauſam ad curiã deuolutam fuiſſe, vel ſi appellationem recipiens, incipit de veritate cauſæ appellationis, aut de negotio principali ex certa cauſa cognoſcere. c. Romana. §. quod ſi obijciatur, de ap. in. 6. c. non ſolum §. illa vero, eo. ti. et lib. Rota deci. 11. fuit dubitatum,

tum, in prin. Milis in.§. appellatio. ver. 12. adpellatione ad curiam.

Qui plus dicit, & erit trigeſimus quintus caſus, in.d.loco.ver. ſeq.qui eſt.13.appellatione à grauamine, poſt Rotam deci. præallega.quòd appellatione à grauamine ad curiam in partibus interpoſita,auditor adhuc,cui committitur cauſa appellationis cum negotio principali,& cum poteſtate citandi ad partes,poteſt de æquitate,& ſecundum ſtylum curiæ inhibere Iudici à quo etiam ante decretam citationem.d.c.non ſolum,& de æquitate canonica dixi, quoniam de iure contrarium dici videtur,in cle.2.vt lit.pen.

Trigeſimo ſexto, quòd ſi appellatio à grauamine iniuſto interpoſita ſit in partibus ad curiam, cauſæque auditori adhuc cõmiſſa cum negocio principali,& cum poteſtate citandi ad partes,& ipſe pronuniet male appellatum,debet cauſa in curia remanere,non autem fieri remiſsio ad partes,vt in locis ſupra allega.Milis ibidẽ,ver.14.appellatio.& hoc idẽ propter appoſitionem manus Papæ, & aduocationem cauſæ principalis, cui deciſioni & ſi obſtare videatur tex.in.c.cũ in eccleſia,& in.c. vt debitus, de ap.& de iure hac ratione verum Rota fateatur in loco de quo ſupra col.2.de ſtylo tamen ſecus eſt,igitur (vt ſæpe dictum fuit) ſeruandus.

Trigeſimo ſeptimo,quòd appellatio quæ fit à Cardinali,ſiue ante ſententiam,ſiue poſt, non committatur auditori in palatio Apoſtolico,ſed Cardinali,Rota deci.11.præallega.col,2.in fi. Milis in.d.§.appellatio ver.18.appellatio quæ fit à Cardinali.

Trigeſimo octauo, quòd ſi appellatio ad curiam interpoſita ſit, ſecundum formam.c.ſtatuimus,de elec.in.6.& cle.cauſam,eo.ti.pars in curia præſens, abſentem expectare debeat per.20. dies,& eiſdem elapſis poſtea procedere in cauſa,& libellum offerre,etiam omiſsis tribus citationibus,in audientia fieri conſuetis,nec prætextu aliquo proceſſus dici nullus poſsit, quãuis forma prædicta trium citationum ſeruata non fuerit,quoniam ſunt non de eſſe, ſed ad bene eſſe,fiuntque potius, vt.d. 20.dies labatur,quàm propter aliud,& cum abſens pro cõtumace habeatur,non mirũ eſt ſi in cauſa proceditur.c.ſæpe, de ap.c.cordi,eo.ti.in.6.& vt cauſæ beneficiales, quoniam in eis diuturna vacatio eſt valde periculoſa,celerius etiam expediãtur.cap.quam ſit,de elect.in ſexto.Compoſtella. Archi.& alij, in dicto capitulo ſtatuimus.Rota deci.78.poſt lapſum,in nouis,



uis,Milis in.§.appellatio.verſicu.67.appellatione interpoſita.

Trigeſimo nono, quòd quamuis contumax verus non appellet fictus autem ſic,à tempore ſcientiæ, non ſententiæ infra decendiũ.c. concertationi, de ap.in ſexto.Rota deciſio.49. ſi fertur,in princi.in nouis.de ſtylo tamen curiæ,& ſecundum obſeruationem Rotæ, & idem in citato per edictum, appellabit tamen verus etiam,dummodo appellet infra decem dies, vt ſupra computandos à tempore ſententiæ & non ſcientiæ,& ſic è contra.ita Rota met deci.364.cum iura,in fi.eo.lib.ſuperinde declarans etiam, quis verus contumax ſit, & fictus, deci.præallega.49. Milis in.§. appellatio.verſicu.103. appellare non poteſt.

Quadrageſimo, quòd auditor ſacri palatij non poſsit poſt mortem Papæ procedere in cauſis etiam ante mortem cœptis, vt not.in clemen. auditor, in fin.de reſcrip. Milis in verbo Auditor.

Quadrageſimo primo, quòd ſi citatus ad certum terminum, vel ad certum actum, & generaliter ad procedendum in cauſa vſque ad ſententiam incluſiue, non compareat, poterit contra eum, tanquam contra contumacem procedi, etiam ſine noua citatione,per audientiam contradictarum, vt per Innocen.in c.conſuluit,de offi.de.& in.c.audientis,de procu.nonnihil Archi.in capitulo primo,de eo qui mit.in po.cau.rei ſer.& in capitulo primo de do.& con.in ſexto, niſi Iudex de benignitate velit eum expectare dicto capitulo conſuluit.capitu. dilecti, de do. & con. Rota deciſio.345. licèt impetrans, ad fin. in nouis. Milis in.§. citatio, verſicu. decimoquarto citatus ad certum terminum.

Quadrageſimo ſecundo,quòd ſi citatus legitime ad curiam,non compareat, poſsit contra eum abſentem commiſsio impetrari,quòd per audientiam procedatur contra ipſum,ſola veritate facti inſpecta,& etiam terminis non ſeruatis,ita vt nec ſit neceſſarium,quòd.d.commiſsio ſibi intimetur. Et nimirũ,quia debuit venire, vel mittere procuratorem ſufficienter inſtructum ad omnia, quæ occurrere tunc potuiſſent, vel impetrari in cauſa contra eum, aliàs propter ipſius contumaciam,quicquid in abſentia factum fuerit poſtea, valebit & tenebit, argu. in.c.ſtatuimus,& in.c.cupientes, de elect.in ſexto,& in capitulo ſæpe,de ap.& in.c.quoniam, vt lite non con.& in capi.fina. de eo qui mit.in po.cau.rei ſer.Rota deciſio.115. in vim commiſsionis

miſsionis, in nouis. Milis in loco de quo ſupra verſicul. 17. citatus ad curiam.

Quadrageſimo tertio, ſi petatur declarari, aliquem incidiſſe in canonem ſi quis ſuadente decimaſeptima quæſtione quarta, vt denũcietur publice excommunicatus, & euitetur à CHRISTI fidelibus, licèt non requiratur litis conteſtatio, quòd ſummariæ & cum cauſæ cognitione hoc ipſum cognoſcatur, cle. præſenti, de cenſi. capitulo primo & ſecundo de pœn. Rota deci. 54. ſi petatur, in nouis, &. 504. nota ſi petatur, in antiq. Milis in. d. §. citatio. verſi. 87. citari debet.

Quadrageſimo quarto, quòd excommunicatus admittatur ad impetrandum reſcriptum in curia, licèt non impetret regulariter ad agendum extra curiam. & eſt not. ad ea, quæ habentur in cap. cum inter, de excep. Et ratio eſt, quia reſcripta huiuſmodi, quæ impetrantur ad agendum in curia, ſunt potius diſtributiones, vſqueadeo vt quilibet, etiam inhabilis, admittatur ad impetrandum, nec quod habetur in capitulo ipſo iure, de reſcrip. in ſexto, & in capitulo nonnulli, eodem titulo, vendicant ſibi locum in curia, vt not. Rota concludit, deciſio. 175. commiſsio, in princi. in nouis. Milis in. §. excommunicatio verſicu. 45. excommunicatus licèt non poſsit &c. quod tamen declarat verum eſſe in reſcripto impetrato ad auditorem Rotæ, qui aliàs habet iuriſdictionem in cognoſcendo, non ſi ad alium Iudicem etiam in curia. & quòd huiuſmodi reſcripta ſint diſtributiones potius quædam, nec iura præallega. locum habeant in curia, Rota adhuc repetit, deciſio. 362. ſi committitur, in prin. eo. lib.

Quadrageſimo quinto, quòd poſsit petere abſolutionem per procuratorem, ſi tamen ad id ſpeciale mandatum habeat, vt not. in. c. cum deſideres, de ſenten. excommu. & licèt contrarium dicant aliqui ibi, id verum eſt, de rigore iuris, non de ſtylo curiæ, quod atteſtatur Milis in. d. §. excommunicatio, verſi. 79. excommunicatus poteſt.

Quadrageſimo ſexto, quòd Auditores, cum ſtrictiſsimam habeant poteſtatem, & ſtrictiorem quàm alij delegati, ad cautelam abſoluere non poſsint, ſine ſpeciali mandato, quod tamen alij Delegati faciunt, vt not. in. c. ſolet, de ſenten. excommunica. in ſexto. Rota deciſio. 306. ſi actor, columna ſecunda in nouis. Milis in. §. Iudex auditor, primo, & vt ſubijcit in verſicu. ſequen. ſciendum eſt, quòd Auditor palatij habet iuriſdictionem





ctionem ordinariam in cognoſcendo, in ſententiando vero delegatam, & ordinariam non actu ſed habitu, & vt ipſe fuſius.

Quadrageſimo ſeptimo, quòd Auditor palatij, cui committitur cauſa appellationis in partibus interpoſitæ, vel etiam in curia, de æquitate potius, quàm de rigore ſeruet terminos palatij, ſolitos in prima inſtantia ſeruari. & hoc idem propter executionem executoriæ, quæ aliàs per cancellariam non tranſiret. & quia eſto quòd hæc ſecunda inſtantia ſit. c. cum Ioannes, de fid. inſtrumen. c. Raynutius. cap. Raynaldus, de teſta. l. per hanc. C. de tempo. ap. debent tamen ſeruari, quia coram Auditore & alijs Iudicibus raro vel nunquam ſeruantur, aliàs propter defectum ordinis iudiciarij, tam prima quàm ſecunda ſententia, poſſet impugnari, & executio eiuſdem etiam impediri, niſi aliàs conſtaret, quòd in principali cauſa ſeruati fuiſſent, & ita Auinioni fuit ordinatum anno. 1376. 3. Aprilis, quod & Rota decidit & teſtatur, deci. 20. anno Domini, in nouis, nonnihil Milis, in. §. Iudex. verſicu. 4. Iudex Auditor palatij.

Quadrageſimo octauo ſi ſint plures Auditores, quibus ſeparatim cauſa commiſſa ſit, vni ad inſtantiam actoris, alteri ad inſtantiam rei, nec appareat cui commiſsio prius fuerit præſentata, quia in talibus commiſsionibus non apponitur data, quòd ille procedat, qui præuenit alterum in citando, & hoc quia habent ordinariam iuriſdictionem in cognoſcendo, illeque cognoſcere debet, qui citando præuenit. c. propoſuiſti, de fo. compe. Rota aliquid deciſio. 654. nota quòd quando. in antiq. Milis in loco præallega. verſi. 12. Iudices Auditores &c.

Quadrageſimo nono, quòd delegatus non poſsit inuocare auxilium brachij ſecularis, niſi hoc ei ſpecialiter commiſſum ſit, vt per Archi. in cap. vt officium, in. §. denique de hære. in ſexto, eſt verum quòd Innocen. Hoſti. & Ioan. And. tenuerunt contrarium, in capitulo ſignificaſti, de offi. de. ſed Milis dicit primum verius de ſtylo, contrarium vero de iure ſcripto, illud igitur ſeruandum eſt. c. quam graui, de cri. ſal. ſubijciens, quòd quamuis delegatus non poſsit, poteſt tamen requirere ordinarium, & eum compellere vt inuocet, in. §. Iudex delegatus. verſiculo decimoquinto Iudex

delegatus an poſsit &c.

Quinquageſimo, quòd Iudex, cui certum miniſterium com miſſum eſt, poſsit excommunicare impedientes, etiam ſi in commiſsione non adſit clauſula contradictores &c. not. in cap. præterea, eodem titulo, ita Ioan. And. in cap. fina. de offi. de. glo. & Innocen. in cap. Abbatem, de reſcrip. eſt verum quod aliqui tenuerunt contrarium, ſed prima opinio verior, & ita vt teſtatur Milis in. §. Iudex. verſic. 183. Iudex cui certum, ſeruat curia, in loco tamen remoto à Papa, quoniam alias, ſi eſſet præſens. d. clauſula omnimodo eſſet neceſſaria.

Quinquageſimo primo, quòd agens poſſeſſorio recuperandæ, in beneficialibus probet titulum, vel colorem tituli, ne ſuccumbat. capit. eum, qui de eo qui nit. in po. cau. rei ſer. in ſexto, & ibi not. cle. vnica, de cau. po. & prop. & per Innocen. in capitulo ex parte, de reſtitu. ſpoliato. Rota deciſio. 393. ſi à. conferatur, columna tertia in nouis. Subijciens tamen, quòd pro colore ſufficit quòd agens probet ſe authoritate ſuperioris poſſeſsionem beneficij apprehendiſſe, licèt forte collatio, ſiue electio, fuerit vitioſa, & non canonica, & habetur in capitulo cum noſtris, de conce. præben. & in capitulo in literis, de reſtitutio. ſpoliato. & aliter Milis declarat, in. §. poſſeſsio. verſic. 162. poſſeſſorio recuperandæ agens. quòd iſtud idem procedit, & verum eſt, quando poſſeſſorium principaliter intentatur, non ſi incidenter, quando petitur reſtitutio per viam attentati, quo caſu ſufficit probare poſſeſsionem ſingularem, non coloratam, & vt per eum latius.

Quinquageſimo ſecundo, quòd in reſcriptis ſemper dicatur ſuper defectu ætatis, de vberioris dono gratiæ, tecum ſuper dicto defectu diſpenſamus, quia ſi omiſſum eſſet hoc, gratia non valeret. c. licet, de cri. ſal. Calde conſi. 8. an exiſtens, col. j. ad fi.

Quinquageſimo tertio, quòd vbi appellatio deſerta eſt, quo caſu ſententia tranſit in rem iudicatam, Auditor impetratus, in cauſa ipſa appellationis pronunciare debeat ſe non eſſe Iudicem, quoniam ſi poſt deſertionem proſequetur, non ideo minus tranſiret, cle. ſi appellationem, de appella. not. glo. in. l. eos. C. eo. Rota deciſione quinta nota quòd



quòd vbi appellatio &c. in antiq. ſubijciens, quòd ſtylus eſt, vt pars appellans citetur ad docendum de diligentia in proſequendo, & expeditum eſſe ſi hoc idem non fecerit, quòd ſolo temporis lapſu excluditur, & not. rurſum in capitulo plerunque, de reſcrip. & in. l. fina. C. de tempo. ap.

Quinquageſimo quarto, ſi procurator vniuerſaliter datus ſit ad cauſas deuolutas in curia, vt non audiatur, ſi velit ſe ad certas reſtringere, puta ad impetrandum & contradicendum, & hoc duplici ratione, primo vt procuratorum calumnijs obuietur, ſecundo vt cauſæ citius expediantur capitulo ſecundo, & ibi Archi. in glo. magna, in fi. de procu. in ſexto. Rota deciſio. 32. nota quòd vbi procurator &c. in antiq.

Quinquageſimo quinto, quòd diſpoſitio capitul. vt circa, de elect. in ſexto, non habeat locum quando articuli ſunt probati, vel pro probatis habentur, ideo (vt Rota teſtatur) conſueuit dici in palatio, iam ſumus in probatis, & conſtat de non iure aduerſarij, deciſione quadrageſima prima nota quòd capitulo vt circa &c. in antiq. & per Innocen. in capitulo conſtitutus, de fi. presby. & propterea tradit praticam, quando petuntur admttti, vt pars contra quam producuntur proteſtetur ſaluo iure non admittendorum, & non recipiendorum, & bene, quod not. etiam in cle. conſtitutionem, de elect.

Quinquageſimo ſexto, quòd ſi teſtes ſint publicati, licèt ſententia ſit nulla, iterato produci non poſsint, & hoc idem quia pars ſciuit teſtificata, & maxime ſi ad ipſius requiſitionem publicatio facta ſit, vt plene not. in cle. teſtibus, de teſtib. Rota deciſione quadrageſima ſecunda nota quòd vbi teſtes &c. in antiq.

Quinquageſimo ſeptimo, quòd vbi compulſoria ad producendum inſtrumenta conceditur per auditorem, procedi poſsit parte aduerſa etiam non citata, & videtur mirum, vulga. l. de vnoquoque. ff. de re iudi. l. nam ita diuus. ff. de adop. ſed hoc idem eſt, quia inuita parte concedi poteſt, ergo etiam ea non vocata. l. qui poteſt inuitis. ff. de regu. iur. Rota deciſione quadrageſima ſeptima nota vbi compulſoria &c. in antiq.

Quinquageſimo octauo, vbi quis pro beneficio habendo, duas obtinuit gratias à Papa, ſi vſus fuerit ſecunda, & in ea ſuccumbat, quòd poſsit vti prima, & hoc idem quia eſto quòd iſtæ gratiæ ſint diuerſæ, & ad eundem effectum tendentes, non ſunt tamen contrariæ, ideo vna acceptata ab alia non excluditur, ſi (vt diximus) in vna ſuccumbat. l. Aurelius. §. fina. ff. de libe. le. l. habebat. ff. de inſti. Rota deciſione quadrageſima nona, nota quòd vbi quis &c. in antiq. & deciſione. 180. nota quòd vbi aliquis & cætera, eodem lib.

Quinquageſimo nono quòd ſi decreta ſit remiſsio, & bullata, auditor non poſsit etiam de partium conſenſu procedere, ſine noua commiſsione, ex quo Papa alij committendo & manum taliter apponendo, eidem Auditori iuriſdictionem auferre videtur capitulo vt noſtrum, & ibi Innocen. de appellatio. capitulo cum M. de conſtitu. Bellame. deciſione. 388. decreta. Rota deciſione ſeptuageſima ſexta poſtquam, in nouis.

Sexageſimo, quòd ſi quis obtineat capellam & eccleſiam impetret non obſtante capella, quam dicat de ſuis bonis fundatam, hoc ipſum probare non teneatur, vel eius iuramento credatur, iuxta tex. in. l. theſaurus. ff. ad exhiben. Bellame. deciſio. 416. ſi obtinens.





# TERTIA ET VLTIMA PARS.

SEXAGESIMO primo, quòd declinatoriæ fori poſt terminum ad dicendum contra commiſsionem oppoſitæ non admittantur ad probandum, niſi excipiens velit iurare, ſecundum formam capitul. paſtoralis, de excep. quia tunc ſecus, vt concludit Rota, deciſione quinquageſima tertia exceptiones, in nouis, & deciſione. 503. nota exceptiones &c. in antiq.

Sexageſimo ſecundo, quòd attentata lite pendente non reuocentur ad inſtantiam illius, de cuius non iure clare conſtat, vt in interdicto vnde vi. & not. Innocen. in capitul. conſtitutus, de fi. presbyte. & in capitulo ſignificaſti, de diuor. & præſertim ſi hæc reuocatio tendat ad reſtitutionem poſſeſsionis adeptæ lite pendente, & hoc idem ne detur vitioſus ingreſſus notorie ius non habenti, & quia apparet ipſum velle committere peccatum mortale, deducendo fuſius, vt per Rotam deciſione quinquageſima quinta ad inſtantiam, in nouis. & deciſione. 505. nota ad inſtantiam, in antiq.

Sexageſimo tertio, quòd vbi ad cauſam omnes quorum intereſt citati ſunt, & vnus compareat, & dicat ſua intereſſe, ante omnia iſtud ſummarie probetur, argu. in. l. tertia, in. §. ſciendum. ff. ad exhi. aliàs non admittatur. c. veniens, de teſti. & hoc idem ne ſit in facultate vniuſcuiuſque commiſsionem impedire, Rota deciſione quinquageſima tertia nota quòd vbi &c. in antiq.

Sexageſimo quarto, quòd vbi eſt ſuper grauamine appellatum, Auditor ad quem eſt appellatum poſsit recipere teſtes affuturos, etiam grauamine non cognito, forte propter periculum, quod eſt in abſentia teſtium, & ſic ne probatio pereat, argu. in. l. ordinata. C. de libe. cau. Rota deciſione quinquageſima nona nota quòd vbi eſt appellatum &c. in antiq.

Sexageſimo quinto, ſi petatur quòd cauſa commiſſa vni Auditori, committatur alteri, & ſignetur alteri, audiat talis &c. vt cenſeatur à primo Auditore cauſa aduocata, etiam ſine expreſſa reuocatione, quoniam ſatis conſtat de mente committentis, & eſt ſimile in capitulo cæterum, de reſcrip. & in capitulo audita, de reſtitu. ſpoliato. Rota deciſione ſexageſima ſeptima ſi petatur, in nouis. & deciſione 513. nota ſi petatur, in antiq.

Sexageſimo ſexto, ſi plura capitula in commiſsione narrentur, quorum aliqua ſint falſa, aliqua vero vera, quòd ſi ex veris poſsit ſequi effectus concluſionis, commiſsio valeat, vt not. in capitulo ex parte, & in capitulo inter cæteras, & in capitulo olim, de reſcrip. Rota deciſione ſexageſima octaua licet, in nouis, & deciſio. 515. nota quòd licèt in antiq. pro quo facit etiam regula vtile per inutile, de regu. iur. in ſexto. Milis in ſimili, in. §. gratia. verſicu. 110. gratia poteſt &c. & in reſcripto, in. §. reſcriptum. verſicu. 2. reſcriptum habetur. &c.

Sexageſimo ſeptimo, quòd ſi iudex det acta pro Apoſtolis reuerentialibus, quamuis non proferatur verbum deferimus, ſatis tamen deferre videatur, & iuriſdictionem à ſe abdicare, ac in ſuperiorem transfundere, in tantum vt in eadem cauſa procedere non poſsit, etiam de communi partium conſenſu, aliàs proceſſus ſit nullus, niſi per ſuperiorem ſibi cauſa remittatur. c. cum appellationibus friuolis, de appellationi. in. 6. argumen. in. c. quàm periculoſum. 7. q. prima Rota deci. 70. ſi Iudex, in nouis.

Sexageſimo octauo, quòd poſtea quàm litera remiſsionis eſt bullata, licèt articuli non includantur, & ad partes tranſmittantur, auditor non procedat vlterius, ſine noua commiſſione, etiam ſi partes velint remiſſioni renunciare. & ratio eſt, propter manum Pontificis, quæ efficit (quòd alibi etiam dictum fuit ſupra quinquageſimo nono caſu, vbi de articulis mentio nulla) vt inferior ſe de negotio amplius intromittere non poſsit, capitulo vt noſtrum, de appellatio. c. ſi eo tempore. c. quamuis, de electio. in. 6. Rota deciſi. 76. poſtquam, in nouis.

Sexageſimo nono, quòd ad auditorem ſacri palatij, ſi in teſtem adducatur, tanquam ad egregiam perſonam mittatur, iuxta tex.



ta tex. in. l. ad egregias perſonas. ff. de iureiurando, tradit Rota deciſio. nonageſimaprima ad auditorem, in nouis. Milis in. §. Iudex, numero decimo Iudex auditor. Quibus adde, cum ſit priuilegium dignitati conceſſum, quòd eidem renunciari non poteſt, vt per Roman. ſingula. 169. tu audiuiſti.

Septuageſimo, quòd ſi vnus ex duobus habentibus gratias æquales & eiuſdem datæ, primo præſentet literas executori quàm alter, & faciat fieri proceſſus, alteri præferatur in præbenda, & beneficio, poſtea vacante, propter huiuſmodi diligentiam, ex quo omnis executor ad prouidendum eſt collator, vt nota. in capitulo pro illorum, de præben. & in capitulo duobus, de reſcriptis in ſexto, & in capitulo ſi cui, de præben. eodem libro Rota deciſ. 100. ſi vnus in nouis, & eſt argumen. vltra, in. l. pupillus, in fine, ibi, ſi vigilaui, conditionem meam vtique meliorem feci. ff. quæ in fraudem credi.

Septuageſimo primo, ſi ex tribus Iudicibus delegatis, datis inſolidum, quis citatus ſit per vnum, vt certo die compareat coram eo, vel collega, quòd non teneatur comparere coram eo, qui non citauit, & ſi proceſſus coram eo factus ſit, quòd vtique ſit nullus. c. cum plures, de offi. delega. in. 6. c. audita, de reſtitu. ſpolia. l. inter pares, de re iudi. Rota deci. 110. citatus in nouis.

Septuageſimo ſecundo, quòd vbi quis impetrat cauſam committi in curia, aſſerens Iuſtitiam non ſperare in partibus, & iuret coram auditore, ei credatur, nec audiatur aduerſa pars allegans commiſsionem ſurreptitiam, etiam ſi velit hoc ipſum probare. c. ſtatutum de reſcrip. c. vt circa, de electio. in ſexto & Rota ſuſius, deciſio. 79. nota quòd vbi quis impetrat &c. in antiq.

Septuageſimo tertio, quòd poſt terminum peremptorium datum ad producendum omnia, inſtrumẽta produci poſsint, clementi. ſæpe, & ibi not. de verborum ſignificatio. c. cum dilectus, de fide inſtrumentorum, Rota deciſio. 147. nota quòd poſt terminum &c. in antiq. eſt verum (vt ſubijcit) quòd eſſet excluſus producens, quando expreſſe dictum fuiſſet, & bene capitulo coram, de reſtitutione in integrum.

Septuageſimo quarto, quòd ſi clericus fuit in poſſeſsione clericatus per aliqua tempora, ſufficiat probare poſſeſsionem clericatus, quamuis aliàs per literas, vel teſtes, non probetur titulus, vt per Innocentiũ in capitulo ſuper his, de accuſa. & in capitulo innotuit, de eo qui fur. ordi. re. not. in capitulo licet, de ſenten. excommunicatio. in ſexto & quamuis ibi aliqui contrarium tenuiſſe videantur, ab opinio. prima tamen, vti æquiore, non eſt recedendum, quæ conſueuit ſemper ſeruari, maxime ſi diu fuerit in poſſeſsione clericatus, argumen. in. l. Barbarius .ff. de offi. præto .l. tertia. ff. ad Macedonian. Rota deciſio. 264. nota quòd talis eſt &c. in antiquis.

Septuageſimo quinto, quòd veniens quandocunque ad curiam poſsit appellationem proſequi, per aduerſarium ſuum in partibus interpoſitam, dummodo de ea conſtet, licet ſibi intimata non fuerit, ex quo inuito etiam appellante, hoc idem facere poteſt, vt Pau. & Gen. in clementi. cauſam, de electio. Rota deciſio. 493. nota voluerunt Domini &c. in antiquis.

Septuageſimo ſexto, quòd ſeruetur opin. Ioan. Mona. in capitulo licet, de offi. Vica. quòd quamuis ſua generali poteſtate officialis epiſcopi non poſsit punire crimina, & pœnam ordinariam imponere, poſsit tamen inquirere & cognoſcere de eiſdẽ ex mero officio, ita vt ſi crimino ſum inuenerit ipſum ad epiſcopum remittat puniendum. c. ad hæc, de offi. Archidiaco. & ſeruiunt ad not. in capitulo ſecundo, de conſuetu. in ſexto Rota deciſio. 508. nota quòd ſeruatur &c. in antiquis.

Septuageſimo ſeptimo, quòd vnio etiam ex falſa cauſa facta, ſeruata tamen forma iuris, valeat, nullo modo autem ſi ſine cauſa facta ſit, vt not. in ſumma. duodecima quæſtione ſecunda, & in. c. qui ſine exceptione, & in. c. dudum, de rebus eccle. non alienan. & facit in argumen. quod habetur in l. ſecunda in. §. circa. ff. de excep. do. Rota deci. 511. nota ꝙ vnio &c. in antiq.

Septuageſimo octauo, quòd non admittatur exceptio excõmunicationis contra impetrantem, quando allegatur generalis excommunicatio, quia lata per proceſſus generales ab homine, ſed ſi à lege ſecus, exemplificando in capitulo ſi quis



quis ſuadente, decimaſeptima quæſtione quarta, & ſuſius vt exemplificat & declarat Rota deciſio. 519. nota quòd nõ admittitur &c. in antiq.

Septuageſimo nono, quòd cum appellatur ad Papam à diffinitiua, delatio Iudicis cum termini præfixione, efficiat vt cauſa in curia tractari debeat, teneanturque partes mittere procuratores ad eam tractandam, nec ſufficiat mittere ad impetrandum & contradicendum, ex quo eſt in curia, licèt Specu. variauerit in. §. qualiter verſic. porrò, de appella. Rota deciſio. 537. vtrum cùm appellatur &c. in antiquis vbi teſtatur amplius, quòd ita palatium ſeruat.

Octuageſimo, quòd vbi committitur cauſa Monacho adminiſtrationem habenti, vel officium in eccleſia cathedrali, valeat commiſsio, maxime in literis gratiæ, licèt de Monachatu mentio facta non fuerit. c. ſtatutum, de præben. in ſexto. l. quidam conſulebant. ff. de re iudic .l. idem Vlpianus. ff. de excuſatio. tuto. Rota deciſio. 209. nota quòd vbi &c. in antiquis eaque eſt ratio, & viua quidem (vt ſubijcit) quia literæ per cancellariam tranſeunt, ita vt ex hoc commiſsio approbari videatur.

Octuageſimo primo, quòd Vicarius Epiſcopi habens poteſtatem recipiendi reſignationem beneficiorũ ex cauſa permutationis, beneficia reſignata conferre non poſsit, & hoc ideo, quia in collatione beneficiorum requiritur ſpeciale mandatum. c. fi. de offi. vi. in. 6. Rota deciſio. 43. nota quòd Vicarius &c. in antiq.

Octuageſimo ſecundo, quòd conſtitutio procuratoris a capitulo facta non valeat, niſi perſonæ de capitulo ſint nominatæ, & ſpecifice in procuratorio. c. final. cum ibi not. de procurato. Rota deciſio. 132. nota quòd non valet &c. in antiquis eſt verum (vt ibi ſubijcitur) quòd ſecus eſſet, ſi ſigillum capituli eſſet in eo appoſitum.

Octuageſimo tertio, quòd vbi non ſtetit per impetrantẽ, quo minus gratia ſua purificaretur, ſed per executorem vel epiſcopum, tenet Rota quòd non imputetur impetranti, deciſio. 164. nota quòd vbi &c. in antiquis & facit quod habetur in. l. iure ciuili. ff. de condic. & demon.

Octuageſimo quarto quòd remiſsio ad partes litigantium nõ concedatur cuilibet ex ipſis, niſi ſemel, ſecundum Ioannem Mona.

Mona.in capitulo cupientes,de electio.& Hoſtien. in capitulo fina.de hære.qui tamen hoc non dicit,teſtatur nihilominus Rota,quòd audientia ita ſeruat,deciſio.590. nota ꝙ remiſsio &c.in antiq.

Octuageſimoquinto,quòd iudex appellationis, ſuper deſertione pronunciare non poſsit, ſi pars appellata petat, niſi ſpecialem habeat commiſsionem,quod tamen confundi videtur per tex.in.c.cordi, & in.c.concertationi. de appella. in.6.not.in.c.cum ſit Romana,eo.titu.& verum eſt de iure, non de ſtylo ſacri palatij, vt adhuc teſtatur Rota, deciſio. 599.licèt Iudex &c.in antiq.

Octuageſimo ſexto, quòd impeditus appellationem proſequi infra annum, & ſic primum fatale, iuxta.c.cum ſit Romana, de appellatio.habeat ſecundum, & ſi in ſecundo pariter impeditus ſit,non habeat aliud tempus,niſi id quo impeditus fuit infra ſecundum, ſecundum Innocen.in.c.ex ratione, de appellatio. Rota deciſio.603. dic quòd ſi aliquis &c. in antiq.

Octuageſimo ſeptimo, quòd ſi auditor pronunciet appella. deſertam,ſententiamque in rem iudicatam tranſiuiſſe.& imponat ſilentium illi,contra quem eſt lata, ipſum in expenſis condemnando,pronuuciatio valeat, ſi termini ſacri palatij fuerint ſeruati, aliàs executionem non habeat.c.cum dilectus,de do.& contuma.Rota deci.609. nota licet Dominus &c.in antiq.

Octuageſimo octauo, quòd ſi aliquis ſibimet præfixit terminum ad appellationem proſequendam, vel à Iudice à quo prefixus ſit, prout de iure fieri poteſt.c. perſonas.c.ſæpe contingit,de appellatio.poſsit ipſum præuenire, impetrando Auditorem in curia,non ſi velit impetrare extra curiá, Rota deci.616.ſi aliquis &c.in antiq.

Octuageſimo nono, quòd ſi monachus admittatur ad accuſationem vel inquiſitionem ſui Abbatis ſibi neceſſariæ expenſæ ſumminiſtrentur de rebus monaſterij,donec fine debito terminetur.c.ex parte,& ibi per Innocen.de accuſatio. Rota deciſio.619.Si monachus &c.in antiquis.

Nonageſimo,quòd ſumptum de inſtrumento originali, communiter non faciat fidem,vt eſt etiam de iure, capitulo primo & ſecundo,de fide inſtrumen.authen. ſi quis in aliquo. C.de



C.de edendo,Rota deciſio.637.dic quòd ſumptum &c. in antiquis.

Nonageſimo primo,quòd non credatur aſſertioni Cardinalis,niſi circa iuriſdictionem eius non autem quo ad alia, de quo in capitulo nobiliſsimus, nonageſima ſeptima diſtinctio.Rota deciſio.714. nota quòd non creditur &c. in antiquis. Milis in.§. Cardinalis,verſiculo primo ego alibi multa.

Nonageſimo ſecundo, quòd ſi Papa alicui gratiam faciat de aliquo beneficio, iuxta formam dignum arbitramur. Epiſcopus,vel ille,cui examinatio committitur,vices ſuas alteri committere poſsit,dato quòd in commiſsione ſint, verba,tuam conſcientiam oneramus,tradit Ioan.And.in.c. ſuper, de offi.delega.in.6. Rota deciſio. 752. ſi Papa &c. in antiquis.

Nonageſimo tertio,quòd ſi aliquis emat rem, quam credat liberam, & ſit emphyteoticaria, non incidat, in commiſſum,licèt ſtatuto tempore cenſum non ſoluerit, & eſt de iure licèt Rota ita etiam ſeruet,vt in regu. iuris, vbi Ioan. mona.& Gen.de regu.iur.in.6.Rota deciſio.759. dic quòd ſi aliquis &c.in antiquis.

Nonageſimo quarto, quòd ſi aliqua cauſa perueniat ad ſedem apoſtolicam per appellationem eiuſdem articulus omitti poſsit de conſenſu.c.cordi,de appellatio.in ſexto Innocen.in.c.vt debitus,eodem titulo Rota deciſio.798. ſcié dum &c.in antiq.

Nonageſimo quinto,quòd auditor ſacri palacij, in cauſa ſpirituali vel prophana ferat ſententiam, ſeruato termino ad producendum omnia,quoniam aliàs ſententia foret nulla, & notandum eſt,vt dicit Rota deciſio.806.ſciendum &c.in antiq.quòd eſt terminus valde ſubſtantialis.

Nonageſimo ſexto, quòd ſi in aliqua cauſa agatur principaliter de nullitate,ſeruari debent terminis ſacri palatij,non ſi incidenter capitulo cum ad ſedem, de reſtitutio. ſpoliato. Rota deciſio.821.ſciendum eſt &c. in antiq.

Nonageſimo ſeptimo, ſi aliquis appellat in aliqua cauſa ſpirituali,faciat intimationem,iuxta clementi.cauſam, de electio.aliàs non deuoluet cauſam ad ſedem Apoſtolicam, vt dicit Rota,deciſio.786.ſciendum eſt &c.in antiq.

Nonageſimo

Nonageſimo octauo,quòd auditor camerę Apoſtolicæ, non habeat poteſtatem niſi in curiales, exiſtentes Romæ, aliàs non,niſi Papa ſibi hoc ipſum concedat,& ita ſeruari inquit Rota,deciſio.728.nota quòd auditor &c.in antiq.

Nonageſimo nono,quòd ex pluribus cauſis expreſsis in appellatione, non ponatur niſi vna in reſcripto, vt nota.in clementi.appellanti,de appellatio.Cui caſui,quia breuis eſt, illum etiam adiungo,quòd de ſtylo curiæ non ſolent cauſę quoque matrimoniales committi alijs,quàm ipſis,vt no. in.c.primo in fi.de conſanguinita.& affinita. Ioan. And. in capitulo ſtatutum, in.§.cum vero, de reſcriptis in ſexto Abb.in capitulo ſi pro debilitate, columna prima, de offi. delega.

Centeſimo & vltimo, quòd ſi aliquis actor det in cauſa contra reum articulos,bene formentur in materia & forma,& admittantur, licèt reus non habeat ius in beneficio quod poſsidet,ex quo ſuo loco & tempore dare poterit obiectiuos contra dictum agentem,notat Compoſtella.in.c. mandatum,de reſcrip.Rota deci. 736. nota quòd ſi aliquis &c. in antiquis. Plures alios caſus enumerare potuiſſemus, ſed vt prolixitati occurramus,haud ignorantes, quo breuiores ſumus, eò lectoribus eſſe gratiores, centuriam præterire noluimus,qua via cæteris oſtenſa ſit inueniendi quæ vſque modo non ſine multo labore inuenimus nos. ſaxit Deus optimus maximus,hæc qualiacunque ſint,eiſdem nó diſpliceant, vt admotis nobis calcaribus, veluti ſtimulis quibuſdam,vrgeamur,& alia,his longe præſtantiora, edere poſt hac minime dubitemus.

Laus Deo. M D L I I I.
Decemb.j. Paduæ.

## AD LECTOREM.

*Errores ſic corrigito, priuſquam legas, & ſcias f.folium.l.vero lineā ſignificare, quodq́; mancipes multis in locis y. pro i. duplicatas literas, aliaq́; multa aliàs candidi lectoris indicio relinquenda, inaduertēter poſuerunt.*

IN *ſupraſcriptione* Epiſtolæ *ad* Coſmum Flo. Principem*.l.5.mecenati verbum ſuperfluū eſt.f.4.l.15.l. ſuperfluit f.6.l.10.inquiquirenda lege inquirenda, f.7.l.17.quid quod.f.10.l.7. ſed in maioribus ſed maioribus f.14.l.32.conſe.confeſ.f.18.l.6.excuſat excuſet.f.28.l.antepe.quod ſit quod ſic, f.31.l.21.tamque tanquā, f.35.l.9.inconſtantie inconſtantia, f.36.l.10.antiquus antiquis,f.38.l.35.policiana plociana, f.39.l.23. eſt verum et eſt verū, f.41.l.3.dammator dānatos.l.9.de poſthu.de poſlu. f.42.l.17. ex diabolo diabolo, f.45.l.4. affertur gladium, f.47.l.28. rulgare vulgatur, l.33.peritu.peri.tu.f.48.l.10. pro bei probent, f.50. l.27.mini.mili.f.63.l.14.emeret emerat, f.67.l.30.in ſignàter ſignanter, f.72.l.13.reſpectat ſpectat, f.19.l.antepe. emptor quod emptor, f.80.l.5.abſoluit ſoluit, f.81.l.7.eſſe etiam, f.85.l.20.*Raynitius Raynutius, f.86.l.19.integrinaliter,integraliter, f.87.l.2.quod quid, f.91 l.12.*Tolotani Toletani*, f.99.l.1.à.veriſsimile à veriſsimili.l.23.cantiū.canciūcu.l.27.imbecilior imbecillior, l.31.veterū verorum, f.100. l.3.*Guil.Gril*.l.32.cohoneſtatatas cohoneſtatas, f.101.l.29.præſcibere præſcribere, f.104.l.16.ſoro foro, f.109.l.6.videre videtur, f.112.l. 30.oporteat oportet.l.35.elapſur elapſus, f.114.l.32.rub.ī rub.f.115. l.30.arbitrio arbitro, f.117.l.37. reſtrinctam reſtrictā, f.121.l.24. eſſe eſſe.l.27.fi.ſi,f.122.l.13.fatis ſatis, f.123.l.30.6.7.& ſucceſsiue numerus corrigendus eſt vſque ad 13.incluſiue, f.124.l.3. in queſtio in queſtione f.125.l.16. voua noua.l.25.ieiunis ieiunijs, f.126.l.11. ne lis nec lis, f.127.l.8. omins omnis, f.128.l.33.nuu.num. f.130.l.4. om.op.f.134.l.12.ſi quid ſi quod, f.135.l.21.peculantium petulantiū, f.137.l.3.ſuppra ſupra.l.9.ſlias, alias, f.138.l.5. dicit dicitur.l.37. Salluſt.Saluſt.f.139.l.34.fi.ſi.f.140.l.8.forme forma det dat, f.141. l.4.i glo.glo.l.12.fcā. fcā deciſio.f.143.l.34. alligari allegari, f.145. l.17.tollerabile tolerabile, f.148.l.15.fundius fundus,l.antepe.C.ff.ſ. 149.l.27.*Belien.Bellen*.f.151.l.24. cenſetur cenſentur, f.152.l.6.maioris, maiori, f.153.l.pe.omiffo. omiſſo.f.155.l.34. duecere ducere, f. 156.l.16. praxisque *Praxisquā*, f.156.l.26. propotiobus de proportionibus, f.157.l.6.al.ab.l.12. aliqua ſuperfluit, l.25.fue.ſue.f.158.l. 24.aliquid aliquod, l.27.aliquid aliquod, l.28.faciat facit, f.159.l. 17.anchaie *Achaie*, f.162.l.antepe.quid quod, f.163.l.28.probatam

prolatam, f.167.l.34.confirmatui cõfirmatur.l.35.quid quod, f.168.
l.4.præallega.allega.f.169.l.29. clericum clerum, f.171.l.7.parriter
pariter, f.173.l.7.in.d.in.d.c.f.119.l.17. reſcriptio reſcripto, f.181.
l.26.eum cum, f.182.l.5.14.17.l.6.c.in.c.l.13.dicitur dicit, f.183.
l.22.in nonnulli nonnulli, f.185.l.28. buona bona, f.188.l.19.fleru.
hecuba.189.l.18. dixi dixit, f.195.l.9.obtinenbus obſtantibus, l.35.
tollun.tollunt, f.197.l.20.emãcipationem emãcipatione, f.198.l.16.
d.cle.auditor, d.c.quæ à iure, l.31.tito titio, f.200.l.8.ſit ſi.f.202.l.4.
Euriam curiam, l.25.hoc ſuperfluit, f.203.l.26.hic his.l.31.annis an-
nuis, f.204.l.25.eſt eſſe, f.205.l.antepe.fecit facit, fo.207.l.18.per
ſeipſum per ſeipſum non ab re eſt, f.208.l.14. pro per, f.209.l.32.de
legi.he.de legi.tu.f.210.l.17.quod iudi. quo ad iudicium, f.214.l.20.
rudi. iudi.f.121.l.10. ſeparare ſperare, f.225.l.27.ſi tradit tradit, f.
226.l.2.fugiens figens ea.l.ſi remittit, ſe remittit, l.26. ſeminat ſemi-
nat de verbo.ſi.f.228.l.1.poſſet poſſent, f.229.l.7. prebeat prebeas, f.
230.l.27.proferenda preferenda, f.231.l.15. no.om.no.o.f.232.l.5.
nulla nulla ſit, f.234.l.34.& vt, f.238.l.3.partibus ĩ partibus, f.241.
l.vlti.iudicia indicia, f.243.l.13.diſcedere diſcere, f.245.l.21. exerci
exercẽdi, f.251.l.17.6.B.n.4.f.255.l.35.nupſerint nupſerit, f.258.
l.8.adde.Ade.f.264.l.5. probatur quod probatur, f.264.l.19.Immo.
Imo.f.265.l.11. optime optima, l.antepe. iuſtum iſtum, f.276.l.37.
Galliau.ſuperfluit, f.277.l.16.imperatorẽ imperator, f.279.l.5.proſi-
tum, propoſitum, f.279.l.12.priuilegio priui.f.280.l.8. meliorem in
meliorem, f.282.l.31.addita adita, f.286.l.17.hebet habet, f.287.l.
28.ne ne? f.288.l.6.Ancha.archa.l.30. & quia & quando, f.294.l.
11.ſuſcitarer ſciſcitarer, f.298.l.34. poporali ſuperfluit, f.301.l.13.
reſpondendo reſpondendo, f.303.l.20.mortem morem, f.304.l.pe.B.
L.B.I.f.305.l.11.quod in quod eſt in.l.24.B.G.B.5.f.308.l.19.ſcar-
deõ ſcardeoni, f.309.l.25.creſcat creſcet, f.310.l.12. quod ſit quid ſit,
f.313.l.19.2.1.2.q.1.f.314.l.4.poſtque poſtquam, l.7.Cy.Ci.f.315.
l.24.ſcardeonis ſcardeoni, f.317.l.16.margarittas margaritas, f.320
l.35.Pau. Plau.f.322.l.2.ſerpentes ſerpente, fo.327.l.8. conſumme-
mus conſumemus ea.l.reliquio reliquo, f.333.l.9. poſtea in poſtea me in
l.11.elliciendo eliciendo, f.347.l.12.ſpeties ſepties, f.356.l.17.vel.vt
f.361.l.25.corruncaui corruncani, l.27.quicquàm quodq;, f.362.l.4.
locutione elocutione, f.370.l.15.egehant egebunt, f.380.l.23. viſita-
tum vſitatũ, f.407.l.10.ignotes ignotos, f.408.l.25.iuſti.inſli.f.409.
l.19.eamum Camum, f.418.l.4.de dolo.de proba.l.10.habet, quod ha
bet, f.420.l.4.in.l.i.l.1.f.423.l.vlti.aliquid, aliquod, fol. 425.l.24.
aliud quam aliudq;.f.430.l.7.faccio facio, f.431.l.38.poſſeſſorio poſ-
ſeßio, f.432.l.12.de rei, ne rei, f.435.l.33.retracta ret.f.436.l.14.
quid quod, f.437.l.25.ſint ſit, f.438.l.36.retractatus ret.l.37. reſti-
tio reſtitutio, f.439.l.5.in iu. in ui. f.442.l.16.heredita.hereditate, l.
33.dicẽtem dicentur, f.445.l.21.ex ordine primum ſuperfluit, f.447.
l.26.habent, habet, f.451.l.2.fit ſit, l.14. quod exercentes & exercen
tes, f.452.l.vlti.videatur factum à maiori parte ſupfluit, f.455.l.11.
mo.pig.vel Hypo.ſol.mo.cont.ob.l.29.q.deciſio.f.456.l.31. allegat alle
ga.f.461.l.12.in.d.& in.d.f.467.l.1.denique.§.denique, f.469.l.4.
litet licet, f.495.l.vlt.adeiecta adiecta, f.501.l.17.anus auus, f.517.
l.13.Gram.Gam.f.527.l.19.magiſtra.magis.f.531.l.19.ſpectet ſpe-
ctat, f.542.l.8.ſuplicij, ſupplicij, f.543.l.36. viſi niſi, f.545.l.27.
agnationis agnationi, f.551.l.10.notandum eſt quia ſit iniuria filio, f.
557.l.4.quod quid, f.558.l.17.aſſèreat, aſſerat, f.559.l.4.in.l.in.d.l.
f.560.l.37.eam ea.f.566.l.6.vidente viuente. f.567.l.8. lege leges, f.
568.l.10.quod qui.f.571.l.9.Immo.Imo.f.578.l.1.ſtipendium ſtripe-
dium, f.579.l.3.quia qui, f.593.l.18.ceterum celerum, f. 611.l.28.
officitur efficitur, f.624.l.2.fornicarij fornicarijs, l.8. capite capitur,
f.625.l.23.deferneſcat, deferueſcat, l.29.poſtulatũ puſtulatum, f.634.
l.vlt.ſolucretur reſoluctur, f.639.l.13. dilectas dilectos, f.642.l.10.
expendaut expendat, f.652.l.26.vnum etiam ſuperfluit, f.655.l.6.li.
l.1.f.679.l.26.intelligunt intelliguntur, l.28.& non, & ideo.f.682.
l.38.ſeucrum ſeuerus, f.683.l.6.Verculius, Herculius.l.28.inſto, inſto,
ſol.685.l.24.Ragien.Regien.fol.695.l.4.propteream propterea.l.20.
quod qui.

IOTECA
ERSITARIA